Tertia conclusio est. ꝙ notitie beatorū ꝛ viatoꝝ habite de significatis articulorū cōtingentiū futurorū vel etiā preteritorū sunt eiusdē rationis: ꝛ hoc loquēdo naturalit̄: q꞉ supernaturalit̄ possent esse ꝛ forte sunt de facto alteriꝰ rationis. ¶Hec apparet. p̄mo quātū ad p̄mā partē. vꝫ ꝙ naturaliter loquēdo sint eiusdē rationis: qm̄ notitie abstractiue eiusdē obiecti significate ꝛ eisdē causis formate sunt eiusdē ratiōis specifice: sed articuli seu propositiones cōtingentiū futurorū vel p̄teritorū de deo credēdoꝝ: vt ꝙ deꝰ fuit passus / ꝙ est iudicaturus. ꝛ consimiliū / sunt vt beatoꝝ cōp̄hensoꝝ ꝛ vt viatorū notitie cōplexe abstractiue eorūdē obiectorū significatorū: vt apparet euident̄. sunt etiā forte notitie a causis eiusdem rationis loquēdo naturaliter. ¶Hoc apparet: qm̄ huiusmodi notitie ꝯplexe que sunt propositiones ipse / sunt in beatis sicut ī viatoribus abstractiue / nec format̄ ab eis magis ꝙ̄ a viatoribus ꝟtute notitie ītuitiue: quoniā licet beatus habeat notitiā intuitiuā de deo nō tñ de aliq̄ creato p̄terito vl̄ futuro: nec naturaliter pōt habere: cū notitia ītuitiua naturaliter nō possit fieri nec facta ꝯseruari saltē diu de aliqua re absēte: vt in scđo articulo est ōnsum. sed ista ꝓpositio. dei filius vel Christus fuit passus / vel est iudicaturus nō pōt formari ex notitia ītuitiua significati alteriꝰ terminoꝝ sed vtriusqꝫ tātū: nō em̄ ad ītelligendū hoīem fuisse vel esse actu albū sufficit cognoscere ītuitiue hoīem tantū: nullus em̄ ꝑ hoc ꝙ ītuitiue ītelligit solū hoīem pōt ītelligere ipsum fuisse vel futurū esse albū. ergo cōsimiliter in ꝓposito ꝓpter rationē cōsimilē est dicendū. vꝫ ꝙ licet qlibet beatoꝝ videat deū cū nō videat aliqđ aliud de ipso creditū p̄teritū vel futurū / nec naturalit̄ videre possit: ꝑ ꝯn̄s nec notitia cōplexa puta ꝓpositio ipsa ī qua de deo aliqđ p̄dicat̄ p̄teritū vl̄ futurū / pōt formari ab aliquo beatoꝝ ꝓpter notitiā ītuitiuā dei magis ꝙ̄ si nulla ī eis notitia esset talis. sed nihil aliud a notitia intuitiua dei apparet esse ī btīs alterius rationis ab his ꝙ̄ sunt ī viatoribꝰ: cuiꝰ ꝟtute posset talis propositio aliqua formari sibiqꝫ formate ab eis assentiri. ergo ꝛc. ¶Secūda pars cōclusionis vꝫ ꝙ supnaturalit̄ posset esse aliter: vt vꝫ p̄dicte ꝓpositiōes beatoꝝ essent alteriꝰ rōnis a ꝓpositionibꝰ cadē significantibꝰ viatoꝝ / apparet: qm̄ oēm notitiā hmōi possibilē aliquo mediāte ab ipa differente notitia potest deus ipsis īfundere sine illo. sed propositiōes p̄dicte a btīs formate si ipsaꝝ significata existerēt / ꝛ btīs ītuitiue nota eēnt vtiqꝫ ipe eēnt ī essendo licꝫ nō ī significādo alteriꝰ rationis a ꝓpositionibꝰ eadē significātibꝰ viatorū vel quorūcūqꝫ aliorū significata ipsarū nō ītuētiū sed tātū cognoscentiū abstractiue. ergo easdē ꝓpositiōes ꝛ eiusdē rōnis pōt deꝰ īprimere btīs vel qbuscūqꝫ alijs nō existētibꝰ eaꝝ significatis q̄re ꝛc.

Quarta & vltima cōclusio ē. ꝙ notitiæ beatorū ꝛ viatoꝝ habite de significatis ipsarū ꝓpositionū necessariarū ac deo extrinseca cōnotantiū / aliq̄ sunt alterius rationis ꝛ alie eiusdē. ¶Hec ꝓbat̄ quantū ad p̄mā partē: qm̄ notitia abstractiua formata ex intuitiua ꝛ oīs intuitiua est alterius rationis ab omni notitia abstractiua formata sine intuitiua ꝛ alio quocūqꝫ eiꝰ vicē ꝛ causalitatē supplēte: sed alique sunt propositiōes beatorū ex cōnotatiuis cōceptibꝰ cōstitute formate ex notitijs intuitiuis significatoꝝ ipsarū: nō aūt formant̄ sic ꝓpositiones significātes cadē viatoꝝ: vt apparet de ista ꝓpositione. deus est incarnabilis. cū em̄ beatus cognoscat ītuitiue tā deitatē ꝙ̄ ipsi vnitā humanitatē qđ nō facit aliqs viatorū: per cōsequēs cū deū esse incarnatū necessario a posteriori inferat ipsum esse incarnabilē hmōi ꝓpositio. deus est incarnabilis. format̄ a quolibꝫ beatoꝝ mediātibꝰ intuitiuis notitijs diuinitatis ꝛ sibi vnite humanitatis / modo quo nō format̄ ab aliquo viatoꝝ. ergo ꝛc. ¶Ex hoc sequit̄ vlterius: ꝙ ista ꝓpositio est notior cuilibet beatoꝝ ꝙ̄ alicui viatoꝝ: sicut em̄ vidēti intuitiue albedinē ꝛ sentienti visum suū ab ipsa disgregari euidētior est hec ꝓpositio. albedo est disgregatiua: ꝙ̄ ceco nō valēti albedinē ītueri: ita ꝛ ī ꝓposito cōsimilit̄ ꝓpt̄ rationē consimilem est dicendū. quare ꝛc. ¶Secūda pars cōclusiōis: vꝫ ꝙ sint alique ꝓpositiones alie cōposite ex terminis cōsimilibus vꝫ cōnotatiuis eiusdem rationis ꝛ equalit̄ euidentibus in viatoribus ꝛ ī beatis: apparet de ista: deus est oīs possibilis de nihilo ꝓductiuus: qm̄ beatus nullius sibi absentꝭ pōt habere intuitiuā notitiā ex seipso: ꝛ ita nullū ens creatum vel creabile sibi absens intuitiue intelligit magis ꝙ̄ viator: sed ad hoc ꝙ ista ꝓpositio deus est creatiuus seu de nihilo productiuus talis entis / esset ī ipso euidētior ꝛ alterius rationis ꝙ̄ propositio consimilis viatoris / oporteret ipsum habere intuitiuam notitiā: nō tantum deitatꝭ sed etiā talis entis possibilis. nec hoc etiā sufficere videret̄: nō em̄ cognoscēti ītuitiue deū ꝛ aliqđ aliud ens productum videt̄ esse notius seu euidentiꝰ tale ens esse a deo productū: nec per consequēs deū ipsum esse eius creatiuum: ꝙ̄ vtrunqꝫ horū abstractiue tantūmodo cognoscēti. quare ꝛc. ¶Confirmat̄. q꞉ sicut nullꝰ potest scire naturalit̄ calorē eē calefactiuū licet ītueat̄ ipsum: nisi a posteriori tantū: vꝫ quia videt ad vnū calorē sequi in passo sibi presente alterū: ita cōsimilit̄ in ꝓposito est dicendū: vꝫ ꝙ nullus licet deum intuitiue cognoscēs potest intelligere nec scire euidēter naturalit̄ loquēdo ipsum esse alicuius entis sibi etiā intuitiue noti de nihilo productiuū: nisi a posteriori: vꝫ q꞉ scit ad velle diuinum sequi ꝛ fieri huiusmodi ens creatū: ꝛ ita cui non est euidentius ad deum sequi effectiue aliquod ens creatum / nec est sibi notius deū esse alicuius entis possibilis de nihilo productiuū. sed esto ꝙ beatus intuitiue videat nō tantum deū sed etiā aliud ens creatū qđ viator intelligit tantūmodo abstractiue: ex hoc non videt̄ ꝙ ipsi sit certiꝰ nec euidētius ꝙ̄ viatori ꝙ tale ens sit a prima vel a secunda causa in esse positum: ꝛ per cōsequens an de nihilo sit factum. quare ꝛc. ¶Si tamen dicatur. ꝙ cognoscens aliquid intuitiue cui repugnat produci ab aliquo alio ꝙ̄ a deo / euidentius potest cognoscere a posteriori arguendo illud a deo esse creatū: ꝛ per consequens deum esse eius / ꝛ per consequens cuiuslibet alterius creatiuum: cum omne possibile vniformiter possit a deo fieri: ꝙ̄ aliqs alius nō cognoscens illud nisi tantummodo abstractiue: sic potest dici ꝙ etiā propositio supradicta alterius rationis est ꝛ euidentior vt beatorum ꝙ̄ vt viatorum. beatus enim intelligit intuitiue substantiā spiritualem creabilem: quod non facit aliqs viatorum: ꝛ ita videt̄ ꝙ ista propositio. angelus: vl̄ alia oīs ītellectualis substātia est de nihilo ꝓducta a deo. est notior beato ꝙ̄ alicui viatori: sed cui est notius aliqđ esse de facto productū ab aliquo / ei etiam a posteriori est euidētius ꝙ illud tale est. illiꝰ alteriꝰ de facto ꝓducti ab ipo p̄ncipiū ꝓductiuū. q̄re ꝛc. Hec de scđo.

Quantū ad tertiū & vltimū vbi sunt soluenda aliqua que possent moueri dubia circa dicta: est primum dubiū circa hoc qđ dictum est: vꝫ ꝙ non potest eiusdem rationis propositio formari sine visione intuitiua: cū illa que format̄ mediante ipsa. hoc em̄ nō videt̄ verum. p̄mo q꞉ tunc eadē propositio non posset esse vera ꝛ falsa: sed cōsequēs est falsum. ergo ꝛ antecedens. Cōsequētia apparet: q꞉ re nō existente nō pōt naturaliter saltē diu manere eius notitia intuitiua: nec ꝑ consequens propositio formata mediante ipsa. ergo ista ꝓpositio. album disgregat. que existente albo ꝛ disgregāte est vera / ipso amoto nō pōt esse falsa: q꞉ nō potest manere: sicut nec notitia intuitiua qua mediāte format̄: ꝙ̄ autem format̄ mediante abstractiua notitia / re amota vt supponit̄ est alia. ergo ꝛc. ¶Secundo. q꞉ tunc etiam sequeret̄. ꝙ propositio contigens esset necessaria: quoniā oīs illa propositio est necessaria que sic est vera ꝙ non potest esse falsa: sed si propositio formata mediāte notitia intuitiua habita re presente est alia ab illa que est formata mediante notitia abstractiua habita de eadem re absente / nulla propositio formata quātūcūqꝫ cōtingens mediāte notitia intuitiua habita de re p̄sente poterit esse falsa. cōstat em̄ ꝙ nō poterit esse falsa re existente vt ꝑ ipsam significat̄: nec ipsa absente vel nō existente: q꞉ tunc non erit de ipsa notitia ītuitiua. nec per consequens propositio p̄ria ea mediante formata: sed alia vt supponit̄ ab ipsa alterius rationis formata mediāte notitia abstractiua. ergo ꝛc. ¶Secundū dubiū est. an si deus causaret in mēte alicuius propositiōes p̄missas ꝯclusionē aliquā inferētes sine notitia ītuitiua tales quales nate sunt formari ipsa mediāte / sufficerēt ad causandū assensum aliquem euidentem. Et videt̄ ꝙ non: q꞉ oīs assensus euidens reqrit propositionē per se notā vel per experientiā: sed vbi nō est notitia intuitiua ibi nec est experientia: nec propositio ꝑ se nota. ergo ꝛc. ¶Tertium dubium est. An deus possit īmediate causare assensum causabilē mediantibus ꝓpositionibꝰ sine eis: ꝛ econuerso an posset causare propositiones causatiuas assensus rei significate sine ipso assensu. ¶Ad p̄mum dubium respondet̄. ꝙ licet vt dictum est superius propositio formata mediante notitia intuitiua sit alia ī essendo / non tamen in significando a propositione eadē significante mediante notitia abstractiua formata. Et ideo qñ primo arguit̄ ꝙ tunc eadē propositio nō posset esse vera ꝛ falsa: Respondet̄ primo ꝙ verum est eadem ī essendo non autem in significando: quia propositio formata mediāte notitia intuitiua habita re presente que est vera eius re significata manente idem significat: licet idem non existat cum propositione formabili mediante notitia abstractiua re eiꝰ significata absente: que quidem propositio dicitur esse falsa. ¶Secundo respōdetur aliter. ꝙ immo ēt eadem propositio non tantū in significando / sed etiam in essendo: puta propositio formata mediāte notitia intuitiua potest esse primo vera ꝛ postea falsa. quoniam re existente vt ipsa significat erit vera: non existente autem falsa: potest autem re absente ꝛ nullo modo existente conseruari propositio eiꝰ significata formata mediante notitia intuitiua sicut etiā ipsa intuitiua notitia pōt / vt dictū est ī alia questio

ne sine rei existẽtia per diuinã potentiã cõseruari.qua-
re ⁊c.¶Tertio alit̃ respondet̃:dicendo ꝙ licet eadem
propositio in essendo formata mediante notitia intuiti
ua nõ posset nũc alit̃ esse vera ⁊ postea falsa cũ re existẽ
te ipsa sit vera:nõ existente autẽ propositio ipsa nõ ma-
neat:nec per consequẽs vera nec falsa existat:tamẽ hoc
non est verum de propositione formata ab intellectu nõ
intuente rem mediante notitia abstractiua.talis em̃ ꝓ
positio sicut ⁊ notitia abstractiua oĩs põt manere natu
ralit̃ re per ipsam significata existente vel nõ existente
vt significat̃:⁊ ideo potest esse vno tempore vera ⁊ falsa
alio tẽpore re mutata.¶Ad secundũ qđ arguit̃ cõtra
idem quãdo dicit̃ ꝙ tunc sequeret̃ ꝙ propositio cõtin-
gens esset necessaria.respondet̃ ꝙ nõ sequit̃:qꝛ nulla ꝓ
positio est dicenda necessaria sed contingẽs seu contin-
gent̃ vera/que potest quomodocũqꝫ esse falsa:sed cũ pro
positio formata mediãte notitia intuitiua posset sicut ⁊
ipsa notitia intuitiua per diuinã potentiã:esto ꝙ nõ na
turalit̃/sine rei significate existẽtia ꝯseruari:ꝑ ꝯñs ipsa
vera re eius significata existẽte poterit esse falsa re ipsa
amota.de nulla aũt propositiõe formata solũ mediãte
notitia abstractiua nõ est dubiũ qn̄ eadẽ p̃ṗo vera pos-
sit etiã naturalit̃ postea esse falsa:vel etiã ecõuerso p̃ṗo
falsa ⁊ secũdo vera.quare ⁊c.¶Ad tertiũ dubiũ respon
det̃.ꝙ si tales p̄misse sine notitia ĩtuitiua haberent̃ pos
sent vtiqꝫ causare assensum euidentẽ licet nõ ita ꝑfectũ
sicut causaret̃ ꝑ ipsas ⁊ ꝑ notitiã intuitiuã cum eis insi
mul existentẽ.¶Primũ vꝫ ꝙ assensus euidẽs causare
tur/probat̃.qꝛ omnis ꝓpositio de re extra formata eui-
dens qualis est illa cuius opposita euident̃ includit im
possibilia/nata est causare assensũ aliquẽ euidentẽ rei
significate ꝑ ipsam:sed si tales haberent̃ p̄misse sine in-
tuitiua notitia quales sunt possibiles ipsa mediãte/ali
qua ipsarũ vel vtraqꝫ esset talis vꝫ significãs aliqđ in
re extra/cuius cõtrariũ includeret repugnantiã euidẽ
tem.ergo ⁊c.¶Confirmat̃.qꝛ oĩs propositio necessaria
vel cõtingens secundũ ꝙ est magis vel minus euidens
causat in nobis assensum aliquẽ magis vel minus eui
dentem esse vt sine intuitiua notitia habita:sicut aliqñ
aliquis habet assensum creditiuũ ex solis dictis alteri⁹
in se causatũ/aliquãdo opinatiuũ ex solis premissis ꝓ-
babilibus nõ tamen simpliciter necessarijs ⁊ per se no-
tis habitũ.ergo vbi sunt p̄misse per se note ⁊ simplicit̃
euidentes:licet sine omni notitia intuitiua rei significa
te per eas ibi sequit̃ assensus rei significate ꝑ conclusio
nẽ ab eis illatã seu veritatꝭ ipsius ꝯclusionis.¶Secũ
dum:vꝫ ꝙ nõ sit ita perfectus assensus sicut esset ille q̃
causaret̃ ex eisdẽ premissis intuitiua notitia mediante
cũ eis insimul existente/apparet:quoniã cõstat ꝙ noti-
tia intuitiua cũ talib⁹ p̄missis existẽs aliqđ ad assensũ
huiusmodi operat̃.cuius q̃dẽ notitie intuitiue causali
tatẽ super ipsum assensum non possent supplere premis
se habite sine ipsa:nec em̃ tũc ad assensum ampli⁹ agũt
q̃ quãdo cũ ipsa notitia intuitiua insimul cõcurrunt.er
go ⁊c.¶Ad tertiũ ⁊ vltimũ respondet̃ ꝙ sic.qm̃ quod
cunqꝫ realit̃ distinctorũ potest deus causare vnũ sine al-
tero:sed assensus huiusmodi causabilis ꝓpositionibus
mediantibus ab ipsis omnibus q̃bus mediantibus est
causabilis realit̃ est distinct⁹.ergo ⁊c.¶Sed ꝯtra hoc
arguit̃ primo.qꝛ si sine propositiõe aliqua potest causa-
ri assensus:ergo ad nullũ euidentẽ assensum habẽdum
est necessaria aliqua propositio euidens/qđ est falsum.
¶Secundo.qꝛ non videns aliqđ obiectũ puta angelũ
nõ videt̃ posse assentire rei significate ꝑ istã ꝓpositionẽ
ego video angelũ.sed posset si assensus non req̃reret rei
cuius est intuitiuã notitiã existentẽ:nõ min⁹ aũt req̃rit
propositionem assensus causatus ipsa mediante q̃ no-
titiã intuitiuã ille q̃ est causabilis mediãte ip̃a.ergo ⁊c.
¶Ad primũ respondet̃.ꝙ licet propositio nõ sit simpli
cit̃ necessaria ad assensum habendũ:est tamẽ necessaria
ad ipsum hoc modo vꝫ naturalit̃ habendũ.non em̃ seq
tur.deus potest supernaturalit̃ sine propositiõe aliqua
causare assensũ ĩ anima.ergo hoc potest naturalit̃ ani
ma per seipsam.quare ⁊c.¶Ad secundũ negat̃ assum-
ptũ.quoniã notitia intuitiua puta visio corporalis po
test esse sine obiecto existente:que visio tunc est falsa.sic
cõsimilit̃ nõ existente in me visione angeli potest de⁹ su
pernaturalit̃ mihi imprimere actũ intelligẽdi quo mi-
hi videbit̃ ꝙ videam ipsum:⁊ per ꝯñs quo mediante/li-
cet falso/habere possem actum assentiẽdi rei significate
per istã ꝓpositionẽ formatã.ego video angelũ.quoniã
nõ minus credẽs ⁊ certitudinalit̃ intelligens seu existi-
mans se videre angelũ licet nõ videat veracit̃ ipsũ põt
assentire rei significate per istam propositionem predi
ctam q̃ ille qui veracit̃ videt ipsum:quia si talis/licet
in rei veritate vidẽs/se videre nõ crederet:nec significa
to propositionis predicte assensum preberet.quare ⁊c.
¶Sic ad questionẽ.¶Ad rationẽ in p̄ncipio questio-
nis apparet solutio ex predictis:falsum em̃ est qđ acci-
pit̃ in maiore quãdo d̄r ꝙ om̃es actus intelligendi abs-
tractiui eiusdẽ obiecti sint eiusdẽ speciei ⁊ eque euidẽ-
tes:qꝛ notitia abstractiua mediante intuitiua causata
euidẽtior est q̃ alia abstractiua nõ sic causata:⁊ alteri⁹
rõnis ab ip̃a:licet vtriusqꝫ obiectũ sit totalit̃ ĩdistinctũ.

QVarto queritur.Vtrum anima
intellectiua intelligat in p̄nti intuitiue act⁹
suos theologicos vel q̃scũqꝫ alios sibi actua
liter inherentes.¶Et videt̃ ꝙ sic:qꝛ null⁹ co
gnoscit nec potest cognoscere veritatem aliquã contin
gentẽ per notitiã abstractiuã:sed tm̃ per intuitiuã.sed
anima intellectiua in presenti ĩtelligit se intelligere cre
dere sperare ⁊ velle vel nolle:ipsam autẽ credere vel vel
le vel intelligere est ꝯtingens:sicut subiectũ aliquod al
bum esse.ergo sicut anima nõ potest ĩtelligere subiectũ
aliqđ album esse aut nigrũ nisi intuitiua notitia mediã
te:ita nec se intelligere credere nec velle ⁊ sic de alijs oĩ-
bus actibus sibi inherentibus quos om̃es sibi inesse in
telligit:quando sibi actualit̃ inexistũt.quare ⁊c.¶Cõ-
tra.qꝛ intellectio intuitiua nõ est ipsam habẽti ineuidẽ
tior nec incertior seu obscurior q̃ visio sensitiua:nec per
cõsequẽs obiectũ visionis sensitiue est sentienti euiden
tius q̃ obiectũ notitie intellectiue intuitiue intelligẽti
sed cõstat ꝙ nullus experit̃ se actũ aliquẽ sibi inexisten
tem sic euident̃ intelligere sicut sensibilia/puta colorẽ
videre.nulli em̃ est eque clarus ⁊ notus aliq̃s actus su-
us sicut extrinsecus color visus.ergo ⁊c.¶Responsio
vbi sic ꝓcedam.Primo em̃ inq̃ram an ĩtellectiua anima
in presenti ĩtelligat intuitiue aliqđ sibi extrinsecũ ⁊ ab
ea separatũ.Secundo.an sic vꝫ intuitiue intelligat ꝓ
prium actum suum.quod est quesitum.

Quantũ ad primũ est opinio aliquorũ
dicentiũ:ꝙ sic sensibilia nõ intelligit nõ tm̃ abstractiue
sed etiã intuitiue.qđ probat̃ per rationẽ iam factã:vꝫ
qꝛ homo nõ tm̃ sentit sed ẽt intelligit veritates cõtigẽ-
tes:vt ꝙ albedo est/vel subiectũ est album.sed nõ potest
veritatẽ aliquã contingentem ĩtelligere per notitiam
abstractiuã.ergo per ĩtuitiuã.Minor apparet:qꝛ cũ no
titia abstractiua vniformiter se habeat siue ei⁹ obiectũ
sit siue non:nec sit rei vt existentis:per consequens per
ipsam non potest aliquis esse certus an eius obiectum
existat actualiter in re extra:sed sensibilia existere ĩ re
extra cõstat homini non tantum per actum sentiendi:

sed etiã per actũ intelligendi.ergo ⁊c.¶Cõfirmat̃.qm̃
scientia acq̃ritur mediante experientia:sed experiẽtia
non põt esse sine intuitiua notitia.ergo ⁊c.¶Cõtra istã
opinionẽ arguit̃ dupliciť.p̃ṁo qꝛ nõ oportet huiusmodi
notitiã intuitiuã intellectiuã poni.secũdo.qꝛ nec ipsã
esse in nobis in presenti põt probari.¶Primũ probat̃
sic.homo potest existens in via intelligere veritatẽ con
tingentẽ seu rem significatã per ipsã:ipsiqꝫ assentire si-
ne omni intellectione intuitiua.ergo huiusmodi intelle
ctio intuitiua non est ponenda necessario in hoĩe viato-
re.¶Cõsequẽtia habet ꝯcedi ab opinione p̄dicta ponẽ
tiũ huiusmodi intuitiuã intellectionẽ:quoniã ex hoc so
lũ eam probãt:⁊ dicũt esse ponendã:vꝫ propter verita-
tem huiusmodi cõtingentẽ notã homini viatori.¶An
tecedẽs probat̃:quoniã ad intelligẽdũ aliquod contin
gens:puta rem aliquã existere vel albã esse:licet sit ne
cessaria aliqua notitia intuitiua/non tamẽ intellectiua
necessario requirit̃:sed sufficit sensitiua.¶Hoc statim
probat̃.quoniã non minus rei sensate per propositionẽ
contingentem significate potest probari cõsensus intel
lectiuus q̃ ẽt sensitiuus:sꝫ sensitiua ĩterior assentit rei
sensate sensu exteriori significate per propositionẽ ali-
quã contingentẽ.hoc probat̃.qꝛ nisi aĩal brutũ assenti-
ret modo plus q̃ antea rei vise vel quocunqꝫ alio sensu
exteriori percepte/ipsam nõ plus post eius sensationẽ
exteriorẽ prosequeret̃ q̃ ante eam:cuius cõtrariũ euidẽ
ter apparet.ergo ⁊c.¶Cõfirmat̃.qꝛ aut anima intelle-
ctiua est in homine eadem forma cum anima sensitiua
aut alia.Si primũ.ergo idẽ est immediatũ subiectũ re
ceptiuum actus sentiendi ⁊ ĩntelligendi:sed cognoscẽs
sensibilia extra intuitiue mediante ĩtuitiua notitia sen
sitiua/nõ indiget alia intuitiua:vꝫ intellectiua:cũ sen-
sitiua sufficiat ad saluandũ tam intellectionẽ contingẽ
tium q̃ oĩa alia que in nobis experimur in via.ergo cũ
anima intellectiua immediate cognoscat intuitiue sen-
sibilia per notitiã intuitiuã sensitiuã cuius est immedia
te receptiua/supposito ꝙ sit idem cũ anima sensitiua/ꝑ
cõsequens nõ oportet respectu sensibiliũ ponere in via-
tore notitiam intuitiuã intellectiuã.¶Si aũt dect̃ secũ
dũ:videlicet ꝙ anima intellectiua sit alia ab anima sen
sitiua:adhuc idem sequit̃.quoniã licet tunc hoc suppo-
sito anima ipsa intellectiua nõ cognoscat talia sensibi-
lia intuitiue:sed tantũ anima sensitiua:tamẽ cognoscet
⁊ cognoscere põt poni abstractiue oĩa illa que sunt sen-
sibilit̃ intuitiue nota:nõ em̃ intellectio abstractiua exi
git sui obiecti intellectionẽ intuitiuã:sed ad ipsam suf-
ficit sensatio intuitiua/licet sit alterius cognoscẽtis for
me:vꝫ anime sensitiue.qđ ꝓbo:qꝛ sicut om̃e intellectũ
potest esse volitũ vł nolitũ:ita ⁊ omne sensatũ potest ab
homine sentiente existere intellectum abstractiue saltẽ
et hoc cõmuniter vt verũ ꝯcedũt:nõ tantum ponentes
animã intellectiuam esse idem cũ anima sensitiua:sed
etiam alij dicentes hmõi animas esse distinctas.qđ ẽt
apparet:quoniam nõ magis ad intelligendum abstra-
ctiue obiectum sensatum/⁊ per sensum intuitiue cogni-
tũ/est necessaria intellectio ĩtuitiua q̃ ad intelligendũ
similiter abstractiue obiectum aliquod non sensatum
seu sensu aliquo non perceptum:sed obiectũ nõ sensatũ
nec sensibile potest ab homine intelligi abstractiue sine
aliqua notitia intuitiua existente.ergo ⁊ obiectũ sensi-
bile cognitũ intuitiue per sensum.quare ⁊c.¶Secũdũ
videlicet ꝙ talẽ intellectionẽ esse ĩ nobis nõ posset pro
bari:apparet primo.quia illud per quod probant eam
ponẽtes est notitia veritatis cõtingentis:sed ex hoc vt
dictũ est nõ sequit̃ intellectiua notitia intuitiua:sed suf
ficit sensitiua.ergo ⁊c.¶Secundo.quia habens diuer-
sas notitias intuitiuas videtur posse distinguere inter
illas.hoc apparet in exemplo euidẽti de actibus intui-
tiuis exterioribus sentiendi.potest em̃ homo distingue
re inter actũ videndi ⁊ inter actum audiendi:⁊ scire cer
titudĩaliter se videre ⁊ audire/vel alterũ horũ tantũ:sed
intelligens ⁊ sentiẽs aliquod obiectũ sensibile non põt
distinguere inter huiusmodi intellectionẽ ⁊ sensationẽ.
hoc probat̃.quoniã si distinguit/aut ex obiectis aut sub
iectis aut ex diuersis modis causandi horũ actuũ:puta
qꝛ sensatio causat̃ mediante organo transmutato:nõ au
tẽ ip̃a intellectio:vel tantũmodo ab intrinseco:vꝫ ex se
ipsis:sed nõ potest poni primũ:cũ supponant̃ esse eius-
dem obiecti:nec secũdũ propter idẽ:vꝫ qꝛ sunt eiusdem
subiecti/supposito ꝙ anima ĩtellectiua sit idẽ cũ anima
sensitiua:nec magis experimur actũ sentiendi q̃ omnẽ
actum intelligendi nobis inesse mediante aliquo orga-
no corporeo:quo corrupto ĩpediat̃ tantũ sensatio:⁊ non
intellectio.nec potest etiã dari tertiũ:qꝛ nullũ actum in
telligendi nec volendi/nec aliquẽ alium experimur in
nobis causari:nisi aliquo corporeo organo trãsmutato.
constat em̃ ꝙ per intellectionem aliqua transmutatio
sit in capite interius que nõ in manibus nec in pede/⁊
per dilectionem aliquã in corde que nõ in capite/nec in
alia parte.ergo ⁊c.¶Confirmat̃.quia licet intellectio
recipiatur in anima intellectiua vt in subiecto eius im
mediato non tm̃ nisi aliquo mediãte determinato orga-
no transmutato.aliter non plus aliq̃s experiret̃ se ĩtel-
ligere in capite q̃ in pede:si nulla maior trãsmutatio ex
intellectione huiusmodi in vna parte corporis q̃ in alia
sequeretur.sicut enim homo dicitur magis diligere cor
de q̃ manu vel pede:non qꝛ cor magis q̃ pes vł manus
sit amoris subiectum immediatum/sed ratione trãsmu
tationis facte magis in corde q̃ in aliqua parte alia ex
amore:ita ⁊ de intellectione consimiliter est dicendum.
Ex quo sequitur:ꝙ si in nobis esset aliqua intellectio in
tuitiua ista determinaret sibi modo preexposito aliqđ
organum determinatũ:sed nullus experitur se habere
aliquã talem intellectionem intuitiuam in aliquo seu
mediante aliquo determinato organo:nec em̃ median-
te organo exteriori sunt in nobis nisi actus sentiendi ex
teriores:nec mediante aliquo interiori experimur in no
bis nisi actus sentiẽdi interiores/nec mediante aliquo
interiori experimur in nobis nisi actus causabiles na-
turaliter in absentia suorum obiectorum:nulla autẽ no
titia intuitiua intellectiua/nec etiã sensitiua est sic cau
sabilis per naturam.ergo ⁊c.¶Et ideo quantũ ad istũ
articulum aliter est dicendum.¶Ad cuius euidentiã
est sciẽdum:ꝙ sicut potẽtia sensitiua vniformiter se ha-
bet ad omne vniformiter sensibile:qꝛ nec magis in vnũ
q̃ in alterum potest tendere:ita ⁊ potentia intellectiua
maxime separata ad omne intelligibile.ex quo sequit̃:
ꝙ si potentia intellectiua potest ex se naturaliter intel-
ligere intuitiue aliquod obiectum:⁊ quodcunqꝫ alterũ
ab ipso distinctum:quoniam potentia intellectiua per
notitiam abstractiuam vniformiter respicit omnia:nec
magis vnum est ab ipsa intelligibile q̃ alterum abstra
ctiue:ita ⁊ de intuitiua intellectiua notitia est dicendũ
videlicet ꝙ si aliquod ens est a potẽtia intellectiua cre-
ata intelligibile naturaliter intuitiue sine aliquo alio
supernaturali sibi apposito mediante:⁊ quodlibet alio
rum:sed constat ꝙ potentia intellectiua vniformiter re
spicit omnia mediante notitia abstractiua.ergo ⁊ me-
diante intuitiua.quare ⁊c.¶Hoc premisso pono qua-
tuor conclusiones.

Prima est.ꝙ anima habet in præsenti
de sensibilibus notitiam sensitiuam intuitiuã ⁊ abstra
ctiuam.¶Hec est euidens:quoniam omnis illa notitia

est intuitiua: qua ita cognoscit res existens ꝙ nō potest naturaliter fieri/nec facta diu naturaliter cōseruari sine presentia rei. illa autē est abstractiua que eius obiecto presente vel absente vnifomiter potest esse. sed quilibet nostrū experit se habere aliquā notitiam sensitiuā vt omnē exteriorē causabilē solū ꝛ diu cōseruabilem re presente/ꝛ aliquā aliam similiter sensitiuā causabilē ꝛ diu conseruabilē re absente sicut presente vt omnē interiorem. ergo ꝛc. ¶ Confirmat. ꝙ omnis notitia concernens obiectū presens est intuitiua. alia autē que obiectū presens nō exigit ad hoc ꝙ fiat/est abstractiua: ꝫ notitia sensitiua interior exigit ꝛ ꝓcernit ad hoc ꝙ fiat obiectuꝫ presens: non autem sensitiua exterior. ergo ꝛc. ¶ Maior apparet. ꝙ illa notitia dicitur intuitiua que immediate ꝛ primo ab obiecto vel circa obiectuꝫ ab intelligente ipso causata eius obiectū cognoscit existere: illa autē abstractiua qua obiectuꝫ intelligit abesse. Dico autē notitiam intuitiuā esse nō oēm illā qua obiectū cognoscit existere/sed tantū immediate causatā ab obiecto vel circa obiectū. videns enī albedinē formar notitiā ꝓplexam: puta propositionē ipsam in qua albedo affirmatur existere: per quā propositionē formatā post notitiā intuitiuā assentit intellectus rei significate per ipsam: nec tamē ꝓpositio ipsa formata est notitia intuitiua: sed tantūmodo abstractiua causata ex prenia ī tuitiua: sed quilibet experit circa obiectū sensibile se habere aliquādo actum aliquē sentiendi: puta omnē exteriorem primo ꝛ immediate causatū per quez cognoscit certitudinaliter existere ipsuꝫ actualiter in re extra. nisi esn constaret videnti vel quo cūqꝫ sensu exteriori alio sentienti rem ipsam sensatam existere: de nulla re alia/ nec de eius existentia vel presentia posset haberi certitudo aliqua. per actum autem sentiendi interiorem non constat eius obiectum existere: cum quilibet talis actus sit naturaliter causabilis vt dictum est in absentia sui obiecti. ergo ꝛc.

Secūda cōclusio est. ꝙ non potest probari in nobis esse notitiam intellectiuā intuitiuam alicuius sensibilium obiectorū nec aliquorū intelligibiliū aliorum.

¶ Hec apparet ex his que cōtra opinionē aliam superius sunt arguta. Et confirmatur primo. ꝙ visio sensitiua vel alia quecunqꝫ notitia intuitiua sensitiua nō est perfectior nec clarior seu euidentior ꝙ intellectio intuitiua. sed a nullo homine viatore potest probari nec expiri in se eē de colore aliquā notitiā ita claraz ꝛ certā sicut est corporalis visio/nec de sono sicut auditio ꝛ sic de quolibet sensibilium aliorū/immo quilibet videtur experiri contrarium: videlicet in se nullam esse notitiam intellectiuā de aliquo sensibilium ita claram sicut est intuitiua notitia sensitiua. ergo ꝛc. ¶ Secūdo ꝙ omnia illa propter que saluanda probatur ab alijs intellectio intuitiua/saluanē ꝛ possūt pomi ipsa circūscripta videlicet ī uitiua ī tellectiua: ꝛ posita sensitiua ꝛ aliqua ea mediante causata notitia abstractiua intellectiua: videns enim sensibiliter hunc colorem potest absqꝫ aliqua alia notitia intuitiua formare hanc propositionem: color est: cuius propositionis rei significate potest assentire ꝛ de ipsa certus existere ex sola sensatione intuitiua mediante propositione predicta formata omni intellectiua intuitiua notitia circūscripta: nec per cōsequens ad cognoscēdum veritatem aliquam cōtingentē nec propter causam aliquam aliam potest probari notitiam intuitiuam in nobis esse nisi tantūmō sensitiuam.

Tertia cōclusio est. ꝙ nullius rei intellectionem intuitiuā habere possumus naturaliter in presenti. ¶ Hec ꝓbaī. primo. qz cuz sensibilia sint magis ꝙ alia nobis nota/si de aliq̄ re possemus habere naturaliter intellectionez intuitiuā/magis de sensibilibus ꝙ de alijs esset nobis possibilis talis notitia per naturaz: ꝫ de sensibilibus nō habemus notitiam intuitiuā aliquā nisi tantūmodo sensitiuam: si eñ haberemus ipsam experiremur eam sicut experimur notitiam sensitiuam: ꝓ ipsam etiā eque euidenē ꝛ clare appareret nobis sensibilis: sicut per intuitiuam notitiam sensitiuā. hoc autē quilibet experitur esse falsum. per visionem eñ sensitiuam euidentius ꝛ clarius apparet videnti color ꝙ per actum aliquem aliū cognitiuū. ergo ꝛc. ¶ Secundo. qz si alicuius alioz a sensibilib⁹ habere possemus intellectiuaz intuitiuam notitiam in presenti/eadem ratione oīm insensibiliū quorūcūqꝫ maxime eorū q̄ ad sensibilia vnifomiter sic se habent ꝙ nō vnum magis ꝙ alterum respicit ipsa: sed cōstat ꝙ non omniū caliū habere possumus intellectiuā intuitiuā notitiaz naturalē in presenti. ergo ꝛc. ¶ Maior apparet ex predictis: qz vt dictum est/sicut potentia sensitiua per actū sentiendi intuitiuū vnifomiē potest ī quodcūqꝫ sensibile obiectū: ita ꝛ intellectiua per actum intelligendi. quare ꝛc. ¶ Minor probatur. quonia omnis potens habere aliquius rei intellectionem intuitiuam/potest ea mediante formare in se notitiam abstractiuam: ꝛ per ipsam acquirere scientiā: sed nec de sensibilibus nec de insensibilib⁹ potest aliqs acquirere ex seipso quocūqꝫ alio circūscripto vnifomiter scientiam: cū aliquorū scientia acquirat per doctrinam ꝛ aliorum per inuentionem propriam ꝛc. ¶ Cōfirmat. quia sicut oīnia per sensum intuitiue cognita sunt equaliter nota ꝛ certa equalē sensum habentibus ipsa sentiētibus: ita ꝛ oīnia intelligibilia intuitiue cognoscibilia intellectu sunt vnifomiē ꝛ equaliē certa ꝛ clara oībus ea intuitiue intelligētib⁹. sed cōstat ꝙ nō oīa intellecta sunt ipsa intelligentib⁹ eque clara ꝛ nota/nec oīa sunt etiā oībus nota. ergo ꝛc. ¶ Preterea ad idem tertio arguit sic. obiectū increatū est naturaliter ī intelligibile intuitiue: ergo ꝛ quodlibet aliud ens creatum. Antecedens suppono hic ex dicendis in tertio ꝛ in quarto: vt eñ ibi dicetur: nullus a deo alius beatificare potest obiectiue nec etiā effectiue: sed potēs producere diuine visiōis ꝛ fruitionis actū potest beatificare effectiue: cuz beatitudo consistat in aliquo horum actuuz vel insimul in vtroqꝫ. ergo nullus a deo alius potest in aliquē actuū predictorum: vez in visionem nec in fruitionē. quare ꝛc. ¶ Cōsequentia ꝓbaī primo. qz sicut potētia sensitiua ad sensibilia/ita ꝛ intellectiua ad intelligibilia: ꝛ ita sicut sequit/potentia aliqua sensitiua puta visiua pōt videre hunc colorez: ergo ꝛ oēm aliū: ita ꝛ in ꝓposito sequit vt videt oīne ens esse intuitiue intelligibile si potest sic intelligi aliquod ens significatū: ꝛ ita ꝓ cōtrariū si aliqō ens maxime summe intelligibile ex se nō pōt naturaliē intelligi intuitiue p actū ab intellectu creato ꝓductum nec aliquod aliorum. ¶ Secundo. quia sicut potentia intellectiua se habet ad oīnia intelligibila abstractiue: ita se habet ad ipsa vt intelligibila intuitiue quantum ad hoc ꝙ sint: nulla apparet ratio: quare magis notitia abstractiua vnius obiecti ꝙ alteri⁹ sit possibilis per naturaz: ita ꝛ de intellectione intuitiua respectu omnium intelligibilium est dicenduz: ergo sicut sequit/aliqō ens pōt naturaliē intelligi abstractiue notitia ab intellectu creato ꝓducta: ḡ ꝛ qōlibz alioz: vl ecōuerso nō pōt intelligi ista mō aliqō ens significatum: ḡ nec aliqō alioz: ita ꝛ ī ꝓposito de ī uitiua notitia ꝓsiter est dicēdū: vez ꝙ si ī tellect⁹ creat⁹ nō pōt ī notitiā ī tuitiuā alicui⁹ obiecto rū nec q̄rūcūqꝫ alioz: ḡ si notitia ī tuitiua dei ē naturaliē ī possibiliē erit ēt ꝓsiliē ī possibiliē notitia alteri⁹ oīs ent⁹.

quare ꝛc. ¶ Confirmatur. quia sicut sensibile: quanto perfectior tanto cognoscibilius: sicut color quanto perfectior tanto visibilior: ꝛ sonus audibilior quanto perfectior: et sic de omnibus alijs sensibilibus: ita ꝛ de intelligibilibus intellectione abstractiua vel intuitiua conformiter est dicendum. videlicet ꝙ nō minus ens aliquod quantūcūqꝫ perfectū est intuitiue intelligibile: ꝙ quodcunqꝫ aliud imperfectum. sed primum ens vltimate perfectum non potest naturaliter intelligi notitia intuitiua alicui creato ī tellectui possibili effectiue. ergo nec aliqō aliorum.

Quarta & vltima conclusio est. ꝙ nec etiam in sequēti seculo alia nostra nec aliqs alius intellectus creatus potest aliquid intuitiue intelligere per se omni alio circūscripto.

¶ Hec potest probari consimiliter vt precedens: quia nec magis intellectui nostro in sequenti ꝙ in presenti: nec magis intellectui nostro ꝙ alteri creato est ex seipso possibilis effectiue notitia intuitiua dei. ergo nec alicuius alterius obiecti. antecedens et consequentia apparent ex predictis. ¶ Confirmatur primo. quia nullus intellectus creatus potest naturaliter intuitiue intelligere conceptum mentis alterius: sed si intellectus creatus posset alicuius entis creati habere ex se notitiam intuitiuam/et alterius cuiuscunqꝫ nulla enim posset ratio assignari: ꝓpter quā vnus angelus magis posset intuitiue intelligere alium angelum ꝙ propium eius conceptum. et ita si non potest intueri eius conceptum: nec ipsum/nec per consequens aliquid aliorum. quare ꝛc. ¶ Maior assumpta apparet tam ex sacra scriptura: ex qua habetur ꝙ solus deus occulta cordiū intuetur: ꝙ ex sanctorum doctrina: ex qua habetur ꝙ in angelis sunt illuminationes ꝛ locutiones. Alij enim loquuntur alijs eis que antea non nouerant explicando. sed si naturaliter vnus posset intueri cōceptum alterius huiusmodi illuminationes ꝛ locutiones omnino existerent ociose et superflue: cum omnia vni nota alius posset intuitiue intelligere ex seipso. quare ꝛc. Secundo. quia si intellectus creatus posset ex se absqꝫ omni alio supernaturali sibi inf.so aliquid intueri/non fuit necessarium alicui angelorum in sui creatione nec postea dari a deo aliquam speciem nec habituz/nec vnus angelorum scit nec potest scire plura ꝙ alius possit naturaliter scire: licet ꝙ actu sciat. hoc autem est falsum. ergo ꝛc. ¶ Consequētia apparet. quia omne intuitiue intelligibile est vniformiter scibile a quocunqꝫ a quo est sic intelligibile. sed vt patet ex dictis si aliquod obiectum creatum est ab intellectu aliquo creato naturaliter intuitiue intelligibile/eadem ratione et quodcunqꝫ aliud a quocunqꝫ alio intellectu. ergo sicut calor potest calefacere indifferenter omne calefactibile sibi presens: ita ꝛ quilibet intellectus creatus intuitiue intelligere consimiliter omne existens: supposito vt supponitur ꝙ possit aliquid intelligere intuitiue naturaliter ex seipso omni alio circūscripto quare ꝛc. ¶ Falsitas consequentis apparet. quoniam constat ꝙ nihil eorum que deus reuelat tantum alicui beatorum potest naturaliter intueri aliquis aliorum: et ita cum non omnia omnibus reuelentur: nec per consequens notitia omniū in verbo est equalis: sed potius inequalis. nec etiam scientia rerum in proprio genere que dicitur notitia vespertina. in tali enim non equabitur vetula licet superior in gloria magistro in theologia. nisi dicatur ꝙ scientia acqsita in ista vita non remanet in anima separata. ergo non omnia nota in verbo: nec etiam in genere proprio alicui beatorum potest cognoscere ex se ipso aliquis aliorum. quare ꝛc. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quia nullus potest nisi per notitiam intuitiuam intelligere rem presentem aliter ꝙ absentem: sed intellectus creatus saltem angelus videtur posse intelligere rem presentem aliter ꝙ absentē. ergo ꝛc. ¶ Ad hoc respondetur ꝙ minor assumpta est vera non vniuersaliter sed tantum de illa re cuius intellectus creatus habet speciem vel habitū vel quomodocūqꝫ vocetur aliquid aliud a deo sibi infusum ad intellectionem intuitiuam necessario requisitum: non autem de alijs intelligibilibus quorum nullam speciem habet infusam: cuz sine ipsa vt dictum est non sit possibilis notitia alicuius intelligibilis intuitiua. qua sola res cognoscitur actu presens. quare ꝛc. ¶ Sed circa hoc est dubium. quoniam cum potentia intellectiua sit perfectior ꝙ sensitiua non minus per se videtur posse in omnem actum intelligendi tam abstractiuum ꝙ etiam intuitiuum/ꝙ ipsa potentia sensitiua in actum sentiendi intuitiuum: sed potētia sensitiua potest ex se in actum sentiendi intuitiuū. ergo ꝛc. ¶ Ad hoc potest dici: ꝙ licet anima intellectiua sit perfectior ꝙ sensitiua. ꝛ hoc accipiendo ista respectu diuersorum vt anima intellectiua est perfectior ꝙ anima sensitiua bruti. ex hoc tamē nō sequit ꝙ intellectiua sic per se naturaliter possit in actum intuitiue intellectionis sicut anima sensitiua in actum intuitiue sensationis. quia nec omne perfectius est actiuius. ꝛ ita licet loquendo de intellectione abstractiua sit simile de potentia intellectiua/ ꝛ de potentia sensitiua. quia videlicet sicut sensitiua exterior potest in sensationem intuitiuam: ita ꝛ intellectiua in intellectionē abstractiuam. non tamen est simile de potētia sensitiua exteriori ꝛ intellectiua: vt ad intuitiuas notitias comparatis. potentiam enim intellectiuā non posse in intuitiuam cognitionē per se: sicut potest sensitiua/arguitur a posteriori: videlicet ex predictis. ¶ Hec de prima.

Quantum ad secundū est opinio quorundam dicentium ꝙ sic. quod probant. primo. quia anima potest experiri actus suos. experitur enim se intelligere diligere ꝛ sentire. sed experientia non potest esse nisi illorum quorum est notitia intuitiua. ergo ꝛc. ¶ Secundo. quia actu intelligens vel volens assentit huic propositioni contingenti. ego intelligo vel volo. sed non potest huic assentire nisi mediante notitia intuitiua de actu ipso habita. ergo ꝛc. ¶ Sed hic modus dicendi nō potest stare. primo quia sicut dictum est in articulo precedenti visio sensitiua non est eam habenti clarior nec certior ꝙ intellectiua: sed constat ꝙ videns corporaliter hunc colorem: non experitur se habere aliquam intellectionem eque claram sicut est ipsa visio corporalis coloris: nec experitur se sic clare cognoscere visionem sicut colorem: quod tamen faceret si ipsam visionem intuitiue cognosceret intellectualiter: sicut cognoscit eius obiectum/videlicet colorem ipsum/sensibiliter. ergo ꝛc. ¶ Secundo. quia nulla ratio apparet: quare magis anima possit videre actum ꝙ habitum. sed secundū sic opinantes anima nō potest videre seu intuitiue intelligere aliquem sibi inexistentem habitum. ergo ꝛc. ¶ Ad primum eorum que pro opinione p̄dicta adducūtur dicēdū: ꝙ vocando notitiam experimētalem intuitiuam seu facialem: falsum est quod in maiori accipitur. non enim anima viatoris suum actum aliquem experitur: vt apparet euidentius de actibus exterioribus sentiendi: quorum nullus est homini sentienti ita clarus nec euidens sicut obiectum eorum. qō tamen/ vt dē

etum est/esset si intuitiue perciperetur. vocando autem notitiam experibilem omnem illam qua assentitur rei significate per propositionem importantem ipsam existere/sic concedi potest animam experiri actum sibi inexistentem. intelligens enim vel volens vel sentiens statim assentit rei per istam propositionem significate: ego intelligo volo vel sentio. nec tamen ex hoc sequitur ꝙ intuitiue ab ipso actus huiusmodi videantur. quare ⁊c. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ falsum assumit in minore nõ enim ad hoc ꝙ aliquis assentiat huic ꝓpositioni. ego intelligo lapidẽ: vel rei significate per ipsam requirit notitia intuitiua lapidis/nec eius intellectionis. sed sufficit notitia abstractiua lapidis vna ⁊ alia similiter abstractiua sue intellectionis: que quidem est pars propositionis. sicut enĩ visio sensitiua coloris ⁊ propositio ista formata: ego video colorem/sufficiunt ad assensum rei significate per propositionem ipsam compositam ex intellectionibus abstractiuis: ita et actus volendi vel intelligendi rectus cum propositione formata ista/ego volo vel ĩtelligo/sufficit ad assensum rei significate ꝑ ipsã. quare ⁊c.

Et ideo quantum ad istum articulum aliter est dicendũ: videlicet ꝙ non videt aliquis homo in via: nec potest videre seu intuitiue intelligere actus suos. ¶ Hoc probatur ab aliquibus primo sic. in cognitionibus intuitiuis non potest esse processus in infinitum. sed si anima intuitiue intelligeret actum suum/huiusmodi processus in infinitum in talibus intuitiuis cognitionibus necessario sequeretur. quoniam qua ratione anima videns albedinem potest videre visionem/eadem potest videre seu intuitiue intelligere visionẽ istius visionis per secundam visionem seu intuitiuam intellectionem/⁊ secundam per tertiam/⁊ sic in infinitum vlterius procedendo. quare ⁊c. ¶ Secundo arguunt sic ad idem. aut anima experitur actum suum sicut obiectum: aut sicut subiectum viuũ proprium suum actum. sed non potest poni primum: quia tunc sequeretur euidenter ꝓcessus in infinitũ. qua enim ratione aliqua intellectio vel sensatio potest esse obiectum alicuius visionis seu intuitiue intellectionis/eadem talis intellectio intuitiua potest esse obiectum alterius: ⁊ illa alia alterius/in infinitum. ergo relinquitur secundum quod est propositum. qꝛ cum notitiam intuitiuam nõ oporteat ponere nisi respectu alicuius obiecti: nec etiam possit poni: per cõsequẽs licet anima experiatur proprium actum suum: ex hoc nõ sequitur ꝙ in ipsa intuitiua notitia sit ponenda. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. quia cum sine necessitate nõ sit ponenda pluralitas/si ad veritatẽ alicuius propositionis sufficiunt duo non oportet ponere tria: sed ad veritatem istius/anima experitur actum suum/sufficit actus ipse ⁊ anima eius subiectum. impossibile enim est ꝙ actus recipiatur in anima quin propositio ipsa sit vera. non potest enim in intellectu recipi cognitio actualis quin intellectus ipsã experiatur. ergo ⁊c. ¶ Sed iste rationes non concludunt vt apparet per singulas discurrendo. quando enim dicitur in prima ꝙ non potest esse processus in infinitum in cognitionibus intuitiuis/hoc negaretur. non enim minus inconueniens videtur concedere seu ponere processum infinitum in cognitionibus abstractiuis ꝙ̃ in intuitiuis: sed in abstractiuis oportet concedere: quoniam constat ꝙ actus intelligendi ⁊ omnes alij sunt intelligibiles et intelliguntur de facto ab anima in presenti/et si non intuitiue tamen abstractiue. qui actus abstractiuus reflexus quo intelligitur actus rect⁹/est ĩtelligibilis alio actu reflexo similiter abstractiuo: et iste secundus tertio. et sic in infinitum. quare ⁊c. ¶ Ad aliud qđ secundo arguitur/apparet ꝙ non valet quia falsum est illud qđ accipitur cũ dicitur ꝙ anima experitur actum suum nõ vt obiectum. omnino enim est impossibile animã aliquid experiri: nisi tantum illud qđ est sui actus experimentale obiectum: sicut est impossibile aliquid intelligi vel videri nisi quod est intellectionis vel visionis obiectum. et ita non magis potest anima experiri proprium suum actum nisi ipsum respiciat vt obiectum: et per consequens tendat in eum per alium actum: ꝙ̃ quodcunq3 aliud ens creatum sibi extrinsecum. Et quãdo contra hoc arguitur ex processu infinito in talibus actibus qui sequitur: Dico vt dictum est/ꝙ nõ est inconueniens huiusmodi processum infinitum in actibus intuitiuis cõcedere magis ꝙ̃ in alijs abstractiuis: ⁊ hoc est quantum est ex natura talium actuũ. An autem aliũde sit repugnãtia ponere talẽ processum ĩ intuitiuis actibus cognitiuis ⁊ non in abstractiuis/dicetur in alia questione. ¶ Ad confirmationem illam dicendum ꝙ falsum in minore accipitur cum dicitur ꝙ anima et actus receptus in ipsa sufficiunt ad veritatem istius. anima experitur proprium actum suum. Et quando probatur per hoc quia anima non potest recipere actum quin experiatur ipsum: Dico ꝙ hoc est falsum. quoniam vt dictum est nihil potest ab anima experiri nisi qđ est sui actus experimentale obiectum. idem autem non potest esse suiipsius obiectum: sed alterius actus tantum. et ita cum anima non possit experiri actum suum aliquem vnum nisi per alium tendat in ipsum: et nullum sit inconueniens in anima esse actum per quem tendat in obiectum extrinsecũ sine omni alio actu existente in ipsa: per consequens non oportet necessario animam experiri actũ suum. quare ⁊c. ¶ Et ideo conclusio supradicta potest probari aliter ex predictis ĩ alio articulo sic. omne illud qđ potest intuitiue intelligere ex seipso aliquis intellectus creatus/⁊ quilibet alius. hoc apparet: quia sicut se habet potentia sensitiua ad sensibile ita intellectiua ad intelligibile. et ita sicut omne visibile vel quocunq3 alio sensu intuitiue cognoscibile ab vno et ab omni alio habente potentiam sensitiuam eiusdem rationis cum eo: ita ⁊ de potentia intellectiua respectu intelligibilis est dicendũ. videlicet ꝙ omne qđ potest intelligi ab vno/potest consimiliter intelligi a quocũq3 alio intellectu. sed nullus intellectus creatus potest intueri/seu intuitiue intelligere conceptum mẽtis alterius. ergo nec aliquis potest huiusmodi suum conceptum proprium intueri. ¶ Confirmatur. quia sicut color ꝙ ex se est visibilis ideo in quocunq3 subiecto existat potest videri: quia nec ex aliquo subiecto est visibilis: sed tñmõ ex seipso: nec per consequẽs potest fieri inuisibilis ex subiecto: ita etiam et de quocunq3 obiecto intellectualiter visibili est dicendum. videlicet ꝙ omne qđ potest videri seu intuitiue intelligi ab aliquo intellectu creato/potest sic intelligi ab ipso vniformiter in quocunq3 existat subiecto. sed ille idẽ actus intelligendi vel volendi numero qui est in vno posset esse in alio: quod si esset/intelligi intuitiue non posset ab illo in quo non esset. ergo nec aliquis potest suum proprium intueri conceptum. ¶ Minor apparet. nisi dicatur ꝙ quilibet intellectus creatus potest ex se ipso absq3 aliquo alio sibi apposito intueri conceptum et omnem actum mẽtis alterius: qđ est falsum: quare ⁊c. ¶ Preterea secũdo arguitur sic ad idem. si ergo vel quicunq3 ali⁹ intellectus creatus intelligens angelum vel quodcunq3 aliud obiectum: potest ex seipso naturaliter

intueri huiusmodi actum intelligẽdi aut hoc est verum absolute tantum vt videlicet actus ipse est tale ens absolutum ab eius obiecto distinctum: aut sic in ordine ad eius obiectum: vt videns actum nõ tantum est certus se videre actum: sed etiã constat sibi de eius obiecto: puta de angelo intellecto vel volito. Sed nõ possunt ponere primum illi qui dicunt ꝙ anima videt actus suos intuitiue: quoniam secundum ipsos ideo arguitur et probatur ꝙ anima intuitiue percipit actus suos. quia scit seu experitur inexistere sibi eos. intelligit enim se intelligere vel velle qđ non potest per notitiam abstractiuam. sed constat ꝙ anima vel quicunq3 alius intellectus creatus non tantum intelligit se velle ⁊ intelligere absolute vt intellectio vel volitio est tale ens absolutũ ab obiecto distinctum: sed etiam intelligit se intelligere vel velle sue intellectionis vel volitionis obiectum: puta angelũ/vel quodcunq3 obiectum aliud intellectum. non tantum enim intellectus est certus se intelligere absolute: sed etiã tale ens determinate. ergo si ideo quia intellectus creatus intelligit se intelligere: actũq3 sibi inexistere: arguũt ipsum esse intuitiue cognitũ: habẽt etiam concedere actũ esse cognitum non tantum vt absolute sumptum: sed etiã vt talis obiecti: cũ intellectus intelligens se intelligere vel velle sciat se intelligere vel velle tale ens determinate. ergo omnis intuitiue intelligere potens actum/potest intelligere quid sit eius obiectum: ⁊ ita per consequẽs cũ vnus intellectus creatus possit intuitiue intelligere cõceptum alterius: supposito ꝙ ille cuius est talis conceptus possit ipsum naturaliter intueri: sequitur ꝙ cuilibet intellectui creato possit naturaliter esse notũ ⁊ certum quid sit ab alio cognitum vel volitum seu notum: qđ est falsum. quare ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia omne alicui certum virtute alicuius actus in ipso existentis/est etiã certũ alteri cuicũq3: in quo actus consimilis reperitur. sed si intellectus creatus videt intuitiue proprios actus suos virtute talis visionis/seu intuitiue intellectionis: certitudinaliter constat sibi intelligenti quid sit ab eo intellectũ. ergo ⁊ idem potest esse certum cuicunq3 alteri in quo actus consimilis potest poni. sed vt predictum est si intellectus creatus potest videre conceptum suũ: ⁊ quilibet aliorum: ergo quilibet intellectus creatus virtute visionis sibi possibilis actus alterius potest esse certus quid alius intelligat siue velit. hoc autẽ est falsum ⁊ contra sacram scripturam. ergo ⁊c. ¶ Sed nũqđ beatus potest intuitiue ĩtelligere actũ suũ beatificũ? Ad hoc respõdent aliqui dicentes ꝙ sic. licet enim vt dicunt viator nõ possit intuitiue intelligere aliquem actum suũ: potest tamen hoc quilibet beatorum: nec tantum actum: sed etiã omnem in eo existentem habitum ⁊ seipsum. ¶ Sed si sic dicentes intelligant ꝙ beatus ex seipso possit naturaliter intueri actum suum beatificum/vel alium/⁊ seipsum hoc non videtur verum: vt apparet ex dictis. quoniam tunc sequeretur ꝙ quilibet beatorum posset videre cuiuslibet alterius mentis conceptum: cum quodcunq3 visibile seu intuitiue intelligibile ab vno ⁊ ab alio vt superius est argutum: nec tantum etiã beatus/immo ⁊ quilibet damnatus posset cuiuslibet alterius videre cõceptũ sicut ⁊ suũ proprium cum naturalia maneant integra in ipsis sicut in beatis. hoc autẽ est falsum. quare ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia beatus non magis potest ex suis naturalibus videre seu intuitiue intelligere vnum aliquod ens creatum: nec per consequens suum actum ꝙ̃ quodcunq3 alterum obiectum: sed beatus non potest videre omne visibile seu intuitiue intelligibile naturaliter ex seipso: qꝛ alias quilibet beatorum posset videre omne certum alteri diuinitus reuelatũ: ⁊ tunc frustra fierent locutiones nec essent illuminationes in angelis/nec in alijs beatis cum quilibet posset videre omne notum alteri ex seipso: sed ista sunt falsa. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si forte dicatur: ꝙ non est simile de actibus intrinsecis/⁊ de alijs obiectis/nec per consequens sequitur/si intellectus creatus beatus potest intuitiue intelligere actum suũ ⁊ seipsum ꝙ possit similiter intueri quodlibet aliud ens creatum quoniam sicut color vniformiter est visibilis sensibiliter in quocunq3 subiecto existat: ita etiam quodcunq3 aliud ens intuitiue intelligibile vniformiter potest intelligi in quocunq3 subiecto: nec per consequens actus beatificus nec quicunq3 alius alicuius beatorum est magis nec aliter cognoscibilis secundũ se ab illo in quo existit: nec ipsemet beatus a seipso ꝙ̃ a quolibet aliorũ. quare ⁊c. ¶ Si autem modo predicto dicentes intelligant ꝙ beati intelligũt actus suos intuitiue: et seipsos mediãtibus speciebus vel alijs quibuscũq3 ad hoc necessarijs/modo quo angeli dicuntur intelligere: videlicet per species concreatas seu habitus: sic potest concedi ꝙ beati intuitiue intelligũt actus suos ⁊ etiã semetipsos/⁊ alia multa: quorum habent species vel habitus/sine quibus huiusmodi notitie intuitiue nõ sunt possibiles ꝑ naturam: nisi sic dicatur oporter cõcedere vt videtur/ꝙ beatus possit ex se videre seu intuitiue intelligerẽ omne ens actu existẽs. non enim magis vnum ꝙ̃ alterum sibi determinat ad videndum. ⁊ ita si potest per se sine aliquo alio sibi apposito videre seipsum ⁊ proprium actum suũ: ⁊ quodlibet aliud ens creatum ⁊ etiam increatum vt superius est deductum. hoc autem non videtur verum. quare ⁊c. ¶ Secũda cõclusio est. ꝙ viator potest intelligere ⁊ sic intelligit suum actum notitia abstractiua. ¶ Hec apparet. qꝛ constat ꝙ potest de ipso aliquam habere notitiam: sed nõ intuitiuã: scđ3 ꝯclusionem primam. ꝗ ⁊c. ¶ Maior assumpta apparet. quia omne ens saltem creatum est intelligibile naturaliter ab ipso. Qꝛ etiam de facto viator intelligat suum actum/apparet: quia intelligit se intelligere: et velle vel nolle. sed intelligens se intelligere velle vel sentire/aliquo modo intelligit suum actum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia intelligens se intelligere format hãc ꝓpositionem. ego intelligo intellectionem talis obiecti intellecti. sed actus reflexus: puta intellectio intellectionis est pars istius propositionis. ergo ⁊c. ¶ Et si queratur quomodo possit esse euidens et certum intellectum ꝙ ĩtelligat vel diligat ex sola abstractiua notitia talis actus. Ad hoc respondetur ꝙ sola cognitio abstractiua reflexa intellectionis vel cuiuscunq3 alterius actus non vt absolute sumpti/sed vt recepti in habente eius notitiam abstractiuam reflexam sufficit ad hoc ꝙ aliquis intelligat se intelligere siue se velle. ad hoc enim ꝙ aliquis assentiat rei significate per istam propositionem. ego intelligo. nulla intuitiua notitia est necessaria sed sufficit propositio ipsa ex notitijs abstractiuis composita siue ex abstractiua siue ex intuitiua intellectionis notitia sit causata. dum tamen notitia ipsa recta ⁊ eius reflexa sint in eodem subiectiue: hoc sufficit ad assensum rei significate per propositionem predictã ex abstractiuis notitijs constitutam. non tantum enĩ notitia intuitiua sed etiam recta abstractiua in intelligente recepta nata est causare assensum respectu sui mediante propositione formata ex notitia abstractiua reflexa ipsius intellectionis similiter abstractiue ⁊ recte formate. Et ꝙ hoc sit verum potest declarari per hoc: quoniam constat ꝙ non tantum intelligit hoc se intelligere/sed etiam velle vel sentire: nec tantum intelligit se velle/vel nolle/vel sentire qđ percipit intuitiue/sed etiam qđ sentit vel intelligit abstractiue. non videtur autem ꝙ magis volitio vel nolitio sequens notitiam abstractiuam/vel ipsa sensatio abstractiua sufficit ad assensum rei signifi-

cate per hoc complexū ego volo vel nolo vel sentio ꝙ cognitio abstractiua ad cognitionē rei significate ꝑ istud: ego intelligo. quare ꝛc. ¶ Ex predictis tā ī isto articulo ꝙ in primo potest inferri corollarie ꝙ virtute alterius formatur hec ꝓpositio complexa ꝛ assensus rei importate per ipsam. ego video sensibiliter colorem. ꝛ virtute alterius ista. ego intelligo angelum vel colorem ipsum. ¶ Hoc apparet. quoniam vtraqꝫ ꝓpositio supradicta ex notitia abstractiua reflexa actus composita formatur ꝛ suo significato assentitur notitia recta presupposita mediante. prima videlicet mediante visione sensitiua coloris: ꝛ alia mediante intellectione. visio sensitiua est notitia intuitiua: intellectio aūt abstractiua. ergo prima formatur virtute notitie ītuitiue sensitiue: cuius cognitio abstractiua est ipsius ꝓpositionis formate p̄dicatū. secūda autem virtute intellectionis abstractiue: cuiꝰ reflexa intellectio similiter abstractiua est eius p̄dicatū. consimiliter est dicēdum de assensu significati vtriusqꝫ. ex hoc eīm solo ꝙ notitia siue ītuitiua siue abstractiua alicuius obiecti recipitur in anima statim ipsa anima in qua recipitur potest formare hoc complexū. ego intelligo talem rem. cui ꝛ potest assentire tali ꝓpositione mediante formata. quare ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex predictis.

Q Vinto quæro. vtrū in actibus

credendi vel intelligendi sit possibilis per naturam processus in infinitū. Et videtur ꝙ sic: quia omnis actꝰ intelligēdi est intelligibilis: non se ipso sed alio actu mediante. ergo est in actibus intelligendi ꝓcessus in infinitū. Antecedēs est euidēs. qm̄ licet intellectus ꝛ obiectū ītellectū possint in idem coincidere cū intellectꝰ possit ītelligere semetip̄m: non tamē obiectū aliquod ab intellectu creato intellectum potest in idem coincidere cū actu suo intelligendi: cū oīs actus positus possit esse nō ītellectus: qḋ fieri nō posset si actꝰ quo est intelligibilis ab ipso indistinctus esset. ergo ꝛc. ¶ Cōsequētia est euidēs. quia ex quo omnis actus possibilis est alio actu a se intelligibilis / nō est dare aliquē actū vltra quē alius nō sit possibilis. ergo est ꝓcessus in infinitus in eis. ¶ Contra. quia cū omnis actus intelligēdi intuitiuus supponat obiectum actu existēs ꝛ intelligenti p̄sens: ꝑ consequēs intellectio intuitiua reflexa presupponit in intellectu existere simul cū ipsa rectā. sed nō possunt esse in aliquo intellectu creato simul infiniti actꝰ intelligēdi: īmo est deuenire ad tot vltra quos nō possūt existere plures. ergo nō potest naturaliter esse processus in infinitū in eis / saltem in actibus ītelligēdi intuitiuis. ¶ Respōsio. vbi sic procedā. primo eīm inquiram quid sit istorum actuū obiectū. Secūdo dicam ad quesitū: an videlicet sit in eis processus in infinitum.

Quātum ad primū est opinio aliquorū dicētiū ꝙ actus intelligēdi est duplex: simplex videlicet et complexus. Simplex dicitur ille cuius obiectum dicitur res extra incomplexa. ꝛ talis est omnis ille quo cōcipitur absolute sine affirmatiōe ꝛ negatiōe res ipsa. Cōplexus dicitur omnis ille cuius obiectū est aliquod verū complexū. ꝛ ideo actus intelligendi denominatur cōplexus: videlicet obiectiue. non eīm est ꝯpossibilior ꝙ primꝰ quidditatiue. Et quia scientia est ꝯclusionis que est veritas complexa affirmatiua vel negatiua: ideo sequitur ꝙ omnis actus sciendi obiectū est aliquod verū cōplexū: nō aliquod incōplexū. actus autē credendi non est actus intelligendi ꝓprie sumptus: cū actus intelligendi sit actꝰ cognoscendi ꝛ actus credendi sit actus assentiēdi seu iudicandi p̄supponens actum cognoscendi. nō eīm incognitum potest esse iudicatum. licet ecōuerso cognitum potest esse non iudicatuꝫ. Q autem actus credendi non sit actus intelligēdi / apparet: quia actus credendi cōuenit tantū fideli. actus aūt intelligēdi cōuenit fideli ꝛ infideli eosdē eīm articulos format / ꝛ ipsoꝝ significata cognoscit vterqꝫ: sed infidelis dissentit ei qḋ app̄hendit: nec ipsum esse verū sed falsum iudicat: fidelis aūt cōsentit: ꝛ verum esse iudicat hoc qḋ nouit. ergo actus credendi est distinctus ab actu intelligēdi quidditatiue: nō aūt obiectiue. idē eīm verū cōplexū est obiectū actus intelligēdi ꝯplexi precedētis / ꝛ actus credēdi sequētis ip̄m necessario supponētis. Ex p̄dictis omnibus inferūt sic opinātes ꝙ obiectū īmediatū tā scientie ꝙ fidei etiā est nō aliquod incōplexū: sed aliquod verū cōplexū. ¶ Contra opinionē istā quantū ad hoc qḋ ponit de obiecto īmediate scientie ꝛ fidei seu actus assentiēdi: arguitur primo sic. nihil potest poni alicuius actus intelligendi obiectū nisi qḋ est intellectū ꝑ ip̄m. qḋ etiā nō est intellectū nō potest poni actꝰ assentiēdi obiectū. nullus eīm intellectualis assentit nec dissentit nisi p̄intellecto. sed ꝑ scientiā q̄ est de rebꝰ extra nō intelligit aliquod verū cōplexū / nec fides etiā p̄supponit cē p̄intellectū aliqḋ verū ꝯplexū: nec est de ipo: sed tm̄ de eiꝰ significato. g̃ ꝛc. ¶ Minor apparet. primo quātū ad primā partē: qm̄ verū cōplexū nō est aliud ꝙ ꝓpositio ipsa formata affirmatiua vel negatiua: sed sciētia q̄ est de rebus extra nō est alicuius ꝓpositionis ipsas res significantis. posita eīm demōstratione rē aliquā extra significāte natus est sequi ex ipsa actus sciēdi neutra premissarū ꝯcepta nec etiā cōclusione. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat quia verū cōplexū seu ꝓpositio ipsa formata nō est aliud ꝙ actus intelligendi cōplexꝰ / nec eīm ꝓpositio mentalis est aliud ꝙ plures actus intelligendi: quorū vnus affirmatur de alio: vel negatur. sed actus ītelligēdi nō est obiectū nisi actus reflexi. sciētia aūt que est de rebus extra non exigit aliquē actū reflexū. ergo nec aliqua ꝓpositio sciētifica siue sit cōclusio / siue p̄missa significās rē extra est illius sciētie obiectū: sed potius sciētia ipsa siue actꝰ sciendi rē extra: q̄ quidē est suū significatū. ¶ Ex eodem apparet secūda pars: videlicet ꝙ nec obiectum fidei sit verū cōplexū: sed suū significatū. quoniā formato aliquo vero cōplexo fidei articulo: puta deus est trinus ꝛ vnus ante notitiā reflexā ipsius statim potest sequi actus credendi seu assentiendi: cuius obiectum nō potest esse aliquid incognitum quale supponitur esse ip̄m verū ꝯplexum. ergo eius obiectū est illius veri ꝯplexi significatū qḋ quideꝫ est cognitum. quare ꝛc. ¶ Confirmatur. quia fides catholica nō est de ꝓpositione sed de re extra ꝑ ꝓpositioneꝫ significata: puta ꝙ Christus est passus / deus est trinus ꝛ vnus / ꝛ similiū. nō eīm est de veritate alicuiꝰ taliū ꝓpositionū: cū possit esse vera fides sine eis intellectis: sed de ipsoꝝ significatis. nec eīm fides nostra est de actibus nostris intellectis: sed de rebus intellectis. sed verū ꝯplexū nō est aliud ꝙ ꝓpositio formata in mente: q̄ quidē non est aliud ꝙ diuersi actus intelligendi: quorum vnus subiicitur / ꝛ alius p̄dicat. g̃ ꝛc. ¶ Si forte dicat ꝙ falsuꝫ est illud qḋ supponit. videlicet ꝙ ꝓpositio ipsa formata possit esse non intellecta: cum ipsa sit sui cognitiua siue app̄hensiua: ¶ Cōtra hoc arguitur dupl'r. primo qꝛ assumptū est falsum. secūdo quia ex ipso esto ꝙ esset verum: non haberetur intētū. ¶ Primū videlicet ꝙ assumptum puta ꝓpositionē aliquā esse sui app̄hensiuā / sit falsuꝫ: ꝓbat. primo sic. nō magis aliquis cōplexus ꝯceptꝰ pōt esse cognitio sui ꝙ incōplexus ꝑ terminū īportatus. ¶ Hoc statim apparet. tū qꝛ nec vnꝰ ꝯceptus nec aliꝰ est intellectus nisi ꝑ actū reflexū. actus aūt reflexus est ab actu recto distinctus. quare ꝛc. ¶ Cum quia oīs actus intelligendi siue simplex siue complexus potest esse non

intellectus licet actualiter sit in mente. sed hoc non videretur posse esse si aliquis esset apprehensiuus suipsius. sic ergo apparet maior assumpta. sed propositio in mente formata non est aliud ꝙ diuersi actus intelligēdi simplices: quorum primus est subiectū. secūdus est copula. ꝛ tertius p̄dicatū. sic enim propositio mentalis cōponitur ex conceptibus sicut vocalis ex vocibus. ꝛ ita successiue ordine quodam formantur huiusmodi cōceptus in mente: ex quibus construitur propositio ipsa mētalis: sicut voces proferūtur ore: ex quibus componitur propositio vocalis. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia omnis cōceptus simplex vel cōplexus est cognitiuus tm̄ obiecti sui significati. sed nullus cōceptus simplex vel cōplexus est significatū sui ipsius. ¶ Hoc statim apparet in ꝓposito de ꝓpōne q̄ est cōceptus formatus cōplexus: qm̄ cū ꝓpō nō sit aliud ꝙ subiectum copula ꝛ p̄dicatū: si ꝓpō est significatū suipsius: puta ista Christus est passus vel homo est albus: aut hoc est quia tota est significatū totius ipsius: aut quia tm̄ est alterius ꝑtis eius. sed non potest poni scōm: quia neutra pars ꝓpōnis significat aliā. nec eīm subiectū significat copulā: nec p̄dicatū: nec ecōuerso. sed qḋlibet horū importat aliquid in re extra ꝑ quo ꝓpositio ipsa formata tota est vera. nec potest poni primū quia tota ꝓpō nō posset poni significatū suipsius totiꝰ nisi quia aut vna pars eius esset significatū alteriꝰ: ꝛ ecōuerso ꝑs significata esset signū alterius ipsum significātis: aut qꝛ q̄libet esset sui ipsius significatū. sed primū est impossibile. nec eīm ī talibus potest cē circulus: puta ꝙ aliquis ꝯceptus sit signū ꝛ signatū eiusdem. cōceptus etiā aliquis vt ē pars ꝓpōnis nō significat aliud ꝙ illud idē qḋ importat vt ꝑ se sine ꝓpōne accepta. sed nulla ꝑs propōnis vt ꝑ se non in ꝓpōne accepta significat aliam nec seipaꝫ. nō eīm vnus cōceptus simplex significat aliū nec seip̄m. ꝑtes aūt ꝓpōnis mētalis nō sunt aliud ꝙ simplices conceptus sicut ꝑtes ꝓpōnis vocalis voces: nec magis vnus cōceptus significat aliū nec seipsum ꝙ vna vox aliā nec se ipam. ergo ꝛc. ¶ Preterea ad idē arguit sic. aliqua ꝓpositio verificatur tantūmodo pro seipsa. vt animal est genus / vel homo est species. et alia tantū pro re significata. vt deus est trinus ꝛ vnus / homo est albus et similia. sed hoc non posset dici si alia propositio significaret seipsam ꝛ rem extra simul. talis enī si esset vera ꝑ secūdo significato: esset vera vniformiter pro seipsa ꝛ pro re per eam significata. ꝛ per consequēs talis propositio esset eque falsa sicut vera: cū propositio nō sit talis in se / qualē esse significat suū significatū. quare ꝛc. ¶ Confirmatur. nō magis aliqua ꝓpositio potest poni complexa cognitio suipsius ꝙ diffinitio rei extra. vt animal rationale sit diffinitio suipsius. ¶ Hoc apparet. qm̄ omnis diffinitio est diffinitio sui significati: ꝛ ita si aliqua ꝓpositio significaret seipsam cadē ratione diffinitio significaret seipaꝫ: ꝛ ꝑ cōsequēs esset suipsius. sed hoc est falsum constat enim ꝙ nūꝙ idem est nec esse potest diffinitio ꝛ diffinitum. ergo ꝛc. ¶ Preterea ad idē arguitur sic. quorūcūqꝫ diuersorū generū vel eorūdē tamen realiter distinctorum vnū potest intelligi sine alio intellecto. sed agnitio tam incōplexa ꝙ cōplexa que est ꝓpositio ipa est realiter distincta a sua re significata. ergo ꝓpositione formata non intellecta potest esse intellecta res extra ꝑ eam significata. quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia nō magis intellectio aliqua potest esse sui significatiua / ꝛ ꝑ ꝯsequēs apprehensiua ꝙ visio vel quecunqꝫ alia cognitio sensitiua: sed constat ꝙ omnis cognitio sensitiua est tantū significatiua ꝛ app̄hensiua rei extra nō autē suipsius. nec eīm visio coloris est significatiua / nec apprehensiua sui cum ipsa non sit visibilis: sed tantū coloris. ergo ꝛc. ¶ Secūdum: videlicet ꝙ esto ꝙ predictum suppositum puta ꝙ omnis cognitio esset apprehensiua suipsius: ꝛ per consequens cognitio recta esset idem cū cognitione reflexa ex hoc non habeatur intētū: videlicet ꝙ ꝓpositio sit cognitio sui: ex hoc probatur. quoniam vt dictū est supius: nulla pars ꝓpositionis potest esse cognitio alterius: nec ipsius ꝓpositionis totius. ergo cū nulla pars ꝓpositionis per se sumpta nec etiam in ꝓpositione accepta sit cognitio omniuꝫ partiū ꝓpositionis: nec per consequens ipsius ꝓpositionis totius: nec sit etiam tota propositio ipa: ꝑ consequēs esto ꝙ q̄libet pars ꝓpōnis sit cognitio suipsius vel etiā ꝓpōnis totiꝰ / ex hoc nō sequit: nec habetur ꝙ ꝓpositio ipsa tota sit cognitio app̄hensiua sui ipius totius. ¶ Confirmatur. quia aut dicētes ꝓpositionem esse sui cognitionē intelligunt ꝑ ꝓpositionem p̄cise partes eius: puta subiectū copulā ꝛ p̄dicatū: aut aliquid ab eis omnibus distinctū. sed nec potest poni scōm quia nec ꝓpō est aliquid ab oībus suis ꝑtibus distinctū: ergo ꝑ ꝓpōnē non possunt sic loquentes intelligere nisi tm̄ ꝑtes insimul omnes eius / nō aliquā tantū earū. ergo dicere ꝓpositionē cē sui cognitionē est idē qḋ dicere oēs partes ꝓpositionis puta subiectum copulā ꝛ p̄dicatum esse omniū ip̄arū cognitiones. nec enim ꝓpō ipa tota est aliqua cognitio / sed multiplex. hoc aūt cōstat esse falsum qꝛ si omnes ꝑtes ꝓpositionis essent omniū cognitiones oēs simul ꝛ quelibet earū esset cognitio cuiuslibet aliarū qḋ est euidēter falsum. quia nec subiectū est vt dictū est superius cognitio copule nec p̄dicati / nec ecōuerso p̄dicatū est cognitio copule / nec subiecti. sed ista omnia sunt tres ꝯceptꝰ distincti rei extra significatiui. ¶ Nec valet si dicat ꝙ ideo ꝓpō ipsa dicit esse suipsius cognitiua: qꝛ quelibet ꝑs eius est cognitio suipsius: licet nō alicuius alterius: qm̄ vt dictū est esto ꝙ assumptū esset verū qḋ tm̄ nō est / ex ipo non habetur intētū. videlicet ꝙ ꝓpō sit sui cognitio. quoniaꝫ nulla ꝑs ꝓpōnis vna est ꝓpō ipsa tota. quare ꝛc. ¶ Et ideo quantū ad istū articulum aliter est dicendū. Ad cuius euidentiam p̄mitto duo. primū est ꝙ sicut ꝓpositio vocalis nō est aliud ꝙ voces diuerse ordinate ꝛ successiue ꝓlate: ita nec ꝓpositio mētalis est aliud ꝙ ꝯceptꝰ simplices diuersi cōsimiliter quodā ordine et successiue formati. qui cōceptus si recti / sunt rei extra significatiui. si vero reflexi / sunt significatiui conceptuū aliorū. ꝓpositionū eniꝫ aliqua potest ꝯstitui ex cōceptibꝰ rectis vt ista homo ē animal: ꝛ alia ex reflexis vt ista homo est species. Ex hoc p̄misso supposito sequitur ꝙ actus intelligendi simplex non distinguitur ab actu intelligendi complexo nisi sicut pars a toto vel sicut vnū a multis. ¶ Hoc apparet: quoniam vt dictum est ꝛ adhuc inferius ostendetur / actus intelligendi complexus non est aliud ꝙ ꝓpositio ipsa tota: cuiꝰ pars quelibet per se vt ab alia distincta puta subiectum copula ꝛ predicatum est cognitio incōplexa. vnde nec aliter ꝓpositio mentalis dicitur cognitio complexa ꝛ quelibet eius pars incōplexa ꝙ ꝓpositio vocalis tota posset dici vox complexa et quelibet eius pars vox incomplexa. nec aliter distinguit cōceptꝰ simplex qui est pars propositionis totius ab ipsa propositione tota mentali: que dicitur cognitio complexa: ꝙ quelibet vna vox que est pars propositionis vocalis ab ipsa tota propositione vocali. quare ꝛc. ¶ Ex hoc potest vlterius inferri ꝙ cognitio complexa non est aliqua cognitio per se vna / alia ab omnibus incōplexis: sicut nec vox complexa est aliqua vox ab omni incomplexa distincta: quoniam propositio ipsa tota siue mentalis siue vocalis nō est aliquid aliud ꝙ omnes eius partes simul accepte. sed nec cognitio complexa est aliud ꝙ propositio mentalis / nec vox complexa consimiliter potest dici aliud ꝙ propositio vocalis. cuiꝰ quelibet pars dicitur vox incomplexa: sicut ꝛ omnis ꝑs ꝓpōnis

mentalis est cognitio incomplexa. ergo ⁊c. ¶ Secundū premittendū est: ꝙ actus sciendi non est actus intelligendi vt ista accipiuntur proprie et appropriate. qm̄ actus intelligendi secūdū propriū vocis significatū dicitur tantū actus apprehendendi siue incomplexus/ siue ↄplexus. actus sciendi ꝓprie sumptus non est actus apprehēdēdi: sed potius assentiēdi vl' iudicādi p̄supponēs actū ipsum apphendēdi. Q2 aūt hoc sit verū: videlicet ꝙ actus sciēdi sit distinctus ab actu itelligēdi ipsumq3 supponat: ex hoc apparet. quoniā cū tota demonstratio sit aliquo mō causa sciētie tā actualis q̄ habitualis/ ꝑ ↄn̄s tā actus q̄ habitus sciētie est a tota demōstratiōe/ videlicet tā a p̄missis q̄ etiā a ↄclōne distinct⁹. Quero tunc quomodo actus sciēdi distinguit̄ a ↄclusione/ ⁊ a qualibet p̄missaꝝ: aut enī distinguit̄ ab ipsa vt vnus actus apprehēdēdi ab alio actu apprehēdēdi: aut sicut actus ab obiecto: aut sicut act⁹ iudicādi ab actu apphēdēdi. Sed nō potest poni primū: qꝛ tā ↄclusio q̄ q̄libet p̄missarū est actus apphēdēdi/ ⁊ ↄclusio ⁊ actus sciēdi mediāte ↄclusione causat⁹ sunt actus eiusdē obiecti. sed vn⁹ actus apprehēdēdi nō causat aliū actū apphēdēdi respectu eiusdē obiecti. g̃ ⁊c. ¶ Nec potest poni scōm. qm̄ actus sciētie rei extra significate nō est actus reflexus: sed rectus. sed oīs actus ↄclusionis vt obiecti est actus reflexus: cū ↄclūo ipsa sit act⁹ itelligēdi ↄplex⁹ sicut ⁊ q̄libet p̄missarū. g̃ ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ nō oīs sciētia est de actib⁹ itellectis. sed multe sunt de rebus intellectis. sed si cuiuslibet sciētie ↄclusio demōstrata esset obiectū/ oīs scientia esset de actibus intelligendi: cū omnis ↄclusio demōstratiōis mentalis sit ↄclusio intellectualis. ergo ⁊c.

His premissis pono quatuor conclusiones. Prima est. ꝙ nec actus credēdi est articulus fidei: nec actus sciēdi est ↄclusio demōstrata. ¶ Hec ꝓbat̄ quātū ad primā ptē ex scd̄a pte iam ꝓbata. qm̄ sicut se habet actus sciēdi ad ↄclusionē demōstrationis: ita act⁹ credēdi ad vnū ↄplexū puta ad articulum formatū. sed actus sciēdi sic se habet ad ↄclusionē ꝙ non est ipsa: sed aliquo mō effectus eius cū ipsa mediāte causet̄. ergo ⁊c. ¶ Maior assumpta apparet ⁊ ꝓbat̄. qm̄ sicut ↄclusio est actus cognoscēdi ↄplexus: cuius significato act⁹ assentiēdi seu ipm̄ iudicādi sic eē vt per ↄclusionē iportat̄ est actus sciēdi: ita ↄsiliter articul⁹ fidei ē cognitio ↄplexa: qꝛ ꝓpō formata vt deus est trinus ⁊ vnus: cui⁹ significato actus assentiēdi est actus credēdi. nō enī actus credēdi respicit ꝓ obiecto articulū: sed suū significatum: sicut nec actus sciēdi ↄclusionē sed rē ꝑ eā significatā: ita etiā articulus est causa actus credēdi/ sicut ↄclusio act⁹ sciēdi: qꝛ sicut mediante ↄclusione formata causatur immediate actus sciēdi: ita ⁊ mediante articulo act⁹ credēdi. quare ⁊c. ¶ Minor videlicet ꝙ act⁹ sciēdi nō sit ↄclusio sed aliquo mō eius effectus. ꝓbat̄. primo ꝑ pħm dicētē. 2. poster. ꝙ demōstratio est syllogismus faciēs scire ↄclusio aūt est aliquid demōstrationis: nec ꝑ ↄn̄s ipsa est scita: sed eius res significata. quare ⁊c. ¶ Scd̄o arguit̄ ad idē ꝑ rationē sic. oē qd̄ est alicui icōpossibile est distinctū ab omi eo qd̄ est eidē formaliter ↄpossibile. sed actus dubitādi est incōpossibilis actui sciēdi: q̄ q̄dē actus sciēdi est cōpossibilis ↄclusioni ⁊ etiā actus dubitandi. nulli enī pti ↄclusiōis nec etiā toti⁹ demōstratiōis repugnat dubitatio. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄ arguēdo ex dictis aliq̄r sic. oīs actus sciēdi est distinctus ob omni actu credendi et ab omni actu opinandi. sed si ↄclusio demōstrata esset idē qd̄ actus sciēdi/ aliquis actus sciēdi esset oīno idem cū actu credēdi ⁊ cū actu opinādi. ergo ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur: nō simpliciter ⁊ vere: sed aliqualiter facta suppositione a multis ↄcessa: videlicet ꝙ eadē ↄclusio potest demōstratiue ꝓbari ꝑ modū ꝓbabilis seu opinabilis/ ⁊ per auctoritatem. hoc enī supposito qd̄ tamen vt alias ostēdetur est falsum/ apparet minor assumpta. quoniā sicut scientia respicit ↄclusionē demōstratā/ ⁊ se habet ad eam: ita fides ad ↄclusionē ex auctoritate approbatā/ et opinio ad ipsam ↄclusionē vt ex medio ꝓbabili ↄclusā. sed si actus sciēdi nō distinguitur a ↄclusione demōstrata nec actus credēdi a ↄclusione ex auctoritate ꝓbata: nec actus opinādi a ↄclusione ꝓbabiliter ex syllogismo topico illata: ⁊ ita per ↄsequēs si oratio eadē est ↄclusio demōstrata: ⁊ ex auctoritate ac ex medio ꝓbabili illata sequitur euidēter falsum assumptū: videlicet ꝙ idē omino erit scientia opinio atq3 fides. quare ⁊c. ¶ Preterea secūdo ad ↄclusionē p̄dictā arguitur sic. simplex aliquo modo distinguit̄ ab omni ↄposito seu ↄplexo. sed actus sciēdi est simplex: ⁊ etiā actus credēdi ac opinandi. tā cōclusio aūt demōstrata q̄ ꝓbabiliter ostēsa q̄ etiā articulus fidei auctoritate formatus est q̄d ↄplexū. quia ꝓpō formata ex subiecto p̄dicato ⁊ ex copula cōstituta. g̃ ⁊c. ¶ Minor apparet: qm̄ oē cōplexū includēs plures cōceptus formatum a viatore formatur cōiter successiue. hoc apparet in ꝓpōne mentali. qm̄ sicut voces q̄ sunt partes propōnis vocalis ꝓferunt̄ ore successiue: ita ⁊ ↄsimili ordine formant̄ in mēte ↄcept⁹: q̄ sunt ptes ꝓpōnis mētalis. sed articulus fidei vel ↄclusio demōstrata/ vel quocūq3 aliter illata est tale ↄplexū formalit̄ plures includens cōceptus vel voces. ergo ⁊c. ¶ Secūda aūt pars minoris. videlicet ꝙ actus credēdi vel sciēdi sit simplex/ apparet. qm̄ nullū ↄplexum plures includēs cōceptus vel voces ponit̄ simul totū seu format̄ a viatore. sed vna ei⁹ pars post aliā successiue vt dictū est de ꝓpōne. sed tam actus credēdi q̄ sciēdi/ q̄ etiā opinādi ponit̄ simul tot⁹ in eodē instāti. alias ī nullo vno istāti alq̄s crederet neq3 sciret sicut nec ī aliquo vno istāti articulū nec aliquā ꝓpōnē aliā format. g̃ ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ ꝓpō formata q̄ est articul⁹ fidei nō sufficit ad hoc ꝙ intellect⁹ ꝓpōnē ipsā formatā iudicaret esse verā. eadē enī ꝓpōnē formantiū/ alij iudicāt ipsam veram/ alij vero falsam: qd̄ non esset si ipsa per se sufficeret ad hoc ꝙ vera iudicaret̄. actus aūt credendi vel sciēdi est talis ꝙ eo posito intellectus iudicat ipsam veram. eo enim ipso quo intellectus rei significate per cōplexū assentit seu credit cōplexū ipsum formatū iudicat ipm̄ esse verū. g̃ oportet huiusmodi ↄplexū ab actu credendi ⁊ sciēdi esse distinctū. ¶ Ex p̄dictis apparet verū esse illud qd̄ in principio huius articuli fuit p̄missum. videlicet ꝙ actus sciendi nō est actus intelligēdi: quoniā actus sciēdi ⁊ ↄclusio demōstrata sunt/ vt ifra dicetur eiusdē obiecti sicut ⁊ articulus fidei ⁊ actus credendi: sed vnus actus intelligendi non causatur ex alio respectu eiusdē obiecti. ergo cum actus sciēdi causetur aliquo modo ex cōclusione que est actus intelligendi cōplexus sicut ⁊ articulus fidei quo mediāte causat̄ actus credendi: sequitur propositum: videlicet ꝙ nec actus sciendi nec credendi est actus intelligēdi: sed assentiēdi seu iudicandi. Sed quia ↄclusio causatur ex p̄missis aliquo mō: et tā cōclusio q̄ etiā vtraq3 premissarū est actus intelligendi complexus: idcirco forte non concludit ratio supradicta. ⁊ ideo melius illud probatur ex alijs dictis in precedentibus. ¶ Sed cōtra ↄclusionē p̄dictam arguūt aliqui: tenentes contrariam: videlicet ꝙ actus credēdi est idem qd̄ articulus fidei: ⁊ actus sciendi idem qd̄ conclusio demonstrata. Et probant hoc primo sic. nō est sine necessitate pluralitas aliqua ponenda. sed nulla est necessitas ponēdi actū sciēdi esse a ↄclusione distinctū nec actum credēdi ab articulo fidei. g̃ ⁊c. ¶ Scd̄o. quia omnis actus intelligendi cōplexus est ipsa ꝓpō in mēte for̄ata ex diuersis actib⁹ simplicibus itelligēdi: sed act⁹

scientificus nō dicitur esse cōiter simplex intellectio: sed cōplexa. sola enī intellectio per terminū importata dicitur esse simplex qualis nō est sciētifica. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia in nullo videtur posse esse demonstratio sine sciētia existente in ipso: sed posset si sciētia ipsa a ↄclusione: ⁊ a tota demōstratiōe differret. ergo ⁊c. ¶ Ad ista. Ad primū respōdetur negando qd̄ assumitur in minore. quoniā eūdem articulū fidei format fidelis ⁊ infidelis. ⁊ tantum fidelis credit ⁊ infidelis discredit. eandē etiā cōclusionē demōstrabilem formāt diuersi. quoꝝ vnus dubitat de ei⁹ significato nec ipi assentit nec per ↄsequēs scit. alius aūt nō dubitat de ipso. sed ei assentit: ipsumq3 certitudinaliter scit. g̃ necessitas est ponendi actū sciendi eē distinctū a ↄclusione ⁊ actū credēdi ab articulo fidei. ¶ Cōsequentia est euidens. quia si actus credendi esset oīno idem qd̄ articulus fidei: ⁊ actus sciendi idē qd̄ ↄclusio demōstrata omnis articulū fidei formās esset fidelis ac actu credēs et ↄclusionē demōstratā inferens actu sciens. hoc aūt est falsum. g̃ ⁊c. ¶ Ad secūdū respōdetur ꝙ actus ↄplexus potest dici vno modo omnis actus plures includēs. ⁊ sic actus cōplexus est ꝓpō formata in mēte: non aūt actus sciendi nec credēdi: cū null⁹ horū includat plures conceptus: sed tantū vnicū. Alio modo potest dici conceptus cōplexus omnis cōceptus mediāte cōplexione seu compositione vel diuisione causatus. et hoc modo actus sciēdi ⁊ credendi potest dici actus cōplexus. videlicet qꝛ mediante intellectione cōplexa hoc est ꝓpositione ipsa formata affirmatiua vel negatiua causatus. nō enī act⁹ sciendi ⁊ credēdi potest dici actus cōplexus quidditatiue nec etiā obiectiue vt a multis ponit̄. quia nec eius obiectū est aliqd̄ vnū ↄplexū: sed eius significatū. idē enī est obiectū actus sciendi vel credendi ⁊ terminoꝝ ꝓpositionis: qua mediāte formatur siue causat̄. q̄ ēnim sunt act⁹ simplices intelligendi. ⁊ ideo actus sciēdi vel credēdi nō potest vocari actus cōplexus nisi causaliter tantū: videlicet quia causatur immediate mediāte conclusione cōplexa videlicet ꝓpositione formata. quare ⁊c. ¶ Ad tertiū respondet̄ ꝙ falsum accipit̄ in maiori. licet enim oīs demonstrans sit virtualiter sciēs: nō tn̄ est formaliter nec actu sciens nisi ex demōstratione causet̄ actus assentiendi cōsequēs. sed cū huiusmodi actus sit realiter a demōstratione distinctus: ꝑ cōsequēs potest esse demōstratio sine ipō. quare ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est. ꝙ nec obiectum actus sciendi est cōclusio demōstrata: nec obiectū actus credendi articulus fidei. ¶ Hec ꝓbatur. quoniā vt dictū est in p̄cedētibus/ nec fides catholica nec omnis sciētia est de actu intelligendi nec de voce vt de obiecto. sed oīs cōclusio ⁊ articulus fidei est intellectio vel vox cōplexa. est enī ꝓpositio que potest esse vel formata in mente: ⁊ sic est intellectio cōplexa: hoc est plures itellectiōes simplices ordinate formate. vel ore: ⁊ sic ē ꝓpositio vocalis ex diuersis vocibus constituta. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ nec actus sciendi omnis/ nec credēdi est actus reflexus: sed esset si ꝓpō formata mētalis qualis est articulus fidei ⁊ cōclusio demōstrata eius obiectū existeret. oīs enim actus intelligendi vel assentiēdi/ cuius obiectū est alius actus intelligendi/ est actus reflexus. omnis aūt ꝓpositio formata in mente ⁊ per cōsequēs articulus fidei ⁊ cōclusio est intellectio: imo intellectiones plures ordinate et successiue formate. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra cōclusionem istā arguitur primo. quia actus assentiēdi qualis est oīs actus credendi ⁊ sciēdi p̄supponit apprehēsionē cōplexi alicuius. sed nō p̄supponit apprehēsionē nisi sui obiecti. ergo vnū ipsum cōplexū est eius obiectū. ¶ Secūdo. qꝛ omnis ꝓpositio est obiectū sui assensus quē causat in mēte ꝑ ↄōnē ipsam formāte. sed oīs ꝓpō per se nota causat assensum sui in anima. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia omnis cōcedens vel negans aliquā ꝓpōnē ipsam respicit ꝓ obiecto. sed ipsa nō potest esse obiectū alicuius negantis vel cōcedētis eā nisi quia est obiectū cōsensus vel dissensus eius. nec enī aliquis eā negat: nisi quia dissentit ei: nec cōcedit: nisi quia ↄsētit. ergo cū ꝓpō aliqua negetur ⁊ alia ↄcedatur: ⁊ vna ⁊ eadē negetur ab vno ⁊ concedatur ab alio: per ↄsequens ipsa est obiectū cōsensus ⁊ dissensus. g̃ et actus credēdi ⁊ sciēdi. ¶ Quarto. quia sicut intellectus prius apphendit terminos q̄ componat cōplexū ita prius apprehēdit ↄplexum formatum q̄ sequatur in ipso assensus. sed hoc non esset nisi cōplexū ipm̄ formet talis assensus obiectū. ergo ⁊c. ¶ Quinto. qꝛ habit⁹ denominant̄ ⁊ specificant̄ ex obiectis. sed habitus sciētificus denominat̄ a ↄclusione sicut habitus principioꝝ a principio. sciētia enī dicit̄ habitus ↄclusionū qui est alterius ratiōis ab habitu principioꝝ. g̃ ⁊ ↄclusio ipsa est obiectū sciētie tā actualis q̄ habitualis: ⁊ principiū sic est sui habitus immediatū obiectū. quare ⁊c. ¶ Ad primū respōdet̄ ꝙ falsum est qd̄ assumit̄ in maiori. nō enī actus cōsentiēdi rei significate per ↄplexū qualis est actus credēdi ⁊ actus sciēdi rē aliā ab actu intelligēdi/ p̄supponit apprehēsionē cōplexi puta ꝓpōis formate: sed rei per eā significate. nō enī oportet fidelē catholicū itelligere aliquē articuloꝝ: sed significata ipsoꝝ quoꝝ est actus credēdi. nō enī actus fidei catholice est de ꝓpōne formata. sed de re significata. quare ⁊c. ¶ Ad secūdū dicendū ꝙ ꝓpō per se nota dicitur oīs illa q̄ sic est euidens ꝙ per ipsam formatam absq3 aliqua eius ꝓbatione natus est sequi ⁊ causari in formāte vel in audiēte ipsam assensus non sui/ sed rei significate ꝑ eā: virtute cuius assensus intellect⁹ postea actu reflexo potest intelligere ꝓpōnē huiusmodi esse verā. ⁊ ita falsum est qd̄ assumitur: videlicet ꝙ propō omnis ꝑ se nota causat assensum sui. nō enī causat assensum sui sed rei significate ꝑ ipsam. nec per ↄn̄s ipsa sed res significata est ei⁹ obiectū. ⁊ hoc est verū de ꝓpōne rē extra significāte. quia bene ꝓpō vna alterius ꝓpōnis significatiua est eius assensus causatiua. ⁊ tūc talis ꝓpō nō significās sed significata est obiectū talis actus consentiēdi causati mediāte ꝓpōne alia significāte. nec hoc est in aliquo cōtra ↄclusionē p̄dictā. quia ↄclusio huiusmodi est intelligēda de actu sciēdi recto significāte rem extra: sicut etiā significat quilibet articuloꝝ fidei: nō aūt de actu sciēdi reflexo significante propōnem. quare ⁊c. ¶ Ad tertiū ↄsimiliter ē dicēdū. quoniā ↄcedēs aliquā propōnē intelligit eā esse verā. ⁊ ideo ipsi cōsentit cōsensu causato ꝑ vnā ꝓpōnē aliā significātē. ⁊ ita bene verū est ꝙ talis assensus obiectū est ꝓpō nō illa significās q̄ mediante causat̄: sed alia significata ⁊ intellecta. idē enī est obiectū actus intelligēdi ⁊ actus consentiēdi ꝑ actū intelligēdi causati. sed ꝓpō est apphensio seu intellectio illius cuius est significatiua: g̃ siue huiusmodi significatū sit res extra siue alia ꝓpō formata ipsi⁹ vt obiecti erit actus cōsentiēdi causatus mediante ipsa ꝓpōne: q̄ dicit̄ actus cōplexus intelligēdi. quare ⁊c. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ termini ꝓpōnis mētalis sunt ↄcept⁹: ⁊ ꝓpōnis vocalis voces. sed cōstat ꝙ nec ꝓpō vocalis exigit nec requirit notitiā vocum: nec ꝓpō mētalis notitiā cōceptuum eius terminoꝝ. nec enī aliqua ꝓpō rem extra significās exigit actū intelligendi reflexū qualis actus est notitia conceptuū terminoꝝ omnis propositionis mentalis. et ita illd̄ cōmune dictū: videlicet ꝙ ꝓpositio supponit notitiā terminoꝝ/ nō est verū vt sonat. sed est sic intelligēdū ꝙ ad ꝓpositionem formandam requirūtur notitie actuales tā q̄ ipsius propositionis partes: que quidem licet non sint notitie terminorum: sed termini ipsi: tn̄ dicūtur vulgariter notitie terminorum: forte quia sunt notitie illoꝝ pro quibus ꝓpositio ipsa verificat̄/ vel falsificatur

τ ideo apparet ꝙ falsuȝ est hoc qđ accipit quãdo dicitur ꝙ intellectus prius apprehẽdit terminos q̃ ꝙ componat cõplexũ puta ꝓpõnẽ.nõ enĩ ad ꝓpõnẽ formãdã reqrit notitia terminoꝝ eius:sed sufficiũt termini ipi q̃ sunt actus intelligẽdi.ↄcedo tñ illud qđ additur:videlicet ꝙ intellectus pri⁹ apphẽdit cõplexum q̃ sequatur in ipso assensus ipsius cõplexi: nõ autẽ prius q̃ sit cõsensus rei significate per ipsum. formata enĩ ꝓpõne absq; eius itellectione τ cõsensu potest esse cõsensus rei significate cui⁹ ipsa ꝓpositio est intellectio. Et qñ additur ꝙ cõplexuȝ est cõsensus obiectũ: Dico ꝙ verũ est illius cõsensus qui sequitur actũ intelligendi ipsum:non autẽ illius prioris qui sequitur actũ intelligẽdi suũ significatũ. ¶Ad quintũ respõdet.quia nec sciẽtia dicitur habitus ↄclusionis: nec alius habitus denoĩatur habitus principij tãq̃ obiecti:quia nec ↄclusio est obiectũ vnius:nec principiũ alterius.sed quia actus vnius habitus causatur p principiũ et act⁹ puta sciẽtie p demõstrationẽ/vel p ↄclusionẽ ei⁹: ideo primus habitus dicit habit⁹ principioꝝ:τ alius puta sciẽtificus cõclusionũ vel etiã demõstrationũ. ¶Tertia cõclusio est.ꝙ obiectũ fidei catholice est res p articulum significata:τ sciẽtie rei extra est res p cõclusionẽ demõstrataȝ iportata. Hec sequitur ex predictis:quoniam nõ potest poni obiectũ actus credẽdi nec sciendi. nisi vel ipsuȝ verbũ ↄplexũ vel suũ significatũ.sed nõ potest poni primũ vt in p̃cedẽtibus est ꝓbatũ. ergo τc. ¶Cõfirmatur.quia vt arguebat supra:nec fides catholica nec sciẽtia rei extra est de actib⁹ intellectiuis.sed de ipsoꝝ significatis.que quidẽ significata sũt eoꝝ obiecta. hoc enĩ de quo est aliquis habitus vel actus est eius obiectũ.quare τc. ¶Preterea ad idẽ arguit sic secũdo.oẽ illud qđ est actus credẽdi vel sciẽdi obiectũ oportet eẽ p̃cognitũ. sed nec articulũ a fideli credente/ nec cõclusionẽ scientie a sciẽte oportet eẽ p̃cognitã nec mõ aliquo itellectã. sed rem tñ per articulũ τ p cõclusionẽ significatã. ergo res significata:nõ autẽ cõplexũ eius significatiuũ est ipsius obiectũ. ¶Maior apparet.nõ enĩ actus aliq̃s cõsentiẽdi nec iudicandi potest esse nisi tñmõ rei preintellecte. licet enĩ nõ oẽ intellectum sit iudicatũ:tñ ecõuerso oẽ iudicatũ est itellectũ.sed tã actus credẽdi q̃ sciẽdi est act⁹ iudicandi siue consentiẽdi.ǵ τc. ¶Minor apparet ex dictis in p̃cedẽtibus:qñ nec fidelẽ actu credentẽ nec rem aliquã extra sciẽtẽ oportet hr̃e aliquẽ actũ intelligẽdi reflexũ qualis est actus intelligẽdi quẽcũq; fidei articulũ τ aliud quodcũq; complexũ. quare τc. ¶Cõfirmatur quia si fides catholica esset de articulis cõplexis τ oĩs scientia de ↄclusionibus vt de subiectis:sequeretur ꝙ tã fides catholica q̃ quecũq; sciẽtia esset habitus sermocinalis vel vt logica habit⁹ ratiõis. hoc aũt ẽ falsuȝ. ǵ τc. ¶Maior apparet.quoniã aut huiusmodi propositiões de quibus esset vt de obiectis tam fides catholica q̃ oĩs scientia essent vocales aut mẽtales.si primũ/ ergo cũ sermo vocalis esset obiectũ tam fidei catholice q̃ scientie p cõsequẽs tam fides q̃ quelibet sciẽtia esset habitus sermocinalis. Si autẽ ponatur scđm. ergo cũ ꝓpositio mẽtalis nõ sit aliud q̃ conceptus mẽtis:per cõsequẽs tam fides q̃ omnis scientia esset vt logica de actibus intellectus.quare τc. ¶Sed cõtra cõclusionẽ p̃dictã arguitur primo. quia fidelis non credit nisi quia assentit articulum esse verũ:sed hoc non esset nisi primus assensus esset respectu articuli.τ nõ respectu sui significati . quare τc. ¶Scđo.quia nõ magis vn⁹ assensus depẽdere videtur ab apprehẽsione cõplexi ipsumq; respicere vt obiectum q̃ alius.sed aliquis dependet ab ipso: ipsumq; respicit vt obiectũ.ergo τc. ¶Tertio.quia multe sunt ꝓpositiones significantes impossibilia vel possibilia nõ existẽtia sed assensus sequens ꝓpositionẽ significãtẽ impossibile vel etiam possibile nõ existens/non videtur rem aliquam significatã respicere vt obiectũ.ergo τc. ¶Ad primũ apparet ex predictis ꝙ maior assumpta est falsa . non enĩ credẽtẽ vel assentiẽtẽ rei significate per articulũ oportet intelligere ipsum articulum nec ei per cõsequẽs assentire.sed ecõuerso ad hoc ꝙ intelligat articulũ eẽ verũ eiq; assentiat/oportet ꝙ assentiat sic fore i re sicut significat articulus ipe. virtute enĩ assensus rei significate ↄplexũ significans cognoscitur ac iudicatur esse verũ. non ergo creditur rei significate ꝓpter assensuȝ veritatis ipsius significãtis articuli.sed potius ecõuerso. quare τc. ¶Ad secũdũ apparet etiã ex dictis ꝙ nõ est vera maior assumpta:quoniã ꝓpositionũ alia significat rẽ extra: τ alia nõ sed aliquã ꝓpositionẽ. τ quia vniuersaliter oĩs assensus causatus mediante aliqua ꝓpositione supponit notitiã rei significate per eã nõ autẽ ipsius ꝓpositionis significãtis τ assensum causantis. ideo falsum est qđ accipitur in maiore quãdo dicitur ꝙ nõ magis vn⁹ assensus q̃ ali⁹ dependet ab apphensione cõplexa:nec ipsum respicit vt obiectũ.quoniã aliquis est assensus cuius obiectũ nõ est cõplexum:sed eius significatũ. vt omnis assensus causatus p ꝓpositionẽ rẽ extra significantẽ. τ talis licet depẽdeat a cõplexo: puta a ꝓpositione ipsa vt a causa : non tamẽ vt ab obiecto:nec per cõsequẽs est depẽdẽs ab ei⁹ apprehẽsione:sed tantũ ab apprehẽsione sui significati: cuius significati apphensio est ipsa propositio.alius aũt est assensus causatus:cuius obiectũ est cõplexũ.vt oĩs assensus causatus per vnã ꝓpositionẽ aliã significantẽ et talis dependet ab vno complexo puta a propositione significãte vt a causa. ab alio aũt vt a ꝓpõne alia significata sicut ab obiecto:τ per ↄsequẽs talis assensus depẽdet vt a causa ab apprehẽsione cõplexi:puta a propõne significãte . que quidẽ est apprehensio ꝓpõnis significate.ex quo apparet ꝙ nõ cõsimiliter se habẽt ad cõplexũ omnes cõsensus. quare τc. ¶Ad tertiũ respondetur ꝙ siue res significata per ꝓpositionẽ causantem cõsensuȝ sit extra animã vel in anima existẽs siue non sit aliquid existens.sed si esset hoc in aĩa vel extra aĩa existeret: siue significatum sit omnino impossibile existere eo modo quo denominatur significatum ꝓpositionis τ consensus ipsam ꝓpositionẽ cõcomitãtis. ¶Quarta τ vltima conclusio est.ꝙ omnis ↄsensus causatur ab aliquo cõplexo puta mediante aliqua ꝓpõne in mente formata. ¶Hec apparet.quoniam constat ꝙ actus consentiendi vel iudicandi supponit notitiam cõplexam puta ꝓpositionẽ formatam.quero quomodo? quia aut presupponit eam vt eius obiectum aut vt eius principiũ quodãmodo effectiuũ.sed nõ potest poni primũ vt in precedẽtibus est ꝓbatũ.ergo τc. ¶Maior est euidẽs.nũq̃ enĩ itellectus est consentiens nec dissentiens:nec aliquid iudicans nisi sit affirmans vel negãs:τ per cõsequens notitiã complexã puta propositionẽ formatã habens. nec enim post vnicũ simplicem actum intelligẽdi sequitur i aliquo actus cõsentiendi seu iudicandi nec dissentiendi.quare τc. ¶Confirmatur per philosophũ dicẽtẽ.2.poster.ꝙ demõstratio est syllogismus faciẽs scire:sed act⁹ sciẽdi vt dictũ est i p̃cedẽtib⁹/ est actus ↄsentiẽdi.Demõstratio aũt ẽ triplex propositio in mente formata.puta duplex premissa τ cõclusio ex ipsa illata.ergo ↄsensus scientificus est mediãte complexo causatus. Cõsimiliter potest argui de omni alio actu cõsentiendi:puta de cõsensu creditiuo τ opinatiuo.qñ sicut se habet actus sciendi ad totam demõstrationẽ τ ad ei⁹ conclusionem:ita τ consensus opinatiuus ad totam probabilem seu topicã rationẽ τ ad ei⁹ ↄclusionẽ:τ cõsensus creditiuus ad rationẽ auctoritati initẽtẽ/ τ ad ei⁹ ↄclonẽ.sed ita se hȝ assensus scientific⁹ seu ipe sciendi actus ad demõstrationẽ τ ad ei⁹ ↄclonẽ:ꝙ ipsa mediante causatur.τ ideo demõstratio τ eius cõclusio dicit τ vocatur a philosopho eius causa.ergo τc. ¶Ex hoc sequitur corollarie/ ꝙ licet communiter distinguat inter actũ intelligẽdi simplicẽ τ cõplexum/nõ tñ est distinguẽdum inter actum consentiendi simplicẽ τ cõplexum.qñ nullus actus consentiendi est simplex/sed q̃libet est complexus.qđ apparet:quoniaȝ actus complexus vt dictuȝ est superius:vocatur propositio ipsa in mẽte formata ex diuersis actibus intelligendi simplicibus constituta. τ ẽt actus eam p̃supponẽs põt dici actus cõplexus . Act⁹ autem simplex dicitur ille qui est pars ipsius propositionis mentalis:puta subiectum vel predicatum.τ p consequẽs eam antecedens sicut pars oĩs p̃cedit nature ordine suum totuȝ:sed constat ꝙ actus consentiendi vel dissentiendi nõ p̃cedũt:sed post ↄsequũtur propositionẽ formatam/nec per consequens sunt partes eius.nec enĩ propositio mẽtalis constat ex ↄsensibus nec ex dissensibus: sed ex intellectionibus:sicut vocalis ex vocib⁹.ergo.τc. Or tñ cõsensus vel dissensus est in se formalr̃ vnus act⁹ τ simplex:qr nec plures icludẽs:licet plures p̃supponẽs propositio enĩ quã p̃supponit in eo nõ icluditur:cũ ab eo essentialiter distinguat. ideo potest dici sicut τ est actus simplex formalr̃ seu q̃dditatiue:cum non sit ex diuersis actib⁹ vt totum ex partibus constitutus. dicit aũt act⁹ complexus tantum originaliter / videlȝ solum in ordie ad suam causam:puta ad propositionem immediate formataȝ quã necessario exigit:qr nec aliter fit nec põt fieri per naturam nisi ea presupposita mediãte . ¶Sed contra conclusionem istam arguitur: quoniam si consensus causentur ex propositionibus: τ ↄsensus alteri⁹ ratiõis erunt omnes illi qui causantur mediantibus ꝓpositionibus alterius rationis.sed hoc est falsuȝ.quoniam propositio de preterito vel presenti.vt ista dei filius est vel fuit i carnatus de virgine natus: τ similes : est alterius rõnis a propositione consimili de futuro.vt ab ista.dei filius incarnabitur vel erit incarnatus τ nat⁹.nec tñ ex hoc act⁹ credendi causati mediãtib⁹ talibus propositionib⁹ sũt alterius rõnis.non enĩ fides patrum antiquorum est alterius rationis a fide omniũ modernoꝝ:τ tñ constat ꝙ fides christum p̃cedentium antiquoꝝ q̃tuȝ ad articulos christi humanitateȝ respicientes erat in eis mediantib⁹ propositionibus:puta ipsis articulis affirmantibus aliquid in futuro fiẽdũ. articuli autẽ modernoꝝ annunciãt qđ iam in preterito fuit factuȝ.ergo τc. ¶Ad hoc posset dupliciter respõderi.vno mõ negãdo maiorẽ: qñ cũ ex causis alterius rationis posset seq̃ effect⁹ aliq̃s eiusdem rationis:vt apparet de calore a sole τ ab igne ꝓducto.p cõsequens licet propositiones sint cause consensuũ eas sequentium: ex hoc tñ nõ potest argui diuersitas specifica consensuum propter diuersitatem specificam propositionũ. q̃re τc. ¶Secũdo arguit τ melius ad ꝓpositũ respõdetur ad minorem dicendo ꝙ ꝓpões predicte non sunt alterius rationis quantum ad aliq̃đ extremoꝝ ipsoꝝ sed tñ est diuersitas inter ipsas quantum ad copulam p dr̃as temporis variatam.talis autem varietas propositionũ:quarũ vna non est euidentior seu notior alia: non arguit varietatem consensuũ. solum enĩ ille ꝓpões arguunt consensus alteri⁹ rationis: q̃ sic variant τ diuersificãtur quantum ad vtrũq; vel alterũ extremoꝝ ꝙ vna est euidentior altera.nõ sic autẽ est in ꝓposito:qr nec vna propositionũ p̃dictarũ ratione solius copule diuersaruȝ est euidentior q̃ alia:nec enĩ ista ꝓpõ deus est passus vel incarnatus est euidẽtior nec notior q̃ ista deus erit incarnatus vel passus.τ ita cũ talis variatio copule non variet ꝓpositiones q̃tum ad maiorẽ euidentiam vel minorem:nec per ↄñs q̃tum ad consensus alterius rõnis.additur tñ hoc:ꝙ qr propositiões predicte sunt aliquo mõ in essendo alterius ratiõis ꝙ per cõsequẽs ponẽtes fidẽ esse de eis vt de obiectis:nõ aũt de eoꝝ significatis:habẽt forte ↄcedere consequẽter ꝙ fides antiquoꝝ christi humanitatem seu articulos ipsam explicantes respiciens est alterius rationis a fide articulorum cõsimiliũ modernorum.hoc autẽ est falsũ. qđ quidẽ falsum nõ oportet cõcedere ponẽtes fidẽ non esse p̃dictorum articuloꝝ complexorum sed significatoꝝ ipsoꝝ sicut sic esse ponendũ in precedentibus est ostensum. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum est sciendum ꝙ non oportet hic distinguere inter actum intelligendi τ actum credendi seu consentiendi:nec inter vnũ actum intelligendi:puta simplicẽ:τ aliũ videlicet complexum seu propositionem formatam.nec oportet hic respondendo ad q̃situ an videlȝ sit in actibus intelligẽdi ꝓcessus i infinitum de predictis actibus licet distinctis distinctaȝ facere mentionem:quoniã si in vno actu aliquo predictorum est ꝓcessus in infinitũ:τ in alijs quibuscũq;.τ hoc loquendo de huiusmodi abstractiuis actib⁹. q̃ enĩ rõne in actibus abstractiuis simplicibus intelligendi est ꝓcessus in infinitũ : eadẽ τ in actib⁹ intelligẽdi cõplexis:puta in ꝓpositionib⁹ formatis:τ in actib⁹ cõsentiẽdi ex eis causatis. non est aũt quantum ad hoc simile de actib⁹ itellectiuis abstractiuis τ intuitiuis.nec enĩ vt dicetur infra est ꝓcessus in infinitũ vniformit in vtrisq; istoꝝ. ꝓpter qđ oportet hic de actu intelligẽdi abstractiuo τ de ituitiuo distinctam facere mentionem:non auteȝ de actu intuitiuo simplici τ complexo:nec de consensu tale complexum puta propositionem ex intuitiuis notitijs cõstitutam sequenteȝ:qr sicut ꝓcessus in infinitũ vniformiter est vel non est in actibus intelligendi simplicibus abstractiuis τ complexis ac i actibus consentiẽdi post istos sequentibus:ita τ de actibus intelligẽdi simplicib⁹ intuitiuis τ de complexis ac consensibus causatis eis mediantibus est dicendum. ¶Secundum premittendum est ꝙ hic non queritur an in actibus intelligendi rectis abstractiuis vel intuitiuis sit processus i infinituȝ ꝓcedendo semper ab vno actu intelligendi recto ad alium. qñ nec de hoc est aliqua dubitatio:nec p ↄñs debet fieri questio qñ constat ꝙ sicut nulla causa scđa determinat sibi certũ numerũ effectuũ quoꝝ est virtualiter cõtẽtiua:immo potest in vnum effectum post alium successiue sine fine:ita nec intellectus creatus sibi determinat certam multitudinem intellectionum in ipso virtualiter cõtentarum.sed potest nõ simul in quãcũq; : sed in infinitum in vnam post aliã successiue.sicut ignis potest i ĩfinitos ignes τ calor in infinitos calores.τ sic de oĩbus alijs causis secũdis respectu effectuũ in eis v̾tualr̃ ↄtentoꝝ. nõ ergo hoc ẽ dubiũ nec p cõsequẽs q̃rit de ꝓcessu possibili in ĩfinitum in actibus isto mõ:ab vno videlicet recto ad alium respectu eiusdem obiecti vel alterius ꝓcedendo sed tñ de processu in infinitũ ꝓcedẽdo ab actu recto ad primũ reflexũ eius videlicet recti apprehensiuũ/ τ a primo reflexo ad secundum eius apprehẽsiuũ: τ sic semper ab vno actu reflexo intellecto ad alium reflexum eius apprehensiuum vlterius procedendo.τ hoc vel in actib⁹ intelligendi abstractiuis vel ẽt in actibus itelligendi intuitiuis.lȝ enĩ tales non habeam⁹ in presenti vt dictum fuit in precedentibus:habebimus tamen in sequenti:et etiã in presenti in eos possemus si ad ipsos producendũ omnia necessaria haberem⁹ . Põt ẽt hic dubitari τ q̃ri an sit possibilis processus in infinitũ non tñ procedendo ab actu intelligendi vno abstractiuo ad alium abstractiuum reflexum:τ ab vno intuitiuo ad alium intuitiuũ:sed ẽt procedẽdo ab intuitiuo ad abstractiuũ τ econuerso ab abstractiuo ad intuitiuũ.cũ enĩ omne existens sit intelli

gibile etiā ab intellectu creato tam intuitiue ꝙ̄ etiam abstractiue: per consequēs oīs notitia tam intuitiua ꝙ̄ etiam abstractiua pōt intelligi quātū est ex se vtroꝙ istorū modorū videlicet intuitiue ⁊ etiā abstractiue. q̄re ⁊c. ¶Tertium p̄mittendū est: ꝙ esse processū īfinitū in actibus supradictis potest intelligi dupliciꝫ. vno modo an talis ꝓcessus sit possibilis supnaturaliter. Alio mō an sit possibilis naturaliter. ⁊ sic dupliciꝫ: quia vno mō an sit possibilis ꝓcessus huiusmodi naturalit̄ effectiue. Alio mō an passiue: sic intelligendo ꝙ sicut intellect⁹ est quotcūꝙ actuū vnius post alterū productiu⁹ effectiue: ita sit⁹ etiā receptiu⁹ passiue.

His præmissis pono quatuor conclusiones. ¶Prima est ꝙ in actibus oībus intelligēdi tam intuitiuis ꝙ̄ etiā abstractiuis ē supnaturalit̄ processus possibilis in infinitū. ¶Hec est euidēs: nec de ipsa ē q̄stio q̄ñ in oīb⁹ effectibus est ꝓcessus in īfinitū possibilis isto modo. nō eñ alicuius speciei indiuidua possunt fieri tot quin adhuc sint possibilia plura saltē supnaturalit̄ diuina potentia mediante. ergo tam in actib⁹ intellectis ꝙ̄ ī alijs effectibus oībus est processus huiusmodi in īfinitū. ¶Consequētia est euidēs: q2 nec p ꝓcessum infinitū ī aliquibus est aliud intelligēdum ꝙ̄ nō posse fieri tot q̄n sint possibilia adhuc plura. q̄ ⁊c. ¶Sꝫ est hic dubiū: an sicut non est status in huiusmodi actibus intelligendi q̄tum ad fieri: ita etiā nō sit status quātū ad recipi in subiecto sic intelligendo ꝙ tot in subiecto possint simul recipi et existere quot possint fieri effectiue. ¶Ad hoc videt̄ dicēdum: ꝙ sicut per diuinam potētiā idem corpus pōt esse ī oībus locis simul nec pñt esse tot quin adhuc possit esse in plurib⁹: ita ⁊ q̄tcūꝙ actus intelligēdi videntur posse ī eodē intellectu nō naturalit̄ sed supernaturalit̄ existere subiectiue. ¶Secunda conclusio est. ꝙ in actibus intelligendi abstractiuis est possibilis naturaliter ꝓcessus ī īfinitum. hec ꝓbat̄. q̄ñ omnis actus intelligēdi est intelligibilis alio actu a se diuerso. q̄ actus si ē abstractiu⁹ nō exigit ꝙ suum obiectum: puta actus alius intellectus actualiter sit existēs. ergo ab actu intelligēdi recto abstractiuo: vel etiam intuitiuo ad actū reflexū primi apprehensiuū ⁊ ab illo primo reflexo ad aliū est processus in īfinitū. ⁊ hoc naturalit̄ ñ supnaturalit̄ tm̄. ¶Añs ē euidēs oē enim ens est ītelligibile ab intellectu creato actu distincto nō tm̄ ab ītellectu intelligēte: sed etiā ab obiecto ītellecto: vt in precedentibus fuit dictū: vbi etiam est ostensū ꝙ notitia abstractiua non exigit in fieri nec ī esse suū obiectū existens: nec realiter sibi presens. ⁊ ita apparet illud suppositū añs. ¶Consequentia declarat̄ ex hoc: q̄ñ ꝙ ab actu recto intellecto ad reflexuꝫ: quo ītelligit̄: ⁊ ab illo reflexo ad alium non sit possibilis ꝓcessus in infinitum: aut hoc esse habet: quia est deuenire ad aliquē actū reflexum in intelligibilem: aut q2 lꝫ omnis actus sit intelligibilis. ⁊ per ꝯñs sit in eis q̄tuꝫ est ex se ꝓcessus huiusmodi infinitus possibilis: nō tñ potest de facto sic in infinitū ꝓcedi in eis. quia q̄lꝫ actus intelligendi exigit in intellectu suū actū aliū ītellectū: ⁊ ītellect⁹ ipse nō pōt q̄tcūꝙ actus intelligendi recipere: ⁊ per ꝯñs cū deuentū ē ad nūerū actuū sibi possibiliū vltra quos nō potest recipere oportꝫ ī actu vltīo taliū statū esse: sic ꝙ lꝫ act⁹ ille vltimus de se sit intelligibilis: nō tñ potest intelligi ab intellectu in quo est: cum ille non possit alium actuꝫ intelligendi recipere. nec per consequens ab illo actu vltimo ad alium aliquem procedere. sed nullum horum duoruꝫ potest poni. vtrunꝙ eñ istorum excludit añs predictum quia vt accipit oīs act⁹ possibilis est actu alio a se intelligibilis ⁊ intellectio abstractiua de q̄ est ꝯclusio ista nō exigit suum obiectū exñs nec actualiter sibi pñs: nec p consequēs ex hoc ꝙ intellect⁹ nō pōt recipere quotcūꝙ actus: sed determinatam multitudinem impedit̄ hmōi ꝓcessus in actibus infinitus: cū nec secundus actus p̄supponat primum nec vltimus aliquem aliorum: quare ⁊c. ¶Ex eadem ratione sequitur ꝙ etiam est processus in īfinitum quodammodo circulariter ꝓcedēdo ab actu cognitionis intuitiue ad abstractiuum: ⁊ iterū ab abstractiuo ad intuitiuū: ⁊ econuerso ab intuitiuo ad abstractiuuꝫ sine termīo. vel incipiendo a notitia abstractiua ⁊ procedendo prīo ab illa ad intuitiuā: et postea ab intuitiua ad abstractiuā ⁊ sic vlteri⁹ circularit̄ ꝓcedendo. ¶Hoc apparet. quoniā notitia abstractiua pōt intuitiue intelligi ⁊ intuitiua abstractiue. notitia autem abstractiua nō requirit suū obiectū esse existēs: ⁊ ita per ꝯñs notitia intuitiua p̄cedens nūc actualit̄ non existens pōt ītelligi abstractiue. q̄ q̄dem notitia intellecta notitia alia a prima intuitiua oportꝫ ꝙ actualiter sit existens: quia notitia intuitiua nec potest fieri nec facta diu conseruari naturaliter sine eius obiecto actualit̄ existēte. non tamen huiusmodi notitiam intuitiuam habētem pro obiecto obiectiuam oportet manere ad hoc ꝙ abstractiue sit postea ītellecta. ⁊ ita a prīo ad vltimū cū nulla notitia abstractiua req̄rat suū obiectum actualiter existere: ⁊ omnis notitia intuitiua possit esse obiectum notitie abstractiue: p ꝯñs potest esse processus in talibus infinitus. esto ꝙ intellectus non possit recipere quotcūꝙ tales act⁹: sed tm̄ determinatos: q2 nec notitia intuitiua exigit nisi suū immediatū obiectū. nec abstractiua exigit aliq̄d immediatum nec mediatū siue remotum obiectū. ⁊ ita p ꝯñs ꝓcedendo ab intuitiua vsꝙ ad innumerabiles abstractiuas ⁊ intuitiuas circulariter modo p̄dicto vltima notitia abstractiua non requirit existere aliquam precedentiū. ergo esto ꝙ intellectus determinet sibi certum nūerum actuū q̄bus in eo simul existentibus plures non possit recipere ex hoc non impedit̄ processus infinitus in actibus supradictis. hoc tñ supposito ꝙ intellectus habeat in se oīa necessaria ad tales notitias intuitiuas a q̄b⁹ fit circularis processus ad notitias abstractiuas. quia nec intellectus creatus per se videt̄ sufficere ad intelligendum aliquid intuitiue vt dictum fuit superius in quadam alia q̄stione. ¶Tertia ꝯclusio est: ꝙ ꝓcessus infinitus est naturalit̄ possibilis dupliciꝫ ī actib⁹ supradictis. videlꝫ v̄sus perfectius ascendendo ⁊ versus imperfecti⁹ descēdendo ¶Hec apparet. q2 quāto notitia est perfectioris obiecti tanto ceteris paribus dicit̄ esse nobilior: ⁊ q̄to impfectioris tanto imperfectior: sed processuuꝫ p̄dictorum in actibus cognitis: alius est ab obiecto imperfectiori ad perfectius siue ab actu impfectioris obiecti ad actum perfectioris obiecti. ⁊ sic semper versus actū perfectioris obiecti ascendendo. ⁊ alius ecōuerso ab actu obiecti pfectioris ad actum obiecti impfectioris. ergo ⁊c. ¶Minor apparet. q̄ñ aut obiectum primi actus a quo incipit hmōi processus est ipso actu perfectius: puta q2 est substantia quā constat esse perfectiorem quolꝫ accidente: ⁊ per ꝯñs tali actu. aut est ipso imperfectius: puta q2 est aliq̄d accidens corporale vt albedo quā excedit in pfectiōe oīs intellectio: sicut et esse accidēs spirituale q̄libet corporale: sed q̄ñ obiectū primi act⁹ est perfecti⁹ ipso actu totus processus a tali actu recto primo ad omnes alios reflexos est ab actu perfectioris obiecti ad actum impfectioris obiecti: sicut si intellectio prima recta a qua incipit processus sit angeli: ipse angelus est perfectior sua intellectione recta. q̄ quidem recta intellectio est perfectior q̄ reflexa: cuius ipsa est obiectū: cū sit nobilioris obiecti puta angeli. p̄ma etiā ītellectio reflexa ē perfectior secunda: ⁊ secunda tertia: ⁊ sic semper vlteri⁹ ꝓcedendo q2 semper intellectio posterior est imperfectioris obiecti

ecōuerso aūt est in processu incipiente a notitia pfectiori suo obiecto vt a notitia albedinis vel cuiuscunꝙ alteri⁹ accidentis corporalis. q̄ñ cū obiectum talis notitie prime recte sit ipsa impfecti⁹: p ꝯñs obiectū notitie prīe reflexe q̄d est ipsa notitia recta: est pfectius obiecto notitie recte q̄d ē ipsa albedo: ⁊ eadem ratione prima notitia reflexa habebit obiectum pfectius q̄ prima. ⁊ sic semper vlterius ꝓcedēdo apparet ꝙ semp est ꝓcessus a notitia obiecti imperfectioris ad notitiam obiecti perfectioris. ⁊ p ꝯñs a notitia impfectiori ad pfectiorē. vnde q̄ñcūꝙ processus huiusmodi incipit a notitia prima recta impfectioris obiecti seipsa est processus a notitia impfectiori ⁊ imperfectioris obiecti ad notitiam pfectiorem ⁊ pfectioris obiecti: sicut ecōuerso q̄ñ incipit a notitia pfectioris obiecti se est ꝓcessus a notitia pfectiori ⁊ pfectioris obiecti ad notitiā impfectiorē ⁊ impfectioris obiecti. q̄re ⁊c. Sed nūq̄d ex hoc sequit̄ ꝙ sit possibilis aliquis actus ītelligendi formaliter infinitus: Dico ꝙ non: q̄ñ lꝫ in huiusmodi actibus sit possibilis ꝓcessus in infinitū: non tñ sunt possibiles act⁹ infiniti. non eñ sūt possibiles tot q̄n possint fieri adhuc plures: sed infinitis nō sunt plēs possibiles. ergo non sūt possibiles infiniti. ergo esto ꝙ semp vnus actus sit alio pfectior: ex hoc non sequit̄ ꝙ sit possibilis aliq̄s formalit̄ infinitus. ¶Quarta ⁊ vltima cōclusio est. ꝙ in actibus intelligendi intuitiuis eundo ab vno ipsorum ad aliū: non est naturalit̄ possibilis ꝓcessus in infinitum. ¶Hec ꝓbat̄. q̄ñ intellect⁹ creatus non potest naturaliter recipere quotcūꝙ actus: sed ē ad aliquā multitudinem determinatus: vltra quos non pōt simul aliquos recipere manentibus illis in ipso. ergo in actib⁹ intelligendi intuitiuis processus in infinitū est impossibilis per naturam. Añs est euidens. non eñ est verisile ꝙ intellectus creatus possit naturaliter quotcūꝙ act⁹ recipere seu habere insimul subiectiue nisi vnū post aliū non manentem sed p̄existentē. ¶Consequētia probatur. q̄ñ oppositum ꝯñtis puta ꝙ sit ꝓcessus in īfinitū ī actibus cognoscendi intuitiuis / infert oppositū antecedētis videlꝫ ꝙ intellectus creatus sit ad quātācūꝙ ītellectionuꝫ multitudinē habendā indeterminatus: ⁊ p cōsequēs ꝙ in ipso possint simul quotcūꝙ actus ītelligendi existere. q̄d ex hoc ꝓbat̄. q̄ñ notitia intuitiua vt dictū ē supra exigit suuꝫ obiectum existens: ⁊ intelligenti actualiter esse p̄sens: ⁊ ita per consequens cū prima notitia intuitiua reflexa habeat secū notitiam rectam eius obiectum ⁊ scd̄a reflexa primā ⁊ tertia scd̄aꝫ: ⁊ sic in infinitū vltia exigat ⁊ supponat existere in ītellectu ītelligēte oēs alias precedentes: sequit̄ euident̄ ꝙ si intellectus in talib⁹ actibus potest ī īfinitū procedere: ē pōt quotcūꝙ act⁹ intelligendi recipere ⁊ simul habere. quare ⁊c. ¶Ex predictis apparet ꝙ aliter est dicendum de processu in infinitū in actibus abstractiuis: ⁊ alit̄ de ꝓcessu in actibus ītuitiuis. q̄ñ lꝫ non sit repugnantia maior ex parte istorum q̄ aliorū: ꝙ sit in eis ꝓcessus in infinitū: est tñ repugnantia ratione subiecti ipsoꝝ puta intellectus nō valētis recipere quotcūꝙ actus: sed vsꝙ ad aliquē numeruꝫ certum tantū. cuius ꝯtrariū sequeretur si naturalit̄ posset procedere in infinitū in cognitionibus intuitiuis. nō aūt q2 pōt ꝓcedere in infinitū ī notitijs abstractiuis nec etiā ab vna abstractiua ad intuitiuā ⁊ econuerso in infinitum circularit̄ ꝓcedendo vt superius est ostensum. quare ⁊c. Sic ad questionē. ¶Ad rationē ī p̄ncipio apparet solutio ex predictis.

Sexto quæro. vtrum aliquis conceptus propri⁹ dei sit naturaliter possibilis viatori. ¶Et videtur. ꝙ sic q2 cū act⁹ diligendi non sit nisi obiecti intellecti: per conseq̄ns omnis aliq̄d obiectum tantū determinate diligēs est ipꝫ determinate intelligens: sed viator potest ⁊ tenet̄ diligere ac de facto diligit solum deum hoc modo videlꝫ sup oīa. ergo ⁊c. ¶Contra. q2 de nulla re pōt haberi cōcept⁹ proprius nisi aut ītuitiuus aut abstractiu⁹: sed de deo nō potest haberi naturalit̄ cōceptus intuitiuus: q2 talis est beatificus impossibilis p naturā: nec abstractiu⁹ q2 talis non pōt haberi nisi mediāte specie representatiua rei cuius est talis actus. non pōt aūt haberi talis species naturalit̄ de deo. ergo ⁊c. ¶Rñsio. vbi sic procedam. prīo eñ dicam ad q̄sitū videlicet an talis actus intelligēdi deuꝫ sit naturaliter possibilis viatori. Scd̄o supposito ꝙ sic / īquirā an veritas theologica quā format viator ex talib⁹ proprijs dei ꝯceptibus / sit sic euidens sicut alie ꝓpōnes deū significātes que ꝓbant̄ in scientijs naturalib⁹. Tertio videbitur an articuli fidei quos format viator possint sibi fieri euidentes mediante aliqua specie a deo sibi īfusa. Quarto an talis veritas sit necessaria viatori propt̄ actum credendi.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ dupliciter pōt intelligi de aliquo propriū conceptū haberi. Vno mō ꝙ ꝯcept⁹ iste ꝓprius habeat̄ ante cōpositionē ⁊ diuisionē siue ꝯplexam intellectionē puta ipsam propositionē. Alio modo ꝙ habeat̄ post talem ꝯpositionē vel diuisionē siue ꝓpositionē. pōt eñ haberi ꝯceptus alicuius rei ꝓprius: vel primo mō videlicet īmediāte: vel secūdo puta mediāte alio ꝯceptu cōplexo causat⁹: sicut ex conceptu diffinitionis cōplexo causat̄ ꝯcept⁹ diffiniti incōplexus a diffinitiōe distinctus: cū in oī demōstratiōe sint tres distincti termini: q̄d non esset nisi diffinitū a diffinitione differret.

Hoc præmisso ponuntur hic duæ conclusiones. ¶Prima est. ꝙ viator habꝫ ꝓpriū ꝯceptū de deo causatuꝫ in ipso mediante ꝯceptu ꝯplexo. ¶Hec ꝓbatur. prīo sic. viator potest intelligere ⁊ īterdū intelligit deum solū nihil aliud ab ipso intelligēdo. ergo habꝫ propriū ꝯceptū de deo causatū in ipso: nō primo mō: ergo secundo videlꝫ mediāte ꝯceptu ꝯplexo. ¶Añs videt̄ euidēs: q2 vt argutū ē in p̄ncipio sol⁹ de⁹ pōt ⁊ debꝫ diligi tali mō videlicet sup oīa: ergo ⁊ solus ipse pōt intelligi absꝙ omni alio intellecto. sine q̄ eñ aliq̄d est diligibile: ⁊ intelligibile. quare ⁊c. ¶Consequētia est euidens q̄tum ad p̄mā ptēꝫ. non eñ aliquid potest distincte intelligi nisi p proprium actum eius. Assumptū in ꝯña: videlicet ꝙ talis propri⁹ ꝯcept⁹ dei non possit haberi ante ꝯceptum cōplexū: ꝓbabit̄ ī alia ꝯclusiōe. ¶Preterea scd̄o arguit̄ q̄ñ ꝯstat viatorem habere de deo cōceptum ꝓpriū ꝯplexum puta ens trinū ⁊ vnū. hic aūt cōcept⁹ multiplex et ꝯplexus a viatore catholico habitus est soli deo propri⁹ sed ex huiusmodi tali conceptu ꝯplexo deo ꝓprio causatur alius simplex deo similit̄ ꝓprius. ergo ⁊c. Minor ꝓbatur. q̄ñ si ex tali ꝯceptu multiplici seu ꝯplexo deo ꝓprio nō causat̄ aliq̄s simplex vnicus ipsi similit̄ propri⁹ sequitur ꝙ nūq̄ viator habeat aliquē conceptū per quē intelligat solum deum. q̄ñ sicut hmōi voces ens trinū et vnum proferuntur ore successiue: ita ⁊ cōceptus eis correspondentes formant̄ in mente eodē tpis ordine: sed cōstat ꝙ nec in prīo īstāti in q̄ primus ꝯcept⁹ ē in mente puta concept⁹ entis: nec in aliquo alio in quo est aliq̄s aliorū tantū: puta trinuꝫ vel vnuꝫ magis ꝯcipit̄ deus q̄ creatura. ⁊ ita p ꝯñs seq̄t̄ ꝙ vel nunq̄ solus deus a viatore concipitur. vel ꝙ ex hmōi diuersis ꝯceptibus successiue formatis aliq̄s vnus tantū deo ꝓprius causat̄. sed p̄muꝫ non pōt poni. ergo ⁊c. ¶Sed contra hoc forsitā arguet̄. quoniā vn⁹ actus intelligēdi non causat alium respectu

eiusdē:nec ēt respectu alteri⁹ obiecti.nec cū intellectio
vna albedinis causat aliā ipi⁹ albedinis nec nigredinis
nec alicui⁹ alteri⁹entis.ḡ nec ꝯcept⁹ cōposit⁹ de deo ꝓpri⁹
causat aliquē aliū simplicē eius. ¶Ad hoc dicēdū est ꝙ
maior assumpta non est vera saltē vniuersaliter de omni
conceptu.lȝ eīn vnicus ꝯceptus nō causet aliū:multi tñ
qui oēs vocanṫ conceptus ꝯpositus / causant eiusdeȝ
obiecti vnuȝ cuius sūt oēs illi simul sumpti. ¶Hoc autē
probant aliqui ꝑ hoc qꝛ ꝓpō causat actum sciēdi creden
di ⁊ opinandi:sed ꝓpositio nō est aliud ꝙ̄ cōplexa intel
lectio seu multiplex.ergo ⁊c. ¶Sed ista ratio non cōclu
dit. qꝛ videṫ supponere ꝙ actus hmōi sciendi credendi ⁊
opinandi sint actus intelligendi.hoc aūt nō est verū.sunt
eīn actus consentiendi non aūt intelligēdi.vt in questiōe
alia fuit dictum.quare ⁊c. ¶Et ideo assumptū huiusmo
di:videlicet ꝙ cōceptus cōplexus hoc est diuersi conce
ptus possint causare vnum:ꝓbaṫ aliter primo:qꝛ ꝯcept⁹
relatiuus vt similitudinis vel equalitatis ⁊ similiuȝ est
vnicus:sed iste est ex ꝯceptu ꝯplexo seu ꝓpōne formata
causatus.qꝛ enim concipiens duas albedines intelligit
vnaȝ esse talē qualis ē alia:ideo intelligitur vno ꝯceptu
similitudo ipsa q̄ non est aliud ꝙ̄ extrema.ergo ⁊c. ¶Se
cundo.quia ꝯcept⁹ chimere est vnic⁹:sed iste est ex pluri
bus ꝯceptibus causatus formatis successiue:puta ex cō
ceptib⁹ partiū diuersarū.ḡ ⁊c. ¶Ex hoc videṫ corolla
rie posse ꝯcludi ꝙ nec ꝯclusio demōstratiōis seu tota de
monstratio causat vnum actuȝ sciendi sumptū pro actu
consentiendi:sed etiā actū simplicē ⁊ vnicū cognoscēdi:
nec conclusio rationis ꝓbabilis seu tota ipsa rō causat
tantum actum ꝯsentiēdi qualis diciṫ esse actus opināďi
sed etiam actū intelligendi:nec rō innitens auctoritati
actum credendi tm̄ sed etiā actū vnū ꝑuiū similiṫ cogni
tiuū.q̄ q̄dē actus cognitiui lȝ scd̄oȝ sc simplices ⁊ incōple
xi:qꝛ a ꝓpōne distīcti: possunt tamen vocari actus com
plexi:qꝛ mediāte actu complexo puta ꝓpōne ipsa causa
ti:sicut ⁊ actus consentiēdi ipsos sequentes. ¶Scd̄a cō
clusio est ꝙ viator nō habet nec naturaliṫ habere pōt añ
compositionem ⁊ diuisionem seu oēm formatā ꝓpositio
nē aliquem ꝓprium ꝯceptū de deo. ¶Hec ꝓbaṫ.qm̄ oīs
intellectio ꝓpria cuiuscūqȝ obiecti quā habet añ cōposi
tionem ⁊ diuisionē viator/causaṫ in ipso mediante sensa
tione:sed null⁹ ꝯcept⁹ dei ꝓprius est in viatore mediāte
sensatiōe causatus.ḡ ⁊c. ¶Minor probaṫ:qꝛ omne intel
lectum intellectione mediante sensatiōe causata est eui
dens cognoscenti:sed deū esse nulli viatori est euidēs si
ne fide:cum multi infidelium negent esse ipsum.ergo ⁊c.
¶Confirmatur.qꝛ constat ꝑ sensationem non causari in
tellectionem alicuius impossibilis.⁊ hoc est euidēs cui
cunqȝ q̄ sensationē hmōi q̄ mediante causaṫ talis intel
lectio experiṫ:sicut cuicūqȝ intelligenti colorē visum est
certum ⁊ euidens ꝙ color nō est impossibilis:sed possibi
lis:sed nulli viatori sine fide est sic certū ⁊ euidēs deū nō
esse impossibilē sicut colorem visuȝ.ergo ⁊c. ¶Preterea
ad idem arguitur.quia nulla sensatio causat immedia
te aliquam intellectionē nisi vel sui vel ipsius similis ob
iecti: sicut visio corporalis nō causat itellectionē nisi vṫ
ipsius visionis vel coloris.ḡ nec dei nec alicui⁹ alterius
insensibilis rei propria notitia potest immediate ab ipsa
causari.quare ⁊c. ¶Confirmaṫ.qꝛ tā quodcūqȝ sensibile
ꝙ̄ eius sensatio est a deo distans ⁊ extranea magis ꝙ̄ a q̄
cunqȝ creatura:sed sic omne sensibile ⁊ eius sensatio ex
traneanṫ ⁊ distant ab omī insensibili creatura:ꝙ nullius
talis ꝓpriū causant īmediate cōceptū seu itelligēdi actū
ergo nec dei.quare ⁊c. ¶Sed cōtra ꝯclusionē primam ṗ
cedentē adhuc arguitur.primo qꝛ si ex pluribus puta duo
bus conceptibus vt ex conceptibus entis primi vel infi
niti causatur aliquis ali⁹ tertius eadem ratione ex illo
tertio ⁊ ex duob⁹ precedētib⁹ causaṫ q̄rtus ⁊ sic in infini
tum.hoc aūt nō videtur esse dicendum. ergo ⁊c. ¶Secū
do.qꝛ si ex pluribus conceptibus successiue formatis pōt
causari aliquis vnus ab illis oībus distinctus.ḡ ex qua
cunqȝ ⁊ quantācūqȝ magna historia lecta vel audita pōt
in ipso legente vel audiente vnus causari conceptus hu
iusmodi historie correspondēs. hoc aūt nō videṫ verum
ergo ⁊c. ¶Ad ṗmum respondetur:ꝙ actus mediāte ali
qua propositiōe causat⁹ nō est nat⁹ esse pars illius ꝓpō
nis cū sit eius effectus.nō est aūt inconueniens dicere ꝙ
possit esse pars alterius ꝓpōnis ex ipō ⁊ ex ipō alio cō
plexo preuio constitute:ex qua propositiōe causaṫ alius
actus qui sit pars alterius ꝓpositiōis:ex qua iterū cau
setur alius actus qui sit ps alterius ꝓpōis ⁊ sic in infi
nitū.non eīn minus pōt esse ī intellectibus ꝓcessus in in
finituȝ ꝙ̄ in actibus reflexis.quare ⁊c. ¶Responsio. Ad
secundum dicendum ꝙ nō seq̄tur ꝯñs qd̄ infertur ꝓpter
duo.primo quia non omnes cōceptus importatos ꝑ oīa
vocabula cōtenta in vna aliqua magna historia pñt reti
neri in memoria qd̄ tamē req̄ritur ad hoc vt ex pluribus
cōceptibus possit causari vnus.nō eīn seq̄tur ꝙ in memo
ria possint retineri quotcūqȝ si possunt retineri aliqua. ḡ
nec sequitur ꝙ possit causari aliq̄s vnus conceptus ex
quotcūqȝ si pōt causari ex aliquibus. quare ⁊c. ¶Scd̄o
qꝛ ꝙ ex pluribus conceptibus puta entis infiniti cause
tur vnus conceptus proprius dei/hoc est forte qꝛ oēs hu
iusmodi plures conceptus simul sumpti significant idē
obiectū qd̄ significat ille vnus videlicet ipsuȝ deū:nō sic
autem est de omnibus conceptibus importatis ꝑ voca
bula historie cuiuscunqȝ ⁊ quātecūqȝ.quare ⁊c.

Quantum ad secūdum premitto duo
ad euidentiaȝ dicendorū. ¶Primuȝ est.ꝙ veritas theo
logica proprie sumpta hic vt hic accipitur est soluȝ illi⁹
ꝓpōnis ī qua subijciūṫ cōcept⁹ dei ⁊ ṗdicātur de ipō ali
qui conceptus denominatiui vt sapiens iustus ⁊ similia
¶Secundum ṗmittendum est ꝙ ꝓpositionum theolo
gicarum vel aliarum alie sunt distincte in essendo ⁊ nō in
significādo vt ille:quarum conceptus vni⁹ ṗdicati vide
licet ⁊ subiectum sunt euidentiores ⁊ clariores ꝯceptib⁹
alteri⁹.omnes tñ termini seu cōceptus ipsaruȝ sūt signi
ficatiui eiusdem rei:sicut videns intuitiue rem aliquam
euidentius siue clarius ipsam cognoscit ꝙ̄ alius qui caȝ
tantum abstractiue intelligit. ⁊ ideo si vterqȝ istorum
habeat de ipsa conceptū complexum puta ꝓpōnem for
matam/ꝓpositiones eoꝝ licȝ sint idem ⁊ eiusdem ratiōis
in significando:non tñ in essendo:qm̄ sicut simplex noti
tia abstractiua est alterius rationis a simplici notitia in
tuitiua/licet vtraqȝ sit eiusdem obiecti:ita ⁊ ꝓpō vna for
mata ex notitijs abstractiuis est alterius rationis ab oī
alia ꝓpositione licet ideȝ significāte ꝯstituta ex notitijs
intuitiuis alterius rationis. dico non obiectiue seu si
gnificatiue:sed tm̄mō q̄dditatiue. Alie autem sunt ꝓpō
nes distincte tam in significando ꝙ̄ ꝑ ꝯñs in essendo.licȝ
enim non oēs concept⁹ simplices vel complexi distincti
⁊ alterius rationis in essendo sint consimiliter distincti
in significando:tamē ecōuerso distincti in significando
sunt distincti cōsimiliter in essendo.

His premissis pono duas cōclusiones.
¶Prima est:ꝙ viator ⁊ comprehensor habent de deo
easdem cognitiones cōplexas puta ꝓpōnes formatas ⁊
incomplexas in significando:diuersas tamen in essendo
⁊ alteri⁹ rōnis. ¶Hec apparet.qm̄ vt premissū est oīs cō
ceptus intuitiuus simplex vel cōplexus est ab omni cō
ceptu abstractiuo alterius rationis in essendo ⁊ eiusdem
in significando qm̄ est eiusdem obiecti cū eo:sed viator ha

bet de deo conceptum simplicem abstractiuuȝ ⁊ comple
xuȝ ex abstractiuis constitutū.cōprehēsor aūt habet de
ipō intuitiuū ꝯceptum similiter simplicē ⁊ complexū:pu
ta ꝙ deus est sapiens iustus trinus ⁊ vnus ⁊ siᷓa. ergo
omnes iste ꝓpositiones theologice:deus est infinit⁹ tri
nus ⁊ vnus sapiēs/⁊ q̄cūqȝ alia de deo ṗdicata ⁊ nota tā
cōprehensori ꝙ̄ etiā viatori/sunt in eis alteri⁹ rationis ī
essēdo ⁊ eiusdē in significādo. ¶Cōfirmatur.qꝛ cōcept⁹
eiusdem rationis in essēdo possunt esse eq̄liṫ euidentes:
sed nullus conceptus de deo a viatore habitus simplex
vel complex⁹ potest esse ipsi eque euidens:sicut est com
prehensori conceptus simplex vel cōplexus de eodē obie
cto videlicet de ipō habit⁹:vt eīn obiectū cognitū abstra
ctiue tantū pōt esse sic euidēs cognoscēti sicut est ipsi eui
dens obiectuȝ cognitiuū intuitiue.ergo ⁊c. ¶Ex hac cō
clusione probata sequiṫ corollarie: ꝙ tam articuli fidei
ꝙ̄ assentiendi actus eis mediātib⁹ causati sunt in viato
ribus ⁊ in comprehensoribus alterius rationis in essen
do lȝ eiusdē in significādo. ¶Hoc appet.qm̄ ꝯstat ꝙ bti
intuentur christi humanitatem ⁊ diuinitatē q̄ duo viato
res intelligunt tantummō notitia abstractiua.sed sicut
viatores cognoscentes abstractiue deū ⁊ hominem ī vni
tate persone formant articulos fidei tam ad diuinitateȝ
ꝙ̄ ad humanitateȝ spectantes:puta hmōi propōnes de⁹
essētialiṫ ē vn⁹/trin⁹ ꝑsonaliṫ/pater generat filium/fili⁹
est incarnatus natus ⁊c.ita intuitiue vt bti deum ⁊ ho
minem agnoscentes formāt articulos supradictos ex in
tuitiuis notitijs constitutos:sicut articuli viatorum con
stant ex notitijs abstractiuis:sed omnes tales ꝓpositio
nes ⁊ earum termini puta ꝯcept⁹ simplices ex quib⁹ cō
stant:sunt alterius rationis in essendo lȝ sunt idem oīno
in significando qꝛ eiusdem obiecti cogniti sicut est in ꝓ
posito.ergo ⁊c. ¶Secunda ꝯclusio est ꝙ ꝓpō theologi
ca in qua subijcitur deus ⁊ de ipso aliq̄d sibi ꝓpriū ṗdica
tur est in theologia ⁊ in naturali scientia alterius ratio
nis in essendo lȝ eiusdem in significando. ¶Hec probaṫ
primo sic.omnes ille propositiones sunt in essendo alte
ri⁹ rationis q̄rū vtrūqȝ extremorū vel tm̄ alterū ṗdicatū
veȝ vel subiectū est alteri⁹ rōnis:sed cōcept⁹ scd̄oȝ quē sub
ijcitur deus in propositiōe in qua de ipso ī theologia ali
quid sibi ꝓpriuȝ ꝓbaṫ/est alterius rationis a conceptu
secūdū quem subijciṫ in alijs scientijs naturaliṫ adinuē
tis. ergo ⁊c. ¶Minor declaratur.quoniam theologus ī
telligit ꝑ vnum vel ꝑ ꝯceptū dei ens infinitum: quod est
nobilius ⁊ perfectius omnibus alijs entibus possibili
bus non tantum diuisim sed etiam cōiunctim sumptis
qꝛ ⁊ solū isto mō deus est q̄ maius cogitari non pōt. hoc
autē mō consideratur in theologia. In alijs aūt sciētijs
naturaliṫ adinuētis vt in metaphysica vel physica seu
naturali scientia deus consideratur vt per ipsum intelli
giṫ ens infinitū excedens in perfectione quodlȝ alioruȝ
possibilium per se sumptum:non auteȝ oīa simul sumpta
sed conceptus dei vt primo mō sumpt⁹ est alterius rōnis
a cōceptu dei vt secundo modo accepto.ergo ⁊c. ¶Ma
ior quantū ad primā ꝑtem videlȝ ꝙ illo mō predicto de⁹
sit theologie subiectum:⁊ de ipso in theologia ṗdicetur
omne ṗdicabile ipsi propriū/est euidens:qm̄ deus est sub
iectū in theologia vt per ipsum intelligitur illud quo ma
ius seu perfectius cogitari non pōt sine repugnātia ter
minorum:sed de⁹ illo ṗmo mō nō alio secūdo mō sumpt⁹
est quo nihil maius seu perfecti⁹ cogitari potest.ergo ⁊c.
¶Secunda pars videlicet ꝙ deus non in isto predicto
sed alio mō sumptus cōsideretur in alijs scientijs natu
raliter adinuentis:⁊ de ipso ī eis puta in metaphysica ⁊
in naturali philosophia aliq̄ sibi ꝓpria ṗdicenṫ: ꝓbatur
qm̄ euidens est metaphysico ⁊ naturali philosopho deū
esse illo mō quo deus ipse cōsideratur ab vtroqȝ. ¶Hec
apparet:qm̄ de nullo in aliqua scientia euidenter ꝓbaṫ
seu demōstratur aliq̄d nisi de illo qd̄ eē possibile ē euidēs
sed deum esse hoc mō sumptū videlȝ pro ente ꝑfectiori q̄
libet aliorū:ȝ est euidētius metaphysico ⁊ naturali phō
non est aūt euidēs naturaliṫ ipsū esse vt alio mō sumptū
videlicet ꝓ ente ꝑfectiori oīb⁹ alijs possibilib⁹ simul sum
ptis:quia nec deū esse ē per se notū nec naturaliter demō
strabile ex alio euidētius ꝙ̄ ex motu vel ex aliq̄ causalita
te sed nec ꝑ motū nec ꝑ aliquē q̄lēcūqȝ effectū ꝓbaṫ deū
esse vt sumptū pro ente ꝑfectiori oībus alijs possibilib⁹
simul sumptis:sed tm̄ vt per ipsum intelligitur aliq̄d ꝑ
fectius omni alio possibili ꝑ se sumpto.ḡ ⁊c. ¶Cōfirma
tur.qꝛ cōclusiones ꝓbate ex medijs alterius ratiōis sūt
etiā alterius rationis ab illo q̄ ꝓbatur ipsum esse in alia
sciētia naturaliṫ adinuēta.qd̄ apparet:qꝛ in theologia ꝓ
batur deum esse tantum ex auctoritate.in alia aūt scien
tia naturaliter adinuenta ꝓbatur ipsum esse ex motu vṫ
ex aliqua causalitate.ḡ ⁊c.

Ex conclusione prædicta cum probati
one sua videtur corollarie posse ꝯcludi ꝙ lȝ ī diuersis sci
entijs posset ꝓbari eadem conclusio in significando non
tñ in essendo.immo nulla cōclusio vnius scientie est cum
aliqua alterius scientie eiusdē rationis:sed alteri⁹ ī essē
do. ¶Hoc declaratur ex hoc:qm̄ vt dictum est oēs cōclu
siones sunt alterius rationis q̄ ꝓbātur ꝑ media alteri
us rationis:sed diuerse scientie ꝓbantes conclusionē eā
dem in significando probant ipsam ꝑ media alterius et
alteri⁹ rōnis.ergo.⁊c. ¶Maior declaraṫ.qm̄ licet cause
alterius rationis possint in aliq̄s effect⁹ eiusdē rōnis:nō
tñ oēs eis possibiles videnṫ esse eiusdem rationis:sed ali
qua videnṫ esse eis possibilia alterius rationis.ergo me
dia per que in diuersis scientijs ꝓbanṫ conclusiones/q̄ q̄
dem media sunt diffinitiones seu descriptiones alterius
rationis/videnṫ posse causare aliq̄s intellectiones sim
plices rei significate descripte seu diffinite alteri⁹ rōnis
⁊ ꝑ ꝯñs omnes conclusiōes quarū huiusmodi simplices
notitie sunt subiecta/erunt alterius rationis.oēs eīn ꝓ
positiones ille sunt alterius rationis quarū vtrūqȝ extre
morum vel tantū alterum est alterius rationis. ergo cuȝ
intellectiones simplices lȝ eiusdem obiecti causate in di
uersis scientijs ex descriptionibus vel diffinitionibus di
uersis sint alterius rationis:ꝑ ꝯñs ⁊ cōclusiones quarū
intellectiones huiusmodi sunt subiecta/erūt alterius ra
tiōis. ¶Minor videlicet ꝙ eadem conclusio in significā
do probata in diuersis scientijs probetur per media alte
rius rationis: ex hoc arguiṫ:qm̄ si medium ex q̄ ꝓbatur
conclusio eadem in significando:qd̄ quidem medium est
descriptio vel diffinitio rei cuius cōcept⁹ simplex subij
citur ī ꝯclusione/est in diuersis sciētijs eiusdē rōnis:ergo
⁊ omnes ṗmisse ⁊ conclusio ex eis illata: ⁊ ꝑ ꝯñs demō
stratio ipsa tota erit eiusdem rationis. sed ꝯñs est incō
ueniens.ergo ⁊ añs. ¶Consequentia est euidens. qꝛ om
nes illi syllogismi sunt eiusdem rationis quoꝝ oēs tres
termini simplices sunt eiusdem rationis: sed vbi media
sunt eiusdem rationis puta diffinitiones seu descriptio
nes/sunt etiā subiecta talium mediorū q̄ q̄dem subiecta
sunt ītellectiones simplices causate per diffinitiones ip
sas seu descriptiones/similiṫ eiusdem rationis:⁊ ita duo
termini puta diffinitum ⁊ diffinitio erunt eiusdem ratio
nis.tertius etiā terminus qui est ipsa passio erit eiusdeȝ
rationis.ergo.⁊c. ¶Confirmatur qꝛ descriptiōes vel dif
finitiones alterius rationis causant concept⁹ simplicis
ꝓpositiones alterius rationis: sed media ꝑ q̄ ꝓbātur cō
clusiones in diuersis scientijs / sunt descriptiones vel
diffinitiones alterius rationis qꝛ aliter vt ṗdictū est to
ta demonstratio esset in diuersis scientijs eiusdem ratio

nis.ergo cum ꝯceptus simplices proprij ex medijs diuer sarum scientiarum sint alterius rationis:⁊ subiecta in cõ clusionibus ipsarũ scientiarũ:prima eñ in ꝯclusione de- mõstrata passio de cõceptu simplici diffiniti mediãte dif finitione causato:ꝑ ꝯñs ⁊ conclusio ipsa erit in diuersis scientijs alterius rationis:cũ vt sepe dictum est/oẽs con clusiones ⁊ alie quecunq; ꝓpões sint alterius rationis quarũ vtrũq; extremoꝝ vel alterũ tantum est alteriꝰ ra tionis. ¶ Maior assũpta ꝓbaẽ pͥmo:q: sicut se habet syl logismus vel ꝓpõ ad assensum ipsa ꝓpone vel toto syl- logismo mediante causatũ:ita ⁊ descriptio vel diffinitio ad simplicẽ ⁊ vnicũ rei ꝯceptũ. vñ ⁊ diffinitio vel descri- ptio alterius rationis eq̃pollet mõ aliquo syllogismo al terius rationis:sed ꝓpões vel syllogismi alterius rati- onis causã tassensuꝫ alteriꝰ rationis.aliẽ frustra ad aliq̃d probandum adducerenẽ demonstrationes diuerse ⁊ alte rius ratiõis.ergo ⁊ descriptiones vel diffinitiões alteriꝰ rõnis causant cõceptꝰ simplices alterius rõnis. ¶ Se- cundo.q: describẽs rem euidẽtius:⁊ ꝑ ꝯñs habẽs descri ptionẽ vel diffinitionem alterius rationis/habet cogni- tionẽ de re cuius est ipsa descriptio vel diffinitio:sed non haberet nisi alia descriptio aliã cognitionẽ simplicẽ cau saret.ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. qm̃ cõceptꝰ simplices qui sunt descriptionis ꝑtes successiue in mẽte describen tis formanẽ.Horũ aũt ꝯceptuũ nullꝰ ĩterdũ ẽ ꝓpriꝰ rei de scripte:nec ꝑ ꝯñs in ĩstãti ĩ quo formaẽ primꝰ nec in alio in quo formaẽ secundus ꝯcipiẽ ꝯceptu ꝓprio res descri- pta.ꝙ nisi post oẽs cõceptus ꝑtiales qui sũt descriptiõis partes aliq̃s ab eis distinctus relinquaẽ in describente conceptus:nullus ꝓpter descriptionẽ euidentẽ haberet de re notitiam aliquã ꝓpriã certiorem seu clarioreꝫ. hoc autem apparet esse falsum.ergo ⁊c. ¶ Sed ꝯ ꝓdicta ar- guitur.pͥo q: eadẽ cõclusio põt ꝓbari a priori ⁊ a poste- riori: sed media sumpta a priori ⁊ a posteriori sũt alteriꝰ rationis.ergo eadem cõclusio potest ꝓbari ex medijs al- terius rõnis.cuius ꝯtrariũ fuit dictũ. ¶ Secũdo. q: hec ꝯclusio ens infinitum est.ꝓbaẽ in theologia ⁊ in natura- li philosophia:⁊ est eadeꝫ vtrobiq;.qꝺ probaẽ.qm̃ sua cõ tradictoria que est in ista/nullũ ens infinitũ est/ eque cõ tradicit ꝯclusioni ꝓdicte:vt naturalis phĩe ⁊ vt theolo- gie ⁊ ꝓncipijs vtriusq;.qꝺ dici nõ posset si ista ens ĩfinitũ est/alia in theologia ⁊ alia ĩ phĩa esset.ergo ⁊c. ¶ Tertio q: nisi in diuersis scientijs ꝓbareẽ aliqua eadẽ cõclusio nulla scientiarũ iuuaret aliam.hoc autẽ est falsum.ꝙ ⁊c. ¶ Quarto.q: ista ꝓpõ deus est ens.ꝓbaẽ vel est euidẽs non tantum theologo ex fide:sed etiã phõ naturali.ergo eadem conclusio est diuersarum sciẽtiarũ. ¶ Ad pͥmũ re- spondetur ꝙ licet a priori ⁊ a posteriori ⁊ ex alijs medijs diuersis probari possit ꝯclusio eadẽ in significãdo:nõ tñ talis ꝯclusio ex diuersis medijs illata est in essendo eius dem:immo alterius rationis. ¶ Ad secundũ consimili- ter respondeẽ:qm̃ licet ista cõclusio ens infinitũ est/sit in theologia ⁊ in philosophia eadeꝫ significatiue:est tamen diuersa ⁊ alterius rationis quidditatiue: nec tñ ex hoc sequitur qꝺ inferẽ:videlicet ꝙ ista nullum ens infinitum est:non contradicat vtriq; conclusioni ꝓdicte: quoniam omnis ꝓpositio q̃ contradicit alicui/⁊ cuicunq; idem si- gnificãti. ⁊ quia hmõi cõclusio/ens infinitum est/idem significat in theologia ⁊ in philosophia lꝫ quidditatiue sit alterius rationis in theologia:⁊ alterius in natura- li philosophia:per consequẽs idem qꝺ vni istarum ⁊ al- teri contradicit.quare ⁊c. ¶ Sed cõtra hoc forsitan ar- gueret.quoniam ista ꝓpositio ens infinituꝫ est/habet vt formata in theologia pro subiecto cõceptũ significãtem ens perfectius omnibꝰ alijs simul sumptis.subiectũ au- tem ipsius vt est naturalis philosophie significat tantũ illud quod est perfectius omni alio possibili per se sum- pto.ergo propositiones huiusmodi non sunt ideꝫ in signi ficando. ¶ Respõdeo:ꝙ lꝫ mõ predicto accipiendo ens infinituꝫ in propositione theologica supradicta aliquo modo ꝓpositiones predicte differant in significando:tñ q: ens infinituꝫ vt theologꝰ sumit ipsũ infert necrio ens infinitũ vt a naturali philosopho sumptũ.qꝺ eñ est pfe- ctius omnibus alijs simul sumptis/⁊ quolibet ipsorum licet nõ ecõuerso.ideo cũ vniuersalis negatiua inferat ꝑ- ticularem:quia si nullus homo currit:nec fortes:per cõ- sequens in proposito si nullum ens infinitũ est/siue sumẽ do ens infinitum vniuersaliter: vt videlicet se habet seu se extendit ad theologũ ⁊ ad philosophum naturalem siue tñ vt cõsideratur a philosopho naturali specialiter nec ens ĩfinitũ vt a theologo sumptũ/ẽ.si eñ nõ est aliqꝺ ens pfectiꝰ omni alio possibili per se sumpto:ergo nec ẽ aliq̃d perfectius oĩbus alijs simul sumptis.non tñ seqẽ econuerso:nõ est aliquid pfectius oĩbus alijs simul sum- ptis:ergo nec est aliq̃d pfectiꝰ omni a se alio ꝑ se sumpto Ex quo apparet ꝙ ista/nullum ens infinitũ est/si negat esse ens ĩfinitũ vt a theologo sumptũ/ita ꝯtradicit huic ens infinitũ est: vt ista est theologa:ꝙ nõ ꝯtradicit sibi vt phĩca:nec enim philosophus affirmat ens infinitum theologice sũptũ/esse:nec potest ꝓbare.quare ⁊c. ¶ Ad tertiũ consimiliter rñdeẽ.nõ eñ vna sciẽtia diciẽ iuuare aliã:quia vtraq; ꝓbat eandẽ conclusionẽ in essẽdo:sed quia eandem in significando:sicut philosophia diciẽ iu- uare theologiam:quia probat aliquas conclusiones idẽ significantes cũ q̃busdam theologicis:licet ab illis q̃d- ditatiue distinctis. ¶ Ad quartum dicenduꝫ ꝙ deus vt a theologo sũptꝰ est vt dictũ est ens pfectius oĩbus alijs simul sumptis.tale aũt ens esse non est ꝑ se notũ nec na- turaliter demõstrabile a theologo nec a naturali philo- sopho licet sibi sit euidẽs vel ex euidẽtibꝰ deductuꝫ deũ esse/intelligẽdo ꝑ deũ vt ipse philosophus intelligit ens aliqꝺ per se vnuꝫ pfectius omni alio possibili per se sum- pto:vt dictum est supra.quare ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quãtum ad tertiũ pono duas cõclusio nes. ¶ Pͥa est.ꝙ si viatori infunderẽ ꝓpria species re- prehensiua illorum quorũ sunt articuli fidei/nulla propo sitio formata ex cõceptibus simplicibꝰ tali specie mediã te causatis esset eiusdẽ rationis cũ aliqua ꝓpositione ã viatore formata q̃ mediãte in eo causaẽ actus credendi ¶ Hec ꝓbatur pͥo sic. habẽs habitũ aliquẽ vel specieꝫ dei repñtatiuã infusã põt in actũ intelligẽdi deum pfe- ctiorem ⁊ euidentiorem q̃ possit viator aliquis ꝑ seipm̃ sine tali habitu vel specie mediante.ergo actus hmõi tã simplices q̃ complexi formati tali specie vel habitu me- diante sunt alterius ratiõis ab omnibꝰ actibus ĩtelligẽ di ĩ quos potest viator ꝑ se sine tali specie vel habitu me diante. Antecedẽs est euidens.quia nisi actus intelligẽ- di mediãte tali specie habitus esset perfectior omni actu intelligendi causato naturaliter sine ipsa specie vel habi- tu mediante/omnino frustra tales species ponerentur. ¶ Consequentia etiam apparet:quoniam nisi cognitio huiusmodi possibilis tali specie mediante esset alterius rationis a cognitione possibili homini per seipsum / seq̃ retur oppositum antecedentis : videlicet ꝙ hõ sine tali habitu vel specie posset ĩ actum eque perfectum sicut ip sa specie vel habitu mediante: quia sicut intellectus tante perfectionis potest formare conceptum tante per fectionis per se:⁊ perfectior intellectꝰ poterit ꝑ se in actũ perfectiorem:⁊ ita per consequens in eque perfectum et euidẽtem:sicut est ille in quẽ potest specie vel habitu me diante : supposito ꝙ iste nõ sit ab illo alterius rationis. quare ⁊c. ¶ Confirmatur.quia conceptꝰ illi taꝫ incõple xi q̃ complexi sunt alterius rationis q̃ causantur ex cau

sis alterius rationis:sed species illa vel habitus quo me diante causarẽtur de deo in viatore tam incomplexe no- titie q̃ complexe essẽt si ponereẽ alterius rationis ab oĩ eo quo mediante viator causat nunc in se de deo incom plexam notitiam ⁊ complexam:puta propositionem ip- sam. ergo ⁊c. ¶ Preterea secundo arguitur sic ad idem. omnis notitia talis qualis nata est haberi ante com- positionem per motioneꝫ rei causantis propriam speciẽ in cognoscente modo quo sensibilia cognoscuntur est al terius rationis ab omni alia notitia a conceptu comple xo vel quomõcũq; aliter q̃ modo ꝓdicto causata:sed sub iectum ⁊ predicatuꝫ propositionis quã format viator de deo non sunt tales conceptus quales sunt nati haberi ꝑ propriã speciem.sunt enim conceptus complexi vel sim plices mediantibus complexis causati:vel saltem non sunt tales quales sunt conceptus causati mediante spe cie propria rei modo quo sensibilia cognoscuntur. ergo ipsa extrema propositionis viatoris predicatum vide- licet ⁊ subiectum/⁊ per consequens propositio ipsa tota sunt alterius rationis a ꝓpositione ⁊ ab eius extremis mediante specie propria rei formatis. ¶ Cõfirmatur. q: constat ꝙ propositio quam format beatꝰ actu videns de um de ipso:est alterius rationis ab illa quam format via tor de deo sine eius visione.ergo etiam ꝓpositio forma- ta tali specie vel habitu mediãte que respectu ipsius ꝓ positiõis visioni quodãmõ adequaẽ / est alteriꝰ rationis ab omni propositione viatoris sine tali specie mediante causata. ¶ Antecedens est certum:quia propositio cui- dens ⁊ propositio non euidens sunt alterius rationis: sed propositio quam format beatus de deo est euidens vt ista deus est trinus ⁊ vnus. que quidem in significan- do eadem est ineuidẽs vel saltem non sic euidens vt a via tore formata:⁊ ex extremis ineuidentibus notitijs vide- lꝫ abstractiuis constans. sicut eñ hec propositio albedo est color disgregatiuꝰ /est euidẽs vt formata a vidente:q: ex notitijs intuitiuis euidẽtibus constans:consimilis au tem propositio formata a ceco non valente de colore ha bere notitiam intuitiuam sed tantummodo abstractiuã est ineuidẽs:ita de propositione formata a viatore ⁊ a cõ prehensore consimiliter est dicendum.quare ⁊c. ¶ Conse quentia est euidens:quia propositio formata mediante visione arguiẽ diuersa ab alia sine ipsa sed ab alio forma ta propter diuersitatem visionis qua mediãte formatur vna ab illo quo mediante formaẽ alia:sed non minus ab illo q̃cq̃d sit distiguiẽ species huiusmodi vel habitꝰ q̃ vi sio ipsa.ergo ⁊c. ¶ Ex omnibus supradictis infertur si- cut ⁊ inferri potest/corollarie: ꝙ si deus viatori infunde ret speciem sui propriam vel visionem ipsam: nulla veri- tas seu propositio theologica quã sine huiusmodi specie ⁊ visione prius formauit:posset ab ipso probari ex pre- missis sibi possibilibus tali visione vel specie mediante. ¶ Hoc apparet:quoniã premisse tali habitu vel specie mediante sibi possibiles essent euidentes. ex premissis autem euidentibus sequitur tantum conclusio euidens que est alterius rationis ab omni conclusione ineuiden te qualis est omnis formata sine sui obiecti significati vi sione vel specie mediante:ergo licet eandem propositio- nem in significando posset formare hõ post habitam vi sionem vel speciem quam ante:nõ tamen eãdem sed aliã in essendo. ¶ Sed contra predicta arguitur primo.quia beatus certificare potest viatorem de articulis fidei:sed nullus potest alium certificare nisi de aliquo sibi noto: ergo eundem ⁊ non alium articulum nouit / ⁊ per conse- quens format comprehensor ⁊ viator. ¶ Secundo quia Paulus post raptum cognouit multa euidentius q̃ aliq̃s alius viatorum:nec tamen ex hoc notitia eiꝰ fuit alterius rationis a notitia aliorum respectu eorundem intellectorum.ergo ⁊c. ¶ Tertio.quia eadem propositio potest esse scita ⁊ credita:eadẽ etiam propositio que est euidens comprehẽsori diciẽ esse ĩeuidẽs viatori.ergo ⁊c. ¶ Quarto.quia Paulus post deum visuꝫ et alius fide lis qui nunq̃ vidit eum vel cõprehensor ⁊ viator possent adinuiceꝫ de deo sibi contradicere:sed nõ possent nisi cõ ceptus eiusdẽ ratiõis de ipso haberent.ꝙ ⁊c. ¶ Quinto quia si propositio quam format viator dicatur esse eum illa quam format cõprehensor eadem nõ ĩ essendo sed tã tum in significando:eadem ratione ꝓpositio vera potest dici vna ⁊ eadem cũ ꝓpositiõe falsa:⁊ siliẽ propositio cõ tingens cũ necessaria.hoc autẽ est falsũ. ergo ⁊c. ¶ Ad primum respondetur ꝙ bene comprehensor nouit rem si gnificatam per articulũ viatoris:⁊ ideo potest eum cer- tificare de ipsa. Articulũ aũt ipsũ viatoris esto ꝙ intelli gat fore in viatore:non tamen format in se euꝫ sed aliꝺ cõ plexum ab ipso alterius rationis.qꝺ quidem est proposi tio euidens:qua mediante ipse assentit iꝰ significato as sensu alterius rationis ab actu credẽdi in quem potest viator mediante articulo in se formato. nõ magis eñ ꝓ positio comprehensoris distinguiẽ a ꝓpositiõe viatoris q̃ assensus in eis causati eis mediantibus distinguanẽ. quare ⁊c. ¶ Ad secundũ cõcediẽ ꝙ Paulus post raptũ ⁊ beatus quilibet videns deum cognoscit euidentius si gnificata per articulos viatorum q̃ aliquis ipsorum q̃ nunq̃ deuꝫ vidit nec eius specieꝫ in se habuit.ex hoc aũt sequitur/cuiꝰ contrarium in ratione inferẽ/ꝙ notitia ta- lium tam complexa q̃ incomplexa etiã de re visa habita est alterius rationis a notitia complexa viatorum habi ta de eadẽ re nõ visa.nec ꝑ cõsequens aliquis fidei arti- culus viatoris potest esse conclusio demõstrationis ali- cuius comprehensoris:cũ talis conclusio sit cognitio cõ plexa euidens ex ꝓmissis euidentibus dependens:⁊ arti culus viatoris ineuidens.quare ⁊c. ¶ Ad tertium respõ detur:ꝙ non est intelligendum eandẽ conclusionem esse scitam ⁊ creditam sic ꝙ eadem sit conclusio syllogismi demõstratiui ⁊ creditiui:immo est alterius ⁊ alterius ra tionis:sicut ⁊ premisse vtriusq; syllogismi sunt alterius rationis.Non est etiã intelligẽdũ secũdo ꝙ eadẽ conclu sio sit scita ⁊ credita sic ꝙ cõclusio eadem causet actum sciendi ⁊ credẽdi.alterius eñ rationis sunt in essendo lꝫ idem sint in significando cõclusiones ille:quarũ vna cau sat actũ sciendi ⁊ alia actum credendi. ⁊ hoc tertio mõ ẽ intelligendũ eandem conclusionem posse esse scitã ⁊ cre- ditã:pro quanto videlicet idem est significatũ cõclusiõis demonstrationis ⁊ cõclusionis syllogismi creditiui:⁊ ita eidem rei significate assentit intellectus per demonstra- tionẽ ⁊ per fidem. ¶ Et quando additur ꝙ eadẽ proposi tio est viatori ineuidẽs ⁊ cõphẽsori euidẽs. Dico ꝙ verũ est eadem in significando:est tñ alia ⁊ alia in essendo.q: ĩ possibile est ꝓpositionem euidentẽ esse q̃dditatiue idẽ cũ ꝓpõne ineuidente.hoc autem est verũ:ꝙ eãdẽ rẽ quã via tor cognoscit ineuidenter nouit cõprehensor euidẽter.er- go cognitiones ipsorum oẽs tam incomplexe q̃ comple xe sunt alterius rationis.quare ⁊c. ¶ Ad quartũ appa- ret ex dictis:ꝙ q: ꝓpões ipsorum sunt omnino idem in significando lꝫ differãt in essendo:ideo qꝺ cõtradicit vni ⁊ alteri:sicut qꝺ contradicit ꝓpositioni mentali ⁊ vocali sibi correspondenti ꝓpter identitatẽ significati vtriusq;. ¶ Ad q̃ntũ respondetur:ꝙ oẽs ille propositiones q̃tũ- cunq; diuerse in essendo dicuntur vna ꝓpositio vulgariẽ q̃ sic significãt vnum ꝙ nõ potest vna earum esse vera al tera existente falsa:nec ecõuerso:sed semper ad veritatẽ vnius sequitur veritas alterius ⁊ econuerso.sic autem ẽ in proposito de propositione viatoris ⁊ de ꝓpositiõe cõ prehẽsoris:sicut ⁊ de propositione mentali ⁊ vocali:⁊ ita non est simile de hoc ⁊ de propositione vera ⁊ falsa idem

¶ Ad scđꝫ ꝯcedo ꝙ act⁹ ⁊ habit⁹ speculatiui magis in
ter se ꝙ̄ cū practicis ꝯueniūt q̄dditatiue: nō aūt obiecti-
ue. seu subiectiue: cū idē possit eē subiectū act⁹ seu habit⁹
practici ac spec'latiui ex sola diuersitate alicui⁹ sibi appo
siti. eadē em̄ ꝓpō quātū ad s'biectū / diuersificata tm̄ q̄tū
ad ꝑdicatū est practica ⁊ speculatiua: vt iste due: deus est
trin⁹ ⁊ vn⁹: ⁊ deus est suꝑ oīa diligēd⁹: nō differūt quo ad
subiectū: cū vtriusq; subiectū sit ꝯcept⁹ rei eiusdē: videlꝫ
dei theologie subiecti: sed tm̄ quo ad ꝑdicatū. q2 ꝑdicatū
primo ē ꝯcept⁹ trinitatis ⁊ vnitatis idistīcte a deo signi
ficato subiecti. ꝑdicatū vero scđe ē ꝯcept⁹ praxis exeq̄n
de: videlꝫ dilectiōis diuine. ⁊ ideo ista dicit̄ practica. pri-
ma aūt speculatiua. ¶ Tūc igit̄ ꝯcedo ꝙ oēs actus ⁊ ha
bitus theologici ꝯplexi sunt iter se magis idē ꝙ̄ cū alijs
subiectiue seu significatiue ꝓpter idētitatē subiecti oīm
videlꝫ dei: nō autē quidditatiue nec etiā significatiue in
ordine ad ꝑdicatū qđ multarū ꝯclusionū theologicaruꝫ
est ꝯceptus alicuius rei create. magis autē distīguit̄ res
creata puta praxis ꝑ ꝑdicatū importata / a re icreata ꝑ
subiectum ꝯclusionis theologice significata: ꝙ̄ vna res
creata ab alia. q̄re ⁊c. ¶ Q2 autē nō sit icōueniēs ꝯcede
re act⁹ vel habit⁹ theologicos aliquos puta practicos
⁊ speculatiuos magis inter se ꝙ̄ ab alijs differre q̄ddita
tiue / apparet. quia nō est magis incōueniēs dicere actuꝫ
vel habitum speculatiuū magis differre ab omni practi-
co quidditatiue ꝙ̄ ab aliquo alio speculatiuo: ꝙ̄ dicere
vnū actum intelligendi ituitiuū magis differre ab omnē
alio obiectiuo: licet eiusdem obiecti: ꝙ̄ ab aliquo alio
intuitiuo: licet alterius obiecti. sed secundū nō est incon-
ueniens: imo ꝯceditur tāꝙ̄ verum. ergo sicut de deo sunt
possibiles actus theologici intelligendi intuitiui ⁊ abs-
tractiui magis quidditatiue: nō tm̄ significatiue inter se
distincti: ꝙ̄ actus intuitiui distinguātur ab actibus abs-
tractiuis: nec abstractiui ab intuitiuis alioꝝ omniū obie
ctoꝝ. ita ⁊ in ꝓposito de speculatiua dei notitia ⁊ practi-
ca potest dici. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad ratio
nes in principio apparet solutio ex ꝑdictis. ¶ Ad pri-
mam em̄ apparet ꝙ falsum accipit quando dicit ꝙ oīs
actus theologici habitus est practicus. nec valet eius ꝓ
batio. quādo em̄ dicit ꝙ omnis actus theologicus ordi
natur ad praxim: dico ꝙ nō est verum eo modo quo opor
tet notitiam practicam ordinari ad praxim. sola enim
illa notitia est practica que sic ordinatur ad praxiꝫ sicut
dictatiuū seu dictans ad rem dictatam vt exequendā
vel sicut expressiuum seu exprimens eius executionē esse
bonam. hoc autem modo apparet ex dictis ꝙ nō omnis
notitia theologica est ad praxiꝫ ordinata: sed aliqua que
est practica ⁊ non alia: que quidem est speculatiua. qua-
re ⁊c. ¶ Ad scđꝫ in contrariū quando dicitur ꝙ obiectū
actus ⁊ habitus theologici est solus deus: Dico ꝙ verū

est de actu theologico incōplexo ⁊ de actu ꝯplexo ⁊ de
habitu theologico speculatiuo nō aūt de actu ꝯplexo
nec de habitu practico. qm̄ cuiuscūq; actus practici et
ꝑ ꝯñs habitus ipm̄ sequētis significatū obiectuꝫ est ali
quod ens ꝯtingens puta praxis. vt em̄ dictuꝫ est cū nul
la notitia ꝯplexa sit practica nisi praxis exequende di
ctatiua vel bonitati sue executiōis exp̄ssiua / ꝑ ꝯñs opor
tet praxim esse ꝑ notitiaꝫ practicā significata. nulla ei
notitia dictat nec explicat aliq̄d qđ nō significat: sꝫ cu
iuscūq; notitie significatū est eius obiectū. nec em̄ aliud
est dicere aliquid esse actus notitie obiectū ꝙ̄ dicere eē
ꝑ ipsum significatū. ꝯ aliq̄d a deo distinctū est cuiuscun-
q; notitie practice theologice obiectum vel per ei⁹ sub
iectum vel per predicatum significatū. quare ⁊c.

QVęsito de actu & de hitu theo

logico quero tertio ⁊ vltimo de eius obiecto
siue subiecto. ¶ Et primo vtrum subiectum
theologie ⁊ cuiuscūq; alteri⁹ sciē sit omniuꝫ
passionū eius ⁊ veritatū ꝯclusione virtualiter ꝯtentuꝫ.
Et videt̄ ꝙ sic. q2 illud continet virtualiter aliquā pas-
sionem ꝑ qđ ꝓbatur talis passio de quocūq; de quo pro
batur: sed ꝑ diffinitionem subiecti sciē ꝓbant̄ oēs ꝯclu
siones ⁊ ꝑ ꝯñs passiones de illis de quibus sunt demon
strabiles. ꝯ ⁊c. ¶ Cōtra. q2 qđ est alicuius virtual'r con-
tētiuū est ei⁹ causal'r ꝓductiuū: sꝫ sciē subiectū nō ē pas
sionum eius nec ꝯclusionuꝫ causaliter ꝓductiuū. ꝯ nec
virtualiter cōtētiuum. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedā. p̄mo
em̄ inquirā quid sit ponēdū in sciā subiectū. Scđo dicā
ad quesitū vcꝫ an sciē subiectū sit veritatum ꝯclusionū
suarū oīm vniuersaliter contentiuum.

Quātum ad primū est opinio cuiusdā

dicētis ꝙ subiectum sciē est subiectum ꝯclusionis scite
hoc em̄ est subiectū sciē qđ passioni ꝓbate subijcit̄ in cō
clusione. q̄ quidē ꝯclusio ex subiecto ⁊ passione probata
ꝯstituta / est totalis sciē obiectū licet eius subiectū sit al
tera pars ipsius ꝯclusionis tm̄. ¶ Pro ista ꝯclusione
vcꝫ ꝙ subiectum ꝯclusionis scite sit subiectū sciē / argui
tur primo. q2 cū ad sciam nō requiratur aliquid aliud ꝙ̄
ꝯclusio ex premissis illata / oportet subiectū sciē eē alte
rum istorum vcꝫ ꝯclusionē vel alterā p̄missarum vel ali
quem simplicem terminū alicuius istarum ꝓpositionū
puta maiorem vel minorē extremitatem vel mediū: sed
constat ꝙ nō est aliqua p̄missaruꝫ nec ꝯclusio ipsa tota
ex eis illata: q2 ꝯclusionis ꝑdicatum demonstrat̄ de sub
iecto sciē: non demōstratur aūt de cōclusione nec de pre
missis nec est medium q2 mediū non ponit̄ in ꝯclusione
i qua ponit̄ subiectū cū de ipo ꝓbetur passio: nec maior
extremitas: q2 maior extremitas est passio de subiecto
ꝓbanda. ergo relinquit̄ ꝙ subiectū sciē sit minor extre
mitas q̄ est subiectū ipsius cōclusionis scite. ¶ Confir-
matur. q2 scia pōt haberi sine oīi eo qđ nō ē ꝯclusiōis
subiectum nec maior extremitas nec altera p̄missarum
nec ꝯclusio ipsa. sed nō potest haberi sine eius subiecto.
ergo oportet ponere eius subiectum esse alterū ꝑdicto-
rū. nō potest aūt esse sciē subiectū aliqua ꝓpositionuꝫ ꝑ
dictarū: q2 cū de subiecto sciē probetur passio in ꝯclusio
ne ex premissis illata oportet ipsum esse aliquid tam a
p̄missis ꝙ̄ a ꝯclusione distinctū. nec potest esse medium
nec maior extremitas ꝯclusionis ꝑdicatū. ꝯ oportet ꝙ
subiectuꝫ sciē sit minor extremitas q̄ est ꝯclusionis sub
iectum. ¶ Scđꝫ vcꝫ ꝙ ꝯclusio ipsa tota sit totalis sciē-
tie obiectū / ꝓbatur. qm̄ habitus denoīatur ex obiectis
ipsoꝝ: sed scia dr̄ cōiter habitus ꝯclusionū: sicut intelle-
ctus habitus principioꝝ. ꝯ ꝯclusio est obiectum habi-
tus scientifici ⁊ principiū habitus intellectiui. ¶ Cōfir
matur. q2 idem est obiectum actus ⁊ habitus: sed obie-
ctum actus sciētifici nō est aliqđ incōplexū: sed ꝯplexū
non qđcūq;: sed conclusum ex alijs ꝯplexis notioribus
ergo ⁊c. ¶ Sed hic modus dicēdi est omnino irrationa
bilis q̄tum ad vtrūq; ꝑdictorum duoruꝫ que ponit: vcꝫ
ꝙ conclusio sit totale obiectum sciē: ⁊ secundo ꝙ eius
altera pars tm̄ puta subiectū sit sciē subiectum. qm̄ sub
iectū sciē non est partiale obiectum sciē: sed totale. nul
la em̄ ratio pōt poni quare magis vna pars obiecti sciē-
tie ꝙ̄ altera sit eius subiectū: sed conclusio vt ꝯcedit est
totale sciē obiectū. ergo nō magis vna pars ei⁹ ꝙ̄ alia
est subiectū. ¶ Sed forte ista ratio nō concludit nec ꝯ
opinantis intensionem arguit. q2 vt etiā patet ex q̄bus
dā dictis in questione precedenti / aliqualiter posset dis
tingui inter subiectū sciē ⁊ obiectum. Et ideo cōtra opi
nionē istaꝫ aliter arguo. Prīo sic. oīe subiectū sciētie
⁊ obiectum est scitum: sed nec cōclusio alicuius sciē nec
aliqua eius pars puta subiectum vel ꝑdicatuꝫ scit̄ nec
sciri seu intelligi pōt mediāte illa scia cuius est. ꝯ nec cō
clusio demōstrata pōt dici sciē obiectum nec ei⁹ vcꝫ cō-
clusionis subiectum scientie subiectuꝫ. ¶ Maior appa
ret. nihil em̄ potest eē obiectū habituale scientie nisi ha
bitualiter nec actuale nisi actualiter intellectuꝫ: sicut
nec aliquid pōt esse obiectuꝫ sensationis nisi sensatum
nec visionis nisi visum. non em̄ sonus pōt esse visiōis ob
iectuꝫ q2 ipsi repugnat videri. quare ⁊c. ¶ Minor etiā
est euidēs. qm̄ cōclusio sciē in mēte formata nō est aliud
ꝙ̄ notitia cōplexa sciētifica ex actibus intelligēdi sim
plicibus puta subiecto ꝑdicato ⁊ copula constituta: sed
notitia sciētifica nō potest seipā actu nec habitu eē sci-
ta. nullus enim actus nec habitus intellectiuus causa
tus pōt esse idē cū obiecto intellecto per ipsum. ꝯ nulla
conclusio sciētifica nec pars eius aliq̄ pōt esse scita seu
intellecta actu nec habitu ꝑ illam sciam ad quā dr̄ per
tinere. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia non omnis scia ē
de actibus intelligendi simplicibus nec cōplexis: sed es
set si conclusio esset sciē omnis obiectum / et eius subie
ctum scientie subiectum. ¶ Hoc apparet. q2 sciētia non
est de alio ꝙ̄ de suo obiecto vel subiecto: q2 hoc soluꝫ est
per sciam cognitum videlicet suum subiectū ⁊ obiectū
nō est autem scientia de alio ꝙ̄ de illo qđ cognoscit̄ ꝓ-
pter ipsam: sed omnis conclusio in mente formata est
notitia complexa ex multis incomplexis notitijs con-
stituta. ergo si sola ipsa est scientie obiectum ⁊ eius sub
iectum ipsius sciē subiectum / sequitur propositum vi-
delicet ꝙ oīs scientia est de solis actib⁹ intellectiuis
cū nec ex alijs rebus significatis aliqua propositio con
stituatur. hoc autē est euidenter falsum. ergo ⁊c. ¶ Pre
terea secundo arguo sic ad idem. idem est obiectū act⁹
sciētifici ⁊ habit⁹ eo mediante causati: sed obiectū act⁹
scientifici non ē cōclusio nec eius subiectum est etiam
actus subiectum. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. quoniaꝫ
actus scientificus est assensus intellectus mediante cō
clusione ex premissis demonstrationis illata causatus
cuius q̄dē assensus obiectuꝫ nō pōt esse ꝯclusio ipsa: sed
res per eam significata. quoniam idem est conclusiōis
⁊ assensus ea mediante causati obiectum. conclusio au
tem ipsa non potest esse suiipsius obiectum: cum vt di-
ctum est nullus actus intelligendi creatus possit esse
suiipsius obiectum. Ex eodem apparet ꝙ nec conclu-
sionis subiectum pōt eē scientie subiectum: quia cōclu-
sionis subiectum est actus intelligendi: cuius significa
tum non ipse actus eius signuꝫ vt dicetur infra / est sciē
tie subiectum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nec actus
scientificus est obiectum sciē nec aliqua ei⁹ pars est ei⁹
subiectū. ꝯstat enim ꝙ ista vcꝫ oīs actus scientie ⁊ eius

subiectum siue obiectum realiter distinguuntur:sꝫ con-
clusio ipsa scientie in mēte formata est actus scientie ⁊
si nō imediat⁹ saltem prim⁹ quo mediante causat̄ act⁹
scientificus immediatus. ¶ Hoc apparet.q: act⁹ scien
tie imediat⁹ est assensus itellect⁹ mediāte notitia ꝯple
xa demōstrata ⁊ ex p̄missis illata causatus:sꝫ hmōi noti
tia ꝯplexa nō est aliud ꝙ ipsa cōclusio demōstrata.ḡ ⁊c.

Et ideo quantū ad istum articulum ali
ter est dicendū. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendū:ꝙ
aliud est subiectū scie:⁊ aliud ratio subiecti scie:⁊ aliud
subiectum ꝯclusionis demonstrate.qm̄ subiectū sciētie
est res significata p minorem extremitatē q̄ est conclu
sionis subiectū.ratio aūt subiecti d̄r esse duplex ꝯcept⁹.
vcꝫ medius termin⁹ qui est diffinitio posita in p̄missis/⁊
diffinitū qd̄ est conclusionis subiectuꝫ. Alius eīm est cō
ceptus diffinitiōis seu diffinitio/⁊ alius diffiniti seu dif
finitū. subiectuꝫ aūt ꝯclusionis est ratio subiecti sciētie
nō vtraq̄ p̄dictarū duarū:sed altera tantum ipsarū vcꝫ
diffinitū in ꝯclusiōe ipa subiectū. ¶ Ista tria oīa decla
rāt̄.Et primo primū:vcꝫ ꝙ scie realis subiectū sit res ex̄
p ꝯclusionis subiectū ⁊ ēt per p̄dicatū ac p totā demon
strationē significata.qm̄ scia causat̄ aliqualr̄ ⁊ habet̄ p
demōstrationē:sꝫ p demonstrationē nō pōt haberi scia
nisi de re significata p eā.ḡ res p demōstrationē signifi-
cata est de qua vt de obiecto habet̄ scia:sed illud cuius
vt obiecti est scia p demōstrationē causata/est ipsi⁹ scie
subiectū.ḡ ⁊c. ¶ Confirmat̄.q: aut subiectū realis scie
hꝫ esse aliqua pars demōstrationis vel demōstratio ipa
tota vel res p eā significata.sed nō pōt poni primū nec
scōm ꝑpter duo inter alia. p̄mo q: nō omnis scie immo
nec alicuius reale subiectū est act⁹ intelligendi cōple-
xus nec incōplexus:sola eīm logica ꝓprie est de eis:sꝫ de
monstratio mentalis nō includit aliq̄d nisi tm̄ actus in
telligēdi cōplexos puta ꝓpōnes ⁊ icōplexos vcꝫ ꝓpō-
nuꝫ terminos.ḡ nihil eius pōt poni scie realis subiectū
cū talis scia nō sit de cōceptib⁹ mētis:sed de reb⁹ extra
p ꝯcept⁹ hmōi significatis. ¶ Scdō.q: scia ⁊ eius act⁹
scientificus q̄ est assensus/causat̄ p totam demōstratio-
nē nō p aliquā ptē eius tm̄:sꝫ hmōi assensus sciētificus
nō pōt esse respectu ipsi⁹ totius demōstrationis nec ali
cuius ptis eius cū iste assensus p̄supponat suū obiectū
cuius est esse cognitū.nec demōstratio aūt nec pars ei⁹
aliqua est p demōstrationē cognita:sed tm̄ res p eam si
gnificata.ḡ ⁊c. ¶ Preterea ad idē arguit̄ sic scdō.scōm
philosophū ⁊ scōm cōiter de subiecto scie loq̄ntes. De
subiecto scie habent̄ due p̄cognitiones an̄ demōstratio
nē:vcꝫ q̄d est ⁊ q: est:sed hmōi due p̄cognitiones nō ha-
bent̄ de ꝯclusionis subiecto:sed eius significato.ḡ subie
ctum scie nō est ꝯclusionis subiectū:sed ei⁹ significatū.
¶ Minor appet.nō eīm an̄ demōstrationē nec etiā post
ipaꝫ formatā rē extra significantē oportet p̄cognosce-
re aliquē ꝯceptū simplicē nec cōplexū:nec p ꝯn̄s demō
strationē ipam nec aliquā ei⁹ ptē:sed tm̄ rē significataꝫ
p eā puta p ꝯclusiōis subiectū. nō eīm demōstrantē nec
p demōstrationē rē extra significatā sciētē oportet hēre
actū itelligēdi reflexū:qd̄ tm̄ oporteret si ꝯclusiōis sub
iectū vel alia q̄cūq̄ eius pars cognosci haberet:cū que
libet sit act⁹ intelligendi q̄ nō pōt intelligi ab illo ī quo
est/nisi p actū reflexū.ḡ cū p̄cognitiōes hmōi nō sint ali
cuius actus intelligēdi nec p ꝯn̄s alicuius ptis demō-
strationis significantis:sed rei significate:sequit̄ ꝙ nec
subiectū scie pōt dici subiectū ꝯclusiōis nec aliqua alia
pars demōstrationis:sꝫ res ipa significata quā oportet
p̄dicta precognitione duplici p̄cognoscere demōstrātē.
¶ Confirmat̄.q: diffinitio subiecti scie realis est mediū
ad ꝓbandū aliquā passionē de ipso:sꝫ cōstat ꝙ hmōi dif
finitio nō ē diffinitio alicui⁹ cōceptus mentis quale est
subiectū ꝯclusionis ⁊ alia q̄libet pars demōstrationis
nulli⁹ eīm demōstratiōis nec alicui⁹ alteri⁹ ꝓbabilis ra
tiōis mediū est diffinitio nec descriptio subiecti ꝯclusio
nis/nec alicui⁹ alteri⁹ partis talis rōnis.q: talis descri
ptio vel diffinitio eēt intellectio reflexa:cū eius obiectū
esset actus intelligēdi.mediū aūt demōstrationis vl̄ cu
iuscūq̄ alteri⁹ rōnis rē ex̄ significātis nō est aliqua refle
xa intellectio:sed recta rei extra significatiua.ḡ ⁊c.

Sed cōtra p̄dicta forte arguet̄.non eīm
videt̄ verū eē qd̄ dictū est:vcꝫ ꝙ subiectū scie sit res ipa
importata p totā demōstrationē.qm̄ in demōstratione
nō tm̄ ponit̄ subiectū seu diffinitū significās ipm ⁊ eius
diffinitio idē significās:sed etiā passio ei⁹.sed passio nō
videt̄ esse idē cū subiecto nec ipm importare:sꝫ aliquid
ab eo distinctū.ergo ⁊c. ¶ Scdō arguitur ꝙ nulla res
extra aīam ēt significata p solum ꝯclusionis demōstra
te subiectū sit subiectū scie.qm̄ oīs res extra aīam est re
aliter singularis:sed singulare nō est subiectū scie.ergo
⁊c. ¶ Minor ꝓbat̄ dupl̄r.p̄mo q: q̄ra rōne vnum aliqd̄
singulare eēt alicui⁹ scie subiectū eadē oīa alia ēt infini
ta possibilia eiusdē rōnis cū ipso.et sic nullius scie esset
aliqd̄ vnū subiectū:sed infinita.qd̄ est falsū. Scdō.q: de
singularib⁹ non pōt a nobis haberi certitudo.eis enim
abeuntibus nullus pōt esse cert⁹ an sint vel non sint:sed
de subiecto scie est nobis possibilis certitudo.ergo etc.
¶ Confirmat̄.q: scia nō est de corruptibilibus:sed tm̄
de impossibilib⁹ aliter se hēre:sed singularia sunt corru
ptibilia ⁊ variabilia.ergo ⁊c.

Ad primū dicendū est ꝙ licet passio ī
demōstratione posita sit distincta realr̄ a subiecto scie
est tn̄ eius significatiua.qm̄ passio q̄ in demōstratione
ponitur nō est aliud ꝙ quidam mētis cōcept⁹ qualita-
tiuus denoīatiue p̄dicat⁹ de ꝯclusiōis subiecto ⁊ de me
dio termīo in p̄missis idē significās cū vtroq̄ vcꝫ cū cō
clusionis subiecto ⁊ cum medio termino q̄ ē eius diffini
tio/licet aliq̄d distinctū cōnotet ab vtriusq̄ significato
risibile enim lꝫ cōnotet vel p̄ncipal̄r significet possibi-
lē actū ridēdi tn̄ cū hoc importat rē extra q̄ est subiectū
scie eandē quā iportat diffinitū ꝯclusionis subiectū qd̄
est hō ⁊ diffinitio q̄ est mediuꝫ puta aīal rōnale.q̄re ⁊c.
¶ Ad scōm appet.ꝙ rō illa eque ꝓbat ꝯclusionis sub
iectū nō esse scie subiectū sicut nec rē extra significataꝫ
p ipm.qm̄ oīs ꝯclusionis subiectū est aliqs ꝯcept⁹ men
tis.q̄ quidē in essendo est eque singularis sicut res signi
ficata p ipm:⁊ ita nō magis vnus cōceptus singularis
ꝙ infiniti possibiles eiusdē rōnis pōt eē alicui⁹ scie sub
iectū.ipe etiā ꝯcept⁹ mētis est eq̄ corruptibilis ⁊ varia
bilis sicut res extra aīam significata p ipꝫ.ergo nō ma
gis ꝙ ipsa pōt eē alicuius scientie subiectū. ¶ Tūc igit̄
respōdet̄ ad rōnē in forma ꝯcedēdo sicut ⁊ hn̄t ꝯcedere
sic arguentes/ꝙ cum res singularis extra significa-
ta sit subiectum sciētie/qua ratione singulare aliquod
vnum est scientie subiectum/eadem omnia alia eiusdē
rationis secū ēt si sint possibilia infinita:tn̄ sic scientia
est de eis ꝙ non requirit ipa esse sic multiplicata seu nu
merata actualiter nec distincta:immo cum sit indiffe-
renter de eis omnibus videlicet de rebus singularibus
eiusdem rationis:consimiliter esset/nec esse de ipsis sibi
repugnaret si omniū eorum esset natura vnica singula
ris.Et hoc modo ē intelligendum dictuꝫ vulgatum do
ctorum dicentium ꝙ scientia non est de singularibus:
sed tm̄ de vniuersalib⁹.vcꝫ ꝙ lꝫ cuiuslibet scie subiectū
sit singulare significatū/hoc tn̄ scia nō req̄rit:cū vnifor
miter esset scientia perfecta ⁊ eiusdem rationis:esto ꝙ

eius subiectū esset res vl̄is ⁊ non aliq̄ singularis.nec eī
scia que est de angelo requirit ꝙ eius subiectum sit Ga
briel vel Raphael nec aliquis alius angelus singula-
ris:nec ꝙ singulares angeli sint inter se distincti:cū sil̄r
esset sciētia de eis si natura angelica esset vnica ⁊ indis
tincta in eis. ⁊ hoc modo est intelligendum vnius scien
tie esse vnum subiectū:vcꝫ quia passiones ꝓbate in sciē
tia lꝫ sint vere de pluribus indiuiduis singularibus vt
risibile de pluribus hominibus q̄ omnes possunt dici ⁊
sunt subiectum scie q̄ est de homine: non tn̄ q: plures ⁊
distincti:cū consimiliter esset scientia de hoīe esto ꝙ nō
esset possibilis nisi vnus vel ꝙ oēs essent nūero vn⁹ ho-
mo. ¶ Et qn̄ addit̄ ꝙ de singularibus nō habet̄ certitu
do q̄nata est haberi de scie subiecto/hoc negatur.quo-
niam scientia non certificat an suum subiectum sit nec
ne. nec enim sciens est certus propter scientiam an sub
iectum sue scientie sit existens an non existens. ⁊ ista in-
certitudo nō alia hētur de singularib⁹ abeūtib⁹ seu no-
bis absentibus.quare ⁊c. ¶ Ad cōfirmationem illam
cōsimiliter respōdet̄:vcꝫ ꝙ scia d̄r esse p̄rio de icorrupti
bilibus non ꝙ oīa de q̄bus est sint incorruptibilia:sꝫ
q: scientia non requirit ꝙ sint corruptibilia cū ꝯsimilit̄
foret de eis esto ꝙ nunq̄ corrumperentur nec corrum
pi possint. ¶ Secūdo d̄r esse de impossibilibus aliter se
habere pro quanto est de rebus quibus inesse positis ī-
possibile est ꝓpositiones demonstrationis res hmōi im
portantes quibus mediantibus causatur ipsa scia esse
falsas.nō aūt ē intelligendū q̄n res ipse de quibus sunt
scientie sint possibiles aliter se habere cū sint corrupti-
biles ⁊ mlt̄iplicit̄ variabiles.q̄re ⁊c. ¶ Secūdū decla
randū vcꝫ ꝙ ratio subiecti scie nominetur ab auctorib⁹
conceptus eius duplex p̄dictus videlicet tam diffinitū
qd̄ est conclusionis subiectū ꝙ diffinitio eius que est me
dium/apparet primo.quia etiam vulgariter cognitio
rei vocatur ratio ei⁹.vnde ⁊ diffinitio d̄r rei cui⁹ est q̄d-
ditatiua ratio: cum tamen diffinitio nō sit aliud ꝙ cōce
ptus multiplex rei cuius est expressiuus. ⁊ ita oīs rei
conceptus potest dici ratio eius.conceptus aūt est du-
plex: videlicet diffinitiuus ꝓpositioni aliqualiter equi
pollens quia ex pluribus conceptibus constans:⁊ diffi
nitum seu eius conceptus vnicus per simplicem termi-
num importatus.ergo ⁊c. ¶ Secūdo.q: ratio subiecti
scientie ponit̄ in demōstratione:sed in demonstratione
non ponuntur nisi tres termini puta diffinitū qd̄ est cō
clusiōis subiectū:diffinitio q̄ ē mediū: ⁊ passio p̄dicata
de ipso ꝯclusionis subiecto.ergo oportet alterum istorū
vel omnia esse rationem subiecti scie:sed oīa nō possunt
dici esse ratio subiecti. non enim passio d̄r esse ratio rei
saltem quidditatiua cū sit cōceptus quidditatiuus nō
in quid p̄dicabilis/sed in quale.sunt etiā mlt̄e passiōes
conceptus cōnotatiui ⁊ expressiui aliorum a subiecto
scie realiter distinctorum vt appet de risibili cōnotante
seu explicāte actū ridēdi ab homine/⁊ de creatiuo crea
turam possibilem a deo realiter differentem.quare ⁊c.
¶ Sed contra hoc forsitan arguetur primo q: oīs cō-
ceptus rei potest dici ratio eius:sed passio subiecti sciē
tie est conceptus eius.ḡ ⁊c. ¶ Secundo.q: in demōstra
tione ꝯcluditur ⁊ probatur passio de subiecto sciētie per
rōnem ipsius:sed sola diffinitio subiecti est p quā demō
stratur saltem demonstratione potissima passio de ipso
scientie subiecto.ergo sola ipsa nō autē diffinitū ꝯclusio
nis subiectū est ratio subiecti scie. ¶ Ad primū appet
responsio ex predictis.qm̄ lꝫ vt dictum est passio sit con
ceptus rei q̄ est scie subiectum/nō tn̄ d̄r ei⁹ ratio: vel q:
nō est ꝯceptus ei⁹ soli⁹/sꝫ etiā alicui⁹ alteri⁹. vel q: si est
cōcept⁹ ei⁹ solius nō tn̄ q̄dditatiuus sꝫ qualitatiu⁹ seu
denoīatiuus. ⁊ ideo lꝫ possit dici rō subiecti large nō tn̄
proprie vt hic est sermo de ipsa.quare ⁊c. ¶ Ad secūdū
dicendum ꝙ passio non p̄dicatur de subiecto scie:sed de
subiecto conclusionis.qm̄ passio demonstrata de illo p̄
dicatur qd̄ sibi subijcitur in propositione in qua ponit̄:
sed in nulla ꝓpositione subijcitur nec ponitur res signi
ficata:sed eius signum puta conceptus si propositio est
mentalis:vel vox in ꝓpōne vocali.ergo cum subiectuꝫ
scientie realis sit res extra significata vt dictum est su-
pra/subiectum aūt ꝯclusionis ⁊ cuiuscunq̄ alterius ꝓ-
positionis mentalis sit concept⁹ mentis/per ꝯn̄s cōce
ptus denominatiuus qui d̄r passio nō p̄dicat̄ de subie-
cto scie:sed de subiecto ꝯclusionis qd̄ est diffinitū:⁊ etiā
de subiecto maioris p̄misse qd̄ est diffinitio.q: tamē pas
sio hic p̄dicata de cōceptu verificatur tamē de re extra
significata siue de conceptu subiecto vt supponēte pro
re ipsa:ideo dicitur passio de subiecto scie demonstrari
⁊ predicari q: tam conclusio ꝙ premisse demonstratio-
nis verificātur pro tribus significatis lꝫ nulla res signi
ficata predicetur nec subijciatur in eis. ¶ Et quādo ad
ditur ꝙ passio probatur p rationem subiecti scientie:
Dico ꝙ verum est per rationem subiecti sumptā p dif-
finitione:qualis ratio subiecti non est diffinitum qd̄ est
conclusionis subiectum.ex hoc tamen non sequit̄ quin
possit dici ratio ei⁹ alio modo sumpta:licet proprie rei
ratio dicatur eius diffinitio. ¶ Tertium ⁊ vltimum de-
clarandum videlicet ꝙ subiectum conclusionis sit ra-
tio subiecti sciētie/apparet ex dictis.quoniam subiectū
conclusionis est conceptus quidditatiuus subiecti sciē
tie:sed talis siue sit diffinitum qualis est iste/siue diffini
tio quale est mediū in premissis assumptum/d̄r esse ra-
tio rei cuius est.ergo cum subiectum sciētie sit res ipsa
tam per medium ꝙ per conclusionis subiectum signifi-
cata sequitur propositū. vcꝫ ꝙ ratio ei⁹ potest dici vtrū
q̄ istorū. ¶ Ex q̄bus omnibus apparet differētia inter
tria predicta:videlicet inter subiectum scie/subiectum
cōclusionis demōstrate ⁊ rationem subiecti sciētie.quo
niam subiectum scientie realis est res extra significata
ratio subiecti est duplex eius conceptus:vcꝫ diffinitio ⁊
diffinitum qd̄ est conclusionis subiectuꝫ.sic tamen diffi
nitio potest dici ratio subiecti scientie qd̄ est res extra
ꝙ non ratio subiecti cōclusionis qd̄ est cōceptus in ani
ma.quoniam conceptus non dicitur ratio proprie nisi
sui obiecti:sed diffinitio rei extra nō habet pro obiecto
conceptum in anima quale est conclusionis subiectuꝫ
ergo ⁊c. ¶ Sic igitur patet ex dictis qd̄ erat in primo
articulo declarandum:videlicet quid sit ponenduꝫ sciē
tie subiectum:quia res extra per demonstrationis me-
dium ⁊ per conclusionis subiectum importata. ¶ Ad
illa que pro opinione alia superius sunt adducta/appa
ret solutio ex predictis. Prima eīm ratio ⁊ sua cōfirma
tio falsum accipit quando dicit ꝙ ad scientiam non re-
quiritur nisi conclusio ex premissis illata ⁊ subiectum
nec maior extremitas:per consequēs nec minor nec ali
qua propositionum.qm̄ scientia non potest haberi sine
suo subiecto vt est eius obiectum:sed scientie subiectuꝫ
qd̄ ē eius obiectū non ē de numero predictorum cuꝫ qd̄
libet predictoruꝫ sit mentis conceptus in anima:⁊ sub
iectum realis scientie sit res extra.q̄re ⁊c. ¶ Ad aliud
quando arguitur ꝙ scientia dicitur habitus conclusio
num:Dico ꝙ non denominatur scientia a conclusione
vt ab eius obiecto vel subiecto:sed vt ab eius aliq̄ mo-
do immediato principio effectiuo.mediante enim con-
clusione demonstrata causatur assensus rei significate
per ipsam:qui assensus dicitur actus scientificus:ex
quo postea acquiritur ipse habitus. ⁊ hoc modo non
alio intellectus dicitur habitus principiorum ⁊ scien-
tia conclusionum.quare ⁊cetera. ¶ Ad confirmationē

appet ꝙ falſū accipit qñ dicit ꝙ actus ſciētificus reſpi
cit ꝯplexū vt obiectū.qm̄ aut ꝑ actū ſciētificū intelligis
aſſenſum aut actū intelligendi ꝯplexum:ſed nec aſſen=
ſus nec actus intelligendi ꝯplexi obiectū pōt poni cō
plexum:ſed incōplexū puta res ipſa tā per actū intelli
gendi ꝯplexum q̄ ꝑ aſſenſum ſequētem ipm̄ ſignificata
vt oñſū ē ſupra arguēdo ꝯ̄ opinionē p̄dictā.Hec de p̄io.

Quātum ad ſecūdum eſt opinio cuiuſ
dam tenentis ptē negatiuā:vz ꝙ nō eſt de rōne ſubie=
cti alicuius ſciē virtualiter continere paſſiones ipſius.
¶Hoc probat p̄mo.qz aut intelligit̄ ꝑ ſubiectum con
tinere virtualiter paſſionem ſubiectū poſſe cauſare ī ſe
ipſo paſſionē ipām vt rē aliquā in eo formalr̄ exiſtētem
ſeu exiſtere potentē:aut poſſe cauſare eius cōceptū in
aīa.ſed nō poteſt poni p̄mum:qz nō omnis paſſio eſt res
aliqua a ſubiecto diſtincta.nec ſcd̄m.qz nulla res crea=
ta eſt notitie alterius rei virtualiter cōtentiua:ſed que
libet eſt intellectus ad ſui notitiam tantū motiua.ergo ⁊c.
¶Confirmatur.qz nō impfecti⁹ cōtinet cā efficiēs ſuū
effectum q̄ ſubiectū cōtineat ſuā ꝓpriam paſſionē:ſed
cā efficiens nō cōtinet virtualiter notitiā ſui effectus.ergo
nec ſubiectū notitiā paſſionis. ¶Scd̄o.qz ſi ſubiectū
ꝯtineret virtualiter notitias ſuarū oīū paſſionū ipſo co
gnito poſſet cognoſci naturalr̄ q̄libet eius ꝓpria paſſio
ſed hoc ē falſum.qz nec cognita aīa pōt naturalr̄ intelli
gi ꝙ ſit beatificabilis:nec ītuitiue ēt vidēs calorē ⁊ ſuā
etiā intelligēs paſſionē puta calefactiuū poſſet ſine ex
periētia cognoſcere calorē ipm̄ eſſe calefactiuū.Et hoc
eſt ꝓpter qd̄ iſte ꝓbat ꝙ notitia ſubiecti ⁊ paſſionis nō
ſemper continent notitiā ꝓpōnis immediate. qm̄ iſta
eſt īmediata/calor eſt calefactiuus:q̄ tn̄ nō pōt intelligi
ex notitia paſſiōis puta calefactiui ⁊ ſubiectiui.q̄re ⁊c.
¶Tertio.qz cōtinētia virtualis notitie paſſionis ⁊ cō
cluſionis demōſtrationis magis eſt attribuēda medio
q̄ ſubiecto:ſed demōſtrationis mediū interdum eſt ſub
iecto extrinſecū ⁊ oīno ab ipſo diſtinctū.vt patet de īter
poſitione terre ꝑ quā probat̄ eclypſis de luna.ergo ⁊c.
¶Quarto.qz nihil ducit in notitiā alterius niſi qd̄ vir
tualiter continet ipſum:ſed ſubiectū nō cōtinet virtuali
ter oēm ſuā paſſionē:cū aliqua paſſio ſit notior ſuo ſub=
iecto.ergo ⁊c.¶Sed ꝯ̄ opinionē iſtam arguitur p̄mo ſic.
oīs cā cōtinet virtualiter illud reſpectu cui⁹ dr̄ eē cā:ſz
ratio ſubiecti eſt aliquo mō cā ꝯcluſionis ⁊ p̄dicate in
ipſa paſſionis.ergo ⁊c.¶Minor probatur ꝑ philoſophū
dicentē ꝙ demōſtratio eſt ex p̄mis ⁊ veris ⁊ immedia
tis cauſis ꝯcluſionis.ex hoc em̄ appet in demōſtratiōe
eſſe aliqd qd̄ eſt aliquo mō cā ꝯcluſiōis.hoc aūt nō pōt
eſſe aliquod cōplexū per ſe totū:qz cuiuſlibet p̄miſſarū
altera pars eſt ꝯſtituens ꝯcluſionē.ergo hmōi cā habet eē
aliqs ꝯceptus incōplexus qui eſt pars alicuius p̄miſ=
ſarū.talis nō pōt eē aliqs illoꝝ q̄ ponunt̄ in ꝯcluſiōe:ſz
p̄ter illas null⁹ ali⁹ eſt niſi medi⁹ terminus q̄ ē rō ſubie
cti.ergo ⁊c.¶Confirmat̄.qz mediū eo mō continet virtua=
liter illud cui⁹ dr̄ cauſa quo eſt eius cā:ſed mediū ipm̄
vt probat̄/eſt aliquo mō cā ꝯcluſiōis:cū demonſtratio
ſit ex cauſis.cōſtat aūt ꝙ nō eſt cā eius tanq̄ alicui⁹ exi
ſtentis in re extra aīam.nec em̄ ꝓpter diffinitionē alicu
ius rei nec ꝓpter ēt totā demōſtrationē cauſat̄ aliquid
in re extra ꝑ diffinitionē ſeu demōſtrationē ſignificata
⁊ ita ꝑ ꝯ̄ñs hmōi cauſalitas eſt intelligenda in ordine
ꝯceptuum:vt ſubiectum eē cām veritatū vel continere
oēs veritates nō ſit aliud q̄ ꝙ rei q̄ eſt ſubiectū ſciē ex
hoc ꝙ eſt talis qualem requirit ꝑ ſe diffinitio p̄ma ei⁹
ꝯuenit ꝙ ꝑ ipā nate ſunt v̓itates ſeu paſſiōes illi⁹ ſciē
p̄dicari ⁊ verificari.ſicut qz hō eſt talis res qualis ipor
tat̄ ꝑ aīal rōnale:nō de ipō vel ꝓ ipſo verificat̄ riſibile ⁊
oīs alia paſſio ī ſciā hoīs de ipō hoīe demōſtrata.q̄re ⁊c.

Et ideo q̄tum ad iſtum articulū reſpon
detur aliter ⁊ meli⁹ ſeq̄ndo opinionē doctoris ſubtilis
dicentis ꝙ de rōne p̄mi ſubiecti cuiuſcūq; ſciē eſt cōti
nere aliquo mō virtualiter oēs veritates ipſius.¶Ad
cuius euidentiam eſt ſciendum ꝙ hoc puta p̄mum ſci
entie ſubiectum virtualiter continere veritates illius
ſciētie poteſt tripliciter intelligi.Uno modo intelligen
do ꝑ hmōi veritates in eo virtualiter cōtentas aliqua
in ſubiecto ſciē exñtia ⁊ ab eo cāta.alio mō intelligen=
do ꝑ iſtas veritates p̄cipue diuerſos ꝯceptus cōplexos
puta ꝓpōnes formatas nō in ſubiecto de quo eſt ſciā:ſz
in ſubiecto in quo eſt vz ī ſciēte formaliter exñtes.⁊ ſic
intelligēdo veritates ſciē ſubiectū ꝯtinere eas virtuali
ter pōt intelligi dupliciter.vno modo ꝙ ꝯtineat ipſas
virtualiter hoc eſt effectiue ſeu cauſaliter modo q̄ vnus
ignis cōtinet aliū/⁊ oīs alia cā effectiua ſuū ſibi poſſibi
lem effectū.alio mō ꝙ ꝯtineat ipās nō effectiue ſeu cau
ſaliter:ſed antecedēter:pro q̄to vz eſt illud quo poſito
ponit̄ oīs paſſio ⁊ verificat̄ de quocūq; alio de q̄ ipſum
p̄mū ei⁹ ſubiectū verificat̄ oīm alio circunſcripto:nec
poteſt verificari de aliquo alio ab illo de quo ipſum
verificatur.hoc em̄ eſt eſſe p̄mū paſſionis ſubiectum
vz eſſe illud de quo verificat̄ p̄io paſſio ⁊ de oī alio ꝓ
pter ipm̄.quod cū ſe hz ad alterū vt añs ad ꝯ̄ñs/pōt ali
q̄ mō dici cā ipſius licet non effectiua:vt dicetur infra.

Hoc p̄miſſo pono tres cōcluſiones.

¶Prima eſt:ꝙ nec ſubiectum ſciē nec rō ei⁹ ꝓpria cō
tinet v̓tualr̄ aliquā veritatē nec paſſionē illius ſciē p̄
mo mō trium p̄dictoꝝ intelligendo. ¶Hec appet.qm̄
paſſiones p̄dicabiles de p̄mo ſubiecto ſciē ſunt diuerſi
ꝯcept⁹ denoīatiui de aliq̄ cōceptu q̄dditatiuo ꝓpōnis
ſubiecto verificabiles ꝓ re q̄ eſt ſciē ſubiectū ⁊ vtriuſq;
terminoꝝ ꝓpōnis ſignificatū:ſz cōſtat ꝙ ꝯcept⁹ hmōi
nō ſunt cābiles in re extra q̄ eſt ſubiectū de q̄ eſt ſciā:ſz
tm̄ in aīa q̄ eſt ſubiectū in quo eſt ipā ſciā.ergo ⁊c. ¶Con=
firmatur.qz ſubiectū ſciē realis eſt res extra. p̄ma ei⁹
ratio que eſt etiā p̄mū paſſionū ſubiectum eſt ſua diffi
nitio de qua eſt p̄io not⁹ q̄ de aliquo alio p̄mus ꝯce=
ptus illi⁹ rei denoīatiu⁹:ſed nec ſubiectū ſciē qd̄ eſt res
extra nec diffinitio ſua q̄ eſt p̄ma ei⁹ ratio ⁊ p̄mū nō
ſciē ſz paſſionis ſubiectū cauſant aliquā paſſionē in re
extra:nec em̄ ꝑ demōſtrationē aliquid cauſat̄ in re ꝑ eā
ſignificata:ſed tm̄ in aīa.ergo ⁊c. ¶Sed cōtra.qz aliq̄
paſſio demōſtrata eſt res diſtincta a ſubiecto ⁊ cauſata
ab ipſo vt calor ab igne.¶Reſpōſio.ꝙ calor cauſatus
ab igne et exiſtens in eo non eſt eius paſſio demōſtrabi=
lis vel predicabilis de eo:ſed tantum concept⁹ ipſi⁹ vt
calefactiui vel calefactibilis calorē ſignificans non vt
actualiter:ſed vt poſſibiliter exñtem.hmōi aūt cōcept⁹
demonſtrabilis non eſt in igne:ſed in mente.quare ⁊c.
¶Secunda cōcluſio eſt:ꝙ nec ſubiectum ſciē nec ratio
eius cōtinet virtualiter aliquā veritatē nec paſſionē il
li⁹ ſciē ſcd̄o mō trium predictoꝝ:vz cauſalit̄ ſaltē tota
liter ſiue ꝑ modū cauſe totalis.¶Hec ꝓbat̄.⁊ p̄mo de
ſubiecto ſciē:qm̄ ſubiectū ſciē ⁊ oīs notitie abſtractiue
pōt eſſe ⁊ eſt nō exñs conſilr̄ ſicut exiſtens actualiter in
re extra:ſed illud qd̄ nō eſt aliquid in re extra nō poteſt
eſſe cauſa alicuius effectiua totalis nec etiā partialis.
ergo ⁊c.¶Confirmatur.qz nullus effectus realis pōt
eſſe ab aliquo nō ente:ſed ſubiecto ſciē non ente nec exi
ſtente actualiter in re extra fiunt demonſtrationes de
ipſo:⁊ ꝓbātur ac in mente formantur paſſiones proba
biles de conceptu ſubiectum ipſum ſcientie importan=
te.ergo iſta nō poſſunt ab ipſo fieri effectiue.¶Secūda
pars vz de diffinitiōe q̄ dr̄ eſſe ratio ſubiecti ſciētie vz

ꝙ nec ipſa ſit cā paſſionum ſciē effectiua ſaltē totalis
appet p̄mo.qz oīs actus intelligēdi eſt ab intellectu
vel totaliter vl̄ ſaltē ꝑtialiter effectiue:nec ꝑ ꝯ̄ñs aliqd
ab ipſo diſtinctū qualis ē ratio ſubiecti q̄ eſt diffinitiua
intellectio rei/pōt eſſe totalis cā effectiua alicuius alte
rius actus intelligēdi:ſz paſſiōes hmōi demōſtrabiles
⁊ de ſubiecto ꝯcluſionis p̄dicabiles nō ſunt aliud q̄ qui
dam actus intelligēdi denoīatiui.ergo ⁊c. ¶Scd̄o.qz
qd̄ cauſatur alio nō exñte nō pōt eſſe ab ipſo totalr̄ nec
ēt partialiter effectiue:ſz nō exñte diffinitiuo conceptu
cauſat̄ ꝯcept⁹ qualitatiuus qui dr̄ eſſe paſſio in mente.
ergo ⁊c.¶Minor appet.qz ſicut termini ꝓpōnis ⁊ pro
poſitiones ſyllogiſmi vocalis ꝓferuntur ore ſucceſſiue
necq̄ñ ꝓfertur ſecunda ꝓpō/eſt p̄ma:ſed deſinit eē/ſi
cut ⁊ p̄mo ꝓpoſitionis termino deſinēte format̄ ſecū=
dus:ita ⁊ de ſyllogiſmo ⁊ de ꝓpōnibus eius mentalib⁹
eſt dicēdū.⁊ ita ſicut deſinēte maiori ꝓpoſitione pōt for
mari poſt ipſā deſinētē minor in mēte:ita ⁊ p̄dicatū ma
ioris qd̄ eſt paſſio/pōt formari ei⁹ ſubiecto qd̄ eſt diffini
tio formata in mēte antea/deſinēte.vt cū dr̄ aīal ratio=
nale ē riſibile nō oportet actu manere ſubiectū p̄mo for
matū qñ ꝓfert̄ ſeu format̄ ore vel mēte p̄dicatū.ergo hmōi
ſubiectū qd̄ eſt diffinitio nō pōt eē cauſa effectiua paſſio=
nis de ipſa p̄dicate totalis nec ēt ꝑtialis. ¶Tertia et
vltima cōcluſio eſt:ꝙ nec ſubiectum ſciē:ſed eius ratio
ꝓpria eſt virtualiter continens oēm illi⁹ ſciē paſſionē
tertio mō illorū trium p̄dictoꝝ. ¶Hec ꝓbat̄. Ad cui⁹
ꝓbationis euidētiā eſt ſciendū:ꝙ cōtinere virtualr̄ iſto
modo paſſiōes oēs ſciē nō eſt aliud q̄ eē p̄mū mediū ꝓ
bandi p̄mam concluſionem:ex cuius ꝓbatione depen
dent ꝓbationes aliarū oīm ꝯcluſionū poſterioꝝ talis
ſciē.nā eſſe illud de quo ſcd̄m p̄dicationē directam eſt
ſic ꝑ ſe notū p̄mū ꝯceptū denoīatiuum verificari ꝙ ad
eius verificationē euidētē de aliquo eſt euidēs ꝯceptū
illum denoīatiuū verificari de eodē eſt eſſe cauſā talis
ꝯcluſionis ſeu eius veritatis ꝑ modū añtis ꝯ̄ñs inferē
tis:ꝓ q̄to vz ad oēm ꝓpōnē veram in qua p̄dicat̄ de
aliquo tale p̄mū paſſionis ſubiectū qd̄ ⁊ eſt ad ꝓban=
dū ipſā de eodē mediū/ſequit̄ ⁊ arguit̄ veritas talis cō
cluſionis in qua vz p̄dicat̄ paſſio ipſa de eodē de q̄ p̄=
mū eius ſubiectū fuerat p̄dicatū. ¶Hoc p̄miſſo appet
ꝯcluſio q̄tū ad p̄mā eius partē:vz ꝙ ſubiectū realis
ſciē non eſt cauſa ēt modo tertio ſupradicto ꝯtinens vir
tualiter paſſionē.qm̄ res extra ſignificata nec eſt paſſio
nis ſubiectū nec eſt ad ꝓbandū ipſam de aliquo mediū
ſz qd̄ eſt cauſa paſſionis ſiue ꝯcluſionis ipām annunciā
tis iſto mō vz ꝑ modum antecedētis ipā ꝯcluſionem
ſeu ei⁹ veritatē inferētis/eſt ipſi⁹ paſſionis p̄dicati cō=
cluſionis p̄mū ſubiectū:⁊ ideo ad ꝓbandū ipām de oī
alio mediū.ergo ⁊c.¶Maior eſt euidēs.qz res extra ſigni
ficata lz ſit ſubiectū ſciē non tn̄ pōt dici ſubiectū alicui⁹
ꝓpōnis nec ꝑ ꝯ̄ñs paſſionis.qz paſſionis ſubiectū vel ē
illud in quo paſſio ipſa ſubiectiue recipit̄:⁊ hoc non eſt
niſi anima vel aliqua intellectualis forma.in nulla em̄
re alia poteſt actus intelligēdi recipi ſubiectiue.vel eſt
illud de q̄ in ꝓpōne paſſio p̄dicat̄:⁊ tale nō pōt eē res ex
tra ſignificata:ſz ꝯcept⁹ vl̄ vox ſignificatiua.ergo ⁊c.¶Se
cūda pars ꝯcluſionis vz ꝙ p̄ma rō ſubiecti ſciē ſit
modo p̄dicto cā virtualit̄ ꝯtinēs veritates ꝯcluſionū
talis ſciē ꝓbatur.qm̄ qd̄ eſt p̄mū paſſionū ſubiectū et
mediū ad ꝓbandū ipſas de omni alio de q̄ verificant̄ cō
tinet virtualiter veritates oīū cōcluſionū in q̄bus paſ=
ſiones p̄mi ſubiecti talis ſciē p̄dicantur. ¶Hoc appet.
qz vt p̄miſſum eſt/nō eſt aliud in ꝓpoſito aliqd cōtinere
virtualiter paſſionem q̄ inferre eam de aliquo ſeu eſſe
mediū ad ꝓbādū ipſam de eo.nec v̓tualiter cōtinere cō
cluſionem ſeu ei⁹ veritatē eſt aliud q̄ eē mediū ad infe=
rendū ipām ſeu ꝓbandū vt veram:ſz p̄dicta ratio ſubie
cti ſciē eſt hmōi p̄mū paſſionū ſubiectū ⁊ ad ꝓbandū
eas mediū.¶Hoc apparet.qz nec ꝑ p̄mam rationem
ſubiecti ſciē eſt hic aliud intelligendū q̄ illam diffini=
tionē vel deſcriptionē eius de qua p̄mus cōceptus de
noīatiuus talis ſciē eſt p̄mo notus ⁊ ꝯcluſus in acqui
ſitione ipſius ſciē:⁊ ꝑ ꝯ̄ñs mediū ad probandū p̄mam
cōcluſionē ex cuius ꝓbatione depēdēt ꝓbatiōes aliaꝝ
ꝯcluſionū poſteriorum in tali ſciā.ergo ⁊c. ¶Cōfirma
tur.qz oīe illud de q̄ p̄mo verificat̄ aliqua paſſio cōti=
net ipſam virtualiter eo mō ahter ꝙ ad verificationem
ipſi⁹ de aliquo ſequit̄ ⁊ infert̄ a priori verificatio paſſio
nis de eo:⁊ ſilr̄ ad falſificationē ei⁹ de aliq̄ ⁊ paſſio ē fal
ſa de ipſo q̄cūq; alio poſito.De nullo em̄ pōt falſificari
paſſio de quo verificat̄ illud qd̄ ipām dr̄ virtualiter con
tinere.nec de aliq̄ pōt verificari de q̄ ipm̄ qd̄ vz eam vir
tualiter cōtinet/falſificat̄:ſz in oīm demōſtratiōe cuius
p̄miſſe ſunt indemōſtrabiles eſt aliqs talis cōcept⁹ ſic
ſe hñs ad cōceptū denoīatiuū p̄dicabilē in quale q̄ qui
dem cōceptus eſt paſſio.¶Hoc appet.qz nulla ꝓpō eſt
indemōſtrabilis in qua p̄dicat̄ paſſio de ſubiecto ſuo nō
p̄mo:cū oīs ꝓpō cuius ſubiectum eſt nō p̄mū paſ=
ſionis p̄dicate ſit demōſtrabilis ꝑ ꝓpōnē aliā cui⁹ p̄di=
catū ē ipſa paſſio ⁊ ſubiectū eius ſubiectū p̄mū.ergo ⁊c.

Ex p̄dictis apparet ꝙ rōnes p̄dictæ fa=
cte ꝯ̄ opinionē doctoris nō ſunt ꝯ̄ mētē eius.qm̄ nō intē
dit doctor dicere ꝙ rō ſubiecti ſciē contineat paſſiones
ſeu cōcluſiones ei⁹ virtualr̄ effectiue ſiue ꝑ modū cau=
ſe efficiētis ꝯ̄ qd̄ arguūt rōnes ille:ſz ꝙ cōtinet virtualr̄
illa oīa ꝑ modū añtis ꝯ̄ñs aliqd̄ neceſſario inferētis.ſi
cut em̄ cā efficiēs cōtinet virtualr̄ ſuū effectū quē pōt ꝓ
ducere:ita ſuo mō añs pōt dici veraciter cōtinere v̓tua
liter ꝯ̄ñs qd̄ ex ipſo neceſſario ſequit̄ ⁊ infert̄.qz ſicut cā
effectiua eſt qua poſita ſequit̄ effectus ita ⁊ añs eſt ad
qd̄ poſitum ſequit̄ ꝯ̄ñs.⁊ iſtam cauſalitatē nō aliā reſpē
ctu cōcluſionū ⁊ paſſionū ſciē intēdit doctor attribuere
ſubiecto vel rōni ſubiecti ſciē.ꝯtra quā nō vadūt nec ar
guunt rationes p̄dicte vt appet ꝑ ſingulas diſcurrēdo.
¶Ad p̄mam em̄ patet ꝙ maior falſum accipit:⁊ ab ī
ſufficienti petit qz ꝑ ſubiectū continere virtualiter paſ=
ſionem nō eſt intelligēdū aliquod illoꝝ duorū:ſz tertiū
ſuperius expreſſum:videlicet ꝙ ſubiectū continere vir=
tualiter paſſionem eſt rōnem ſubiecti eē p̄mū ei⁹ ſub=
iectum ⁊ mediū ad ꝓbādū eā de quocūq; alio de q̄ vera
citer p̄dicat̄:nec ſequit̄:rō ſubiecti nō cōtinet paſſionē
nec ꝯcluſionē effectiue.ergo nec v̓tualit̄ dicto mō.qm̄ cum
hoc ꝙ rō ſubiecti ſciē q̄ eſt p̄mū paſſionis ſubiectū nō
cōtinet effectiue ſeu cauſaliter paſſionē nec demonſtra=
tionis ꝯcluſionē/ſtat ꝙ eſt illud de quo p̄mo verificatur
paſſio q̄ ⁊ ꝑ ipm̄ ꝓbatur verificari de oī alio:⁊ hoc eſt ip
ſam rationē ſubiecti alia ꝑ eam demonſtrabilia virtua=
liter ꝯtinere:ſicut licet premiſſe nō cauſarēt cōcluſionē
effectiue qz tn̄ concluſio ipſa eſt vera ſeu arguit̄ ⁊ infert̄
vt vera qz premiſſe ſunt vere:ideo premiſſe dicuntur cō=
cluſionem virtualiter continere.quare ⁊cetera. ¶Ad
confirmationem apparet conſimiliter ꝙ non vadit ad
mētem doctoris contra quem arguit:quia non accipit
ſicut debet accipere:⁊ doctor intendit concedere ſub
iectū p̄mū ſciē paſſiones ⁊ veritates ſciē naturalr̄ cō=
tinere.alia em̄ cōtinentia naturalis eſt illa qua cā effi=
ciens cōtinet ſuū effectū:⁊ alia illa qua ſubiectū ſciē vl̄
eius rō continet ꝓpriā paſſionē ⁊ cōcluſionē. Quando
ēt dr̄ ī minore ꝙ cā efficiēs non continet v̓tualr̄ notitiā
ſui effectus/ſi intelligatur ꝙ non continet ipſā virtua=
liter effectiue/eſt verum:ſed tunc nihil ad propoſitū:
quia nec aliquod ſubiectum continet virtualiter iſto

modo aliquā passionem. Si aūt intelligatur de ꝯtinentia medij demonstrationis ⁊ subiecti cōclusionis / sic est falsuꝫ. q᷑ aliq̄ notitia lꝫ nō q̄libet cause cōtinet virtualiter aliquā notitiā effect⁹ / mō quo mediū demōstrationis continet virtualr̄ passionē siue cōclusionē cuius p̄dicatū est passio ip̄a. quare ⁊c. ¶ Ad scōm d᷑ ꝙ habito ꝯceptu diffinitiuo ꝑfecto subiecti scīe ⁊ sufficienti possunt haberi ⁊ ꝓbari ex ipso oēs conceptus denoīatiui q̄ passiones dicuntur. nō oportet aūt ipsas passiōes posse ꝓpter ꝯceptū subiecti lꝫ sufficiētē ⁊ ꝑfectū cognosci cū nec ītelligant̄ nisi ꝑ actū reflexū. ¶ Et qn̄ arguit̄ ꝙ cognoscēs aīaꝫ n̄ pōt ītelligere ip̄aꝫ eē v̄rificabilē: R̄ndetur ꝙ si hoc est veruꝫ / cā huius ē: q᷑ de aīa nō pōt haberi naturalr̄ ꝯceptus q̄dditatiu⁹ ꝑfectus. q᷑ nec precognitiōes euidētes de ipso ad talē ꝯceptū h̄ndū necessarie sunt nobis possibiles ꝑ naturā. ¶ Ad tertiū qn̄ d᷑ ꝙ ꝯtinētia hm̄ōi virtualr̄ est attribuēda medio / ꝯcedo nec hoc est ꝯ̄ ꝓpositum: q᷑ vt patet ex dictis mediū demōstratiōis potissimū p̄me ꝯclusiōis subiectū ⁊ rō propria subiecti scīe idē dicūt. nō ē aūt ītelligēdū ꝙ hm̄ōi cōtinētia virtualis p̄dicta sit subiecti scīe q̄ est res ex̄ significata: sꝫ p̄me rōnis hoc est diffinitionis siue descriptionis ipsius ꝑ quā subiectuꝫ scīe explicat̄ ⁊ de qua ꝓpria passio p̄dicat̄ ⁊ ꝑ ipsaꝫ de om̄i alio ꝓbat̄. ¶ Ad vltimū qn̄ d᷑ ꝙ subiectū non ꝯtinet virtualr̄ suam passionē: dico ꝙ verum est de subiecto scīe: nō aūt de p̄mo subiecto ꝓprie passionis. q᷑ subiectū est mediū demonstrationis. tale em̄ subiectuꝫ mō p̄exposito ꝯtinet virtualr̄ passionē pro q̄to est mediū probādi eā de om̄i alio de q̄ ipsuꝫ p̄dicat̄. ¶ Et qn̄ arguit̄ ꝯ̄ hoc q᷑ īꝑfectius nō continet ꝑfectius virtualr̄ / si loquatur de cōtinentia cause efficientis nihil ad ꝓpositū. q᷑ nec de ista est hic sermo. loquendo ēt de ista nō arguit̄ q̄n subiectū possit eē causa etiā effectiua saltē partialis ⁊ si non totalis passiōis seipso nobilioris. Si aūt loquat̄ de cōtinentia nō cause efficientis: sed antecedētis aliq̄ꝺ ꝯn̄s inferētis: qualis cōtinētia est p̄mi subiecti passionis: sic istud assumptuꝫ est falsum. q̄m descriptio seu diffinitio subiecti scīe de q̄ prima passio est primo nota est mediuꝫ ad probandum ip̄am ⁊ alias de q̄cunq; de quo ip̄a hm̄ōi descriptio vel diffinitio p̄dicat̄. ⁊ hoc siue conceptus hm̄ōi denoīatiui q̄ sūt passiōes / sint oēs īꝑfectiores tali medio siue aliqui sint ꝑfectiores eo. q̄re ⁊c. ¶ Sic ad q̄stioneꝫ. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

SEcundo quero. vtrum aliquod vnicū ens creatū vel increatū sit toti⁹ theologie subiectū. ¶ Et videt̄ ꝙ sic. q᷑ idē est totius theologie subiectū ⁊ cuiuslibet veritatꝭ theologice obiectū: sꝫ oīꝫ veritatum theologicarū obiectum est vnicū increatū vꝫ deus ipse. ḡ ⁊c. ¶ Cōtra. q᷑ vt patuit supra aliqua theologia est practica cui⁹ obiectum est praxis ⁊ alia speculatiua cui⁹ obiectum vel subiectū nō est praxis sꝫ de⁹: sed deus ⁊ praxis nō sunt vnicū ens creatū nec īcreatū. q᷑ praxis ē ens creatū / de⁹ aūt increatū. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi p̄mo excludā duplicē opinionē. Scđo dicā alit̄ ad q̄stionē. Tertio soluā ad aliq̄ q̄ possunt moueri dubia circa q̄stionis solutionem.

Quantum ad primum: opinio excludēda est cuiusdā ponentis ⁊ dicentis ꝑ ordinē ista q̄tuor. ¶ Primū est: ꝙ ratio subiecti scīe ⁊ subiectū ipsuꝫ sunt idem omnino. ¶ Scōm: ꝙ subiectū theologie viatoruꝫ est subiectū cōclusiōis theologice eoꝝ. ¶ Tertiū: ꝙ subiectū ꝯclusionis theologice ⁊ ꝑ ꝯn̄s theologie beatoꝝ est de⁹ ipse. ¶ Quartū q̄ꝺ sequit̄ ex p̄dictis est ꝙ nō est aliq̄ꝺ vnū subiectū toti⁹ theologie viatoꝝ. ¶ Primuꝫ ꝓbat primo. q᷑ impossibile est habere sciāꝫ sine scita rōne subiecti: sꝫ scīa pōt haberi ignorato quolibet alio ab omnibus ꝑtibus demōstrationis. ergo oportet rationē subiecti esse aliquā earū. nō pōt aūt esse alia q̄ subiectū ergo ⁊c. ¶ Scđo. q᷑ sicut se habet rō agendi ad actum ita rō subiecti ad sciām: sꝫ sic se hꝫ rō agendi ad actū ꝙ semꝑ cōcurrit ad eam. ergo ⁊ rō subiecti ad sciām. sꝫ ad ip̄am ꝯcurrere nō oporteret si a subiecto differret. ergo ⁊c. ¶ Scōꝫ vꝫ ꝙ subiectū theologie viatoꝝ sit sbiectū cōclusionis theologice ip̄oꝝ / ꝓbat p̄mo. q᷑ impossibile est h̄ri sciam sine notitia sui subiecti: sed scīa pōt haberi sine notitia cuiuscūq; q̄ꝺ nō est cōclusio nec aliqua p̄missarum nec mediū nec cōclusionis subiectū nec p̄dicatum. ergo alterū hoꝝ oportet esse scīe subiectū: sꝫ nec mediū nec aliqua ꝓpositionū nec ꝯclusiōis p̄dicatū potest esse hm̄ōi scīe subiectū. ergo ⁊c. ¶ Scđo. q᷑ oē scīe subiectū est aliq̄ꝺ incōplexū: sꝫ preter cōclusionis subiectum p̄dicatū ⁊ mediū nō est aliud incōplexum q̄ꝺ possit esse scīe subiectū. ergo ⁊c. ¶ Tertio. q᷑ illud est subiectū scīe de quo considerantur ⁊ probantur passiones et ꝓprietates in illa scīa: sꝫ hoc nō est aliud q̄ cōclusionis subiectum: ergo ⁊c. ¶ Quarto. q᷑ illud est subiectū scīe quo posito oī alio circūscripto habet̄ subiectū scīe: et q̄ amoto non pōt haberi quocūq; alio posito: sꝫ cōclusionis subiectum est hm̄ōi. ergo ⁊c. ¶ Tertium vꝫ ꝙ deitas sit subiectum cōclusionis theologice beatorum ex hoc declarare videt̄. q᷑ subiectuꝫ theologie ip̄orū ē res extra nō aliq̄s cōceptus in aīa: sꝫ idē est subiectū theologie ⁊ conclusionis theologice. ergo res extra vꝫ deitas ip̄a est subiectū cōclusionū theologicarū oīꝫ beatorū. ⁊ q᷑ idē est subiectū cōclusionis theologice ⁊ theologie: cōclusio aūt theologica est q̄dā ꝓpō in mēte formata: nō addit ꝙ dicētes ꝑtes cuiuscūq; ꝓpōnis p̄dicatuꝫ vꝫ ⁊ subiectū esse ītellectiōes nō aūt res extra intellectas oportet ponere ꝯn̄ter ꝙ de⁹ nulli⁹ theologie ē subiectū nec beatoꝝ nec ēt viatoꝝ. ¶ Quartū ⁊ vltimum vꝫ ꝙ nō sit aliq̄ꝺ vnū subiectū toti⁹ theologie viatoꝝ sequit̄ vt euidēter ap̄pet ex scđo. q̄m cū scōm illud subiectū theologie sit subiectū ꝯclusiōis theologice ꝑ ꝯn̄s quot sunt subiecta cōclusionū theologicarū tot sūt subiecta theologie: sꝫ subiectū ꝯclusionū theologicarū oīꝫ ip̄oꝝ viatoꝝ nō ē tm̄ vnū sꝫ multa. nō em̄ oīꝫ ꝯclusionuꝫ theologicarū viatoꝝ ē idē ꝯcept⁹ subiect⁹: sꝫ ali⁹ ī vna ⁊ ali⁹ in alia. sec⁹ em̄ est de ꝯclusionib⁹ beatoꝝ: supposito ꝙ subiectū illarū oīm sit res ex̄ puta deitas ip̄a. hoc em̄ supposito idē ⁊ vnicū erit subiectū oīm theologicaꝝ ⁊ ꝑ ꝯn̄s toti⁹ theologie ip̄oꝝ nō aūt si cōcept⁹ mētis ponatur esse subiectū cōclusionū eoꝝ sicut viatoꝝ. hoc em̄ supposito ita oportet ponere multa subiecta theologie beatorum sicut viatorum.

tia diuina est eadē in tribus ꝑsonis/vel est ipse tres per
sone:per nullam istarum nec aliarum multarum propo
sitionum catholicarum significatur nec per cōsequens
intelligitur aliqua ꝑsonarum.Si enim subiectum alicu
ius predictarū propositionum duarum esset conceptus
alicuius personaruꝫ significatiuus falsa esset ꝓpositio
vtraqꝫ istarum:cum quelibet persona sit producens vel
producta/⁊ nulla persona sit insimul tres persone.ergo
⁊c.¶Si dicaᷣ.ꝙ ꝑ tales cognitiōes seu propositiōes
complexas bene intelligitur tantū essentia ⁊ non perso
na:quia hoc credere compellit fides catholica:nō autē
per aliquā aliarum que non sunt in scriptura expresse.
¶Cōtra.q2 nō est possibilius essentiā ītelligi sine ꝑsona
vna intellectione cōplexa vl' incōplexa ꝙ̄ alia:sed de fa
cto multis intellectionib⁹ cōplexis a quolibet catholi
co cōcedēdis cōcipiᷣ essentia q̄bus nō cōcipitur aliqua
ꝑsona.ergo ⁊c.¶Tertio arguiᷣ.ꝙ etiā econuerso intelli
gatur aliqua intellectione cōplexa ꝑsona/nō intellecta
essentia.qm̄ cū diciᷣ ꝙ pater est realiter distinct⁹ a filio
q̄ ꝓpositio est vera ⁊ ab omni catholico cōcedenda:aut
subiectū isti⁹ est ꝯcept⁹ essentie ꝯsiᷣr sicut ꝑsone:aut nō
sed solius persone.sed nō potest poni primū:q2 tunc non
magis ꝑdicta ꝓpositio esset vera ꝙ̄ ista/essentia est dis-
tincta realiter a filio.hec autē est falsa ⁊ heretica.ergo
etiā ista similiter esset falsa/pater est distictus realiter
a filio/supposito ꝙ subiectum eius esset ꝯceptus essen
tie cōsimiliter vt persone:sed cōstat ꝙ nō est falsa/sꝫ ve
ra ⁊ catholica.ergo ⁊c.¶Et ideo quantum ad istū ar-
ticulū aliter est dicendū.Ad cuius euidentiā est sciendū
ꝙ essentiaꝫ videri seu intelligi sine ꝑsona intellecta/vel
vnā personam intelligi posse alia non intellecta/dupli-
citer potest intelligi.Uno modo sic ꝙ vnū istorū intelle
ctum esset aliquid in re extra distinctum ab alio non in
tellecto:vt essentia intellecta a ꝑsona nō ītellecta.⁊ tūc
hoc modo intelligendo sensus questionis hui⁹ esset:an
ista/puta ꝑsone diuine/sint tam inter se ꝙ̄ ab essentia sic
in re extra distincte:ꝙ possit intelligi vna earū sine alia
⁊ sine essentia/tāꝙ̄ vna res sine alia ab ipsa distincta/mo
do quo diciᷣ ꝙ pōt intelligi sortes sine platone:⁊ omne
aliud sine illo qđ est alia res ab ipō.Et hoc modo potest
intelligi dupliciter vnū istorum intelligi sine altero.vno
mō ꝙ intelligaᷣ sine ipso tāꝙ̄ sine illo qđ sic est ab ipso
realiter distinctuꝫ ꝙ nō est aliqua vna res cū ipso:vt ap
paret in exēplo ꝑdicto de sorte ⁊ platone:⁊ de alijs oīi
bus creaturis realiter distinctis.Alio modo.ꝙ intelli-
gaᷣ sine ipō tāꝙ̄ sine illo/qđ licet ab eo realiᷣ sit distin-
ctum est tn̄ vnica ⁊ eadem res cū ipso.Alio modo tertio
posset intelligi vnū istorū videri seu intelligi sine alio:nō
tāꝙ̄ vnaꝫ rem sine alia ab ipsa distincta:sed sic intelli-
gendo ꝙ sit aliqua intellectio ꝑ quā constet intelligen
ti ꝙ res intellecta est vnū istorū:puta deitas:⁊ nō cōstet
ipsi ꝙ sit reliquuꝫ:puta paternitas vel trinitas:esto ꝙ
paternitas ⁊ deitas sint in re totaliter indistincta.sicut
nō obstante ꝙ color ⁊ albedo in isto indiuiduo sit vnica
forma simplex omnino indistincta in re extra:tn̄ homo
dicitur a remotis videre colorē sine albedine:non tāꝙ̄
vnaꝫ rem sine alia:ita ꝙ color visus sit res alia ab albe
dine sine qua dicitur esse visus:nihil enim est in hoc in-
diuiduo a remotis viso quod non sit visum:cum nec co-
lor et albedo distinguantur in ipso.quia tamen visio hu
iusmodi a remotis est talis ꝙ per ipsam constat viden-
ti rem visam esse colorem:non autem constat ipsi per
eam an sit albedo:ideo dicitur videri color potius ꝙ̄
albedo.

Hoc ꝑmisso pono quatuor cōclusiōes

¶Prima est.ꝙ impossibile est videri vnum istorum
sine altero:puta essentiam sine persona/vel vnam per
sonam sine alia/primo modo predictorum trium hoc
intelligendo.¶Hec est euidens.nec de ipsa est ali-
qua dubitatio nec questio apud catholicum:quoniam
illa quorum vnum potest intelligi sine alio isto mo-
do:sic realiter distinguuntur:ꝙ non sit aliqua res vni
ca ab eis indistincta:sed constat omnes diuinas per-
sonas esse rem vnicam:videlicet vnum deum essentia
liter:licet distinguantur personaliter.ergo ⁊ ceᷣ.¶Se
cunda conclusio est.ꝙ vna persona potest intelligi si
ne alia:non tamen essentia sine persona:nec econuerso
persona sine essentia secundo modo.¶Hec est euidens.
et primo quantū ad primam partem.quoniā cōstat per
sonas diuinas sic realiter esse distinctas ꝙ tamen sunt
vnica res ab eis oībus indistincta.cōstat aūt vnā ꝑsona
rū posse sine alia ītelligi vt ꝓbatū est supra.sꝫ illoꝝ vnū

intelligitur sine alio isto secundo modo:quoꝝ vnum po
test concipi sine altero:⁊ tamen omnia licet inter se rea-
liter distincta sunt vnica res omnino ab eis indistincta
ergo ⁊c. ¶ Secunda pars:videlicet ꝙ nec essentia sine
persona/nec persona sine essentia possit intelligi isto mo
do/apparet:quia ista nullo modo sunt realiter distincta
sed indistincta totaliter in re extra:vt postea ostēdetur
in sequentibus suo loco.ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est
ꝙ tam persona sine essentia ꝙ̄ econuerso ipsa essentia si
ne persona.potest intelligi tertio ⁊ vltimo modo:⁊ hoc
notitia complexa. ¶ Hec apparet euidēter ex illis que
cōtra opinionē aliam superius sunt argumētata.quo
niam vt ibi dictū est multe sunt theologice ꝓpositiōes
quarum alie sunt vere de aliqua vna ꝑsona tantū ⁊ nō
de essentia/vt pater generat verbum/filius generatur/
⁊ spiritussanctus spiratur.alie sunt tantū vere de essen-
tia ⁊ non de aliqua persona:vt essentia nō producit nec
producitur:essentia est pater filius ⁊ spiritussanctus.sꝫ
nulla talium propositionū nec aliarū similium esset ve-
ra nisi essentia posset per aliquem cōceptum significari
⁊ intelligi sine aliqua persona significata et intellecta
per eum.cum enim dicitur ꝙ essentia non producit nec
ꝓducitur si per conceptum in ista ꝓpositione subiectū
significatur ⁊ intelligitur eque primo ꝑsona sicut essen-
tia:⁊ similiter ꝑ subiectū huius/pater generat/idem im
portatur totaliter:⁊ ꝑ subiectū istius/filius generatur:
impossibile est omēs istas esse veras magis ꝙ̄ istas/pa-
ter generat ⁊ pater non generat.filius generatur ⁊ filiꝰ
non generatur.essentia non producit nec producitur/
essentia producit ⁊ producitur.ergo ꝑ contrarium cū cō
stet propositiones illas primas ⁊ non istas alias esse ve
ras nec cōpossibiles:sed vnam verā ⁊ aliā falsam:opor
tet ꝙ hoc sit quia per huiusmodi propositiones ⁊ extre
ma ipsarum significatur ⁊ per consequens intelligitur
cum hic significari idem sit qđ intelligi/aliqua persona
tantum sine alia:⁊ per alias puta per illas que sunt ve-
re de essentia ⁊ non de persona:⁊ econuerso significatur ⁊
intelligitur ita essentia ipsa ꝙ non aliqua ꝑsonarum.sꝫ
personam sine essentia intelligi vel ecōuerso essentiam
sine persona non intelligi/non potest esse verum aliquo
primorum duorū predictorum modorum:quia essentia
nō distinguitur realiter a persona:nec ecōuerso persona
ab essentia.ergo relinquitur ꝙ hoc sit intelligendū ter-
tio modo tantum:videlicet ꝙ licet essentia ⁊ ꝑsona sint
res vnica:quia tamen aliqua est possibilis intellectio ꝑ
quā constat talem rem esse deitatem ⁊ non personam:et
alia econuerso per quā constat esse ipsam personam nō
autem deitatem:ideo per hoc vnum horum dicatur si-
ne alio intellectum. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio.ꝙ etiā
essentia potest ītelligi sine persona ⁊ ꝑsona sine essentia
modo predicto notitia incōplexa. ¶ Hec apparet.⁊ se-
quitur corollarie ex predicta.quoniam notitia comple
xa que nō est aliud ꝙ̄ ꝓpositio in mēte formata constat
ex notitijs incōplexis:quarū altera est ipsiꝰ ꝓpositiōis
subiectū ⁊ alia p̄dicatū:hm̄oi autē notitia cōplexa seu
ꝓpositio formata illa eadem significat ⁊ nō alia que im
portant eius extrema predicatū vꝫ ⁊ subiectū que sunt
notitie incōplexe.sed vt ostensum est alique sunt ꝯplexe
notitie seu ꝓpositiones theologice que tantū significāt
diuinā essentiā nō ꝑsonā:alie autē econuerso importāt
nō essentiā sed ꝑsonā.ergo eadē ⁊ non alia per extrema
ipsaꝝ q̄ extrema sunt notitie incōplexe seu simplices/ī
portantur ⁊ intelliguntur.quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur.qꝛ ꝑ noti-
tiam cōplexā nō est aliud intelligendū ꝙ̄ diuerse notitie
incōplexe quarū vna affirmatur de alia vel negatur.ex quo
sequitur ꝙ nihil ꝑ ꝓpositionē seu cōplexā intellectionem
significatur nec intelligitur distinctū a significatis ⁊ intelle
ctis ꝑ notitias simplices q̄ sunt eiꝰ extrema.quare ⁊c.
¶ Ad rationes in cōtrariū superius recitatas: ¶ Ad ꝑ
mā illius primi doctoris respondetur:ꝙ non est simile de
creatione ⁊ de visione vel alia quacūqꝫ intellectiōe:quo
niā creatio est dei volitio qua vult creaturā poni in esse
volitio autē ista est vnica ⁊ eadem omniū personarū.si
autē posse creare cōueniret vni persone ⁊ non alteri/ali
qua volitio qua videlicet res creatur cōueniret vni per-
sone ⁊ nō alteri.qđ est impossibile:cum volitio huiusmo
di sit deus.in proposito autem primam personam intel
ligi non intellecta aliqua aliarū non est aliud ꝙ̄ aliquā
intellectionem esse in mente representantem rem illam
que est eius obiectum esse primam personam ⁊ non aliā
licet eadem res/puta deitas sit omēs persone:ita ꝙ hic
affirmatio ⁊ negatio sunt ꝯditiones nō rei represētate si
ue significate ⁊ intellecte:sed intellectionis representā
tis.nec enim primam personam intelligi nō intellecta
secunda est aliud ꝙ̄ intellectionem esse in mente:cuius
veritas videtur per se ꝙ eiꝰ obiectū sit prima persona
⁊ non sic requirit ꝙ sit secunda:immo eius veritati non
repugnaret ꝙ res illa non esset secunda persona.indif
ferēter enim actus huiusmodi esset verus:esto ꝙ res il-
la non esset filius:sed tantū pater:sicut modo est verus
quoniam est simul pater ⁊ filius:⁊ ita esse patrem ⁊ non
filium intellectum est vnam intellectionem esse que re
presentat suum obiectum esse patrem nō existente alia
intellectione que nata est representare idem obiectum
esse filium.sicut patet in exemplo de notitia qua intelli-
gitur color non tamē albedo.ex quo sequitur ꝙ cum di
citur ꝙ pater intelligitur conceditur aliquid pro vno
actu intelligendi:sicut cum dicitur/color videtur.cum
autē additur filius nō videtur negatur idem qđ fuerat
antea affirmatum pro alio actu intelligendi.non sic au
tem est nec dici potest cum dicitur/pater creat ⁊ filius
non creat.ergo ⁊c. ¶ Ad secundum dicendū.ꝙ vna res
potest intelligi diuersis conceptibus:per quorum vnū
constat intelligenti rem ipsam esse hoc ⁊ non illud:licet
sit vtrunqꝫ illorum.sicut conceptu albedinis ⁊ coloris
constat rem illam esse colorē ⁊ nō albedinem licet secū-
dū veritatem sit ipsa albedo.ergo multo magis in pro
posito cum persone diuine sic sint vna res ꝙ etiam sunt
diuerse res:poterunt concipi diuersis conceptibus mo
do preexposito ⁊ seorsum. ¶ Ad tertium quando dici-
tur.ꝙ contradictoria non sunt concedenda nisi habean
tur ex scriptura.Si cōtradictoria proprie accipiantur
pro illis:quorum vno existente vero oportet alterū esse
falsum:nec ambo possunt simul existere vera:nulla ta-
lia contradictoria continentur in scriptura:nec per con
sequens sunt cōcedenda ex ipsa.si autē ꝑ cōtradictoria
intelligantur vniuersaliter omnis affirmatio ⁊ negatio
que predicantur ⁊ verificantur de diuersis conceptibus
eiusdem rei/sic falsum est qđ accipitur in minore:quādo
dicitur ꝙ vnam personam vel essentiam videri non visa
alia persona sunt talia contradictoria:ad que cōceden-
da non compellis ex scriptura:quoniam scriptura ⁊ fi-
des catholica concedit ⁊ asserit tanꝙ̄ veras multas ꝓ-
positiones:⁊ alias repellit vt falsas:sicut ꝯcedit istas/
pater generat / filius generatur / et spiritussantus spi-
ratur.negat autem istas / essentia generat vel genera
tur/essentia distinguitur a personis.sed hoc esset impos
sibile ponere et falsum vt superius est deductum/nisi
aliquis conceptus esset ita vnius persone ꝙ non al-
terius / nec essentie:et aliquis econuerso esset ita es-
sentie ꝙ non persone.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur.qꝛ nullꝰ
catholicꝰ debet negare tanꝙ̄ īpossibilia illa q̄bus fidelis
esse de facto ꝯfitetur q̄ etiā ad ea q̄ ī scriptura habentur ne
cessario sequuntur:sꝫ ista/puta essentiā posse aliq̄ ꝯceptu

intelligi ꝑsona non intellecta per illum:⁊ econuerso ꝑ-
sonā nō intellecta eēntia ipsa nec alia ꝑsona / sūt hm̄oi
ergo ⁊c. ¶ Minor apparet.⁊ primo ꝙ̄tum ad primā ꝑ-
tem:vꝫ ꝙ predictis similia sint ab omni catholico ꝯsi
derāda/apparet.constat enim omnem catholicum opor-
tere confiteri ista:vꝫ filiū esse incarnatū nō aūt patrē
nec spiritūsanctū:sed huic ꝯsimiliter est possibile filiū
esse cognitū ⁊ non patrē nec spiritūsanctū.nunꝙ̄ enim
poterit aliqua ratio assignari quare aliter sit possibile
filium sine patre et spiritusancto incarnari ꝙ̄ intelligi
quare ⁊c. ¶ Ex eodem apparet secunda pars vꝫ ꝙ ad
illa que sunt ī scriptura expressa necessario sequūtur ista
vꝫ ꝙ vna persona potest videri sine alia seu intelligi:⁊
essentia sine ꝑsona ⁊ ecōuerso.qm̄ nisi subiectū huius ꝓ
positionis/filius est incarnatꝰ/esset conceptus soliꝰ se-
cunde ꝑsone:non aūt prime nec tertie:ꝓpositio ipsa eēt
falsa/sicut ⁊ ista.omnes tres ꝑsone sunt incarnate.⁊ iđ
falsum est qđ assumitur cum dr̄ ꝙ iste ꝓpositiones non
habentur in scriptura.quia immo habentur ⁊ si non in
se saltem in suis similibus ⁊ in illis ad quarum verita-
tem oportet cōcedere ⁊ ponere istas veras.non enim iste
ꝓpōnes / prima ꝑsona ē pater/prima ꝑsona nō est filiꝰ/
nec secūda pater/plus possunt esse vere ꝙ̄ iste / ꝑma ꝑso
na cognoscitur aliquo conceptu ⁊ secūda nō cognoscitur
eodem conceptu.nec enim tales ꝓpōnes theologice nec
multe alie ꝯceduntur nisi ꝓpter diuersos conceptus.q̄
rum vno/vna ꝑsona tm̄:⁊ alio/alia significatur ⁊ intelli
gitur.quare ⁊c. ¶ Ad quartum.qn̄ dr̄ ꝙ tunc sequeretur
ꝙ nunc videns essentiam ⁊ ꝑsonā posset manente eodē
actu videre alterū tm̄:Dico ꝙ falsū est.non enim eodē
actu:sed alio ab isto posset postea videre alterum horū
tm̄.sicut enim habens conceptū quo intelligit suum con
ceptū obiectum esse colorem ⁊ albedinē/non potest per
talem conceptū manētē sed bene per alium possibilem
intelligere alterum hoꝝ tm̄ puta tale obiectum esse co
lorem.ita consimiliter in proposito est dicendum:nisi
velis concedere ꝙ ꝑ diuinā potentiam posset manere
conceptus aliquis in mēte eius obiecto incognito exn̄-
te. ¶ Ad quintū apparet ꝙ maior est falsa.qꝛ essentia ⁊ ꝑ
sona sunt vna res totaliter indistincta:⁊ tamen vnū et
idem affirmatur de ꝑsona ⁊ negatur de essentia:qꝛ ꝑsona
est ꝓducens ⁊ ꝓducta/essentia autē non.⁊ ecōuerso ali
quid affirmatur de essentia qđ negatur de ꝑsona.quia essen-
tia est pater filius ⁊ spiritussanctus non aūt aliqua ꝑso
narum.⁊ ita nō magis sequitur/si essentia videtur ꝙ ꝑ
sona videatur:vel econuerso si persona videtur ꝙ videa
tur essentia:ꝙ̄ si vna persona generat vel generat ꝙ ge-
neret vel generet alia / nec essentia.q̄re ⁊c. ¶ Ad illud
verbum Augustini.respōdetur:ꝙ Augustinus intelli-
git vnam ꝑsonam non posse ostendi sine alia:hoc est q̄n
ostendatur res ipsa que est eadem essentialiter cū alia.
non sequitur aūt videns vnam ꝑsonam videt rē q̄ est alia
ergo videt aliam.sicut non sequitur videns a remotis
colorem videt rem que est albedo.ergo videt albedi-
nem.qꝛ nullus dr̄ videre albedinē nisi habeat visionem
qua discernat ⁊ sciat rem visam esse albedinem.pōt aūt
habere visionem cuius obiectum licꝫ sit albedo ⁊ color
non tamē per ip̄am discernitur nec intelligitur nisi ꝙ ē
color.cōsimiliter in proposito est dicēdū.quare ⁊c. ¶ Ex
hoc apparet falsū esse qđ doctor iste infert corollarie:qm̄
dicit ꝙ infideles trinitatē negantes ⁊ vnū deū tm̄ essen
tialiter agnoscentes intelligunt tres ꝑsonas.nullus enim
dr̄ intelligere tres ꝑsonas nisi habeat notitiā earum re
ꝑsentatiuā.⁊ ideo licꝫ res quā ipsi cōcipiunt sit tres ꝑsone/
qꝛ tm̄ notitia ista eoꝝ hoc eis nō repsentat:ideo nō dicū
tur ꝑ ip̄ā ītelligere tres ꝑsonas.sicut nec vidēs a remo
tis colorem dr̄ videre albedinem licꝫ res visa veraciter sit
albedo.quare ⁊c. ¶ Ad rationes alteriꝰ doctoris.Ad
ꝑmam concedo ꝙ intellectione qua intelligitur sola diui
na essentia nō intelligitur aliquid distictū a patre.nec ta
men ex hoc sequitur.qđ infertur:vꝫ ꝙ pater intelligatur.si
cut nec sequitur:visione qua aliquis videt colorē aliquē
a remotis nō videtur aliquid distinctū ab albedine.ergo vi-
detur albedo.qꝛ ꝑ istā albedo videtur nō tm̄ est intelligē
dum ꝙ albedo siue res q̄ est albedo sit obiectum visum
sed ꝙ hm̄oi obiectū discernatur ꝑ talē notitiā vt albe-
do.ꝯsimiliter est dicēdū in ꝓposito.et ideo qꝛ potest ha
beri aliqua notitia qua eius obiectum ita discernitur esse
deus ꝙ nō ꝑsona licꝫ vere sit ꝑsona:⁊ ecōuerso alia qua ꝑ
sona ⁊ nō deitas ipsa:ideo ꝑ aliquem conceptum dr̄ ītel
ligi vnū hoꝝ ⁊ ꝑ alium alterum licꝫ vtriusqꝫ obiectum sit
vnicū ⁊ indistinctū.sicut ꝑ aliam visionē dr̄ videri color
⁊ ꝑ aliam albedo licet eadem res oīno sit vtriusqꝫ obie
ctum. ¶ Et si q̄ras:ex quo inter albedinē ⁊ colorem vel
ꝑsonam ⁊ essentiā nulla est distinctio ī re/ quō aliquis
actus pōt esse magis vnius istorum repsentatiuus ꝙ̄ al
terius ⁊ ꝑ ꝯñs potest cōstare obiectum esse magis vnū
hoꝝ ꝙ̄ alterum puta colorem ꝙ̄ albedinem vel essentiā
ꝙ̄ ꝑsonam. ¶ Ad hoc dicēdum est ꝙ actus ille videndi
dr̄ esse coloris ⁊ nō albedinis.qui est talis cōditionis ꝙ
nō requirit suum obiectum esse albedinē.immo eiusdē
rationis actus ipse existeret si suum obiectū albedo nō
esset:sicut apparet de visa albedine a remotis.nō enim vide
tur visione alterius rationis ab illa qua videtur nigredo
similiter a remotis.⁊ iđ ꝑ talem actū non potest videns
apprehendere rem visam esse albedinem:sed tm̄ colorē
hoc enim ꝑcipit ipsum esse qđ exigit ipsum esse.nō exigit
aūt ipsū esse aliud ꝙ̄ colorē.ergo nec ꝑcipit nisi colorē.aliꝰ
aūt est actus sic albedinis vt obiecti ꝙ non posset actꝰ
manere eiusdem ratiōis si obiectū visū esset aliud ꝙ̄ al
bedo.⁊ ꝑ talem exigētem suum obiectū esse albedinem
dr̄ ꝑcipi albedo:nec tm̄ ex hoc est inter albedinem ⁊ colo
rem:sed tm̄ inter vnum conceptū ⁊ aliū intelligendi ali
qua distinctio in re extra.Cōsimiliter est dicēdum in ꝓ
posito.qm̄ aliquis pōt esse actus intelligendi diuinam
essentiam q̄ non requirit ipsam esse cum ꝑsona eandem
immo si ꝑ impossibile essentia esset a persona reali-
ter distincta/ per eundē actū apphenderetur ip̄a essen
tia ꝑ quā modo.aliꝰ aūt actꝰ est alterius rōnis vꝫ ille
quo apphenditur essentia ⁊ ꝑsona.quare ⁊c. ¶ Confirma
tur.qꝛ non magis sequitur essentia visa non est aliud ꝙ̄ ꝑ
sona nec albedo aliud ꝙ̄ color.ergo ꝑsona vel color vide
tur.ꝙ̄ sequatur econuerso ꝑsona generās ⁊ genita non
est aliud ꝙ̄ essentia.ergo essentia est generans ⁊ genita.
vel essentia q̄ nō est generās nec genita est idē cū ꝑsona.
ergo nec ꝑsona est generās nec genita.quare ⁊c. ¶ Ad
secūdam apparet:ꝙ cōsimiliter potest argui si valet illa
ratio ad ꝓbandū ꝙ essentia generet sicut pater.qꝛ aut
pater potest generare ⁊ nō eēntia nec aliqua alia perso
na:qꝛ pater ip̄e est potētior ꝙ̄ essentia.aut qꝛ est ab ip̄a
distinctꝰ.sed neutrum hoꝝ est dandum.ergo consimili-
ter in ꝓposito est dicēdum vꝫ ꝙ pater potest intelligi
nō intellecto filio nec essentia/ nō qꝛ prius beatꝰ nec qꝛ
ab essentia distinctus:sed hoc sic est ponēdū qꝛ ⁊ ad ta
lia cōcedēdū ꝯpellit fides catholica ⁊ scriptura. ¶ Ad
tertiā respondetur ⁊ bene:ꝙ nec scđm logicā philoso
phorum nec scđm regulam catholicorum tenet plꝰ for
ma syllogistica in illis paralogismis ꝙ̄ in istis.omīs es
sentia diuīa est improducēs ⁊ īproducta:q̄libꝫ ꝑsonarū
est eēntia diuīa.ergo q̄libꝫ ē īproducēs ⁊ īproducta.vel sic.
hec diuīa eēntia ē nō generās nec genita:hec eēntia di
uina est hic pater ⁊ hic filius.ergo nec pater est generans
nec filius genitꝰ.constat ꝙ cōclusio est falsa ⁊ heretica
nō minꝰ ꝙ̄ illa q̄ infertur in illis paralogismis de q̄bꝰ ar

guit. τ p ꝯñs oportet dicere ꝙ nec illa nec ista seqͣt ex p̃
dictis p̃missis / τ propter cõsimilez defectum in istis et
in alijs syllogismis: τ ita consimili modo possunt solui
illi sicut τ isti. quomõ aũt ad talia sophistica sit soluen
dũ dicet in dist. sequenti. ¶ Ad p̃mam rationẽ alterius
doctoris apparet ꝙ falsũ illis imponit ꝯ quos arguit
nõ em̃ ponẽtes essentiã posse videri sine psona τ ecõuer
so intẽdũt dicere nec ꝯcedere psonã esse q̃d ex aliq̃bus
seorsum conceptibus in re extra distinctis constitutum
sed tm̃ ꝙ eiusdem rei intellecte possunt esse plures con
ceptus quorum vnus rep̃sentet rẽ illã esse deum τ nõ p
sonam τ alius econuerso. ꝯ hoc aũt ratio nõ cõcludit: q2
nec talis ꝯceptuum possibiliũ multitudo aliquã cõpo
sitionem nec rerũ vel formalitatuz diuersitatez dicit in
aliqua psonarum. quare τc. ¶ Ad secũdam cõsimiliter
est dicẽdũ. non em̃ est intelligẽdum nec est dictum rela
tionem seu psonam τ essentiam esse seorsum conceptibi
lia sicut aliqua plura in re extra distincta: ꝯ qđ p̃cise ar
guit ista ratio sicut prima: sed p essentiam esse intelligi
bilem sine psona non est aliud intelligẽdum q̃ esse pos
sibilem aliquã intellectionẽ rep̃sentãtẽ suũ obiectũ eẽ
deitatem τ nõ paternitatem. ¶ Ad tertiã consimilr est
dicẽdũ. ꝯcedẽdũ em̃ est ꝙ nihil a diuina essentia distictũ
est obiectuz beatificũ nec ad beatitudinis obiectũ per
tinẽs. ex quo sequit ꝙ p ꝯceptũ diuine essentie cõcipit
totum obiectũ beatificũ. nõ tamen oportet tale obiectũ
beatificũ intelligi esse patrẽ nec filiũ p omnem eius con
ceptum. põt em̃ haberi cõceptus cuius obiectum intel
ligetur tm̃modo esse deus / nõ pater nec filius nec spiri
tussanctus: nec tamẽ ex hoc sequitur ꝙ ꝓprietates / ꝙ
relatiue / ab obiecto beatifico sint distincte nec extra ob
iectum beatificũ. Et ideo qñ dr ꝙ p conceptũ eẽntie cõ
cipit quicquid ptinet ad obiectũ beatificũ seu est ipsuz
ista est duplex: τ ĩ vno sensu est vera τ in alio falsa. sicut
ista. p omnez cõceptũ coloris isti⁹ cõcipit quicq̃d est hic
color. si em̃ intelligatur ꝙ quicq̃d realiter est hic color
sit absolute talis cõceptus obiectuz / sic est vera: si aũt ĩ
telligat ꝙ quicq̃d realiter est hic color sit sic talis con
ceptus obiectum ꝙ intelligit esse tale p ipsum / sic est
falsa. q2 albedo est hic color. nec tñ p actum vidẽdi oẽz
quo velut obiectum visum app̃henditur coloratũ / ap
p̃hẽditur esse album. τ ita consimiliter in ꝓposito est di
cẽdum. ¶ Ad quartã dicẽdum est ꝙ nullum est incõue
niens ꝯcedere ꝯñs qđ ĩfertur: vz ꝙ volũtas creata pos
sit frui etiam naturaliter essentia non fruẽdo aliqua p
sonarum. nec infideles trinitatẽ psonarum negãtes et
deum vnum ponẽtes ac p se diligẽtes fruuntur trib⁹ p
sonis: cũ nec eas intelligãt: sz tm̃modo vno deo. fideles
etiaz viatores possunt frui essentia diuina nõ fruẽdo ali
qua psonarum. qm̃ omne obiectum intellectũ põt eẽ di
lectione eius intellectioni p̃uie practice dictatiue con
formi dilectum: sz viator potest tam incõplexa notitia
q̃ ꝯplexa intelligere vnum deũ nõ intelligẽdo aliquam
psonarũ: sicut τ de facto intelligit p istam ꝓpositionem
in mẽte formataz / essentia nõ generat nec generat nec
spirat nec spirat. nec em̃ ista ꝯplexa intellectio rep̃sen
tat nec significat aliquã psonarũ: sz tm̃modo vnũ deum
ḡ post istam intellectionem ꝯplexam q̃ intelligit solum
deũ põt elicere aliquẽ sibi ꝯformẽ fruitionis actuz q̃ p
ꝯñs fruetur deo tm̃ τ non aliqua psonarum. quare etc̃.
¶ Ad quintã dico ꝙ ille q̃ p̃mo intellexit essentiã tm̃
non incipit aliquid intelligere qñ incipit intelligere p
sonaz qđ q̃dẽ nouiter intellectũ ab illo qđ intelligebat
antea sit distinctum: sz incipit nouã intellectionẽ habe
re p quã illud idẽ obiectuz qđ p intellectionẽ priorẽ tã
tum intellexerat esse deũ / nũc intelligit eẽ patrẽ vel ali
quã aliarũ psonarum. nec sequitur: quicq̃d p secũdaz in
tellectionẽ intelligit p̃fuit p primam intellectũ: sz p se
cũdã ĩtelligitur fili⁹ vel aliqua alia psona: ergo τ p pri
mam. sicut nec sequit / q̃cquid p secũdam ꝓductionẽ di
uinam puta p spirationẽ producitur p̃fuit cõmunicatũ
p primam. p̃fuit em̃ essentia q̃ est oĩs psona. sed spiritus
sanctus scđa ꝓductione ꝓducitur: q2 spiratione spirat
ergo τ generatiõe generat vel cõicatur. Vel aliter pos
set responderi vt patet ex dictis in precedẽtib⁹. ¶ Hec
de primo.

Quãtum ad secundum licet appareat
ex p̃cedentibus q̃d dicenduz: ad maiorẽ tñ euidẽtiã est
sciendũ: ꝙ supposito ꝙ aliquẽ frui essentia nõ fruẽdo p
sona vel vna psona nõ fruendo alia possit intelligi om̃i
bus supradictis tribus modis quib⁹ dictũ est ĩ articu
lo p̃cedẽti posse intelligi aliquẽ videre essentiã nõ vidẽ
do psonam vel vnam psonam sine alia / põt hic q̃ri aut
de fruitione ordinata aut de fruitiõe absolute sumpta
siue de ĩordinata. τ siue de vna puta ordinata siue de ĩor
dinata siue de absolute sumpta q̃lis esset illa quã nõ p̃
cederet dictamẽ debite rõnis supposito ꝙ talis natura
liter sit possibilis põt hic q̃ri vel de fruitiõe viatoꝝ vel
de fruitione comprehensorum.

Hoc premisso pono quatuor cõclusio
nes. ¶ Prima est ꝙ viator põt frui fruitione ordinata
vna psona nõ fruẽdo alia: τ eẽntia ñ fruẽdo psona: τ ecõ
uerso psona nõ fruendo essentia. τ hoc illo modo quo di
ctum est in articulo p̃cedenti qđlibet p̃dictorum posse ĩ
telligi sine alio intellecto. ¶ Hec ꝓbatur. qm̃ om̃is frui
tio est ordinata q̃ est cõformis recto τ practico dictami
ni rationis: sed tali fruitione vz conformi recto ratio
nis dictamini potest viator frui quolibet p̃dictorũ non
fruendo alio. ḡ τc. ¶ Minor appet. qm̃ cõstat ex articu
lo p̃cedẽti viatorem p aliquam ꝓpositionem in mente
formatam vt p istam pater generat / intelligere solũ pa
trem: τ p aliam vt p istam essentia non producit nec ꝓ
ducitur / solam essentiam non aliquam psonam: sz cũ cu
iuslibet taliũ intellectionis obiectũ sit summũ bonũ et
super omnia diligendum potest intellect⁹ viatoris vnã
psonam sine alia intellectam dictare vt sup omnia dili
gẽdã: quã notitiã dictatiuã sibi possibilẽ constat esse ve
ram τ rectam. potest aũt viator conformiter eligere cui
cũq3 dictamini rationis. ḡ τc. ¶ Confirmatur. q2 omne
intellectum põt esse dilectũ: τ sine quocũq3 aliquid põt
esse intellectum / τ dilectũ dilectione conformi p̃uie in
tellectioni τ p ꝯñs ordinata: sz quelibet psonarũ potest
intelligi sine alia / τ essentia sine psona modo p̃exposito
in alio articulo. ḡ consimiliter potest diligi τ p ꝯñs or
dinate. ¶ Preterea ad idẽ arguit. qm̃ volẽs ordinate
credere in aliquã psonarum tm̃ vult ordinate aliquam
psonarũ tm̃: sz quilibet viator põt τ debet credere τ vel
le credere / cũ nõ possit credere nisi volẽs / in omnes pso
nas de quib⁹ sunt diuersi articuli: quoꝝ vn⁹ est notitia
tm̃ vnius τ alius alterius sic ꝙ vnus esset vnius esto ꝙ
alius nõ eẽt alteri⁹ / posset etiã viator credere vnũ negã
do alterũ. nec oportet credẽtẽ vni⁹ significatũ actu cre
dere nec intelligere alterũ: cũ possit q̃s ĩtelligere patrẽ
generãtẽ non intelligẽdo filiũ genitũ nec spiritũsanctũ
spiratũ. ḡ τ ꝯsilr põt diligere. ¶ Scđa ꝯclusio ẽ. ꝙ etiã
ꝯprehensor potest cõsimiliter ordinate frui fruitione nõ
beatifica vno p̃dictorum nõ fruẽdo alio. ¶ Hec proba
tur eodem medio sicut prima. qm̃ sine quo aliquid est ĩ
telligibile / τ diligibile nõ minus a ꝯprehẽsore q̃ a via
tore: sz nõ minus ꝯp̃hẽsor q̃ viator põt notitia abstracti
ua intelligere vnũ hoꝝ sine alio intellecto modo preex
posito in precedenti articulo: τ taliter intellectum põt
p̃cipere τ dictare ipsum eẽ sicut τ est super omnia diligẽ
dum. ḡ τ potest ipso frui fruitione cõformi tali dictami
ni τ p ꝯñs ordinate. ¶ Minor apparet. qm̃ nõ tm̃ via
tor: sed etiaz comp̃hensor format huiusmodi ꝓpõnes
p quaruz aliquas sola essentia sine aliqua psonarũ / τ p
alias vna psona tm̃ ĩtelligit τ significatur: que sunt iste.
essentia nõ generat nec generat. essentia est vnica nũe
ro: essentia est p̃ncipium omniuz creatuũ. τ alias mul
tas format p quas sola diuina essentia intelligit nõ ali
qua psonarum. alie aũt p quas non significatur nec in
telligit essentia: sz persona nõ omnis / sz tm̃ aliqua / sunt
iste. pater generat: filius generatur: spiritussanctus spi
rat: pater distinguitur a filio: fili⁹ est incarnatus. et alie
multe sunt cõmunes viatorib⁹ τ cõprehẽsorib⁹: p quas
nõ essentia sed psona aliqua significatur τ intelligitur.
cũ igitur quilibet possit frui re intellecta fruitione ꝯfor
mi suo dictamini: τ intelligens vnũ p̃dictorum sine alte
ro nõ possit dictare esse fruendũ qđ p ipsuz non est intel
lectum: sz tm̃ illo quod actu ĩtelligit / p ꝯñs sequitur ꝓ
positum vz ꝙ sicut ꝯp̃hẽsor vnum p̃dictorum sine alio
intelligit τ vt intellectũ sic dictat ipso esse fruẽdum: ꝙ
potest vtiq3 frui vno istorum sine alio ordinate. ¶ Nec
valet si ꝯ hoc obijciatur: q2 comp̃hensor notitia beatifi
ca intuitiua intelligit simul om̃ia: τ sic percipit nullo
illorum per se sine alio esse fruendum. qm̃ illi intuitiue
notitie nõ correspondet sta fruitio nõ beatifica: sz alia
beatifica: que est eorũdem quorum est ipsa notitia bea
fica. hmõi aũt fruitio de qua est hic sermo non ꝓducitur
mediãte intuitiua notitia sz abstractiua / τ ita ex cõfor
mitate ad ipam hz existere ordinata. quare τc̃. ¶ Sed
nunquid intelligens simul omnia puta tres psonas τ es
sentiam posset frui vno istorum nõ fruendo alio ordina
te? ¶ Ad hoc videtur esse dicẽdum ꝙ sic / cõparãdo vnã
psonam ad aliã: esto ꝙ nõ cõparando essentiam ad pso
nam. ¶ Primũ appet. qm̃ realiter distinctorũ siue vno
actu siue diuersis intellectorũ vnum videt posse diligi
alio non dilecto. nec talis dilectio videt necessario esse ĩ
ordinata: cũ vnuz illorum possit dictari vt actualiter di
ligendũ altero non sic actu dictato lz actualr sit intelle
ctum. nõ em̃ omne obiectũ intellectũ qđ est diligendum
oportet semp intelligi vt actualr diligendũ. sed diuine
psone realiter sunt distincte. ḡ eis om̃ibus ĩtellectis nõ
videt impossibile frui vna tm̃ ipsarum actu sine alia ẽt
ordinate. ¶ Scđm / vz ꝙ nõ sic sit possibile frui eẽntia
sine psona vel ecõuerso psona sine essentia / ex hoc videt
q2 ista nõ ponunt innumerũ: sz sunt vnicũ omnino obie
ctum illius act⁹ quo ipm obiectum hmõi intellectũ ap
p̃hendit sic essentia τ psona puta de⁹ τ pater / ꝙ eodem
actu mediãte nõ potest apprehendi alterum hoꝝ tãtũ
sicut nec actu vidẽdi quo obiectum visum percipit co
lor existere τ albedo posset videri vnuz istoꝝ tm̃. nec ista
apprehenduntur vt duo: sed vt vnicum sicut τ vere sunt
vnum tm̃modo in re extra. sz dilectio maxime ordina
ta nõ videt posse esse alicuius obiecti vt vno modo con
ceptibilis q̃n sit eiusdẽ sub alio modo cõceptibilis: qm̃
vtroq3 illorum siue sub vtraq3 illarũ rationum actuali
ter est cõceptũ. q2 nec taliter cõcipiens põt dictare vere
ipso vt vno modo cõceptũ est siue sub vna ratione fruen
dum: sicut videns istam albedinez non põt p̃cipere tali
actu colorem istũ τ nõ albedinem esse diligendũ. q̃re τc.
¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ beat⁹ nõ põt frui fruitione bea
tifica vno p̃dictorum alio nõ fruendo. ¶ Hec apparet.
qm̃ huiusmodi fruitio beatifica: nullo modo est in po
testate beati: non enim põt ipa nõ frui: sz necessario frui
tur p ipsam omni illo qđ est eius obiectuz: nec per cõse
quens potest frui vno τ non alio eorum que sunt ipsius
obiectum. sed tam essentia q̃ quelibet personarum est
eius obiectuz. ergo quilibet comprehẽsoruz habet frui
necessario q̃libet p̃dictoꝝ. sicut em̃ visio ipsoꝝ ita τ bea
fica fruitio est omnium horuz: nec magis beatus posset
frui vno horum τ nõ alio q̃ videre vnum puta vnaz per
sonam non visa alia. ¶ Sz nunquid per diuinam potẽ
tiaz posset cõmunicari beato visio beatifica τ fruitio al
terius rationis ab actibus istis beatificis quos nũc hz
q̃ quidem eẽt alicuius personarum tm̃ non omnium / vt
essentie τ non persone / vel ecõuerso persone τ non essen
tie? ¶ Ad hoc videt esse dicẽdum ꝙ nõ. qm̃ notitia ĩtui
tiua nõ potest eẽ alicuius q̃n sit etiã cuiuscũq3 qđ est vl
totaliter idẽ secũ: vel est aliqua res que est totaliter idẽ
secũ: sz persona est cũ essentia idẽ totaliter. q̃ quidem es
sentia est cũ qualibet aliarũ personaruz idẽ. ꝯsimiliter
ḡ visio non potest esse essentie τ non persone: q2 sunt vna
res: nec vnius persone τ non alterius: quia etiã oẽs per
sone sunt vna essentia: q̃ quidem habet videri visa qua
libet personarũ. ḡ τc. ¶ Quarta τ vltima conclusio est
ꝙ fruitiones beatoꝝ q̃bus ipsi possunt frui vno p̃dicto
ruz sine alio sunt alterius rationis in essendo a fruitio
nibus viatorum. ¶ Hec apparet. q2 cõsimiliter differre
vident fruitiones istorum τ illorum: sicut τ absolute no
titie dictatiue quibus mediãtibus ꝓducunt. sed hmõi
notitie abstractiue beatoꝝ sunt in essendo lz nõ ĩ signifi
cãdo alterius rõnis ab abstractiuis notitijs viatorum
lz em̃ ꝓpõnes eadem importantes formet viator τ com
p̃hensor / vt pater generat filium / pater τ fili⁹ spirãt spi
ritũ / essentia non ꝓducit nec ꝓducit / τ alias om̃es theo
logicas τ ab omni catholico confitendas: alterius ta
men rõnis existũt in essendo ꝓpositiones huiusmodi in
comprehẽsoribus τ alterius in viatorib⁹: q2 τ euidẽtio
res notitias complexas τ incomplexas habent beati
q̃ viatores vt super ꝓlogũ fuit dictũ. quare etc̃. ¶ Sic
ad q̃stionem. ¶ Ad rationem patet solutio ex p̃dictis.

CIrca distinctionẽ secũ
dam in qua magister ꝓbat p scri
pturas diuine essentie vnitatẽ / τ
psonarum pluralitatẽ q̃ sunt res
q̃bus tm̃modo est fruendũ / que
ro primo vtrũ deuz esse sit ꝓpõ p
se nota: an demõstrabilis euiden
ter? ¶ Et videt ꝙ sit p se nota. q2
idem verum ꝯplexum est per se notũ qđ apud nullũ in
tellectum formantẽ ipsum est dubiũ: sz tale est istud / de⁹
est. ḡ τc. ¶ Cõtra. q2 de⁹ est trinus essentialiter τ vn⁹ p
sonaliter: sed esse aliquod vnum tale ens videlz trinum
in psonis τ vnũ in eẽntia nec est p se notum nec etiã de
mõstrabile ex aliq̃ p se noto. ḡ τc. ¶ Responsio. vbi sic
ꝓcedaz. Primo inquirã. an ista ꝓpõ de⁹ est / sit ꝓposi
tio p se nota. Scđo supposito ꝙ nõ / saltez illa q̃ format
ab intellectu viatoris: videbit an sit demonstrabilis.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ
p ꝓpõnẽ p se notã: nõ est intelligẽdũ ꝙ ꝓpõ sit p se nec
aliquo mõ obiectum notitie qua dr p se nota: nec ẽt est
intelligendum ꝙ ꝓpositio aliqua dicat per se nota q2
est per se notitie vel assensus sequẽtis notitiaz p̃ncipiũ
ꝓductiuũ: sz per propõnẽ per se notam est intelligẽduz
ꝓpõnẽ sic euidentẽ ꝙ statim per ipsam formatã nat⁹ est
causari assensus cui⁹ obiectũ est nõ ꝓpõ ipa formata: sz
res per eã significata. quo mediãte assensu intellectus
assentit ꝓpõnẽ hmõi esse veram. ¶ Primũ istoꝝ: vz ꝙ
ꝓpõ per se nota nõ dicat q2 est per se nec aliquo alio mo
do notitie alicui⁹ obiectũ / apparet. qm̃ omnis proposi
tio in mẽte formata est intellectio ꝯplexa: q̃ nõ põt esse
sui ipsius: sz alicuius notitie alteri⁹ obiectũ. nõ em̃ itelli

gitƺ nisi per actū reflexū. Si ergo ꝓpō aliqua diceretƺ per se
nota qꝛ ꝑ se eēt obiectū notitie alicui⁹ / aut igitƺ sui ipsi⁹
aut alteri⁹. sꝫ nō pōt poni p̄mū: qꝛ īpossibile est aliquaꝫ
ꝓpositionē nec aliquā aliā rē quācūq̄ intelligi ab aliq̄
intellectu creato nisi mediāte aliquo actu intelligendi
a se realiter differente: nec ꝑ ꝯñs obiectū aliquod intel-
lectum pōt sui ipsius esse obiectū. ¶ Nec pōt poni scōꝫ
primo. qꝛ nō plus vna ꝓpō q̄ alia pōt esse obiectum al
teri⁹ notitie a seipa: cū oīs ꝓpō sit ītelligibilis actu
reflexo: ꝛ ita vna ꝓpō nō posset dici magis ꝑ se nota q̄
alia isto modo. ¶ Secūdo. qꝛ oīs ꝓpō ꝑ se nota / est per
se nota statim vt est formata anteq̄ sit actualiter intel-
lecta. statī em̄ vt formatƺ ista ꝓpō totū ē mai⁹ sua pte aū
q̄ intelligatƺ actu reflexo ꝙ sit vera dr̄ ꝑ se nota nō in or
dine ad seipsam adhuc ignotam: sed in ordine ad rē co-
gnitā ꝑ ipam significatā. ¶ Tertio. qꝛ ꝓpō ꝑ se nota nō
exigit aliquā aliā ꝓpōnem nec incōplexā reflexā intel
lectionē: sꝫ ipsa nō pōt eē obiectū cognitū nisi ꝑ notitiā
reflexam ꝯplexam vꝫ ꝑ aliam ꝓpōnem formataꝫ vel ī
complexā. ergo sequiƺ ꝓpositum: vꝫ ꝙ ꝓpō nō dr̄ ꝑ se
nota qꝛ est alicuius notitie obiectū: cū anteq̄ sit cogni-
ta possit dici ꝑ se nota. quare ꝛc. ¶ Scōm vꝫ ꝙ nec di
caƺ ꝓpō ꝑ se nota qꝛ causatiua ꝑ se sue notitie nec assen
sus ipsam sequētis / appet. qm̄ ꝓpō nō est causatiua no
titie q̄ est ipsa. nihil em̄ eē potest sui ipsi⁹ cā: nec notitie
reflexe qua ipsa ꝓpō potest intelligi nisi eo modo quo
q̄libet obiectū intellectū est cā sue notitie dicente Au
gustino ꝙ oīs res quā cognoscim⁹ cōgenerat ī nobis
notitiam sui. qđ quō sit intelligendū alibi est ostensuꝫ. ergo
propositio non dr̄ ꝑ se nota aliter q̄ q̄libet aliud obie-
ctum qꝛ notitie principium effectiuū nec qꝛ assensus ea
mediante causati obiectum terminatiuū. qꝛ assensus q̄
ipsa mediante causatur nō respicit vt obiectum ꝓposi-
tionē ipsam: sꝫ rem ꝑ eam significatam: vt sup̄ prologū
fuit dictū. quare ꝛc. ¶ Ex p̄dictis sequiƺ tertium ꝛ vlti
mum: vꝫ ꝙ per propositionem per se notā non sit aliud
intelligendū q̄ propositionem sic ꝑ se sine ꝓpositione
alia euidentem ꝙ ipsa formata statim sine oīm alia cau
satur nō notitia aliqua: cū ꝓpō in mēte formata sit ipsa
notitia causata: sed assensus non ipsius ꝓpōnis: sed rei
per eam significatē. virtute cuius assensus statim intel
lectus qñ sup ꝓpōnem se ꝯuertit eius veritati assentit.
ꝛ ꝑ hoc distinguiƺ ꝓpositio ꝑ se nota ab omni alia nō ꝑ
se nota lꝫ vera. qm̄ ꝓpositio nō ꝑ se nota lꝫ vera nō est ꝑ
se sine alia causatiua: vel illud quo solo mediāte causaƺ
assensus rei significate ꝑ ipsum. nec sibi intellectus as-
sentit qñ se sup eam ꝯuertit ipsaꝫ sicut ꝑ se notā credēs
esse veraꝫ. sic ergo ꝓpter duo aliqua ꝓpō vt ista / totū ē ma
ius sua parte / dr̄ ꝑ se nota: quorum vnuꝫ sequiƺ ad alte
rum. ¶ Primū est. qꝛ est notitia complexa qua sola me
diante sine omni alia intellectus causat assensuꝫ sui ob
iecti p̄intellecti. Scōꝫ est qđ sequiƺ ad p̄dictuꝫ: qꝛ ipaꝫ
intellectus absq̄ omni alia formata eā ꝓbante intelli-
git qñ se ad eam conuertit esse veram. lꝫ em̄ eam veram
intelligat ꝑ aliam propositioneꝫ / tm̄ ꝓpositio illa ipaꝫ
non probat: sed tm̄ significat esse vel annunciat eam ve
ram. His duobus duo ꝯtria sunt in omni ꝓpositione non
ꝑ se nota vt in ꝯclusione illata. nec enim intellectus as-
sentit rei per eā negate ea sola mediante lꝫ ipsa sit eius
notitia cōplexa sicut ꝓpō ꝑ se nota: sed assentit sibi me
diantibus p̄missis ea notioribus ex qb⁹ infertur: nec as
sentit etiā siue credit ipsam esse veram vt per se absolu
te formatam: sed tantum vt ex p̄missis illatam.

His præmissis pono quantum ad istū
articulum quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ ista
ꝓpō deus est / formatur tam a viatore q̄ etiā a ꝯp̄henso
re. ¶ Hec appet. qm̄ propositio ista est articulus fidei ī
symbolo explicat⁹: sed omes fidei articulos format taꝫ
viatoꝛ q̄ etiā ꝯprehēsoꝛ. ergo ꝛc. ¶ Minoꝛ appet quan-
tum ad primā partē: vꝫ de viatore: qm̄ constat ꝙ viatoꝛ
omnis catholicus credit oīa significata ꝑ quēlibet fi.
dei articulorum: sed omnis actus credendi qui non est
aliud q̄ actus assentiendi / p̄supponit notitiam ꝯplexā
vꝫ ipsam propositionem in mente formatam. nec eī ali
ter q̄ ipsa mediante talis credendi seu assentiendi act⁹
potest naturaliter causari. nec em̄ assensus nec etiā dis-
sensus aliquis intellectus pōt esse vt dictum fuit in p̄ce
dētibus alicuius ignoti: nec etiam obiecti sola simpli
ci notitia seu incōplexa intellecti. ergo ꝛc. ¶ Scōa pars
vꝫ ꝙ etiaꝫ articulos formet beatus / apparet. qm̄ lꝫ in
beatis non oporteat ponere actus credendi / tm̄ ipsi dei
ꝛ alioꝝ q̄ vidēt in ipso possunt formare notitias abstra
ctiuas. possunt em̄ vt dictum fuit in p̄cedentibus circa
deum obiectū eoꝝ beatitudinis aliquē elicere tā frui
tionis q̄ intellectiōis nō intuitiue sꝫ abstractiue actuꝫ.
potens aūt aliquid abstractiue intelligere intellectiōe
incomplexa / ꝛ complexa puta ꝓpositione formata ex
diuersis abstractiuis intellectionibus constituta. ergo ꝛc.
¶ Confirmatur. qꝛ non minus comp̄hensoꝛ immo ma-
gis q̄ viatoꝛ potest intelligere aliqua vna notitia sim-
plici abstractiua diuinam essentiaꝫ actu visam / ꝛ alia si
militer abstractiua ꝑsonas: sed habens duas notitias
abstractiuas vnam de essentia ꝛ aliaꝫ de ꝑsonis potest
formare istam ꝓpositionem in mēte vnam illarum noti
tiarum de alia affirmādo: tres ꝑsone sunt vnus de⁹. po
test etiā quilibet beatoꝝ intelligere similiter abstracti-
ue solū patrē vna notitia ꝛ filium alia / vel solum filium
ꝛ hominem assumptuꝫ: ꝛ formare istas propositiōes: so
lus filius est a patre generatus: ꝛ solus filius est huma
natus: ꝛ sic de alijs omnibus fidei articulis tam ad hu-
manitatem q̄ ad diuinitatem pertinentibus siue neces
sarijs siue contingentib⁹. quare ꝛc. ¶ Secūda ꝯclusio
est: ꝙ ista ꝓpositio / de⁹ est / formata a cōprehēsore ē cuꝫ
ipsa formata a viatore eiusdem rationis in significādo
sed omnino alterius in essendo. ¶ Hec appet quantuꝫ
ad primam partē. qm̄ constat ꝙ ꝑ istam ꝓpōnem in mē
te tam viatoris q̄ comp̄hensoris formatam idem omni
no ꝯprehensoꝛ intelligit qđ viatoꝛ: sꝫ ille ꝓpōnes in mē
te formate sunt idē in significando quarū obiectū ꝑ eas
intellectum est idē. nec em̄ ꝓpō mētis significat nisi suū
obiectum ꝑ eam intellectum. ergo ꝛc. ¶ Secunda pars vi
delicet ꝙ sint alterius rationis in essendo / ꝓbaƺ. qm̄ il
le ꝓpōnes mentis sunt in essendo alteri⁹ rationis qua-
rum vna quantūcūq̄ ꝑfecta nunq̄ posset alteri adequa
ri: sed ista propositio deus est / a viatore formata nunq̄
quantūcūq̄ perfecta posset adequari ꝓpositioni consi
mili in significando formate a comprehensore. ergo ꝛc.
¶ Minoꝛ ꝓbatur. qm̄ nullam de re aliqua habens no
titiam intuitiuam non potest habere de ipsa aliquam
ita euidentem nec perfectam notitiam abstractiuā nec
per consequens propositionem formatam ex ipsis abs
tractiuis notitijs constitutam: sicut ille qui rem ipsam
facialiter intuetur. ¶ Hoc apparet ꝑ exemplum de ce-
co ꝛ de vidente. non enim cecus potest de coloꝛe habere
aliquam notitiam abstractiuam eque euidentem sicut
videns: cuius nulla est alia ratio nisi qꝛ videns coloreꝫ
format notitiam abstractiuam de ipso mediante visiōe
qđ non potest facere cecus. notitia autem abstractiua
mediante intuitiua formata est euidētioꝛ quacūq̄ alia
sine ipsa naturaliter habita. sed comprehēsoꝛ habet dei
notitiam intuitiuam qua mediante format istius ꝓpo
sitionis / de⁹ est / subiectum ꝛ p̄dicatum: q̄ sunt due noti
tie abstractiue. taleꝫ autem notitiā intuitiuā nō habet

viatoꝛ de deo: nec ꝑ cōsequēs eius virtute potest forma
re abstractiuas notitias que sunt subiectū ꝛ predicatū
propositionis predicte. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia o-
mnes propositiones sunt in essendo alterius rationis q̄
rū oīa extrema vꝫ subiectū ꝛ p̄dicatū sūt alteri⁹ rōnis
sꝫ subiectū ꝛ predicatuꝫ propositionis p̄dicte / vt viato-
ris / sunt alterius rationis a subiecto ꝛ a predicato ipsi⁹
vt formate ab intellectu cōprehensoris. ergo ꝛc. ¶ Mi
noꝛ apparet. qꝛ notitia abstractiua mediāte ītuitiua for
mata est alterius rōnis a notitia abstractiua: licet eius-
dem obiecti: sine ipsa notitia intuitiua formata: sed sub
iectū ꝛ predicatū huius ꝓpositiōis quā format beatus
sunt notitie abstractiue de deo formate ꝟtute notitie ī-
tuitiue: subiectū aūt ꝛ p̄dicatū ipsi⁹ quā format viatoꝛ
sunt notitie similiƺ simplices abstractiue formate sine
aliqua precedente notitia intuitiua. ergo sicut scientifi
cus creditiuus ꝛ opinatiuus assensus quia ex diuer-
sis medijs causatus arguiƺ alterius rationis: ita pro-
pter consimilem rationem notitie abstractiue incōple-
xe ꝛ per consequens cōplexe / videlicet propositiones
ex eis formate de deo a viatorib⁹ ꝛ a beatꝭ / sunt ꝛ argui
possunt esse alterius rationis. Ex quo sequiƺ. ꝙ nō tan
tum iste fidei articulus / deus est / sed etiā omnis alius a
beatis mediante visione formatus est in ipsis ꝛ in via-
toribus alteri⁹ rationis. Q̄đ pōt ex hoc iteruꝫ cōfirma
ri: qm̄ mediante notitia ꝯplexa: puta ꝓpōne ī mēte for
mata eiusdē ratiōis: semꝑ sequiƺ assens⁹ eiusdē rōnis. ergo
ille propositiones mētis sunt alterius rationis quibus
mediantibus sequitur in formantib⁹ ipsas cōsensus al
terius rationis: sed consensus beatoꝝ significatis arti-
culorum in eis ꝓducti mediāte formatione ipsoꝝ est al-
terius rationis a consensibus viatoꝝ. cōsensus em̄ via-
toꝝ significatis articuloꝝ est creditiu⁹: nō aūt est talis
cōsensus beatoꝝ. ergo ꝛc. ¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ ista ꝓ
positio / deus est / quā format viatoꝛ non est ꝓpō per se
nota. Hec ꝓbatur. qm̄ ꝓpositio per se nota est precise il
la vt dictū est que per se sine alia est causatiua assensus
rei significate ꝑ eam ꝛ terminatiuaꝫ assensus veritatis
sue absq̄ aliq̄ alia ꝓbatione: sꝫ ista propositio quā for-
mat viatoꝛ non habet aliqđ istoꝝ. ergo ꝛc. ¶ Minoꝛ appa
ret. qꝛ sola propositio ꝑ se euidēs ꝛ ex notitijs euidenti
bus incōplexis ꝯstans / est talis vꝫ causatiua assensus
rei significate in intellectu formāte ipsam ꝛ terminati-
ua assensus eiusdē vꝫ intellectus ipsam formantis sue
veritatis sine alia ꝓbatione: sed ista ꝓpositio de⁹ est / vt
a viatore formata nō est euidens: qꝛ nec ex euidentibus
sed ex ineuidētibus notitijs incōplexis ꝯstans puta ex
abstractiuis notitijs rei non vise. ergo ꝛc. ¶ Confirma
tur. qꝛ non magis ista propositio de⁹ est / formata ab illo
q̄ deū non intueƺ / est ꝑ se nota q̄ alia q̄cunq̄ in q̄ existe-
re p̄dicaƺ de aliq̄ alio a deo siliƺ nō viso. sed nulla ꝓpō in
q̄ existere p̄dicaƺ de angelo vl' de aliq̄ q̄cūq̄ alio a deo
formata ab illo qui rē que esse affirmatur non intuetur
est per se nota. lꝫ enim si vidēs rem aliquam puta albe-
dinem formet istam ꝓpositionem albedo est: talis pro-
positio sit ꝑ se nota: non tamē propositio talis formata
ab aliquo rem ipsam non intuente potest existere ꝑ se
nota. ergo ꝛc. ¶ Si forte dicatur ꝙ nō est simile de deo
ꝛ de alijs entibus: qꝛ deus est ens necessarium impossi-
bile non esse: quodlibet alioꝝ est possibile nō esse qꝛ con
tingens. notius aūt est ens necessarium existere q̄ cōtin
gens. q̄re ꝛc. ¶ Hoc nō valet p̄mo. qꝛ alius conceptus
est necessarium ens vel necesse esse ꝛ alius deus. ꝛ ideo
alia ꝓpositio est illa in qua p̄dicaƺ esse de deo ꝛ alia in q̄
p̄dicaƺ esse de ente necessario siue de necesse esse. ꝓpter
quod non sequitur: si ista ens necessarium vel quod est
necesse esse et impossibile non esse est / est per se nota ꝙ
ista sit per se nota deus est. ¶ Secūdo. quia nec ista / ne
cesse esse est / videtur etiam existere per se nota vt a via-
tore formata: qꝛ conceptus in ipsa subiectus nō est via-
tori euidens nisi fide: ꝛ ideo licet p̄dicatum includatur
in ratione subiecti / sicut p̄dicatū hui⁹ maius deo ē / nō
tamē ex hoc sequitur ꝙ sit ꝑ se nota: sicut nec ista / mai⁹
deo est. quare ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima cōclusio est ꝙ ista
ꝓpositio deus est / quā format ꝯprehēsoꝛ / est ꝓpositio ꝑ
se nota. ¶ Hec ꝓbatur ꝑ rationem cōtrariam ei que fa
cta est ad ꝯclusionem aliā. qm̄ illa oīs ꝓpositio est ꝑ se
nota q̄ est in formante ipsam ꝑ se sine alia causatiua cō-
sensus rei per eam significate ꝛ etiā terminatiua assen-
sus veritatis sue: sed ista ꝓpositio deus est a comp̄hēso
re formata est talis. nulla em̄ alia ꝓbatione mediante
quilibet beatoꝝ assentit rei significate ꝑ ipsum ꝛ credit
existere ipsaꝫ veram. ergo ꝛc. ¶ Confirmaƺ. qꝛ oīs ꝓposi
tio est ꝑ se nota que sic est euidens intellectui in quo est
ꝙ nullo modo cōtingit dubitare de ea: sed ista ꝓpositio
est talis apud omnem beatū diuinam essentiā intuentē
sicut ꝛ oīs alia in qua p̄dicaƺ esse de re ītuitiue cogni
ta. est em̄ ꝓpō cōstans ex notitijs incōplexis euidētib⁹
qꝛ mediante visione causatis. ergo ꝛc. ¶ Preterea ad idē
arguiƺ. qꝛ omnis notitia experimentalis vel ea mediā
te causata videƺ esse alicuius actualiter existentis: sed
beatus experimētaliter cognoscit diuinā essentiā exi-
stere sicut ꝛ omnis alius rem illam quā intuetur: cū no
titia intuitiua naturaliter habita p̄supponat salteꝫ qñ
fit nouiter / existentiā sui obiecti. ergo ꝛc. ¶ Confirmaƺ. qꝛ
nullus vidēs intuitiue rem aliquā existentem pōt dubi
tare de ꝓpositione aliqua ꝑ eum formata de tali re ītui
tiue cognita tūc actualis existētie p̄dicante: sed omnis
ꝓpositio de cuius veritate non ꝯtingit dubitare eā for-
mantem / dr̄ ꝑ se nota. ergo ꝛc. ¶ Preterea. qꝛ illa ꝓpō
est in beato per se nota de deo qua nulla alia est notioꝛ
sibi q̄ nec ꝑ cōsequens ꝓbatur ex alijs: sed mrte alie de
mōstrātur ex ipsa: sed talis est ista: nulla em̄ ꝓpō est no
tioꝛ rem existere intuenti illa in qua de ipsa seu eius cō
ceptu conceptus actualis existentie p̄dicatur. ergo ꝛc.
¶ Ex ista conclusione apparet veritas secūde partis se
cūde conclusionis: vꝫ ꝙ ista ꝓpositio est in beato alte
rius rationis in essendo q̄ sit in nō beato. omnis em̄ ꝓ-
positio ꝑ se nota est alterius rationis a ꝓpōne non ꝑ se
nota: ꝛ hoc in essendo esto ꝙ nō in significando qñ sunt
eiusdem rei significatiue: sed tales sunt iste due proposi
tiones / quarum vna formatur a beato ꝛ alia a non bea-
to vt ꝓbatū est. ergo ꝛc. ¶ Sed nunquid si de⁹ infunde
ret viatori speciem aliquam deum rep̄ntanteꝫ / ista pro
positio ꝑ eum formata existeret ꝑ se nota? ¶ Ad hoc po
test dici ꝙ sic: dum tamen species illa sibi infusa sic vicē
visionis diuine siue causalitatē suppleret ꝙ ea median
te causari possēt abstractiue notitie euidētes ex quib⁹
talis ꝓpositio in qua p̄dicaretur cōceptus existētie de
cōceptu diuine essentie / formaretur. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est viden
dum an deum esse sit demonstrabile euidenter / est scien
dum ꝙ ꝑ deum potest intelligi vel ens primum tm̄ vel
ens infinitum vel ens necessarium vel ens trinuꝫ ꝛ vnū.
quodlibet em̄ istorum est conceptus complexus seu cō
positus solius dei significatiuus. Nō accipio autē nūc
in questione ista deū pro ente necessario nec pro trino et
vno nec pro ente infinito qꝛ de hoc erit sequens questio
vꝫ an deum esse infinitum sit per se notum: sed ꝑ deum
hic tantum intelligo ens primum: vt idē sit dicere deuꝫ
esse qđ ens primū esse. Et tale ens primuꝫ posse demon
strari existere potest dupliciter intelligi. vno modo pro
prie videlicet ꝙ sic demonstretur ꝑ rationem euidentē

ꝙ nullus ad ipsam posset soluere cum colore. Alio modo vocando demõstrationē large omnem rationem cuicũq; etiã indifferenti ⁊ indeterminato ad alterã ptē huiꝰ q̃stiõis euidētiorē ꝗ̃ eēt solutio q̃ posset dari ad ipã.

Hoc p̃misso pono quatuor cõclusiões

sitan arguetur. primo: quia vt dictum fuit in probatione
prime conclusionis comprehensor probat istam conclu-
sionem videlicet deū esse infinituȝ / per istas duas premis
sas. q̄rū maior est ꝙ oē perfectius quibuscunq̄ ⁊ q̄tcūq̄
alijs possibilibus simul sumptis est infinitum. Minor
autem est ꝙ deus est tale ens videlicet sic perfectum. sȝ
easdem premissas potest formare ⁊ format de facto via-
tor. ergo ⁊ conclusionem istam potest euidenter probare.
¶ Secundo. quia omne verum necessariuȝ est demonstra
bile vel per se notum: sed deum esse infinitum est verum
necessarium: vt dictum est / nec est per se notum a viatore
formatum. ergo ⁊c. ¶ Ad primum dicendum. ꝙ ille ꝑmis
se predicte quas habet viator non sunt eiusdem rationis
nec equaliter euidentes cum alijs eis consimilibus in si
gnificando quas format beatus: ⁊ ideo ex premissis via
toris quia ī euidentibus vel nō tantum euidētibus sicut
sunt premisse comprehensoris eiusdem significationis / li
cet in essendo alterius rationis nō probatur a viatore si-
cut a cōprehensore predicta conclusio euidenter: ⁊ quia
premisse in essendo alterius rationis / conclusiones infe-
runt similiter in essendo alterius rationis: ideo proposi-
tio ista deus est infinit⁹ a cōprehensore ex premissis eui-
dentibus illata ⁊ euidēter probata alterius rationis est
ī essendo ab ipsa a viatore ex premissis non sic euidētib⁹
demonstrata. ¶ Ad secūdū dicēdū est ꝙ omne verū com
plexum necessariū ē ꝑ se notuȝ vel demōstrabile aut secū
dū se aut in aliquo alio sibi equipollēti. voco aūt oīa illa
complexa equipollētia q̄ sunt eiusdem rei significatiua
sicut ista ꝓpositio deus est infinitus quam format viator
⁊ ipsa quā format cōprehēsor. ⁊ ita lȝ ista propositio vt ē
viatoris non sit per se nota nec demonstrabilis euidēter
in se: quia non ex premissis viatoris quia ineuidētib⁹ vt
dictum est: nec ex premissis euidentibus comprehēsoris
quia ille non inferunt ipsam: sed aliā ab ea alteri⁹ ratio
nis: est tñ demonstrabilis in alia sibi in significando eq̄-
pollenti puta in illa quaȝ ꝓbat beatus. ¶ Ex quo appa
ret ꝙ ista ꝓpositio maior assumpta vcȝ ꝙ oīs ꝓpō vera
necessaria vel est demōstrabil' vl' ꝑ se nota a viatore forma
ta / non ē vera nisi cum glossa. nullus eñ fidei articulorȝ
a viatore formatus est per se notus nec naturalit' demon
strabilis ex per se notis secundum scilicet in suis equi-
pollentibus cuiusmodi sūt illi eadē significātes q̄s for-

mant beati. quorum alij sunt per se noti vt deus est / alij
autem demonstrabiles / vt deus est infinitus / deus est tri
nus ⁊ vnus. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est ꝙ nec etiā
ista propositio quaȝ format viator / deus est infinitus / est
demonstrabilis ab aliquo comprehensore. ¶ Hec appa-
ret. qm̄ si sic / aut demōstraretur ab ipso ex premissis eius
dem rationis cum illis viatoris vel ex premissis ab illis
alterius rationis. sed non potest poni primum: quia ta-
les premissas beatus non habet. nec secundum: quia ex
premissis alterius rationis non sequitur nec probatur
conclusio eiusdem sed alterius rationis salteȝ in essendo
licet non in significando. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia
omnis conclusio demonstrata est a demonstrante forma
ta: sed comprehensor non potest formare istam proposi-
tionē deus est infinitus taleȝ videlicet qualis est illa quā
format viator. ergo nec talem potest probare. ¶ Minor
apparet ex dictis: quoniaȝ vt dictum est / ista propositio
deus est infinitus / quam format beatus constat ex noti-
tijs simplicibus habitis mediante visione diuina: sine q̄
habet viator notitias abstractiuas ex q̄bus format con-
similem propositioneȝ. sed vt dictum est supra / omnes ta
les ꝓpositiōes sūt in essendo alterius rationis: ergo ⁊c.
¶ Si autem dicatur ꝙ licet comprehensor videat deum
tamen per se sine visione concurrente potest notitias for
mare tam incomplexas abstractiuas q̄ complexas eius
dem rationis cum illis quas format viator: tunc cōcedē-
dum est consequenter ꝙ ꝓpositio ista quam format via-
tor / deus est infinitus: vel alia eiusdem rationis cum ipa
est formabilis non tamen demonstrabilis a comprehēso
re magis q̄ a viatore. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad ratio
nem in principio apparet solutio ex predictis. falsum eñ
est q̄d accipitur in minore quando dicitur ꝙ ista proposi
tio deus est / ex terminis suis est nota vt apparet per pre-
cedentia.

Tertio quæro: vtrum deum esse essentialiter vnum sit per se notum vel demon
strabile euidenter ex aliquo naturaliter per se
noto. ¶ Et videtur ꝙ sic. quoniaȝ nullus tene
tur credere indubitanter nisi illud q̄d sibi constat certitu
dinaliter esse verum: sed esse essentialiter vnum deum q̄-
libet tenetur credere indubitanter. est enim primus arti
culorȝ fidei in symbolo explicatus. ergo constat cuilibȝ
certitudinaliter esse verum. sed non potest constare hoc
nec aliquod aliud complexum esse verum nisi vel sit ꝑ se
notum vel demonstrabile euidenter ex aliquo per se noto
ergo ⁊c. ¶ Contra. quia esse vnum principium primum
improductum aliorum omnium productiuum nec est per
se notum nec demonstrabile ex aliquibus per se notis: sȝ
tale ens primū principium omnium ꝓductiuū nō est aliud
q̄ deus ipse. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic procedam. pri-
mo enim inquiram / an solus deus inquātū deus sit de se
hoc indiuiduū numero vnum. Scd̄o dicam ad quesitum
videlicet an ipsum essentialiter esse vnum sit demonstra-
bile vel per se notum.

Quantum ad primum est sciēdum ad
euidentiam dicendorum: ꝙ rem aliquam esse per se vel de
se talē puta hominē vel deū esse de se indiuiduū / dupliciē
potest intelligi. Uno modo ꝙ sit de se hoc indiuiduū hoc
est absq̄ aliqua alia re ⁊ quocunq̄ alio sibi apposito ab
ipso aliquo modo in re extra distincto: modo quo forte q̄
libet res quanta de se siue per se dicitur quanta: supposi-
to ꝙ quantitas non sit res aliqua ab ea distincta sibi ap
posita q̄ sit quāta. Alio modo potest ītelligi ꝙ homo vel
deus vel alia res quecunq̄ sit de se vel per se hoc indiui-
duum: hoc est ꝙ ipsa vt est talis qualis per suam diffini-
tionem specificam importatur / requirat ꝙ sit tale indiui
duū / sicut humanitas eo ꝙ humanitas exigat ꝙ sit sor-
tes: sibiq̄ repugnet ꝙ distiguat' a sorteitate ⁊ ab oī alia
differentia indiuiduali. ⁊ hoc modo rem aliquam esse de
se vel per se hoc indiuiduum potest intelligi dupliciter
Uno modo ꝙ sit ipsum in primo modo dicēdi per se: quo
modo esset de se hoc indiuiduum si sua diffinitio explica-
ret ꝙ res per eam significata a tali indiuiduo esset indis
ticta. Alio modo ꝙ sit tale indiuiduū de se siue per se se-
cundo modo: videlicet quia diffinitio rem ipsaȝ explicās
requirit ꝙ res significata primo per eam ab hoc indiui-
duo sit indistincta licet hoc in diffinitione non ponatur
sicut licet diffinitio hominis non explicet risibile: tamē
exigit ꝙ res quam primo significat puta homo est risibi
lis. ⁊ ideo homo dicitur risibilis non in primo: sed in se-
cundo modo dicendi per se. ⁊ ita consimiliter omnis res
illa potest dici de se vel per se in secundo modo hoc in-
diuiduum cuius diffinitio specifica requirit licet non ex
primat ꝙ res quā primo significat sit implurificabilis
⁊ indistincta ab isto indiuiduo.

Hoc præmisso pono quatuor cōclusio
nes. ¶ Prima est: ꝙ omnis res est de se siue per se hec
siue indiuidua ⁊ vna numero primo modo. ¶ Hec pro-
batur. quoniam eo quodlibet ens est in se vnum quo ab
omni alio est diuisuȝ seu distinctum ⁊ in se indistinctum.
sed vnumquodq̄ est seipso non aliquo mediante sibi ap-
posito ab eo distincto ab omni alio distinctum ⁊ in se nu-
mero indistinctum. ergo ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur. quoniam
nihil est in se indistinctum nec per consequens ab alio es-
sentialiter distinctum: cū eodē sit in se indistinctum ⁊ ab
alio distinctum per illud a quo est distinctum. ¶ Hoc ap-
paret. omnino enim videtur impossibile dicere aliquid es
se sibi idem ⁊ in seipso indistinctum per illud a quo est
distinctum: cum tali circunscripto ipsum nihilo minus ī
mo amplius esset tale videlicet in se indistinctum. sed eo
quo res est in se nūero īdistincta ⁊ ab alia re distincta ē nu
mero vna ⁊ indiuidua. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia ni-
hil est indiuiduum nec numero vnum per aliquid aliud
a quo numero est distinctum: sed quecunq̄ in re extra dis
tincta / numero sunt distincta. ergo nullum in re extra dis
tinctorū est vnū numero: nec per consequens indiuiduū
per alterū: sed q̄libȝ per seipsuȝ. ¶ Minor apparet. quo
niam quecūq̄ plura quorum quodlibet est numero vnū
sunt distincta numero. sicut enim specie vnum vel ge-
nere / est distinctum specie vel genere ab omni alio nu-
mero consimiliter specie vel genere alterius speciei vel
generis: ita ⁊ omne numero in se vnū est ab omni alio nūe
ro vno numero distinctum: sed quorumcunq̄ in re extra
distinctorū q̄libȝ est numero in se vnum. ergo ⁊ ab omī
alio numero est distinctum. quare ⁊c. ¶ Ex ista conclusi
one in secundo prolixius explicanda ⁊ probanda appa-
ret improbabilitas ⁊ impossibilitas imaginatiōis quo
rundam dicentium omne indiuiduum creatum esse rea-
liter constitutum ex indiuiduali differentia ⁊ ex quiddi-
tate specifica: vt sortem ex humanitate ⁊ sorteitate. qua
quidem sorteitate humanitas ipsa sortis est vna nume-
ro ⁊ distincta ab humanitate platonis. ¶ Hoc siquidem
est falsum vt est in secundo prolixius ostendēduȝ: ⁊ esto
ꝙ esset verum videlicet ꝙ indiuiduum sic esset composi
tum vt sortes ex humanitate ⁊ sorteitate: nullo modo
vnum istorum duorum componentium esset numero vnū
per alterum nec ab aliquo alio numero distinctum: nec ī
diuiduum ipsum totum compositum esset etiam nume-
ro vnū magis per vnum istorum q̄ alterum. ⁊ si aliq̄ mō
eēt magis vnū ꝑ aliq̄d istorū q̄ ꝑ alterū magis eēt vnū ꝑ

quidditatem specificam ꝙ per indiuidualem differētiā. ¶Primum apparet: quoniam ponentes indiuiduum puta sortē esse compositū ī re extra ex sorteitate ⁊ ex humanitate/vtrunqꝫ istorum duorū videlicet tam sorteitatē ꝙ hūanitatē hn̄t ꝓcedere ⁊ ꝓcedūt esse nūero in se vnū ⁊ ab alio distinctuꝫ. oē enīꝫ qđ est in sorte ⁊ in alio quocūqꝫ indiuiduo est vnum numero: ⁊ per consequens distinctum numero a quocunqꝫ alio ab ipso numero in se vno. sed vt dictum est nullum numero distinctorum est vnum numero per alterum. ergo nullo modo humanitas sortis est sorteitate numero vna cum ab ipsa numero sit distincta. ¶Confirmatur. quia eorūꝫ quorum qđlibet est in se eque indiuisum per seipsum ⁊ ab alio diuisum siue distinctum/neutrum potest esse per alterum numero vnuꝫ nec numero ab aliquo distinctum: nec ꝑ consequens indiuiduum: sed quodlibet componentium aliquod indiuiduū vnum/totum est eque in se vnum seu indiuisum ⁊ ab alio distinctum sicut alterum per seipsum: vt apparet per exemplum de forma ⁊ de materia constituētibus substantiam compositam: quoniam licet forma sit perfectior ꝙ materia non tamen est aliter ꝙ ipsa in se indiuisa seu indistincta ⁊ ab omni alia re distīcta. ergo si humanitas ⁊ sorteitas sunt duo aliqua in re extra sortem ipsum cōstituentia non magis humanitas erit vna numero nec īdiuidua sorteitate ꝙ sorteitas humanitate. ¶Secundum videlicet ꝙ nec totum indiuiduum constitutum sit etiā magis vnum numero ⁊ indiuiduū per vnum predictoruꝫ ꝙ per alterum puta sortes per sorteitatem ꝙ per humanitatem: sed potiꝰ ecōuerso: apparet. qꝛ aut sortes dicitur esse tale indiuiduum numero vnum per illud sine quo sibi intrinseco existente. est impossibile ipsum esse: vel dicit indiuiduuꝫ vnum numero principaliter illo qđ principalius est in ipso. si primuꝫ constat secūdū eos ꝙ non est possibilius sortem esse sine vno istorum ꝙ sine alio. vtrumqꝫ enim est sibi intrinsecū: sicut ⁊ quodcunqꝫ cōponentiū est composito ex eis intrinsecum/sine quorum vtroqꝫ est impossibile existere ipsum compositum. quare ⁊c. ¶Si autem dcꝫ secundum: tunc seqtur ꝙ magis sortes sit indiuiduum per humanitateꝫ ꝙ per sorteitatem: qm̄ scđꝫ eos quidditas specifica est perfectior: ⁊ per consequens ī omni indiuiduo principalior ꝙ sua indiuidualis differentia. ergo ⁊c. ¶Confirmatur. qꝛ aut indiuiduum puta sortes est aliqđ a predictis duobus componentibus simul sumptis distinctum: aut non/sed est tantummodo ista duo componētia puta sorteitas ⁊ humanitas simul sumpta. si ponas primum/ergo habes concedere ꝙ tale indiuiduum constitutum est numero distinctum ab omnibus suis principijs ipsuꝫ constituentibus simul sumptis. nec per consequens potes dicere ꝙ sit formalit̄/esto ꝙ causaliter eis nec eoꝝ aliquo vnuꝫ numero: cum vt dictū est nihil possit dici vnum nūero formaliter ꝓpter illud a q̄ distinguitur numero. Si aūt ponas secūdum: vēꝫ ꝙ sortes non sit aliud ꝙ hūanitas ⁊ sorteitas: ergo non potes ponere ꝙ aliqđ a sorte distinctum sit sorteitate numero vnū quia quero quid est illud: nō enim est aliqđ ex humanitate ⁊ sorteitate constitutum: quia vt concedis sortes non est nisi humanitas ⁊ sorteitas. humanitas autem ipsa vt probatum est non est singularis seu vna numero sorteitate magis ꝙ econuerso: immo si vnum istorum esset ponendum vt alterius ad vnitatem aliquam contractiuuꝫ magis debet dici ꝙ humanitas sortis cōtraheret sorteitatem ad talem vnitatem videlicet numeralem: ⁊ per consequens ꝙ sorteitas esset vna numero humanitate ꝙ econuerso humanitas sorteitate: etiam secundum cōcessa ab eis videlicet quodlibet indiuiduum ex talibus esse compositum ponentibus: quoniam vt concedūt qđditas specifica perfectior ⁊ nobilior est ꝙ indiuidualis differentia: vt humanitas ꝙ sorteitas: sed quorumcunqꝫ constituentium aliquod compositū/ magis qđ est constitutiuū perfectius est imperfectioris actuatiuū seu cōtractiuum vel determinatiuum ꝙ econuerso: sicut appet in exemplo de materia ⁊ de forma ex q̄bus constat substantia composita per se vna. non enim materia dicitur actuare nec specificare siue ad aliqđ determinare formam: sꝫ potius econuerso materia ipsa dicitur determinari siue actuari ex forma. ergo ⁊c. ¶Ista opinio supradicta omnino absurda ⁊ improbabilis nunꝙ fuit doctoris subtilis: licet ipsi attribuatur a multis modernis: quoniam scđꝫ ipsum vt colligi potest expresse ex his que dicit in secundo dist. tertia questione. vi. natura specifica in isto angelo vel in illo vel in isto homine vel in illo est de facto idem omnino realiter ⁊ eadeꝫ res extra animam cum differētia indiuiduali talis indiuidui puta huius hominis vel angeli. point etiam ibidem ꝙ quelibet res extra animam est realiter singularis: ⁊ ꝙ natura specifica nō est vna numero in pluribus indiuiduis: sed alia ⁊ alia in diuersis: ⁊ ꝙ natura specifica vnius indiuidui non potest esse in alio: licet hoc/videlicet esse in alio/sibi ex sua diffinitione non repugnet. sed ex istis omnibus ⁊ ex multis alijs eius dictis ostenditur euidenter ꝙ ipse nunꝙ conclusionem opinionis predicte senserit/sed contrariam posuerit: videlicet nullum indiuiduuꝫ sic realiter esse cōpositum vt doctores aliqui moderni intelligunt ipsiqꝫ attribuunt: videlicet ex quidditate specifica ⁊ ex indiuiduali differentia tanꝙ ex duobus distinctis in re extra ergo ⁊c. ¶Minor probatur. primo quia impossibile est aliqua plura realiter aliquod compositum cōstituentia esse aliquid vnum tantum. ergo ponens differentiam indiuidualem ⁊ naturam specificaꝫ esse in re extra aliquod vnuꝫ solū non ponit nec ponere intendit ex eis aliqđ cōpositum indiuiduum realiter constitutum: sed doctor subtilis dicit naturam specificam ⁊ indiuidualē differentiā esse in re extra vnuꝫ tm̄: qꝛ vt dictū est supra pōit ꝙ natura specifica in homine isto vel in angelo ⁊ ī quocūqꝫ alio singulari est de facto idem omnino realiter ⁊ vna res extra animā cū differentia indiuiduali. ergo ⁊c. ¶Preterea secundo arguo sic ad idem. nullum singulariū realiter ⁊ numeralit̄ diuersoꝝ potest dici singulare nec īdiuiduū numero vnum per alterum vt superius fuit declaratum sed secundum istum doctorem vt patet ex dictis eius supra quelibet res extra animam est realiter singularis: ergo non intendit ponere aliquam vnaꝫ esse singularē nec numero vnam per alteram: nec per consequens quidditatem specificam per indiuidualem differentiam/supposito vt supponis/ ꝙ ista sint duo in quolibet indiuiduo in re extra animam quomodocunqꝫ distincta. quare ⁊c. ¶Tertio quia quodcūqꝫ realiter componentium aliquod compositum vnum potest ab altero separari ⁊ extra ipsum alibi reperiri. ¶Hoc apparet. quia omnia realiter distincta sunt per diuinam potentiam separabilia sed omnia cuiuscunqꝫ compositi realiter constitutiua sūt realiter distincta: ergo ⁊ separabilia: sed secundum doctorem istum vt patet vbi supra/alia natura specifica est in vno indiuiduo ⁊ alia in altero. nec natura specifica vniꝰ indiuidui vt dicit potest esse in alio: licet hoc sibi ex sua diffinitione non repugnet. ergo non intendit doctor ponere indiuiduum aliquod realiter esse ex natura specifica ⁊ ex indiuiduali differentia constitutum. ¶Ad illa que a modernis doctoribus adducuntur ad probandum conclusionem predictam videlicet compositionem ex natura specifica ⁊ ex indiuiduali differētia in re extra/respōdebitur prolixius in secundo. ¶Ex predictis apparet ꝙ non solus deus est cuius natura diuina est de se siue per se hoc indiuiduum singulare: intelligendo per esse

per se hoc indiuiduū esse hoc indiuiduū non per aliqđ in re extra sibi appositum: sed tm̄mō per se ipsum. quoniaꝫ isto modo non minus natura hūana ⁊ alia quecūqꝫ creata ꝙ diuīa essentia est īdiuidua seu singularis: ⁊ vna nūero formalit̄ semetipā nulla re alia sibi apposita mediāte. ¶Secunda conclusio est ꝙ nullum indiuiduum creabile vel creatum est cuius natura specifica sit de se siue per se hoc indiuiduum secundo modo intelligendo vel tertio: vt videlicet sit sensus ꝙ natura specifica puta hūanitas ipsa ex hoc ꝙ est talis qualem requirit ⁊ exprimit diffinitio sua sit aliquod indiuiduuꝫ nūero per se vnuꝫ puta sortes vel plato vel aliquod aliorum. ¶Hec conclusio sic intellecta probatur ⁊ bene / ab vno moderno doctore subtili in questione ista exponente primo sic. natura humana sortis ex hoc ꝙ est talis res qualem significat ⁊ explicat diffinitio specifica hominis / nō requirit ꝙ sit sortes. ergo nec sibi ex hoc ꝙ est talis res qualem significat diffinitio eius specifica puta ex hoc ꝙ est humanitas/repugnat distingui a sorte distinctione aliqua in re extra. ¶Consequentia est euidens. Antecedens etiam apparet. quoniam si diffinitio eius hoc requireret: videlicet ꝙ humanitas quā significat/esset sortes/omnis res significata per eam esset sortes: et ita vel nullus homo aliꝰ eēt possibilis nisi sortes: vel omnis homo alius esset sortes. hoc autem euidenter est falsum. ergo ⁊c. ¶Confirmatur. quia ei qđ de se requirit vnum oppositorum: de se repugnat alterum: sed nature humane ex hoc ꝙ est talis qualeꝫ significat sua diffinitio / nō repugnat de se nō esse sorteꝫ. alias nullus homo esset possibilis nisi sortes ergo nec de se sibi conuenit ꝙ sit sortes nec aliquod aliđ indiuiduum isto modo. ¶Secūdo arguit sic ad idem. si natura humana sortis requireret ex hoc ꝙ est humanitas ꝙ esset sortes/nullus a sorte alius esset homo: nec ꝑ consequens sortes ⁊ plato plus conuenirent ꝙ sortes ⁊ asinus in re extra. ¶Tertio. quia vnum ⁊ idem indiuiduum est idem cuꝫ alio specie: ⁊ differt nūero ab ipso: sed hoc esse non posset nisi ipsum esset tale: cum ex hoc ꝙ est natura specifica per diffinitionem importata non repugnaret ꝙ alio cōueniret cum ipso/⁊ alio differret ab eo. si enim hoc sorti inquantum est homo repugnaret videlicet ꝙ alio a platone differret ⁊ alio secum idem existeret/nunꝙ ab eo distinctum nūero ⁊ idem specie secū esset ergo ⁊c. ¶Quarto: quia nature humane ex hoc ꝙ est scibilis scientia que est de hoīe non repugnat distingui a quolibet homine singulari: sed ipsa est scientie obiectum vt est diffinitionis significatū. ergo sibi vt ē talis natura qualem significat sua diffinitio non cōuenit ꝙ sit sortes nec aliquod aliud indiuiduū singulare: nec per conseqns est de se indiuiduum aliquod isto modo. ¶Quinto ⁊ vltimo. quia nature humane sortis ex hoc ꝙ est humanitas non repugnat ꝙ sit minus vna sorti ꝙ sortes sibi ipsi: sed hoc sibi repugnaret si ex hoc ꝙ est humanitas sortes esset. ergo ⁊c. ¶Minor probatur primo/quia demonstrata aliqua sensatione alicuius sensibilis vt radiū vnius quē per talem sensationem confusam homo non potest distinguere ab alio/nature talis rei sensibilis nō repugnat ex hoc ꝙ est talis sensationis cōfuse obiectū/distingui a differentia indiuiduali ipsius sensibilis: ⁊ per consequens ab indiuiduo sensibili ipso toto sicut vnum realiter cōstituentium seu componētiū a composito seu realiter constituto: sed talis res sensibilis est talis confuse sensatiōis obiectū vt est diffinitionis nature specifice significatum. ergo ⁊c. ¶Maior apparet. quia si de facto natura specifica talis esset distīcta ab isto indiuiduo adhuc esset cōsimiliter tali confusa sensatione sensibilis sicut mō. sicut si iste color a remotis visus visione cōfusa ⁊ ideo nō distiēte inter ipsū colorē albū visum ⁊ nigrum eēt distīcte realiter ab albedine/adhuc videretur eadem visione: cū nec modo videatur vt albedo: sed vt color: sicut nec illud sensibile singulare videt̄ vt ab alio singulari sensibili nūero est distinctuꝫ. quod enim vt sic ꝑcipitur ab alio a percipiente distinguit̄. ergo ⁊c. ¶Secundo. quia nature huius ignis vel caloris non repugnat ex hoc ꝙ est principium generationis vniuoce ꝙ sit distincta ab indiuiduali differentia huius ignis vel caloris. ergo nec ipsa est de se hoc indiuiduū neqꝫ illđ. ¶Antecedens est euidēs. quia si nature ignis specifice repugnaret distingui ab hoc igni nō magis hic ignis vel calor esset idē cū alio ꝙ cū aqua vel cum sole: ⁊ ita non plus calor ꝙ sol vniuoce generaret calorem: cum nec plus calor vnus esset idem cum alio ꝙ cū sole. hoc autem est falsum. ergo ⁊c. ¶Hoc modo ꝓdicto in ꝯclusione ⁊ sua probatione contento est intelligendū dictum doctoris subtilis quandoqꝫ ponentis ꝙ natura specifica ⁊ sua indiuidualis differentia sunt non idem formaliter in re extra. non enī doctor intēdit dicere ꝙ distinguantur sicut duo aliqua numerata indiuiduum constituētia: cum ponat ꝙ sunt vnica res tantum. sꝫ qꝛ licet indiuiduū per eādem rem sit indiuiduū puta sortes ⁊ homo: immo sortes ⁊ homo in ipso sunt idem omnino de facto: tamen ex diffinitione hominis specifica nō repugnat homini distingui in sorte ⁊ a sorte ⁊ a q̄libet alio homine singulari. ⁊ ideo licet eadeꝫ res sit indiuiduum ⁊ natura specifica: quia tamen vt res ipsa est conceptus diffinitionis obiectum sibi non repugnat aliud indiuiduum ab illo qđ ipā est de facto distinctū: ideo natura specifica dicit̄ ab indiuiduali differētia diffinitiōe distincta ⁊ non eadē formaliter sibi. ¶Tertia conclusio est: ꝙ deus est tale indiuiduum cuius natura diuina specifica est hic deus de se predicto modo hoc intelligendo. ¶Hec ꝓbatur: quoniā sicut natura hūanitatis non est de se hic hō: qꝛ ipsa scđꝫ se non determinat sibi hūc hominē nec sibi repugnat distingui ab ipso: licet de facto vt est in ipso non distinguat̄ ab eo: ita econtrario omnis illa natura est de se hoc indiuiduum isto mō: cui ex se conuenit ꝙ sit tale indiuiduum ita ꝙ sic determinat sibi ipsum ꝙ non potest esse alteruꝫ sed deitas est talis natura. qm̄ nisi deitas sibi determinaret hoc indiuiduum sibi ex se/non repugnaret alterum: nec per cōseqns esset aliqua repugnātia existere plures deos. hoc autem est euidenter falsum. ergo ⁊c. ¶Confirmatur: qꝛ si deitas ex hoc ꝙ deitas non requireret ꝙ eēt hic solus deus nūero vnus sibi ex hoc ꝙ deitas nō repugnaret ꝙ esset ab hoc deo distinctus: sed hoc est falsum ergo ⁊c. ¶Consequentia est euidēs. qꝛ sicut qꝛ hūanitas non requirit ꝙ sit sortes: ideo posset ꝙtū est ex se nisi sibi hoc repugnaret aliunde ab eo esse distincta ⁊ cum ipso facere compositionem: ita in ꝓposito est dicendum: videlicet ꝙ deitati non repugnaret ex se compositio cū hoc deo: nisi sibi ratione deitatis conueniret indistinctio ab hoc deo: sꝫ deitati repugnat oīs compositio: ⁊ si nō per se primo modo q̄ mō sibi repugnat vt deitas: tamen sibi repugnat secūdo modo: quoniā sicut hoī repugnat hinnibile secundo modo: qꝛ homo secunduꝫ se determinat sibi secūdo modo risibile: ita quia deus ex hoc ꝙ deus sibi determinat omnem ꝑfectionem simpliciter cui repugnat oīs īꝑfectio/⁊ ꝑ ꝯñs ꝯpositio/repugnat deo scđo mō. ¶Preterea ad idē sic arguit̄ ab eodē. deitas reqrit ꝑ se ꝙ nō sit alius deus ꝙ iste vnicꝰ singularis: sed oīs natura ex se reqrens nō eē aliqđ singulare nisi vnicū tm̄/ē de se singularis. sicut enī qꝛ hūanitas nō reqrit vnicū singulare tm̄: iō dr̄ ꝙ nō ē de se singularis: ita ꝑ cōtrariū oīs natura cui ex se repugnāt plā singularia debꝫ dici ex se singularis. ꝫ ⁊c. ¶Maior apparet: quoniam constat ꝙ deitati repugnat ꝙ sint plures dij: sed hoc sibi minime repugnaret nisi vnicū solū deū sibi determinaret: ⁊ ꝑ ꝯñs non esse aliuꝫ deuꝫ

requireret: quare ⁊c. ¶Confirmatur. quia magis diuina essentia reqrit ꝙ sit eadem cum hoc deo ꝙ̄ essentia angelica cū hoc angelo: vel natura hūana cū isto hoīe singulari: qꝛ alias non plus repugnaret deo cōpositio ꝙ̄ āgelo vel alteri rei simplici create: sed si deitas ex hoc ꝙ deitas non reqreret ꝙ esset hic deus/ nec plus reqreret ꝙ esset idē cum isto deo ꝙ̄ natura angelica cū isto: cū de facto ita natura angelica sit hic angelus sicut ⁊ deitas est hic deus. q̄re ⁊c. ¶Sic igitur appet ex dictis ꝙ deitas est singularis ex se altero p̄dictorum duorū modoꝝ vltimorum supius expressorū intelligēdo: vꝫ vel in primo vel in scđo mō dicendi ꝑ se: qꝛ deitas vel alia q̄cūq res non tm̄ dicitur esse ex se illud qđ cadit siue significatur per diffinitionē: sed etiam oē illud qđ eius diffinitio reqrit scđo mō/ sicut hō ꝑ se dicitur risibilis: qꝛ lꝫ risibile non ponatur in diffinitiōe tn̄ diffinitio ipsa exigit ꝙ diffinitū sit tale puta risibile: ⁊ ita siue naturā diuinaꝫ sibi determinare hoc singulare ⁊ esse indistinctā ab ipso ponatur ī sua diffinitione siue nō: sed diffinitio exigat diffinitū existere tale: semp saluaꝛ ꝙ deitas sit de se singularis. ¶Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est ꝙ deitas est singularis de se siue per se secundo mō dicēdi ꝑ se nō primo. ¶Hec probatur qm̄ constat ꝙ deitas est de se singularis speciali mō: puta aliter ꝙ̄ aliq natura creata sit singularis. ¶Hoc apparet: qꝛ nisi aliter esset de se singularis ꝙ̄ alia q̄cūq natura creata/ nō aliter sibi repugnaret plurificari ꝙ̄ nature create. aut ergo deitas dicitur singularis de se: qꝛ non per aliqd sibi appositum ab ea distinctum: aut qꝛ ex hoc solo ꝙ est deitas est sic tale īdiuiduū singulare ꝙ nō pōt esse alterum: ⁊ hoc in primo vel ī scđo mō dicēdi ꝑ se. sꝫ nō pōt poni primū: qꝛ hoc est cōmune cuicunq nature create: vꝫ ꝙ de facto ē vt dictuꝫ ē singularis nullo sibi apposito a se alio mediāte. nec scđm vꝫ ꝙ sit de se singularis in p̄mo mō dicēdi ꝑ se. qm̄ nihil est ī primo mō dicendi ꝑ se aliqd nisi illđ qđ ponit in sua diffinitiōe: sed in diffinitiōe deitatis nō cadit esse īplurificabile: nec esse īdistinctū ab isto deo: lꝫ hoc sibi ꝯueniat: sicut nec risibile ponit in diffinitione hoīs: lꝫ sibi ꝯueniat ex se scđo mō. g̃ ⁊c. ¶Confirmaꝛ. qꝛ deitas dicit de se singularis/ qꝛ sibi repugnat distingui ab hoc singulari ⁊ eē aliud singulare. g̃ eo mō ē de se siue ꝑ se singularis quo sibi conuenit indistinctio eius ab hoc indiuiduo ⁊ distinctio ab omni alio. sed hoc non ꝯuenit sibi in primo: sꝫ in secūdo mō. nō eñ magis in diffinitione deitatis cadit eius indistinctio in se nec distinctio ab alio ꝙ̄ risibile in diffinitione hoīs. sicut tn̄ hō rōne humanitatis sibi determinat risibile/ ita ⁊ deus ratione deitatis indistinctionem ab isto indiuiduo singulari. ergo ⁊c. ¶Ex predictis oībꝰ apparet ꝙ solus deus est ꝑ se īdiuiduū ⁊ nullum aliud ab ipso cuiꝰ natura specifica est ipsū de se mō p̄expositо intelligēdo: qm̄ soli diuine essētie ex hoc ꝙ est deitas repugnat ꝙ sit plꝛes dij eiusdem ratiōis: cū soli sibi ⁊ nulli alteri repugnet distīgui ab isto deo īdiuiduo singulari ⁊ eē cōem mltis. opposita aūt his cōueniunt omnibus naturis specificis entium creatoꝝ. quare ⁊c. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respondendum ad q̄situꝫ: vꝫ an deū modo preexposito esse vnū sit per se notum vel demōstrabile: est sciendum ꝙ hoc puta deum esse vnum esse demonstrabile potest intelligi tribus modis. vno modo an sit demōstrabile ab intellectu comprehensoris. Alio modo an ab intellectu viatoris. hec enim propositio deus est vnus/ est vtriq videlicet tā viatori ꝙ̄ ꝯprehensori cōis: lꝫ in essendo sit alterius rationis in vno ⁊ alteriꝰ in alio. sic ⁊ oīs alia ꝓpositio quā format vterq de deo vt sepe in p̄cedentibꝰ fuit dictum. hoc autem modo puta a viatore demonstrari posse deum vnum esse adhuc potest dupliciter intelligi. vno modo ꝙ demonstretur per premissas proprias huic conclusioni tantum ita ꝙ mediū ex q̄ arguit non inferat nec demonstret aliam conclusionem ab ista. Alio modo probetur per cōe mediuꝫ quo probātur vniuersaliter omnia in scriptura contenta. ¶Hoc premisso ⁊ supposito cum isto ꝙ hic accipitur demonstratio non tantum pro ratione simpliciter ⁊ totaliter euidenter aduersarium conuīcente sed etiam pro quacunq que sit euidentior ꝙ̄ solutio que posset ab aliquo dari ad ipsam/ pono quatuor conclusiones.

Prima est: ꝙ ista propositio deꝰ est vnꝰ quā format comprehensor/ nō videtur sibi esse per se nota totaliter: sed est ab ipso demonstrabilis euidenter. ¶Hec probatur. quia vt dictum fuit in precedentibus omnis illa propositio est demonstrabilis: nec est per consequens per se nota/ q̄ sunt alie proprie notiores ex qbꝰ causatur assensus firmior rei per eam significate antecedenti ⁊ veritati sue ēt consequenti: sed ista ꝓpositio deꝰ est vnus: quam format comprehensor/ est talis. ergo ⁊c. ¶Minor apparet. qm̄ ꝓpositio in qua p̄dicaꝛ passionis diffinitio de subiecto notior esse videꝛ ꝙ̄ illa in qua predicatur ipsa passio diffinita. que quidē videlicet propositio constituta ex subiecto ⁊ ex diffinitione passionis est propria premissa/ videlicet minor ex qua alia puta propositio in qua p̄dicatur passio de subiecto infertur. est eñ propositio talis conclusio demōstrationis: sed vnum est passio cuius diffinitio est esse in se indiuisum ⁊ ab alio diuisum siue distinctum. ergo ista propositio deus est vnus videtur posse esse conclusio istius demōstrationis: omne in seipso indiuisum ⁊ ab alio distinctum est vnum: sed deꝰ est in se īdiuisus: ⁊ ab omni alio distinctus. ergo est vnus quare ⁊c. ¶Sed contra hoc forsitan arguetur: quoniam sicut vnuꝫ est passio ita et existens: sed ꝓpositio ista quā format ꝯprehensor/ deus existit/ est sibi euidens ⁊ ꝑ se nota vt dictum est in prīa questione huius dist. ergo nō omnis propositio in qua p̄dicaꝛ passio de subiecto est demōstrabilis. ¶Ad hoc pōt dici vel negando qđ assumitur in maiori. non enim conceptus existentie est passio sicut conceptus vnius: vel si est ꝙ non est diffinibilis sicut vnum: vel si est passio diffinibilis siue descriptibilis ꝙ deum esse potest vtiq demonstrari ex diffinitione siue descriptione existentie vel dei sumpta pro medio: nisi dicatur ꝙ licet aliqua propositio in qua predicatur diffinitio sit notior illa in qua predicatur diffinituꝫ: non tamen omnis/ sed aliqua puta ista deus existit/ quā format beatus est sibi notissima: nec per consequens est demonstrabilis per aliquam notiorem. ¶Secunda conclusio est ꝙ ista propositio deus est vnus quam format viator non est ꝑ se nota. ¶Hec apparet primo. quia non est notior ꝙ̄ propositio consimilis cōprehensoris: sed illa vt dictum est non est per se nota cū sit demōstrabilis. ergo ⁊c. ¶Scđo qꝛ nulla propositio in qua p̄dicatur de aliquo illđ qđ est singulare in eo: est per se nota illi intellectui qui de ipso non potest habere proprium cōceptum nisi ex alijs sumptū: in q̄rū nullo tale p̄dicatū propriū reperitur: sꝫ potiꝰ contrarium. ¶Hoc apparet. qm̄ si de hoīe nullus posset aliquē habere ꝯceptū nisi ab equo cōcepto abstractū/ nūꝙ̄ propositio in qua p̄dicatur risibile de hoīe esset nota sibi nec ab eo demōstrabilis ex alia notiori: ⁊ hoc quia in illo ꝙ soluꝫ sibi format notū nō risibile/ hinnibile sibi cōtrariū reperiret: sꝫ de deo nullū ī via hēmꝰ ꝯceptū: nec naturaliꝛ hr̄e possumꝰ nisi quē colligimꝰ ex creaturis p̄cōceptis. ergo nulla ꝓpō in qua p̄dicatur de deo illđ qđ est sibi proprium ⁊ cuius contrarium reperitur in oībus creaturis est viatori per se nota nec etiā demōstrabiꝛ ex alijs simpliciter per se notis: sed talis est ista propositio deus est vnus: intelligendo ipsam modo p̄expositо in articulo p̄cedenti. constat eñ ex dictis in articulo p̄cedēti ꝙ solus deus est de se vnus ratione diuinitatis: cui repugnat oīs pluralitas ⁊ diuersitas essentialis. hoc aūt modo non est vnū aliquod ens creatū. ergo ⁊c. ¶Tertia cōclusio est. ꝙ ista propositio quam format viator/ deus est vnus/ est demōstrabilis ex vnī medio quo demonstrantur alia in scriptura ꝯtēta. ¶Hec est euidēs. nec de ista est q̄stio. quoniā constat ꝙ ille due ꝓpositiones ex quibus fidei articuli demonstrātur/ modo quo super prologū fuit dictū/ nō minus ꝓbant ⁊ inferūt deum esse vnicū ꝙ̄ quēlibet aliorū fidei articulorū ⁊ quorūcūq in scriptura explicite contētoꝝ. omnia eñ in scriptura expssa ⁊ aliqua theologicis cōfessa ex illis cōsimiliter demōstrātur. nihil autē est expressius in scriptura tam noui ꝙ̄ etiam veteris testamēti ꝙ̄ vnitas dei. ergo ⁊c. ¶Quarta ⁊ vltima conclusio est. ꝙ ista ꝓpositio deus est vnus/ quā format viator/ est etiā demōstrabilis ex proprio medio demonstratione que est euidētior sua responsione. ¶Hec apparet ex rationibus factis ꝓ probatione tertie cōclusionis articuli p̄cedētis. quelibet eñ illarū ꝓbantiū deum esse per se siue de se vnū/ est euidentior ꝙ̄ solutio siue respōsio que posset dari ad ipsam: vt apparere potest eas considerare volenti. quare ⁊c. ¶Ad ꝓbandū etiā conclusionem istā: videlicet deū esse vnū/ doctor subtilis arguit primo ex infinito intellectu dei ⁊ ex infinita volūtate. ¶Scđo ex infinita bonitate: videlicet quia tūc plures dij essent diligentiores: ⁊ ꝑ consequēs meliores ꝙ̄ coꝝ aliqs per se solus: nec per consequens esset aliquis summe bonus. ¶Tertio ex potētia infinita: videlicet qꝛ eiusdē effectꝰ non possunt esse plures cause totales. ¶Quarto ex infinita pluralitate: videlicet quia si essent plures dij: non repugnaret eis diffinitiue ꝙ eēnt īfiniti: cū nec dei diffinitio tunc magis ꝙ̄ nūc diffinitio hominis sibi determinet certum numerū hominū/ sibi determinaret certum numerum deorum. ¶Quīto ex necessitate. quia si essent duo necesse eēt/ ꝙ eorū diffinitioni specifice nō repugnaret ꝙ alio conuenirēt: ⁊ alio differrent: nec per consequēs ꝙ cōpositi existerent. sed iste oēs rationes doctoris vt videꝛ probabiliores sunt si bene deducātur ⁊ intelligantur ꝙ̄ respōsiones q̄ darētur ad ipsas. ergo ⁊c. ¶Sed sunt hic duo dubia: quoꝝ primū ē an ꝯclusio ista possit demōstrari a viatore sicut a ꝯꝓhēsore: videlicet ꝑ descriptionē vnitatis arguēdo sicut arguebatur superius deuꝫ esse vnū: quia est in se indiuisus ⁊ ab omni alio distinctus. ¶Secundū est. an beatus per medium supradictū probet deū esse vnū absolute tātū: modo quo est vnū etiā quodlibet ens creatum vel per se siue de se/ modo videlicet p̄exposito quo solus deus dicitur vnus. ¶Ad primū videꝛ dicēdum ꝙ nō. quoniā licet easdē p̄missas in significando quas format comprehensor formet viator: nō tamē sunt idem in essendo/ sed alterius ratiōis. ⁊ ita ista minor quā format viator ex qua cōclusionē istā ꝓbat comp̄hensor: videlicet ꝙ deus est in se indistinctus: ⁊ ab omnibꝰ alijs distinctus: nō est sic euidens: nec ꝑ consequēs ad cōclusionē istā ꝓbandā sufficiēs/ sicut est illa quā format cōprehensor. ¶Ad secūdū dicēdū est ꝙ alia est descriptio vnitatis singularis absolute qua aliqd dicitur vnū ꝑ se qꝛ nō ꝑ aliquid sibi additū ab ipso distīctū modo quo qđlibet ens vt dictū est dicitur ꝑ se vnū: ⁊ alia vnitatis singularis qua aliquid dicitur vnū per se primo vel secūdo modo dicēdi per se/ modo quo deus dicitur per se vnus numero. Descriptio eñ vnitatis primo modo sumpte est esse indiuisum in se: ⁊ ab omni alio numero diuisum: ⁊ per istam ꝓbat beatus deū esse vnicum absolute. Descriptio autē vnitatis singularis secūdo modo sumpte est esse aliquid qđ sibi ex diffinitione sua determinat vnicum singulare tātū: a quo differre sibi repugnat in secūdo modo dicendi per se. ⁊ ꝑ istā potest ꝓbare beatus deum esse alio modo vnū: videlicet illo modo expresso superius quo nullum aliud ens ab ipso est possibile esse vnum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

QVarto quero: vtrum deū esse trinū personaliter sit ꝑ se notū vel demōstrabile euidenter. ¶Et videꝛ ꝙ sic. qm̄ ꝑsonarū trinitas ⁊ essentie vnitas idē dicunt totaliter in diuinis. sed essentialis vnitas est demonstrabilis. ergo et trinitas ꝑsonalis. ¶Contra. quia naturaliter inintelligibile nō est demōstrabile. sed trinitas personarum diuinarū est naturaliter inītelligibilis a quocūq ītellectu creato. ergo ⁊ indemōstrabilis. ¶Responsio. vbi sic ꝓcedam. primo eñ inquirā an huiusmodi trinitas personarū diuinarū sit demōstrabilis absolute. Scđo vtrum a nō beato tn̄ supnaturaliter eleuato. Tertio si ab intellectu separato in puris naturalibus cōstituto. Quarto si ab intellectu cōiūcto simpliciter in solis naturalibus sumpto.

Quātum ad primū est opinio cuiusdā moderni ponētis quatuor cōclusiones. ¶Prima est. ꝙ trinitas ꝑsonarū nō est demōstrabilis absolute. ¶Hec probaꝛ. qm̄ nulla ꝓpō ꝑ se nota est demōstrabilis ab illo cui est per se nota. sed trinitas personarū est ꝑ se nota cuicūq ipsam intuēti ⁊ ꝑ ꝯsequēs cuilibet beatoꝝ. ergo nō est demōstrabilis ab aliquo coꝝ. ¶Secūda est. ꝙ si per impossibile ostendereꝛ alicui diuina essentia intuitiue nō ostensis tribus personis nec cōmunicabilitate essentie: tali intellectui posset demōstrari ꝙ diuina essentia est cōmunicabilis. ¶Hec ꝓbaꝛ. qm̄ omnis ꝑ se passio nō nota de subiecto euidenter cognito potest demonstrari de ipso sic euidēter cognito tali intellectui ipm̄ euidēter cognoscenti. sed cōmunicabilitas est passio diuine essentie. ergo ⁊c. ¶Tertia cōclusio est: ꝙ nulla relationū diuinarum posset de diuina essentia tali intellectui demōstrari. ¶Hec ꝓbatur. qm̄ oīs ꝑ se passio demonstrabilis de subiecto cōcomitatur ipsum vbicunq reperiatur. sed nulla relationū ꝑsonarū cōstitutiuarum concomitatur essentiam vbicūq repertā: cū essentia sit in oībus personis in quarū nulla est aliq relatio originis. ergo ⁊c. ¶Quarta ⁊ vltima quā ponit/ ē ꝙ trinitas formaliter ⁊ actualiꝛ nūꝙ̄ demonstrari potest. ¶Hec ꝓbaꝛ. qꝛ omne constans ex indemonstrabilibus est indemonstrabile. sed trinitas cōstat ex relationibꝰ indemōstrabilibꝰ. ergo ⁊c. ¶Ultimo addit ista opinio ꝙ quia ī diuinis nō est aliqua aptitudo ad intra ab actu separata: nec ꝑ ꝯñs diuina essentia potest demōstrari cōmunicabilis: quin eo ipō ꝯsequēter inferaꝛ ꝙ est de facto cōicata. sicut si homo esset actꝰ purus ⁊ necessarius/ omnis demōstrans eū risibilem demonstraret ipm̄ actu esse ridentem. ideo due cōclusiones vltime supradicte in quibus dicitur ꝙ nec relatio originis nec trinitas est demōstrabilis sunt intelligēde de demōstratione hoc primo demōstrante: nō autē de illa qua antecedēter demōstrareꝛ ꝙ diuina essentia est cōicabilis ex qua ꝑ ꝯñs argueretur ꝯsequenter ꝙ esset actualiter cōicata. ¶Sed ista opinio ē irratiōabilis ⁊ inepta quātum ad oīa supradicta in ea contēta: vt patet ꝑ singula discurrēdo. vnde primo arguo contra primā ꝯclusionem sic. potens habere p̄missas sufficiētes ad cōclusionē aliquā demōstrabilē īferēdā potest ex illis ꝯclusionē huiusmodi demōstrare. sed trinitas ꝑsonarū est demōstrabilis de deo: ad quā demōstrādā de ipso potest beatus habere

premissas sufficientes.ergo ꝛc. ¶ Maior est euidēs. Pro
batio minoris.qm̄ vt concedis ꝛ expresse ponis in princi
pio sequentis articuli huius questionis/ oīs intellectus
habēs de diuina essentia notitiā abstractiuā causatā me
diante specie ꝓpria eius repn̄tatiua potest demōstrare
ipm̄ esse cōmunicabilē tribus:ꝛ ꝑ ꝯn̄s deum esse persona
liter trinū:cū in diuinis nō sit aptitudo separata ab actu
sed beatus mediante notitia intuitiua potest de deo for-
mare notitias abstractiuas eiusdē rationis cū notitijs
abstractiuis possibilibus haberi mediante specie supra
dicta vel perfectiores eis:ꝛ ꝑ ꝯn̄s potest ex illis forma-
re p̄missas cōsimiles illis vel euidentiores:ex quibus ali
quis habēs speciē supradictā diuine essentie repn̄tati-
uam demōstraret huiusmodi ꝯclusionē.ergo ꝛc. ¶ Con-
firmatur.quia vt dictū fuit in p̄cedētibus/ beati nō tātū
habēt de deo notitiā intuitiuam:sed multiplicem abstra
ctiuā intuitiua mediante causatā:sed tales habētes no-
titias icōplexas possunt ex eis formare cōplexas: puta
ꝓpōnes ipsas: inter quas si alique se habēt ad alias vt p̄
misse ad ꝯclusionē possunt ex talib' ipsaȝ inferre ꝛ ꝓba
re.ergo cū deum esse personaliter trinū sit ꝯclusio demō-
strabilis/vt ē ꝓpō formata ex notitijs abstractiuis/ ꝛ ta
lis sit beato possibilis cum p̄missis ad eius ꝓbationem
necessarijs:per ꝯsequens sequitur propositum videlicet
ꝙ ipa erit demōstrabilis a beato. ¶ Nec valet ratio quā
adducit: quoniam quādo dicit ꝙ nulla ꝓpositio ꝑ se no
ta est demōstrabilis ab illo cui est ꝑ se nota/ cōcedo. Sed
tunc quādo dicitur in minore ꝙ trinitas personarū est ꝑ
se nota beato ipsam intuenti/ dico ꝙ licet sit ipi ꝑ se nota
notitia incōplexa intuitiua beata qua ipsam vt eius ob
iectū propriū sicut visum intuetur:nō tñ ꝓpositio cōple-
xa ex abstractiuis notitijs cōstituta:in qua trinitas ipsa
p̄dicat de deo/est ꝑ se nota: sed demōstrabilis ex alijs no
tioribus:nō minus a beato ꝙ̄ ab alio nō beato.non enim
quia color visus est videnti ꝑ se not' ꝛ nō ceco/est minus
demōstrabilis omnis ꝓpō de ipso formabilis a vidente
ꝙ̄ a ceco.quare ꝛc. ¶ Secūdo arguo contra secundā cō-
clusionē. qm̄ aut intelligis diuinam essentiā esse cōmu-
nicabilē posse tali intellectui demōstrari a seipso: aut ab
alio intellectu creato: aut supnaturaliter tm̄ a deo. Si di
cas ꝙ a seipso/cōtra primo.quia nullus intellectus cre-
atus potest naturaliter intelligere:nec ꝑ ꝯsequēs demō
strare de aliquo aliquā aptitudinē nisi a posteriori pro-
pter actum inexistentē. ¶ Hec sepe fuit in diuersis passi
bus declarata in quibus ostēsum est ꝙ nullus quātum
cūqȝ intuitiue intelligeret hominē posset cognoscere ipȝ
esse risibilem nisi cū aliquādo videret ridentē:nec vnum
ignem esse alterius ꝓductiuū nisi ad vnū videret vel ali-
quādo vidisset sequi alterū:ꝛ sic de quolibet alioꝝ apti-
tudinē importantiū : sed esse cōmunicabile dicit aptitu-
dinē sicut ꝛ risibile. ergo nō magis videns essentiā diui-
nam nō cōmunicatā posset naturaliter intelligere: nec ꝑ
cōsequēs demōstrare eam esse cōmunicabilē: ꝙ̄ videns
hominē nūꝙ̄ risisse intelligeret vel demōstraret ipm̄ risi
bilem esse. ¶ Secūdo : qꝛ nō magis videns essentiā non
cōmunicatā potest intelligere nec demōstrare ipsam esse
communicabilem ꝙ̄ videns ipsam actu cōmunicatam.
¶ Hoc apparet ꝑ exēplū de duobus:quoꝝ vnus videret
hominē actu ridentē:ꝛ alius nō ridentē. non enī primus
minus ꝙ̄ secūdus posset intelligere ꝛ demōstrare hoīem
esse risibilē.sed beatus videt diuinā essentiā tribus per-
sonis actu cōmunicatā:ꝛ tñ nō potest vt dicis demōstra-
re ipsam esse cōmunicabilē.ergo multo minus hoc face-
re possent q̄ ipsam nō cōmunicatā actu intelligeret.qua
re ꝛc. ¶ Ex eisdē apparet: ꝙ nec potest intelligi secundo
modo: videlicet ꝙ tali intellectui posset ab aliquo alio
intellectu creato huiusmōi ꝯclusio demōstrari: quia nec
non videnti hominē actu ridentē potest aliquis natura-
liter demōstrare ꝙ homo sit risibilis magis ꝙ̄ videnti ipȝ
actu ridere. ¶ Preterea:quia licet vnus intellectus cre
atus possit instruere: ꝛ docere aliū mediātibus aliquib'
signis rerū de quibus est eruditio expssiuis: nō tñ potest
vnus docere alium causando in ipso aliquem intellectio
nis actū incōplexū nec cōplexū:nec ꝑ ꝯsequēs ꝯclusionē
alicuius demōstrationis:nec aliquā p̄missarū.quare ꝛc.
¶ Si autē intelligat tertio modo:videlicet ꝙ talis de-
mōstratio sit possibilis supnaturalit̄ a deo/ contra: quia
aut huiusmodi ꝯclusio puta essentiā diuinā esse cōmuni
cabilē/est demōstrabilis nō videnti essentiā cōmunicataȝ
vel nō.si nō:ergo nō potest ab aliquo tali intellectui de-
monstrari.nec enī qđ est impossibile potest deus. si autē
dicatur ꝙ ē demōstrabilis/nulli est dubiū quin possit su
pernaturaliter tali itellectui demōstrari. ¶ Ad rationē
eius quando dicit ꝙ omnis passio potest demonstrari de
suo subiecto cognito euidēter: Si intelligas ꝙ possit de
ipso sic cognito euidēter demōstrari supnaturaliter: hoc
nulli est dubiū:supposito ꝙ ꝓpō ex tali passione ꝛ subie-
cto sic cognito euidenter sit demōstrabilis. Si autē intel
ligas cuiuscūqȝ talis ꝓpōnis demonstrationē esse possi-
bilem naturaliter / sic est falsuȝ tā de passione importāte
rē a subiecto differētē sibi actualiter inherentē: vt calor
inheret i igne:ꝙ̄ etiā de alia iportāte rē aptitudinaliter
existētē:vt risibile in hoīe.cū enī oīs cognoscēs distincte
ignē ꝛ euidēter nec demōstrare nec scire posset eū esse calē
dū:ita nec cognoscēs distincte ꝛ euidēter hominē demon
straret eum esse risibilē:nisi actu ridēdi sibi inexistere ali-
quādo cognouisset.quare ꝛc. ¶ Tūc ad rationē in forma
cōcedo maioreȝ:videlicet ꝙ omnis passio de subiecto co
gnito euidēter nota est demōstrabilis:sino est actualiter
demōstrata:supposito ꝙ sicut subiectū est notitia simplī
ci incōplexa cognitū euidēter/ita ꝛ passio sit de eo mediā
te notitia cōplexa cognita euidēter. nec enī ꝯclusio de-
mōstrabilis dicitur euidēs notitia quousqȝ ē ex p̄missis
demōstrationis illata:cū illis mediātibus efficacior seu
firmior p̄beat assensus rei significate ꝑ ipsam ꝙ̄ sine eis.
¶ Et quādo postea addit in minori ꝙ cōmunicabilitas
est passio essentie diuine/detur etiā totū hoc:quia nec ex
istis p̄miss's sequitur ꝯclusio quā intēdis: quia licet cō-
municabilitas sit passio deitatis: non tamen est nota de
ipsa licet euidēter cognita ab illo qui eā videlicet deita-
tem cognosceret actu nō cōmunicatā.quare ꝛc. ¶ Pre-
terea maior huius rationis sue ꝯtradicit euidēter ꝯclu-
sioni p̄dicte sue prime.qm̄ notior est videnti diuinā essen
tiam cōmunicatā ꝙ̄ nō videnti ipsam cōmunicatā cōmu-
nitas de ipsa diuina essentia:sed vt dicit maior huius ra
tionis/ oīs passio nota de subiecto euidenter cognito est
demōstrabilis de ipso intellectui eā sic cognoscenti.ergo
magis beato videnti essentiā cōmunicatā ꝙ̄ alteri viden-
ti ipsam nō cōmunicatā est demonstrabile ipsam esse cō-
municabilē:qđ est cōtra primā ꝯclusionē . ¶ Tertio ar-
guo cōtra tertiā ꝯclusionē.quoniam omnis ꝓpositio ne
cessaria non ꝑ se nota videt esse demonstrabilis: vel in se
ipsa vel in aliqua sibi equipollēti alia:sicut in questione
secūda hui' distinct. fuit supius declaratū.sed ista ꝓposi
tio /diuina essentia est filiatio paternitas ꝛ spiratio/ ꝛ ꝑ
ꝯsequēs tres persone/est vera ꝛ necessaria: nec tñ est ꝑ se
nota vt a viatore nec etiā vt a cōprehēsore formata. er-
go ꝛc. ¶ Confirmatur.quia oīs ꝓpositio nō ꝑ se nota cu
ius p̄dicatū dicitur de subiecto in scđo modo dicendi per
se est demōstrabilis.sed talis est ꝓpō supradicta : in qua
relationes originis de diuina essentia predicātur. q̄libet
enim relatio originis dicitur de essentia nō in p̄mo:sed in
secūdo modo dicēdi ꝑ se:vt videbitur postea in questiōe
alia:nec aliqua ꝓpō in qua p̄dicatur aliqua ipsarū de ea

est per se nota.ergo ꝛc. ¶ Ad rationē in cōtrariū quādo
dicitur ꝙ nulla relatio cōcomitatur essentiā diuinā vbi-
cūqȝ repertā/ dico ꝙ ipsa relatio oīs originis ꝯcomitat
essentiā diuinā nō sicut ꝯsequēs antecedēs ab ipso diffe
rens:sed sicut illud qđ est ab ipsa indistinctū penitus in
re extra: vt videbitur in q̄stione alia:nec ꝑ ꝯn̄s est inter
ipsa talis cōcomitantia ꝓprie dicta. ¶ Et quādo dicitur
ꝙ nulla relatio originis est in oībus personis: Dico ꝙ
licet ista sit vera sane intellecta vt exponetur in questi-
one alia: tamē cū ipsa stat ꝙ quelibet relatio originis est
res puta deitas ipsa que est omnis ꝑsona.sed magis pa-
ternitas diuina cōcomitatur oēs personas: quia est res
a personis oībus indistincta/ꝙ̄ si esset in oībus vt ali-
quid distinctū ab oībus. vel esto ꝙ hec inter alia non sit
cōcomitantia ꝯcedēda:cū concomitantia videat impor
tare vel supponere diuersa aliqua in re extra saltem /nō
minus de essentia est demōstrabilis ꝛ scibilis oīs relatio
originis:quia oīs relatio originis est essentia ipsa que est
omnis persona:ꝙ̄ si oīs relatio esset i omni persona sicut
essentia:nō tamē esset res que est oīs persona. quare ꝛc.
¶ Ex predictis ergo apparet ꝙ falsa est ꝯclusio quarta
quā ponit:quia vt p̄dictū ē quelibet relatio originis est
predicabilis de diuina essentia in scđo modo:nec tñ ꝓpō
in qua p̄dicatur est ꝑ se nota.ergo ꝛc. ¶ Ad rationē eius
apparet ꝙ nō concludit: quia ꝛ principium petit ꝛ fal-
sum est qđ accipit quādo dicit ꝙ relationes sunt idemō
strabiles.hoc enī est qđ hic queritur ꝛ negatur.quare ꝛc.
¶ Qđ etiā addit vltimo ista opinio ad expositionē dua
rū eius ꝯclusionū vltimarum/ nō videtur verū qm̄ vt di
ctū est essentia nō potest naturaliter demōstrari cōmuni
cata quia cōmunicabilis:cū non possit realiter intelligi
naturaliter cōmunicabilis nisi qꝛ cōmunicata:sicut nec
homo risibilis nisi qꝛ actu ridens:sed i demōstrationib'
non potest esse circulus: videlicet vt p̄ncipiū sit ꝯclusio
et ecōuerso.ergo ꝛc. ¶ Confirmatur.quia cū dicis ꝙ di-
uina essentia poterit demōstrari cōmunicata quia cōmu
nicabilis/q̄ro a quo itelligis ꝓprietatē posse demōstrari
esse cōmunicatā actualiter isto modo: videlicet quia est
cōmunicabilis? ꝯstat ꝙ nō nisi ab illo qui ipsam scit ꝛ in
telligit esse cōmunicabilem.ille enī qui eā non intelligit
esse cōmunicabilē quō eā poterit demōstrare esse cōmu-
nicatā ꝑ medium sibi ignotū puta per huiusmodi cōica-
bilitatē ab ipso vt supponitur ignoratā? sed beatus qui
videt diuinā essentiā ꝛ eius cōmunicabilitatē nō potest
demōstrare scđȝ primā eius ꝯclusionē ipsaȝ esse cōmuni
cabilē:nec actu cōmunicatā:alias posset demōstrare per
sonarū trinitatē: qđ negat.ergo multo minus potest de-
mōstrari ipsam esse cōmunicatā : quia cōmunicabilē ab
aliquo alio diuinā essentiā nō vidente vel ipsam intuēte
vt absolute sumptā/non autem vt actu communicatam.
quare ꝛc.

Et ideo quantum ad istum articulum
aliter est dicendū. Ad cuius euidentiā est sciendū ꝙ bea
tum deū intuitiue videntē ꝛ trinitatē personaꝝ/posse de
mōstrare trinitatē ꝑsonarū/pōt tripliciter itelligi. Uno
modo ꝙ demōstret ꝯclusionē istam videlicet ꝙ deus est
trinus personaliter seu tres persone ꝑ actū beatificum
ipa:licet em̄ oēs ꝑsone inter se realiter sint distincte sūt
tamen essentialiter indistincte:ꝛ ꝑ ꝯn̄s licet sint plures
res personaliter sunt tm̄ vnica res essentialiter ab eis oī
bus indistincta totaliter ī re extra.quare ꝛc.¶Sed cō
tra ꝯclusionē istā forsitā arguetur/ꝛ primo cōtra primā
partem.quia omnia predicamenta sunt realiter distin-
cta:sed productio in creaturis est alterius predicamen
ti a suis extremis.ergo est distincta ab eis.¶Secundo
contra secundam:quia impossibile est vnam rem esse ꝓ
ductam ꝛ non productam/producentem ꝛ non produ-
centem:sed omnis persona diuina est producens vel
ꝓducta ipsa autem essentia nec est producens nec pro
ducta.ergo ab omnibus personis realiter est distincta:
nec per consequens persone omnes sunt vna essentia.
quare ꝛc.¶Ad primum concedo ꝙ omnia predicamē
ta vt quidditatiue sumpta:videlicet vt p̄dicamētū im-
portat collectionem ꝛ multitudinem diuersorum conce
ptuum predicabilium realiter sunt distincta:nō aūt oīa
sed tantummodo aliqua sunt distincta vt significatiue
hoc est pro rebus per ipsa significatis accepta.et ita
licet predicamentum actionis formaliter seu quiddita
tiue acceptum sub quo vel in quo vt signatum in signo
est omnis actiua productio creature/sit distinctum ab
omni p̄dicamēto alio absoluto cōsimili mō sumpto:in q̄

predicamento similiter vt signatum in signo est omnis creatura absoluta producēs ⁊ ꝓducta:nō tamē ex hoc sequit̃ aliqua diuersitas ex parte rerū significatarū:vt alias est prolixius declaratū.quare ⁊c. ¶Ad secunduꝫ cōcedo maiorē sic intelligēdo ipsaꝫ:ꝙ omne producens ⁊ productū est essentialit̃ nō tantū realiter distinctuꝫ ab illo qđ nō est realiter ipsuꝫ ꝓducens suppositū nec ꝓductū. ¶Tūc ad minorē quādo dicit̃ ꝙ essentia diuīa nec est producēs nec ꝓducta:dico ꝙ ista vt sub maiore modo p̄expositō intellecta accepta est falsa:qm̄ constat ꝙ ipsa diuina essentia est pater generās:filius genitꝰ ⁊ spiritussanctus spiratus:qꝛ tñ diuine essentie vt indifferenter se habet ad tres ꝑsonas nō cōuenit ꝑ se primo generare nec generari/nec ꝓducere nec ꝓduci:ideo dicit̃ isto modo ꝙ nec est ꝓducēs nec ꝓducta:nec tamē ex hoc sequit̃ ꝙ a personis realiter sit distincta.q̄re ⁊c. ¶Quarta ⁊ vltima cōclusio est:ꝙ ista ꝓpositio sane intellecta ē vera ⁊ a catholico cōcedēda/omnis diuina ꝓductio est eliciens seu ꝓducēs vel elicita seu producta. ¶Hec probat̃.qm̄ actiua ḡnatio non est aliud in re extra q̄ pater: nec em̄ pater est aliquid ab actiua ḡnatiōe distinctū:generatio etiā passiua est idē cōuertibilit̃ cū filio:spiratio actiua idē cū patre ⁊ filio:⁊ passiua idē cū spiritusancto ergo nō minus videt̃ ista cōcedēda/generatio actiua vł paternitas generat/q̄ ꝙ pater generat.⁊ sic de alijs.q̄re ⁊c. ¶Confirmat̃.qꝛ subiectū huius ꝓpositionis/generatio actiua vel paternitas generat/non videt̃ ꝓ alio posse supponere q̄ pro patre:sicut nec subiectum hm̄oi spiratio actiua spirat/pro alio q̄ ꝓ patre ⁊ filio.nec subiectū huius/ḡnatio passiua generat̃/pro alio q̄ pro filio nec subiectū huius/passiua spiratio spirat̃/pro alio q̄ ꝓ spiritusancto.sed omnis illa propositio est vera in qua generare predicat̃ de subiecto supponēte ꝓ patre:⁊ generari de alio supponēte pro filio.⁊ sic de alijs.ergo ⁊c. ¶Nec valet si cōtra rationē istā instetur:qꝛ nec diuina essentia est aliquid distinctū a ꝑsona:nec tamē sequitur ꝙ generet nec generet̃:qꝛ licet diuina essentia nō sit distincta a persona aliqua:est tamē alia ꝑsona distincta ab illa:cuius ꝯtrariū est in ꝓposito:qꝛ nec diuīa generatio actiua distinguit̃ a patre:nec est aliqua alia persona ab ipsa distincta:⁊ ita de generatione passiua respectu filij ⁊ de spiratione passiua respectu spūssancti ꝯsilr̃ est dicēdum.quare ⁊c. ¶Sed cōtra istā conclusionē aliqui arguūt dicētes:ꝙ nullo modo aliqua productio potest dici in diuinis elicita seu producta. ¶Quod probāt primo.qꝛ nec actionis est actio nec productiōis productio:sed omnis producti est productio.ergo ⁊c. ¶Secūdo.qꝛ nulla origo primi p̄suppositi originati est originata seu ꝓducta:sed ḡnatio passiua in diuinis est origo primi suppositi originati.ergo ⁊c. ¶Maior probatur.quia nullū prius primo originato est originatū:sed generatio passiua cum sit primi originati videlicet filij cōstitutiua/est aliquo ordine prior ipso:sicut constituens constituto.ergo non potest esse producta. ¶Consimiliter per eandeꝫ rationeꝫ probaretur:ꝙ nec generatio actiua posset dici generans seu producens:quoniam nulluꝫ prius primo producente est producens:sed actiua generatio cum sit constitutiua patris primi producentis est aliquo ordine prior ipō.ergo ⁊c. ¶Preterea ad idem potest argui: quia vt dictum fuit in precedentibus tam actiua productio q̄ passiua dicunt vtrumq̄ extremorum producens videlicet ⁊ productum.ergo cuꝫ generatio actiua ⁊ passiua distinguāt patrem ⁊ filium:non magis hec erit vera/generatio actiua generat vel passiua generatur:q̄ ista pater ⁊ filius generant vel generantur. ¶Ad primum concedo ꝙ generationis seu productionis accepte pro aliquo a producente ⁊ a producto distincto:nō est productio:quia nec talis productio est possibilis in diuinis nec etiam in creaturis:bene tamen productionis passiue pro producto sumpte est productio actiua: videlicet res illa a qua est res alia producta:sed hoc modo sumitur tam in creatis q̄ in diuinis actiua productio ⁊ passiua.ergo ⁊ cet̃. ¶Ad secundum concedo maiorem:intelligendo per originem aliquid ab originante ⁊ ab originato distinctum:sed tunc minor sub maiore sic intellecta accepta est falsa:vt probatū est supra. ¶Nec valet ratio que pro ipā adducitur:quia accipit duo falsa:quorum primum est ꝙ persona diuina sit realiter cōstituta:hoc siquidem non est verum:vt in distinctione.ij. superius fuit dictum. ¶Secūdum est.ꝙ generatio passiua sit prior filio.nihil em̄ est prius filio nisi pater:⁊ ita si per generationem passiuam intelligas aliquid a patre distinctum:falsuꝫ est qđ accipis.quare ⁊c. ¶Ad tertium qđ arguit de ḡnatione actiua consimiliter est dicēdum:qꝛ nec prima persona est realiter cōstituta magis q̄ cōposita:nec generatio actiua est prior ipsa:sed ab ea totaliter distincta.quare ⁊c. ¶Ad vltimuꝫ dico ꝙ non magis generatio actiua q̄ pater connotat filium vt suū terminum correlatiuum:⁊ ita sicut pater in ista propositiōe:pater generat filiū:supponit pro prima ꝑsona tātum:alias propositio esset falsa:ita ⁊ de ista/generatio actiua vel p̄rnitas diuina ḡnat:vel ḡnatio passiua vel filiatio generatur:consimiliter est dicendum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis tā in vltimo q̄ ī prīo articulo q̄stionis.

SEcūdo quæro.Vtrum hęc propositio/deus generat deum/sit vt vera a quolibet catholico cōcedenda. ¶Et videtur ꝙ sic.qꝛ pater generat filiuꝫ/sed pater generās est deus:⁊ etiā filius genitus est deus:ergo deus generat deū.pater etiā ⁊ filius spirant spiritumsanctuꝫ:sed vtraq̄ persona spirās vcꝫ ⁊ spirata est deus.ḡ ⁊c. ¶Cōtra.qꝛ deus est tres ꝑsone/sꝫ tres ꝑsone nec ꝓducūt nec ꝓducunt̃.ergo ⁊c. ¶Responsio vbi sic procedā.primo enim premittā de propositione ⁊ terminorum eius suppositione vnam distinctionem. Scđo dicā ad q̄stionē.

Quantū ad primum supposito ex aliis sepe dictis:ꝙ propositio non constat ex rebus signatis sed ex signis siue terminis vel vocalibus vt vocalis:vel mētalibus puta ꝯceptibus vt mētalis.distinctio p̄mittenda de propositione et terminorum eius suppositiōe est ꝙ propositio est duplex ⁊ eius suppositio multiplex. ¶Ad cuius euidentiam est sciendum ꝙ quedaꝫ propositio est cuius termini licet sint numero distincti quia īpossibile est aliquam propositionē constare ex solo vno termino numero:sunt tamen eiusdem speciei.⁊ talis ꝓpositio dicitur oīs illa in qua ideꝫ predicatur de seipso vt homo est homo/vel albedo est albedo:nō enim idē numero dicit̃ predicari de seipso:qꝛ hoc est impossibile:tūc enim propositio constaret ex solo vno termino/cum idē numero terminus esset predicatum ⁊ subiectum:qđ fieri non potest:sed dicitur idem specie predicari de seipso quia videlicet subiectum ⁊ predicatum sunt duo vocacales vel mentales termini eiusdē speciei ⁊ oīno eiusdē rei numero significatiui. Alia est propositio cuius termini sunt voces vel conceptus alterius speciei vt om̄is illa in qua non sic idem predicatur de seipso/vt homo ē animal/sortes vel deus est ens:⁊ similes:quarum cuiuslibet predicatum ⁊ subiectum tam secundum se sumpta q̄ etiam aliquo mō vt comparata ad ipsorum significata dicuntur esse alterius rationis.licet enim conceptꝰ superior significet idem numero qđ importat cōceptus

inferior/vt cōceptus entis illud idē qđ significat conceptus dei/⁊ ꝯceptus aīalis illud idē qđ cōceptus hoīs ⁊ sortis:nō tñ significat illud p̄cise/sed multa alia ab illo alterius rōnis:cuius ꝯtrariū est de prima ꝓpōne:in q̄ idē specie dicit̃ p̄dicari de seipso hoc est de alio eiusdē spēi cū ipso.tales eñ termini idē oīno significant adequate/nec aliq̄d ꝑ vnū nisi qđ ꝑ alterū iportat̃.Et ideo ī tali ꝓpōne dicit̃ p̄dicari idē de seipō:qꝛ licet p̄dicatū sit realiter differēs a subiecto:tñ vtriusq̄ p̄dicati vcꝫ ⁊ subiecti significatū est oīno idē numero:rōne cuius significati soliꝰ est vera oīs talis ꝓpō.nulla eñ talis affirmatiua ꝓpō pōt eē vera ciꝰ t̃minis vcꝫ p̄dicato ⁊ subiecto supponētibꝰ ꝓ seipsis:sed tm̄ ꝓ significato ipsoꝝ.qđ apparet/qm̄ ipossibile est ꝓpōnes cōtradictorias simul existere veras.ergo oīs illa affirmatiua est falsa cui cōtradictorie opposita negatiua est vera:sed oīs ꝓpō negatiua in q̄ idē p̄dicat̃ de seipso mō p̄expositō est vera eius t̃minis supponētibꝰ pro seipsis:sicut ista/hō nō ē sortes/sortes nō est sortes:⁊ sic de alijs:qm̄ cū vt dictū est subiectū taliū oīm sicut et quarūlibet aliarū sit realiter a p̄dicato distictū/licet eiusdē rei cū ipō significatiuū:ꝑ ꝯñs oīs ꝓpō in q̄ vnꝰ taliū terioꝝ negat̃ ab alio/est vera:sed talis est oīs illa in qua idē p̄dicat̃ negatiue de seipō eius terīs supponētibus ꝓ seipsis.ergo nulla affirmatiua ipsi ꝯtradictoria est vera eius terminis supponētibꝰ cōsimiliter:sed aliter puta ꝓ significato tm̄ ipsoꝝ/rōne cuius dicit̃ ꝓprie idē p̄dicari de se nō rōne terioꝝ:cū vnꝰ terminꝰ nō sit aliꝰ sed sit ab ipō numero distinctus:licet specie idistictus:ꝓpō affirmatiua est vera. ¶Ex hoc sequit̃ corollarie ꝙ ī nulla ꝓpōne in qua idē dicit̃ p̄dicari de seipō vere affirmatiue esse pōt suppositio materialis. ¶Ad cuius euidentiā est sciēdū ꝙ licet sit tm̄ in vlī duplex supradicta ꝓpē:triplex tñ dicit̃ eē ī propōnibꝰ suppositio:vcꝫ materialis/simplex/⁊ personalis. Suppō materialꝭ est ī oī illa ꝓpōne cuꝰ terminus subiectus supponit nō pro suo significato extra disticto ab oī signo/sed vel pro seipō vt ī propōne vocali qua dicit̃ ꝙ hō ē nomē/vel pro alio signo ꝑ ipꝫ significato vt ī ꝓpōne formata ī mēte qua dicit̃ ꝙ cōceptꝰ entis est qualitas vel trāscēdēs.talis eñ mētalis propōnis subiectū nō pōt esse cōceptus rectus deo ⁊ creature cōmunis: sed cōceptus reflexus teriatus ad rectū conceptū vt ad eiꝰ obiectū.qđ pōt euidēter ꝓbari.qm̄ de nulla re nisi sit p̄intellecta aliq̄d p̄dicat̃ ī propōne formata ī mēte:q̄ q̄dā res intellecta siue sit cōceptus siue aliud nō est talis propōnis subiectū/sed ipā eius intellectio qua dicit̃ existere intellecta.nullus eñ mētis ꝯceptus pōt esse seipso sed tm̄ mediāte actu alio intellectus.ḡ ꝯceptꝰ entis deo et creature cōīs ī mēte formatꝰ:licet nō intellectꝰ sit veraciter p̄dicabilis ⁊ subijcibilis ī aliq̄ propōne ī mēte formata.pōt eñ aliqđ obiectū icognitū eē propōnis mētis subiectū sicut ⁊ p̄dicatū.qꝛ nec sbiectū nec p̄dicatū oportet eē p̄cognitū:sed eē ipm̄ ꝯceptū quo itelligit̃ vtriq̄ significatū.tñ de nulla pōt verificari p̄dicatū aliciꝰ ꝓpōnis mētalis nisi de p̄cognita ꝑ eius subiectū.sed hoc p̄dicatū qđ ē q̄litas vel trāscēdēs verificat̃ ī ꝓpōne p̄dicta de ꝯceptu entis cōi deo ⁊ creature.nullus eñ aliꝰ est trāscēdēs.ḡ oportet istū ꝯceptū eē itellectū a formāte istaꝫ propōnē ꝑ ipm̄ propōnis subiectū.ex quo sequit̃ ꝓpositū vcꝫ ꝙ huiꝰ ꝓpōnis subiectū/ꝯceptꝰ entis est trāscēdēs/est cōceptus reflexus teriatus ad ens trāscēdēs ⁊ ꝓ ipō supponēs:cū si pro seipō supponeret propō falsa esset:qꝛ nec cōceptus reflexus q̄lis est ipe/dicit̃ esse trāscēdēs:⁊ tñ hoc nō obstāte est hec suppositio materialis sicut ⁊ in ista/hō est nomen:vel esto ꝙ aliter q̄ ī ista:qꝛ huius subiectū supponit pro seipō:illiꝰ aūt subiectū supponit ꝓ alio vcꝫ ꝓ ꝯceptu recto ciꝰ obiecto:tñ vtraq̄ ē materialis:qꝛ vtrobiq̄ ē suppositio pro signo. Vnde duplex pōt distingui suppositio materialis.vna in qua terminꝰ supponit pro signo nō significato ꝑ ipsum terminū supponētem esto ꝙ per alium puta per predicatum de eo:vt cum dicitur/homo est nomen.hic enim homo supponit pro seipō: q̄ videlicet homo ī ista propositione terminus subiectus est signū non significatū ꝑ seipsum:esto ꝙ ꝑ p̄dicatum. Alia aūt suppositio materialis est in qua terminus supponit pro signo alio a seipō et ꝑ seipm̄ significato:vt cū dicit̃ ens est transcēdēs. Ex quo apparet illud assumptū supius declarādū:videlicet ꝙ in nulla propōne affirmatiua in qua idē p̄dicatur de se vere/pōt eē suppositio materialis.qm̄ oīs propō talis in qua esset suppositio materialis eēt falsa:cū nūq̄ sit vera nisi p̄cise rōne eiusdē rei ꝑ vtrūq̄ propōnis terminū p̄dicatū vcꝫ ⁊ subiectū significate.quare ⁊c. ¶Sic ergo apparet prima suppositio vcꝫ materialis duplex.Etiā ꝙ hoc sit verū.vcꝫ ꝙ non tm̄ illa suppositio possit dici materialis in q̄ terminꝰ supponit pro seipō:sed etiam illa in qua supponit pro alio/tñ signo ꝑ eū significato:⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ possit poni duplex suppositio materialꝭ/pōt declarari ex hoc.qm̄ si materialis suppositio requireret ꝙ oīs subiectus ⁊ p̄dicatus terminus supponeret tm̄mō pro seipō:oīs propō ī qua esset talis suppositio eēt falsa.qm̄ cū oīs propōnis termini realiter sint distincti vt scđm se quidditatiue sumpti:ꝑ ꝯñs oīs propō affirmatiua est falsa ⁊ negatiua ipsi ꝯtradictoria vera:eius subiecto ⁊ p̄dicato supponētibꝰ pro seipis. cōstat eñ ꝙ hic vocalis terminꝰ homo ab isto q̄ ē nomē vel vox realiter est distinctus.ergo vtroq̄ istoꝝ supponēte pro seipō hec ꝓpō hō est nomē vel vox erit falsa ⁊ negatiua ipsi ꝯtradictorie opposita erit vera.ergo ad hoc ꝙ ista sit vera/hō ē nomē vel alia oīs ipi similis/oportet dicere ꝙ licet subiectū supponat pro seipso:nō tñ p̄dicatū supponit pro se:sed pro alio puta pro signo ꝑ ipꝫ significato in ista propōne subiecto:⁊ ideo qꝛ nō supponit pro re extra:sed pro eius signo licet alio a seipō/dicitur materialis suppositio.Ex quo sequitur ꝙ materialis suppositio nō requirit ꝙ oēs termini propōnis supponāt pro seipis:imo oīs talis propō affirmatiua ī qua eēt talis suppositio esset falsa vt dictū est.ergo licꝫ quādoq̄ subiectū in aliqua suppositiōe tali supponat pro seipō:possit etiā supponere q̄nq̄ pro alio:semꝑ tñ in oī tali propōne materialē suppōnē habēte vident̃ eiꝰ termini supponere ꝓ eodē:vcꝫ tā ī illa cuiꝰ subiectū supponit ꝓ seipō:vt in ista/hō ē nomē.huiꝰ eñ p̄dicatū nō videt̃ supponere ꝓ alio q̄ ꝓ hoīe in ipā subiecto supponēte etiā ꝓ seipō:q̄ etiā in illa cuius subiectum supponit pro alio a seipō:vt in ista ens est trāscēdēs.huiꝰ eñ p̄dicatū vcꝫ transcēdēs nō videtur supponere ꝓ alio nec verū esse q̄ ꝓ ipō entis conceptu deo ⁊ creature cōmuni:pro quo etiā solo supponit huius ꝓpōnis subiectū.vnde ⁊ vlr̃ hoc videtur esse verū videlicet ꝙ oīs affirmatiue ꝓpōnis subiectū et p̄dicatū supponūt ꝓ eodē.omnis eñ affirmatiua ꝓpō videt̃ esse falsa cuius subiectū supponit pro alio ab illo ꝓ quo supponit p̄dicatum:q̄re ⁊c. ¶Suppositio autem simplex dicitur esse illa in qua terminꝰ subiectus supponit vel ꝓ seipō non absolute sumpto sed in ordine ad significatum vel pro suo significato quolibet singulari extra:sic tamē ꝙ p̄dicatū non est natum verificari de ꝓprio eiꝰ ꝯceptu sed tm̄modo de ꝯmuni:vt ponitur exēplū in multis ꝓpōnibus in pħia concessis:quarum prima est ista:homo est substātia scđa. Secūda.hō est magis substātia q̄ aīal. Tertia.hō est substātia que dicit̃ de subiecto ⁊ non est in subiecto.q̄ quidē tres ꝓpōnes ponūtur a pħo in p̄dicamētis:quarū omniū p̄dicata nō vidētur eē vera nisi vel de subiectis ipārū supponētibus ꝓ seipis:nō tñ vt quidditatiue pro seipis:sed vt significatiue in ordine ad eorum significata acceptis:vel pro ipsorum significatis

videlicet pro rebus significātibus extra sumptis ⁊ supponētibus: de quoꝝ ↄceptibꝰ ꝓprijs nō sunt nata verificari: sicut etiā apparet ī ista ꝓpōne / hō est species vel p̄dicabil' de pluribꝰ dr̄ntibꝰ nūero. cōstat eñ ꝙ hō nō p̄dicat' de sorte nec de platone / nec verificat' de ipsis singularibus hoībus ī re extra: nec ipse homo supponit pro se ipso. non eñ hec est vera / sortes est homo / homine ipso p̄dicato supponēte ꝑ seipō: sed ꝑ singulari significato. sed hoc mō spēs vel qd̄ idē est p̄dicabile de pluribꝰ dr̄ntibꝰ nūero p̄dicatur ⁊ verificat' de homine in ꝓpōne p̄dicta qua homo ipse verificat' de singularibꝰ qñ p̄dicat' de eis. Dico eo modo quantū ad hoc ꝙ sicut de sorte vel de platone nō p̄dicat' hoc supponēs ꝑ seipso absolute sumpto ita nec species vel p̄dicari de pluribus differētibꝰ nūero verificat' de hoīe vt supponēte isto mō. ergo aut verificat' de eo vt supponēte ꝑ se nō absolute: sed vt sumpto significatiue: vel qd̄ videt' veriꝰ verificat' de ipō vt supponēte pro re extra q̄libet singulari vt ꝑ platone ⁊ sorte: de cuius tñ ↄceptu ꝓprio nō verificat'. nō eñ sortes est species nec substantia scd̄a. ¶Tertia suppositio est ꝑsonalis vt oīs illa in qua terminus subiectus sic supponit ꝑ aliquo indiuiduo singulari ꝙ p̄dicatū talis ꝓpōnis natū est de cōceptu eiꝰ ꝓprio verificari: vt cū dicit' homo currit. Sola aūt prima īter suppositiōes tres p̄dictas est q̄ nō pōt esse in aliqua ꝓpōe in qua idē p̄dicat' de seipso: vt probatum est prius. ex quo sequit' ꝙ in tali ꝓpōne habet esse suppositio ꝑsonalis vel simplex. ¶Sed cōtra hoc qd̄ dictū est de suppositione simplici / arguitur / ⁊ ꝓbat' dupliciter ꝙ quādo in ꝓpōe terminus supponit simpliciter vt in ista / homo est species / vel est p̄dicabilis de pluribꝰ numero differētibus / homo nō supponit ꝑ re extra: sed tñ mō ꝑ seipso. ¶Primo. qꝛ res extra significata nec pōt esse ꝓpōnis subiectū nec p̄dicatū. ergo nec huiꝰ ꝓpōnis subiectū / cōceptꝰ hoīs est p̄dicabilis de pluribꝰ / pōt supponere ꝑ alio q̄ ꝑ se. ¶Scd̄o. qꝛ p̄dicari de pluribus et esse speciē est intentio scd̄a que nō cōuenit rei extra. ergo hoc p̄dicatū qd̄ est species vel p̄dicabil' de pluribꝰ nō verificat' de hoīe vt supponēte ꝑ re: sed magis vt supponēte ꝑ se. ¶Ad primū respōdet': ꝙ licet res ipsa extra nō p̄dicet': sed eius cōceptus: ⁊ etiā subijciat': tñ ↄceptus p̄dicatꝰ verificat' de ↄceptu subiecto aliqñ vt supponēte ꝑ re ex̄ significata: aliqñ vt supponēte ꝑ seipō absolute / ⁊ aliqñ vt supponēte ꝑ se ī ordine tñ ad suū significatū vt supra ē dictū. ¶Ad scd̄m rñdet' ꝙ dupl'r pōt dici aliq̄d eē p̄dicabile. Uno mō dr̄ predicabile ⁊ subijcibile oē illud qd̄ pōt esse ps ꝓpōnis. pars eñ ꝓpōnis q̄ p̄cedit copulā: est subiectū: ⁊ illa q̄ ipsā sequit' / p̄dicatū. ⁊ sic est verū ꝙ res extra nō est p̄dicabilis nec subijcibilis in aliqua ꝓpōne. Alio mō aliq̄d pōt dici p̄dicabile vel subijcibile qd̄ est ꝑ p̄dicatū vel ꝑ subiectū ꝓpōnis significabile: ⁊ p̄dicatū et subiectū qd̄ est ꝑ ptes ꝓpōnis significatū: ⁊ vt sic ↄuenit rei extra. ⁊ ideo qñ dr̄ ꝙ p̄dicari de pluribꝰ vel spēs qd̄ est idē / ē scd̄a intētio: verū est vt p̄dicari de pl'ibꝰ vel etiā de vno solo accipit' primo mō: nō aūt vt scd̄o mō. nec tñ ex hoc videl3 qꝛ hō vt supponēs ꝑ seipso est p̄dicabil' de pluribꝰ illo mō: videlicet vt ps ꝓpōnis / sequit' ꝙ p̄dicatū verificet' de ipso vt absolute sumpto: sed vt ad significatū potius ↄpato: pro quo p̄cise nō pro seipso supponēs verificat' ipse hō de sorte ⁊ de quolibet alio homine singulari. quare ⁊c̄. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respondendū ad q̄situ / pono quatuor ↄclusiones. ¶Prima est. ꝙ subiectū huius ꝓpōnis / deus generat vel spirat deū / qd̄ q̄dē subiectū est ↄceptus dei / habet in diuersis ꝓpōnibus oēs tres suppositiōes p̄dictas: videlic3 simplicē materialē ⁊ ꝑsonalē. ¶Hec apparet. qꝛ oīs ille terminꝰ habet tres suppositiones istas qui in aliqua ꝓpōne supponit ꝑ seipso: tūc eñ habet suppositionē mat'ialē: ī alia ꝑ suo significato de cuiꝰ cōceptu ꝓprio ē verū ꝓpōnis p̄dicatū: tūc eñ habet suppōnē ꝑsonalē: ⁊ ī alia pro aliquo suo significato de cuiꝰ ↄceptu ꝓprio nō est verū talis ꝓpōnis p̄dicatū. tūc eñ habet suppōnē simplicē. sed talis terminꝰ est deus. g̃ ⁊c̄. ¶Maior apparet ex dictis ī articulo p̄cedēti. ¶Minor declarat' ⁊ exēplificat' ī tribꝰ propōnibus: quarū prima est ista / deus est q̄litas. Scd̄a ista deus est generās. Tertia / deus est creans: vel tres ꝑsone et q̄libet ipsarum. Cōstat eñ ꝙ prime ꝓpōnis subiectū est cōceptus dei supponēs tñmō ꝑ seipso. Scd̄e aūt subiectum est idē ↄceptꝰ supponēs ꝑ aliquo suo significato puta ꝑ sola p̄ma ꝑsona. de cuiꝰ ↄceptu ꝓprio est verū huiꝰ ꝓpōnis p̄dicatū. hec eñ ē vera: p̄ma ꝑsona siue pater generat / cuiꝰ subiectū ē ↄceptꝰ propriꝰ soli illi ꝑsone. Tertie aūt ꝓpōnis subiectū est idē dei ↄceptꝰ supponēs pro re significata. de cuiꝰ tñ ↄceptu proprio nō ē verū tal' propōnis p̄dicatū. ↄceptꝰ eñ dei propriꝰ hic sumit' ꝑ cōceptu alicuiꝰ ꝑsonarū tñ. cōstat aūt ꝙ nulla ꝑsona sola est creās / nec tres ꝑsone. g̃ in p̄ma propōne istarū / deus habet suppōnē materialē: ī scd̄a ꝑsonalē / ⁊ in tertia simplicē. q̄re ⁊c̄. ¶Scd̄a ↄclusio est: ꝙ ista propō / deꝰ generat vel spirat deū: esset falsa: supponēte materialiter vel simpl'r deo eiꝰ subiecto. ¶Hec apparet. qñ ↄstat ꝙ nec cōceptus dei in mēte formatꝰ gñat neq3 spirat / nec etiā tres ꝑsone diuine ꝑ ↄceptū hm̄oi īportate. sed propō supradicta eiꝰ subiecto supponēte pro seipso significaret p̄mū: vel3 ꝙ ille ↄceptꝰ gñaret deū. eius aūt subiecto ꝑ suo significato simpl'r supponēte significaret scd̄3 / vel3 ꝙ oēs tres ꝑsone nō aliq̄ tñ ipsarū gñaret deū / vt apparet ex p̄declaratis. g̃ propō ista eēt falsa / altero istoꝝ modoꝝ eiꝰ subiecto supponēte ī ipa. ¶Tertia ↄclusio ē: ꝙ ista ꝓpō supradicta ē vera ⁊ necessaria vtroq3 eius termīo p̄dicato vel3 ⁊ subiecto ꝑsonaliter supponēte. ¶Hec ē euidēs. qñ oīs illa propō ē vera isto mō cuiꝰ p̄dicatū ē verū de subiecto supponēte pro aliquo suo ꝓprio significato. de cuius cōceptu propō ē verū etiā ipm̄ p̄dicatū. sed tal' propō ē ista / deus gñat deū. eiꝰ eñ p̄dicatū qd̄ ē gñare deū ē p̄mo verū de p̄ma ꝑsona seu de ↄceptu eiꝰ proprio supponēte pro ea cuiꝰ ↄceptꝰ hic dicit' propꝰus cōceptꝰ rei significate ꝑ deū huiꝰ propōnis subiectū. vnde nec deus dicit' gñare deū / nisi qꝛ p̄ma ꝑsona gñat scd̄a3 / ⁊ tā p̄ma q̄ scd̄a est deus. g̃ ⁊c̄. ¶Quarta ⁊ vltima ↄclio est: ꝙ ista ꝓpō sepe dicta ē vera ⁊ absolute ab oī catholico cōcedēda. ¶Hec apparet. ⁊ seq̄t' ex p̄dicta. qñ oīs illa ꝓpō absolute ē v̄a ⁊ sine distictiōe aliq̄ cōcedēda: de cuiꝰ subiecto ꝑsonaliter supponēte p̄dicatū ē verū: s3 talis ē ista vt ostēsū3 ē. g̃ ⁊c̄. ¶Cōfirmat'. qꝛ sicut oīs propō īdefinita: vt ista / hō currit / hab3 duas causas veritatis siue pōt dupl'r esse vera: vno mō / oī hoīe singulari currēte: ⁊ alio mō solo vno: nec minus est vera / nec magis distinguēda / nec minꝰ ꝑ ↄñs absolute cōcedēda scd̄o mō q̄ primo: ita cōsil'ter potest dici de omni alia propōne: cuius subiectū est terminꝰ indefinite acceptus pluriū rerū nō tñ essentialiter sed tñ ꝑsonaliter diuersarū significatiuꝰ: vel3 ꝙ ē absolute vera et cōcedēda siue p̄dicato ↄueniēte cuil3 subiecti significato siue vni ipoꝝ tñ. sed cōstat ꝙ gñare cōuenit ⁊ si nō oī ꝑsone ꝑ cōceptū dei huiꝰ propōnis subiectū / tñ alicui vel3 prime ꝑsone / ⁊ spirare prime ⁊ scd̄e. ergo nō minus est absolute vera ⁊ cōcedēda ista / deus gñat deū / q̄ ista / deꝰ est infinitꝰ vel creauit mūdū: sicut nec minꝰ ista est absolute vera / hō currit solo sorte currēte q̄ quocūq3 hoīe singulari. ¶Sed ↄtra cōclusionē istā arguit' mlt'ipl'r. Primo. qꝛ ꝓpō ī vno sensu vera / ⁊ ī alio sēsu falsa / nō ē absolute sine distictiōe aliq̄ p̄uia ↄcedēda: sed ꝓpō supradicta ē hm̄oi vt p3 ex alijs ↄclōnibꝰ ī qbꝰ dictū ē ꝙ eiꝰ sbiectū p̄t hr̄e

tres suppositiones: ⁊ ꝙ ipso habente suppositionē materialē vel simplicem / ꝓpō ipsa est falsa. si aūt ꝑsonalem est vera. g̃ nō est absolute cōcedēda: sed p̄mo distinguēda. ¶Scd̄o. qꝛ ꝑ illo hic in ipsa supponit eius subiectū qd̄ primo significat' ꝑ ipm̄: sed dei cōceptus in ea subiectiuꝰ primo significat deitatē seu deū qui est ꝑsonaliter trinus sed nec generare est verū de deitate / nec de deo ꝑsonaliter trino. ergo ⁊c̄. ¶Tertio. qꝛ cū cōcretū ⁊ abstractū idē significēt / idē est dicere / deū generare deū / ⁊ deitatē generare deitatē. sed ↄstat ꝙ scd̄a ꝓpō qua dicit' ꝙ deitas generat deitatē / est falsa. ergo ⁊c̄. ¶Quarto. qꝛ oīs ꝓpō indefinita qualis est ista / habet esse vera ad minꝰ ꝑ aliquo indiuiduo ꝓprio sui obiecti: sed sicut indiuiduū hoīs nō est nisi hic homo singularis: ita nec dei nisi hic deus. oīs aūt hic deus est trinus: de quo nō ē verū generare / qd̄ est huius ꝓpōnis p̄dicatū. ergo ⁊c̄. ¶Ad primū dico ꝙ si illud qd̄ assumitur ī maiori est verū / nulla ꝓpō est absolute cōcedēda: sed antea distinguēda. qñ nec ista ꝓpō / deꝰ est ens infinitū / nec trinus ⁊ vnus / nec homo est aīal vel risibilis / nec aliqua alia est vera in omni sensu intellecta nec quomodocūq3 supponētibus eius extremis subiecto videlicet ⁊ p̄dicato: imo quelibet p̄dictarū est falsa: earū subiectis ⁊ predicatis supponētibus materialiter pro se ipsis: vera aūt ipsis supponētibus ꝑ rebus significatis nec tñ ex hoc sequitur ꝙ aliqua ipsarū sit distinguenda anteq̄ cōcedēda: qꝛ apud cōmunē vsum omniū ꝓpōnes tales intelliguntur ⁊ sic cōcedūtur earū terminis supponētibus ꝑ rebꝰ significatis: sicut ⁊ iste / homo est nomē vel vox / terminis supponētibus ecōtrario ꝑ seipsis: nec in istis aliter q̄ materialiter ꝑ seipsis / nec in alijs aliter q̄ ꝑsonaliter ꝑ significatis termini supponere intelligūtur a sane ītelligētibus. ex quo sequit' ꝙ nec ꝓpositionē veram eius subiecto supponēte materialiter ꝑ seipso vt hō est nomē / nec aliā verā eiꝰ subiecto supponēte ꝑsonaliter pro significato oportet distīgui: qñ talis suppositio est nota oībus cōiter: sed pōt q̄libet taliū absolute negari vel cōcedi. quare ⁊c. ¶Ad scd̄m respōdet': ꝙ sicut cōceptus hoīs specificus licet nō significet primo sortem vt absolute sumptus: tñ primū eius significatū pro quo ipe hoīs cōceptus supponit in ista ꝓpōne / homo currit / est sortes: cū ⁊ pro ipso nō pro alio sit vera. ꝑ illo aūt supponit ꝓpōnis subiectū: ⁊ illud vt ꝓpōnis subiectū primo significat: cū nec supponere hic sit aliud q̄ significare pro quo p̄dicatū est de ipso verū: ita licet dei cōceptus specificus vt absolute acceptꝰ primo significet absolute deū nō tñ aliquā ꝑsonarū: tñ vt huius ꝓpōnis subiectū / deꝰ generat deū / pater est primū eius significatū. pro quo ꝓpositio ipsa est vera. ¶Ad tertiū respōdet' ꝙ deitas vel essentia ī abstracto significat rē ipsam siue naturā ī circa tā vt tribus ꝑsonis ↄmunē: propter qd̄ nō pōt de ipa p̄dicari aliquod notiōale qd̄ ↄuenit tñ alicui vel aliquibus personis: nō oībus. deus aūt in concreto pōt supponere indifferēter vel pro oībꝰ ꝑsonis vel tñ pro vna. quare ⁊c. ¶Ad quartū respōdet' ꝙ qñ vnū indiuiduū est plures ꝑsone sufficit ꝙ ꝓpō indefinita verificet' pro vna illarū tñ: nec oportet ꝙ verificet' pro illo indiuiduo inquantū est oēs ille ꝑsone simul. sed sic est in proposito. ergo ⁊c̄. ¶Sic ad q̄stionē. ¶Ad rōnē in principio apparet solutio ex p̄dictis: qñ licet deus sit tres ꝑsone: non tñ in ista propōne / deus generat deū / huiusmōi subiectū supponit pro tribus oībus / sed tñ pro vna ipsarū. q̄re ⁊c̄. ¶Sed cōtra primo: qꝛ scd̄m istā expositionē etiā posset concedi ista / deus est distinctus seu alius a deo / eius subiecto ⁊ p̄dicato supponētibus ꝑsonaliter: qd̄ est falsum. ¶Scd̄o quis si deus generat deū / vel se vel aliū: sed nō se: qꝛ nihil generat semetip3: nec aliū deum: qꝛ tūc essent plures dij. ergo ⁊c̄. ¶Ad primū dicitur ꝙ non est simile de ista ⁊ de alia propositione. quoniā negatio quā signat distinctio negat vniuersaliter ⁊ distributiue t'minū p̄dicatū ipsam sequentē ab omni significato ꝑ subiectū. ⁊ ideo ista / deus distīguit' a deo / equipolleret isti / deus nō est idem alicui deo. hec aūt est falsa. quare ⁊c̄. ¶Ad scd̄m cōcedi pōt ꝙ genuit se deum sic intelligēdo quia genuit personā que est idē deus secū: nec tñ ex hoc sequitur ꝙ genuit se absolute: quia generans ⁊ genitum personaliter distinguūtur. quare ⁊c̄.

Circa dist. quintā: in qua magister ostendit ⁊ determinat ꝙ diuina essentia nō generat / nec generat': Quero primo de hoc: vtrū videlicet diuina essentia possit dici generare ⁊ generari. ¶Et videtur ꝙ sic. quia oīe illud qd̄ est res generans ⁊ res genita / pōt dici vere generare ⁊ generari. sed constat ꝙ diuina essentia est res generans ⁊ res genita cū sit a ꝑsonis oībus totaliter indistincta. ergo ⁊c̄. ¶Contra. quia omne generans est a genito ⁊ vniuersaliter oē producēs distinctū realiter a producto. sed diuina essentia est ab oī persona tā producēte q̄ producta indistincta totaliter ī re extra. ergo ⁊c̄. ¶Responsio. vbi supposito tāq̄ certo et ꝑ ecclesiā determinato extra de sum. tri. ⁊ fi. cath. cap. damnamus. ꝙ ipsa essentia nec generat nec generat' nec aliquo modo producit' nec producit ad intra / sic ꝓcedā. Primo eñ inquirā quomodo hoc sit intelligēdū. Scd̄o inquirā an filius possit dici generari de substātia patris et an semper generetur.

Quantū ad primū est sciendum ꝙ ista propositio / essentia nō generat nec generat' / pōt habere duplicē ītellectū: videlicet vnū ꝙ essentia nō sit res que generat nec q̄ generat': sed ꝙ ab omni re generāte ⁊ genita distinguat': vt ista / essentia nō generat nec generat' / sit vera sicut ista / homo non est angelus: vel alia quecunq3 negatiua: ꝑ cuius p̄dicatū ⁊ subiectū importātur distincta in re extra: ratione cuius distinctionis significatorū p̄dicatū negat' a subiecto. Aliū intellectū potest habere videlicet ꝙ essentia dicatur esse non generās nec genita in primo modo dicendi per se.

Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ¶Prima est: ꝙ ista ꝓpositio / essentia nō generat nec generat' / primo modo ītellecta posset ab illis cōcedi qui ponunt ipsam essentiā distingui a ꝑsonis oībus in re extra. ¶Hec probat'. quoniā cū tñ diuine persone alique ꝓducāt ⁊ alie producātur: nihil ab eis in re extra distinctū est res producēs nec producta. ¶Hoc apparet qꝛ nulla res alia ab oī ꝑsona diuina est ꝓducēs aliquā ꝑsonā: nec ꝑsona ꝓducta. sed cū oīa ī re extra distīcta sint res diuerse vt in p̄cedētibus est ostēsū3 / cū nulla res alia sit ibi producēs nec ꝓducta nisi sola ꝑsona diuina: ꝑ ↄñs si diuina essentia esset ab oībus ꝑsonis distincta in re extra / esset res alia ab eis. g̃ nec posset nec deberet cōcedi seu dici aliqua res producēs nec producta. ¶Cōfirmat' qꝛ nullū realiter distinctorum potest dici alterum. sed si diuina essentia est distincta a personis oībus in re extra est ab eis omnibus realiter distincta: vt probaui in dist. scd̄a. ergo nō est aliqua personarū / nec per ↄñs res producēs nec producta. ¶Preterea esto ꝙ nō distinguantur ab eis realiter sed tantum vt dicunt formaliter in re extra / adhuc non videt' ꝙ essentia ipsa possit dici ꝑsona que generat nec persona que generatur: qñ scd̄m eos si essentia est ab oī ꝑsona distīcta ꝙ est aliq̄ quidditas alia

ab omni persona: siue formalitas sicut intellectus anime
est formalitas alia a volūtate: licet realiter secū idē. sed
cōstat ꝙ licet intellectus ⁊ volūtas ⁊ aīa sint res vna/ex
quo tñ sunt plura in re extra quomōcūq; distīcta/ nō pōt
dici ꝙ intellectus sit illa formalitas seu quidditas q̄ eli=
cit ⁊ recipit actū volendi/nec ecōuerso videlicet ꝙ volū
tas sit illa que elicit ⁊ recipit actū intelligēdi: licet dicaꝶ
realiter idē secū. ergo ⁊ ī ꝓposito ꝯsimiliꝶ est dicēdū: vide
licet ꝙ cū nō minus generare sit solius ꝑsone prime ⁊ ge
nerari scđe: vel ipsa scđa/⁊ generare prima: q̄ dicere ⁊ re=
cipere verbū creatū sit intellectus: ⁊ spirare ⁊ recipere
amorē sit volūtatis: nō magis diuina essentia poterit di
ci illa res q̄ generat nec illa q̄ generaꝶ q̄ intellectus cre
atus illa volūtas q̄ spirat amorē: nec ecōuerso voluntas
ille intellectus qui dicit ⁊ recipit verbū. ¶ Cōfirmaꝶ. qꝛ
nullū in re extra distīctoꝝ est alterū in re extra vt ab ipō
distīctū: sed diuina essentia est/vt dicūt/distīcta a ꝑsonis
oībus in re extra: ergo vt sic in re extra distincta non est
aliq̄ ꝑsona: nec ꝑ ꝯn̄s res generans nec genita. ¶ Scđa
cōclusio est: ꝙ ꝓpō ista ꝑdicta/essentia nō generat nec ge
neraꝶ/in p̄mo intellectu ꝑdicto ītellecta est falsa/nec ab
aliquo ꝯcedēda. ¶ Hec ꝓbaꝶ. qm̄ oē illud qđ est a re ge=
nerāte ⁊ a re genita īdistīctū realiter in re extra/est vere
res generans ⁊ res genita. ¶ Hoc apparet ex opposito.
qm̄ qđ nō est res q̄ generat nec res q̄ generaꝶ oportet ꝙ
tā a re generāte q̄ a re genita sit distinctū. sed diuina es=
sentia est a ꝑsona tā generāte q̄ genita indistincta tota=
liter in re extra: qꝛ si esset distincta ab ipsa in re extra ali=
qualiter/⁊ realiter. nō pōt aūt distingui realiter. ergo ⁊c.
¶ Cōfirmaꝶ. qꝛ in diuinis nō sunt plures res q̄ tres. sed
nisi diuina essentia esset res ꝓducēs/ ⁊ alia res ꝓducta:
ibi essent quatuor res: videlicet vna q̄ est generās vt pri=
ma ꝑsona: alia q̄ est genita vt secūda: ⁊ tertia que est spi=
rata: quarta q̄ esset distincta a tribus predictis: videlicet
ipsa essentia: supposito ꝙ non esset res aliqua trium ꝑdi
ctoꝝ videlꝫ nec ꝓducēs nec ꝓducta. oē eñ qđ est ī re ex
tra ⁊ nō est res talis est distinctū ab ipā ⁊ ꝑ ꝯn̄s ponit in
nūerū cū ea: qꝛ oīa in re extra distīcta sūt plura: ⁊ ꝑ ꝯn̄s
numerata. ergo ⁊c. ¶ Preterea ad idē arguiꝶ. quia illud
qđ sic est realiter pater/filius/⁊ spiritus sanctus ꝙ est ab
ipsis oībus indistinctū totaliter in re extra/vere est res
que generat ⁊ res q̄ generaꝶ ⁊ alia q̄ spiratur: sed diuina
essentia est huiusmodi. ergo ⁊c. ¶ Minor habetur extra
de sum. tri. ⁊ fid. cath. c. damnamus. vbi sic dicitur: Nos
sacro approbante concilio credimus ⁊ confitemur cum
Petro ꝙ vna quedā summa res est incōprehēsibilis q̄=
dē ⁊ ineffabilis que veraciter est pater ⁊ filius ⁊ spiritus
sanctus tres simul persone ac singillatim quelibet earū=
dem. et ideo in deo solūmodo trinitas est non quaterni=
tas. ergo cum scđꝫ istā ecclesie dēterminationē sic diuina
essentia sit oēs tres persone ⁊ quelibet earū ꝙ nō ponit
in numerū cū eis/quia tantū est ibi trinitas nō quaterni
tas/per ꝯn̄s sequitur euidenter ꝙ essentia oīno est indis
tincta a personis oībus in re extra. ex q̄ sequiꝶ ꝓpositū
videlicet ꝙ ipsa vere est res generās ⁊ res generata: ⁊ ꝑ
ꝯn̄s ꝙ ꝓpō huic opposita qualꝭ est supradicta/est falsa.
¶ Confirmatur ꝑ illud qđ vbi supra subdit ecclesia: vbi
ait ꝙ diuina essentia est pater qui generat/⁊ filius q̄ ge=
neratur/⁊ spiritus sanctus qui procedit. ergo ꝓpositio
ista/essentia non est res que producit: nec res que produ
citur/est vt falsa ⁊ determinatiōi isti ecclesie cōtraria ab
omni catholico neganda. ¶ Ex predictis duabus cōclu
sionibus infero corollarie nō esse tutū dicere ꝙ essentia
diuina sit distincta ab omnibus personis quātūcūq; mo
dicū in re extra. quoniā vt apparet ex prima cōclusione
sic dicētes habēt cōcedere ꝙ essentia nō est pater qui ge
nerat/nec filius qui generatur/nec spiritus sanctus qui
procedit/cū sit distincta ab istis omnibus in re extra. et
esto ꝙ dicāt ꝙ īmo est realiter q̄libet ꝑsonarū/ nō tamē
possunt dicere que sit q̄libet earū totaliter in re extra: cū
ponāt ipsam esse distinctā ab oībus aliqualiter in re ex=
tra. sed hoc videtur esse contra determinationē ecclesie
supradictā. ergo ⁊c. ¶ Tertia ꝯclusio est: ꝙ ista ꝓpō su=
pradicta/diuina essentia nō est res q̄ generat/nec q̄ gene
ratur/nec q̄ spiratur/ scđo modo intellecta est vera et a
catholico cōcedēda. ¶ Hec ꝓbaꝶ. qm̄ nihil pōt dici vere
aliquid in primo mō dicēdi ꝑ se nisi illud qđ cadit in sua
diffinitione: sed ꝑdicatū huius ꝓpōnis/ diuina essentia
est pater qui generat vel filius qui generaꝶ: non cadit in
diffinitione subiecti. ergo ipsa non est vera primo modo.
¶ Maior est euidēs. nulla eñ ꝓpō affirmatiua est vera
in p̄mo mō: nisi illa cuiꝰ ꝑdicatū ē sui subiecti diffinitiuū.
¶ Minor ꝓbaꝶ. qm̄ subiectū ꝓpōnis huius est ꝯceptus
diuine essentie. ꝑdicatū aūt est conceptus ꝑsone. ꝙ autē
cōceptus ꝑsone nō cadat in diffinitione cōceptꝰ essentie
sic ꝓbaꝶ. cuicūq; cōpetit ꝙ sit talis res qualis īportaꝶ ꝑ
conceptū diffinitiuū diuine essentie/ ei cōuenit ꝙ sit talꝭ
qualis importaꝶ ꝑ oēm cōceptū q̄ est pars diffinitionis
essentie. ¶ Hec est euidēs in exēplo. qꝛ eñ cōceptꝰ aīa=
lis corporis substātie ⁊ entis est ꝑs diffinitionis hoīs ꝓ=
pter qđ ista ꝓpō est vera in p̄mo mō: hō est aīal corpus
substātia ⁊ ens: ideo cuicūq; ꝯuenit ꝙ sit talꝭ res qualē
importat diffinitio hoīs/necessario cōuenit ꝙ sit talꝭ q̄lē
importat quilibet ꝑdictoꝝ cōceptuū ipsam hoīs diffini=
tionē ꝯstituētiū. sed cōstat ꝙ nō oīs res īportata ꝑ diffini
tionē siue descriptionē diuine essentie ē res importata ꝑ
cōceptū talē puta alicuius determinate ꝑsone. filius dei
eñ est vere essentia diuina: nō tñ pater: nec pater est filiꝰ
nec spiritus sanctus. ergo nullius ꝑsone determinate cō
ceptus est deitatis diffinitiuus: nec ꝑ ꝯn̄s de eiꝰ ꝯceptu
predicabilis p̄mo mō. ¶ Confirmaꝶ. qꝛ oē ꝑdicatū dictū
de aliquo primo mō diciꝶ de quocūq; de quo diciꝶ eiꝰ sub
iectū: sicut de quocūq; ꝑdicaꝶ homo/ ꝑdicanꝶ aīal corpꝰ
substātia: quoꝝ q̄libet diciꝶ de hoīe p̄mo mō: sed diuina
essentia diciꝶ de tribus ꝑsonis realiter distinctis: quarū
nulla diciꝶ de altera. licet eñ deꝰ sit realiter ⁊ totaliter ī
re extra pater/filius/⁊ spūs sctūs/nulla tñ ꝑsona istarū
est altera. q̄ nec aliqua ꝑdicaꝶ de diuina essētia p̄mo mō.
quare ⁊c. ¶ Et si cōtra hoc arguaꝶ: qꝛ cū nulla ꝑsonarū
sit distincta ab essentia ī re extra/ ꝯceptus ꝑsone nō īpor
tat nisi illud idē qđ īportat cōceptus essentie. q̄ ē de ipō
ꝑdicabilis p̄mo mō. Dico ꝙ an̄s est verū: sed ꝯn̄a nō va=
let. qꝛ nec oīm cōceptuū idē importātiū in re extra vnus
est alterius diffinitiuus nec ꝑ ꝯn̄s de ipō ꝑdicabilꝭ p̄mo
mō: sed tñ illoꝝ cōceptuū diuersoꝝ vnus est diffinitiuus
alterius ⁊ ꝑ ꝯn̄s de ipso ꝑdicabilis primo modo: cuiꝰ vi
delicet conceptus diffiniti obiectū significatū quodcūq;
oportet esse tale q̄le est res significata ꝑ eius diffinitiuū
cōceptū: cuius ꝯtrariū est in ꝓposito. ⁊ ideo licet qꝛ ꝯce=
ptus ꝑsone ⁊ ꝯceptꝰ essentie idē significāt totaliter in re
extra vnꝰ ꝑdicetur de alio idētice: non tñ primo modo.
¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est: ꝙ ista ꝓpō/diuina essen
tia generat ⁊ gn̄aꝶ vel spirat ⁊ spiraꝶ/vt sic absolute sum
pta/est falsa: nec est ab aliquo catholico ꝯcedēda. ¶ Hec
probaꝶ ⁊ inferꝶ ab aliquibus ex tertia supradicta: qm̄ vt
dicūt: nulla ꝓpō in qua de vltimate abstracto ꝑdicaꝶ ali
quid natū ꝑdicari de subiecto eiꝰ sic vltimate abstracto
tñ in p̄mo mō dicēdi ꝑ se/est vera nisi sit vera ī p̄mo mō:
et ita ꝑ ꝯn̄s oīs talis in primo modo falsa est simpliciter
falsa: sed in ista ꝓpōne: diuina essentia generat vel gene=
ratur: ꝑdicatū est natū tñ ꝑdicari ī primo mō ⁊ subiectū
de q̄ ꝑdicaꝶ ē vltimate abstractū. q̄ cū ista ꝓpō scđꝫ ꝯclusio
nē tertiā supradictā nō sit vera īmo falsa ī p̄mo mō: nec
simpliciter ⁊ absolute sumpta poterit esse vera. ¶ Sed
ista ratio meo iudicio non concludit. Primo. quia scđm
istā rōnē ista ꝓpō/diuina essentia est res ꝓducēs ⁊ res q̄
producitur/ esset falsa: quoniā idē ⁊ ꝯsimiliter abstractū
est subiectū istius ⁊ alterius: nec ꝑdicatū huiꝰ qđ est res
generans seu ꝓducēs ⁊ producta/est aliter ꝑdicabile q̄
predicatū alterius: qđ est producēs ⁊ productū absolute
sumptū. ergo cū ista ꝓpositio/diuina essentia est res que
producit ⁊ que producꝶ/nō sit vera in primo modo/ nec
sumpta simpliciter erit vera si ratio ista valet. hoc autē
est falsum vt supra est ꝓbatū. ergo ⁊c. ¶ Secūdo. qꝛ non
minus creare q̄ generare est adiectiuū ꝑdicabile in pri=
mo modo. sed hoc nō obstante hec ꝯceditur tāq̄ vera/es
sentia diuina creauit omnia: cū tamē nō sit in primo mo=
do vera. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nō minus pater=
nitas q̄ diuina essentia est abstracta/cū tamē de ipsa ꝑdi
centur vere multa cōcreta que non sunt de ipsa in primo
modo vera. paternitas eñ vere diciꝶ deus distincta a fi=
lio ⁊ a spiritu sancto: tam ipsa etiā q̄ quelibet alia pro=
prietas personalis q̄ etiā diuina essentia in abstracto de
re dicitur videri a quolibet beatoꝝ ⁊ beatificare quēlibꝫ
eoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Alij ꝓbāt aliter ꝯclusionē ꝑdictā ꝑ hoc:
quia generare siue ꝓducere ⁊ produci nō ꝑdicantur nisi
tantū de illo de quo primo ⁊ immediate ꝑdicanꝶ: sed sup=
posita sola sunt de quibus talia immediate ⁊ primo ꝑdi=
cari possunt. ergo ⁊c. ¶ Sed nec ista ratio valet. ¶ Pri
mo. quia supponit qđ est eque dubiū sicut principale ꝓ=
positū: videlicet ꝙ generare ⁊ generari nō possint ꝑdica=
ri primo ⁊ immediate de diuina essentia. cum eñ diuina
essentia sit ab omni persona indistincta totaliter in re ex
tra/ꝑ ꝯn̄s non est magis natū generare vel generari ꝑdi
cari de persona immediate ⁊ nō de essentia/ q̄ ꝙ non pre=
dicentur de ipsa essentia abstracte. ergo ⁊c. ¶ Secundo.
quia nec maior assumpta est euidēs: videlicet ꝙ produ=
cere ⁊ ꝓduci nō possint ꝑdicari nisi de illo de quo dicunꝶ
immediate. Et primo. quoniā non magis generare ⁊ ge=
nerari dicūtur de persona primo ⁊ immediate q̄ res ge=
nerans ⁊ generata. sed constat ꝙ hoc non obstante vide=
licet ꝙ persona dicatur primo res generās vel genita/ni
hilominus vtrūq; istoꝝ dicitur de essentia: vt ꝓbatū est
supra. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmaꝶ. quia si generās vel genitum
non dicereꝶ nisi de illo de quo verificaꝶ primo/q̄ nō dice=
reꝶ de deo: qđ est falsum: qꝛ deus in ꝯcreto vere diciꝶ ꝓdu
cere ⁊ ꝓduci. ¶ Cōsequētia est euidēs. qm̄ illud ipsi ha
bēt hic vocare predicari de aliquo īmediate ⁊ primo qđ
ꝑdicaꝶ de ipso ꝯuertibiliter ⁊ adequate. sed cōstat ꝙ per
sona prima nō aūt deus est de qua ꝑdicaꝶ generare con=
uertibiliter ⁊ adequate/sicut ⁊ sola secūda ꝑsona de qua
generari/ ⁊ tertia de qua spirari dicitur isto mō. ergo ⁊c.
¶ Et si dicas ꝙ ideo hec est vera/deus generat/qꝛ huiꝰ
subiectū qđ est deus/in cōcreto supponit tātūmō ꝓ p̄ma
persona: cōsimiliter tibi diceret aduersarius ꝙ cū deitas
et deus sint equalis ꝯmunitatis/cū etiā hec sit vera/ dei
tas est pater/ nō minus ꝑ ꝯn̄s deitas in abstracto q̄ deꝰ
in concreto poterit supponere ꝓ prima ꝑsona. quare ⁊c.
¶ Aliter magister sentētiarū ꝓbat ꝯclusionē istā ī dist.
ista. caplo p̄mo. vbi sic arguit. hoc noīe essentie intelligi
mus diuinā naturā q̄ cōmunis est tribꝰ ꝑsonis ⁊ tota in
singulis: ideo nō est dicēdū ꝙ pater genuit diuinā essen=
tiā. quia si pater dicereꝶ genuisse diuinā essentiā/essentia
diuina relatiue dicereꝶ ad patrē. ⁊ subdit. Item cū deus
pater sit diuina essentia/ si eēt eius genitor esset vtiq; ge
nitor eius rei q̄ ipse est/⁊ ita eadē res seipsam genuisset.
Hec sunt verba magistri: ꝑ que ipē sic videtur velle argu
ere. Diuina essentia significat rem vt tribus personis cō
munē/⁊ ab eis totaliter indistinctam. sed constat ꝙ tres
persone nō dicūtur producere nec produci. ergo ⁊c. ¶ Cō
firmatur. quia si essentia diuina vt tribus cōmunis esset
genita/ergo vt in patre esset genita: sed essentia vt in
patre est pater: ergo pater esset genitus a seipso. ¶ Con
similiter posset argui de filio. quia si essentia vt cōmunis
tribus generat/ergo ⁊ vt in filio: sed vt in filio est filius:
ergo filius est generans semetipsum. hoc autē est falsum
et impossibile. ergo ⁊c. ¶ Sed contra istam rationē ma=
gistri etiā est illud qđ superius est argutū: videlicet ꝙ nō
magis diuina essentia q̄ deus importat rem communem
omnibus personis. ⁊ ideo si propter hoc ista dicitur esse
falsa/ essentia ꝓduciꝶ ⁊ producit/ propter eandem ratio=
nem ista erit falsa/ deus producitur ⁊ producit. ¶ Con=
firmatur. quia sicut diuina essentia vt est in patre est pa=
ter/ita ⁊ deus ē deus. et ideo sicut tu arguis ꝙ si essentia
dicatur generari/ ⁊ pater: ita ꝓpter eādē rationē potes
idem arguere si deus dicatur generare. ¶ Aliter arguūt
alij dicētes ꝙ ista propositio/ essentia generat/importat
ꝙ essentia sit quoddam ens per se existēs distinctū a ꝑ=
sonis a quo generatio capiat eē/sicut generatio a suppo
sito. sed constat ꝙ iste eius intellectus est falsus. ergo ⁊c.
¶ Ista etiāꝫ/ essentia generatur/ implicat ꝙ essentia ca
piat esse simpliciter per generationē. sed constat ꝙ hoc
est falsum. quia ipsa prefuit in patre: in quo a nullo acce=
pit esse. ergo ⁊c. ¶ Sed nec ista ratio concludit propter
duo. Primo. quia falsum est qđ accipit: videlicꝫ ꝙ ista ꝓ
positio īportet illud/ puta ꝙ essentia sit distīcta ab omni
bus personis a qua generatio capiat esse: qꝛ nec aliqua
cōsimilis propositio hoc significat in creatis: puta ista
ignis generatur/ nō importat ꝙ ignis genitus sit a quo
generatio accipiat esse: cum nec a producto sed tantum
a producente aliquid accipiat/nec productio sit in crea=
tis nec etiam in diuinis aliquid distinctum ab extremis.
¶ Secūdo. quia si ista propositio hoc importat qđ acci=
pis/ ⁊ consimili modo ista/deus generatur. ergo non ma=
gis est ista q̄ alia ꝯcedēda. hoc autem est falsum. ergo ⁊c.
¶ Et quādo dicitur ꝙ ista/essentia generatur/ implicat
ꝙ essentia capiat esse simpliciter: qđ est falsum: Diceret
aduersarius ꝙ idem implicat ista/deus generatur: vide
licet ꝙ deus ipse accipiat esse simpliciter: sed nō minus
est falsum dicere deum in concreto q̄ deitatem in abstra=
cto accipere esse simpliciter. ergo ⁊c. ¶ Vltimo arguit
doctor ille cuius est ratio supradicta / ad idem sic. sicut
album sumitur quandoq; pro aggregato ex albedine et
subiecto/ modo quo ista non est vera/ lignū est album: alī
quando autem tātum pro subiecto albedinis/modo quo
ista est vera/lignum est album: ita ⁊ producens vel produ
ctum ⁊ aliud quodcunq; concretum: et ita generās seu
producens ⁊ productum de diuina essentia predicatum
non potest aliter sumi q̄ altero predictorū duorū modoꝝ
sed vtroq; istorum modorū propositio ista est falsa. q̄ ⁊c.
¶ Minor probatur. quia si huiusmodi ꝑdicatum videli=
cet producens vel productū/ primo modo sumatur: vide
licꝫ ad similitudinē aggregati ex albedine ⁊ subiecto/ in
cludit intrinsece generationē sicut albū consimili modo
sumptū albedinē: ⁊ ita sicut album nō predicatur nisi de
cōposito ex albedine ⁊ subiecto ipsam albedinē includē
te/ ita nec generās nec genitū vel ꝓductū nisi de aliquo
productionē intrīsece includēte: sed ꝓductionē ītrīsece
nō includit illud ꝓ quo essentia diuina in ista ꝓpōne sup
ponit. nō eñ pōt supponere ꝓ ꝑsona: sed ꝓ natura oībꝰ
personis cōmuni: de cuius ꝯceptu primo nō est ꝓductio
actiua nec passiua. q̄ ⁊c. ¶ Si aūt ꝓducens vel ꝓductū
sumatur scđo modo: videlicet ad similitudinē albi ꝓ albe=
dine subiecti accepti/ adhuc propositio est falsa. quia ta
lis ꝓpositio/essentia ꝓducitur vꝭ ꝓducit/dat ītelligere
ꝙ essentie cōueniat ꝓducere ⁊ ꝓduci scđo mō dicēdi ꝑ se
sed vt sic intellecta est falsa: quia que per se alicui insunt
siue primo siue secūdo modo/ vtr̄ insunt: sed oīs res que

est essentia est pducēs nec oīs etiā est producta. ergo ⁊c. ¶ Sed nec ista ratio est sufficiēs: qꝛ cōsimili mō arguā ꝙ nec ista sit vera deus est pducēs ⁊ productus. cōstat em̄ ꝙ productio nō includit ī deo ītrīsece primo mō/nec ꝯuenit ipsi scd'o mō magis ꝙ̄ diuine essentie in abstracto et ita ꝑ eādē rōnē probat ꝙ nec ista/ de⁹ gn̄at/ erit vera accipiēdo generās quocūqꝫ illoꝝ modoꝝ. hoc aūt ē falsū ergo ⁊c. ¶ Et si dicas ꝙ nō est sile/qꝛ deus ī cōcreto supponit ꝓ ꝑsona: nō aūt diuina essentia ī abstracto magis pro vna ꝙ̄ pro alia pōt supponere sed pro oīb⁹ īdistīcte. hoc nō videt verū: qm̄ ī ista ꝓpōne q̄ vera ē/essentia ē res generās distīcta a re gn̄ata ⁊ spirata/essentia ipa supponere videt tm̄ pro pͥma ꝑsona: q̄ qdē sola ē realit distīcta a filio genito ⁊ a sancto spiritu spirato. ergo ⁊c.

Quantum ad quartum & vltimum est sciendum ꝙ diffinitio potest poni duplex:vcȝ vna q̄ est completa ⁊ explicita rei cognitio complexa:⁊ alia que est medium sufficiens ad ꝓbandum aliquam passioneȝ simplicem vel complexam.non enim omnis sufficiens diffinitio secundo modo/est perfecta p̄mo modo lȝ ecōuerso. licet enim omnis explicita et perfecta rei cognitio complexa sit medium ad ꝓbandum omnem passionem demonstrabilem de subiecto:non tamen econuerso omnis diffinitio sufficiens ad ꝓbādum quācūq; passionem de subiecto est ꝑfecta ⁊ sufficiens rei cognitio p̄mo modo. ¶ Hoc p̄misso pono quatuor ɔclusiones. ¶ Prima est.ꝙ q̄to in diffinitione ponunt̄ plures differentie tanto diffinitio ip̄a est completior ⁊ ꝑfectior. ¶ Hec ꝓbatur.qm̄ cum diffinitiuus conceptus sit ꝑfectior diffinito siue ɔceptu nominis sicut conceptus explicit⁹ cōceptu implicito/ p ɔñs quāto diffinitio est magis explicita:nec eñ aīal rōnale est conceptus magis explicit⁹ q̄ homo nisi q: aīal rationale sunt duo ɔceptus/hō aūt vnus tm̄.ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄.q: sicut tanto aliq̄d ꝑfectius cognoscitur qualitatiue quāto plures passiones sciuntur de ip̄o:ita ⁊ ꝑfectius q̄dditatiue quāto plures ɔceptus quidditatiui vel in quid vel in quale p̄dicabiles habent̄ de ip̄o:sed diffinitio data p intrinseca est talis cognitio:vcȝ comp̄hēdens diuersos quidditatiuos ɔceptus:ergo tāto est ꝑfectior quanto cōplectitur in se plures ɔcept⁹ tales:sicut ⁊ diffinitio data p additamētū:tanto est ꝑfectior quanto in ip̄a plures ponunt̄ accidentales differentie.ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio est ꝙ in omni diffinitione completa modo p̄dicto sumpta q̄ videlicet est ꝑfecta cognitio rei explicita/debet poni omnis differentia. ¶ Hec sequitur ex p̄dicta.qm̄ si diffinitio omnis tanto est ꝑfectior quanto in ip̄a ponūtur plures differētie:ergo nulla potest esse ꝑfectissima nec sufficienter explicita nisi illa q̄ est omnes differentias ⁊ etiā oīa genera comp̄hendēs. ¶ Cōfirmat̄.q: nulla pōt assignari ratio quare magis ī diffinitione alicuius ponatur vna eius differentia q̄ alia sibi essentialis consimiliter sicut illa:⁊ ita p ɔñs in diffinitione ꝑfecta hoc modo sumpta vcȝ ꝓ notitia rei explicita / aut hȝ poni omnis differentia aut nulla:sed nō pōt poni scd̄m:ergo relinquitur p̄muȝ qd̄ est ꝓpositum. ¶ Ex hoc videt̄ corollarie concludendū ⁊ concedendū ꝙ nullus viator potest alicuius rei habere diffinitionem ꝑfectaȝ ⁊ hoc naturaliter loquēdo.non videtur eñ ꝙ possit habere oēs ɔceptus de aliquo ī q̄d ⁊ in quale p̄dicabiles p̄mo mō: sȝ oēs ɔcept⁹ huiusmodi sūt necessarij ad ꝑfectā diffinitionem cuiuscūq; rei.ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est ꝙ non oportet oēs differētias ponere in omni diffinitione ꝑfecta secūdo modo accepta. ¶ Hec appet.q: oīs diffinitio illa secūdo modo sumpta est ꝑfecta q̄ est sufficiēs medium ad ꝓbandum passionem aliquam de subiecto sed non ē necessaria oīs differentia diffinitioni sufficiēti ad ꝓbandum passioneȝ quālibet de subiecto.ergo ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur.q: ad ꝓbandum de subiecto p diffinitionem aliquam passionem sufficit in diffinitione hm̄ōi ponere illud quod reddit causam talis passionis. sicut si passio demonstrabilis sit specifica vt risibile/sufficit ponere differentiam specificam hominis vltimam que sola explicat eius causam puta rōnale. Si autem passio demonstrabilis esset cōmunior oporteret in diffinitione eam ꝓbante apponere aliquam cōmuniorem differentiā causam passionis huiusmodi exp̄mētem:nisi forte conceptus generis exp̄meret talem causam:ergo ⁊c. ¶ Hoc modo est intelligendum qd̄ ponit philosoph⁹.vij.metaphy.vbi dicit loquēs de diffinitiōis vnitate ꝙ sola differentia vltima debet poni cum gñe in diffinitione.hoc siquidem non est verum loquendo de diffinitione p̄mo modo sed tm̄ isto secundo modo sumpta:vcȝ vt est medium sufficiens ad ꝓbandum risibile de homine vel quācūq; aliam passionem specificam de subiecto cum enim sola differentia vltima dicat causam tal' passionis que sola sufficit ꝓ medio ad eius ꝓbationeȝ:per consequens nulla est alia necessaria p̄ter ip̄am ad diffinitionem vt ꝓbantem passionem:licet sit necessaria ad eam vt existentem ꝑfecte explicitam rei cognitionem. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est ꝙ diffinitio in qua ponitur genus ⁊ differentia siue multiplex siue tm̄ vnica non est nugatoria. ¶ Hec declarat̄.qm̄ cum dicitur animal rationale/ly rationale qd̄ est differentia animalis non debet accipi scd̄m descriptionem ip̄m aīal explicite includentē vt videlicet rationale equipollet huic qd̄ est animal habens animam rationalem:sed secūduȝ descriptionē aliam ip̄m non sic explicite includentem vt videlicet rationale est idem qd̄ habens aīam rōnalē non includendo explicite animal. Primo enim modo esset nugatio dicendo animal rationale:q: idem eēt ac si diceretur aīal animal habens animam rationalē:nō autem secundo modo:q: vt sic dicendo ꝙ sortes est animal rationale est sensus ꝙ sortes est aīal hñs aīam rationalem.Et hoc modo loquētes exponunt illud philosophi dictum p̄mo posteriorum:vbi philosophus ip̄e ꝓbat ꝙ genus non p̄dicat̄ p se p̄mo modo de dr̄a q: aīal hō essent duo aīalia. hoc eñ sic declarāt:genus nō potest esse ps descriptionis illius differentie sibi addite q̄ ponenda est loco ip̄ius quia tunc vnum animal eēt plura animalia:quoniā si sortes est animal rationale ⁊ aīal sit ps descriptionis ponende loco ip̄ius rationalis/tūc ista sortes est animal rationale valeret istā sortes ē aīal aīal habens aīam rationaleȝ:⁊ cum in descriptione nō debeat esse nugatio sequitur ꝙ huic descriptioni hoīs que est animal rationale correspondeāt duo animalia: ⁊ p consequens sortes qui est vnuȝ animal erit duo animalia.ergo ⁊c. ¶ Nec valet si dicatur ꝙ nec etiam erit nugatio dicendo aīal homo:quia dicetur consimiliter: vcȝ ꝙ homo sumetur consimiliter sicut rōnale:vcȝ non vt est animal rationale sed vt est idem qd̄ habens animam rationaleȝ.qm̄ hic terminus substātiuus hō non est determinatiuus animalis sicut adiectiuum suuȝ determinat substātiuū vt etiam significat in adiacētia ad conceptuȝ animalis cui additur.⁊ ideo si homo debeat describi non sufficit prius exp̄ssisse cōceptum animalis sed oportet ꝙ conceptus animalis nouiter ponatur in descriptione sua cum non significet in adiacentia ad ipsum. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in p̄ncipio appet solutio ex predictis.

Sequitur Questio Tertia.

Tertio quero:vtrū diuinæ simplicitati repugnet ꝙ deus non sit ɔsiliter p se sapiens iustus/⁊ alia attributa que de ipso predicātur/sicut dicitur esse deus. ¶ Et videtur ꝙ sic:qm̄ diuine simplicitati repugnat omnis distinctio excepta sola distinctione personarū:⁊ per ɔñs distinctio in re extra inter talia attributa:sed cui repugnat distinctio aliquorum de ipso dictorum ei repugnat nō eē p se qd̄libet coruȝ/sicut qd̄cūq; alterū a q̄ qd̄libet illorum est indistinctuȝ totalit̄ in re extra.g ⁊c. ¶ Cōtra:q: nō magis attributa q̄ relationes originis sūt idem cum diuina essentia ī re extra:sȝ non obstāte summa idētitate essentie ad quamlibȝ relationem originis/vcȝ tāta quanta est ipsi⁹ essentie ad seipsam/adhuc nulla relatio originis dicitur de diuina essentia per se primo.ergo ⁊c. ¶ Responsio.vbi sic procedā. Primo eñ inq̄raȝ/an attributa q̄ dñr de deo habeant aliquā distictionem. Scd̄o dicā ad q̄stionem.

Quantum ad primum est sciendum:ꝙ attributa huiusmodi dupliciter pñt sumi.vcȝ vno mō scd̄ȝ se q̄dditatiue:vt sunt q̄dā p̄dicabilia de cōceptu proprio deitatis.⁊ alio modo significatiue/puta ī ordine ad significatum per attributa hm̄ōi importatum.

Hoc præmisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prīa est ꝙ omnia attributa diuina vt prīo mō sumpta sunt tam inter se q̄ a deo realiter distīcta. ¶ Hec est euidēs:qm̄ diuersi conceptus seorsum formabiles ⁊ p̄dicabiles sunt realiter differentes.sȝ intellectus voluntas vel sapiētia ⁊ cetera attributa de deo dicta siue de cōceptu eius ꝓprio predicata/vt cū dicit̄/deus est sapiens ⁊c.non sūt aliđ vt sic sūpta vcȝ primo mō q̄ diuersi concept⁹ mēt' seorsū formabiles ī aīo ⁊ de codē deitatis ɔceptu p̄dicabiles.possū eī hr̄e ɔceptū q̄ ītelligā deū eē sapiētē nō habēdo ɔceptuȝ q̄ intelligā eū iustū:⁊ sic de alijs oīb⁹ q̄rū q̄libet pōt sine alio hr̄i ⁊ hr̄itus de ɔceptu dei ꝓprio p̄dicari.g ⁊c. ¶ Secūda ɔclusio ē ꝙ oīa attributa vt scd̄o mō sūpta sunt tā inter se q̄ a deo indistincta totaliter ī re extra. ¶ Hec ꝓbatur. Prīo sic/si iustitia vel sapiētia vel quodcūq; aliđ attributū īportaret aliq̄d a deo distinctuȝ q̄tūcūq; modicū ī re extra/tale a deo distīctū eēt minus necesse esse q̄ deus ipse:sȝ hoc ē īpossibile/vcȝ deū eē aliq̄d a se realit̄ distinctū qd̄ sit min⁹ necesse eē q̄ ip̄e seu ei⁹ deitas.ergo ⁊c. ¶ Maior ꝓbatur:qm̄ cum deitas distinguatur ab illo quantumcūq; modicum in re extra:aut sunt duo necesse esse siue due necessitates essendi dualitate correspondēte illi distinctioni:aut vna tantū. Sed nō potest poni secundum:quia essendi necessitas est ipsa deitas:a qua sapientia vel iustitia distincta esse supponitur in re extra.nihil autem distinctum a necessitate essendi vt distinctū potest esse necesse esse:ergo si deitas ⁊ sapientia sunt in re extra distincta:⁊ tamen non sunt plura necesse esse saltem pluralitate correspondente tali eorum distinctioni/sequitur ꝙ sapientia vel quodcūq; aliud attributum vt a deitate distinctum non est necesse esse sed possibile non esse vt distinctum a necesse esse.hoc autem est impossibile.ergo oportet ponere primum/videlicet ꝙ sunt duo necesse esse dualitate aliqua in re extra:sed nec hoc est possibile:quoniam aut huiusmodi due essendi necessitates essent equales/vel inequales. si equales:ergo sunt eiusdem rationis:et per consequens qua ratione vna earum/eadem et altera erit deus:et per consequens erunt plures dij pluralitate aliqua in re extra quod est impossibile. Si autem dicatur ꝙ sunt inequales:ergo altera erit magis possibilis non esse vel minus impossibilis non esse:puta illa que distinguitur a suprema necessitate essendi.ei enim qd̄ est minus necesse esse minus repugnat non esse:⁊ per consequens minus est necesse esse q̄ ei qd̄ est magis necesse esse. hoc autē est īpossibile/videlicet ꝙ aliqua possibilitas essendi ⁊ non essendi sit compossibilis alicui necesse esse.ergo ⁊c. ¶ Secundo arguitur sic ad idem:si diuina essentia ⁊ sua sapientia sunt in re extra distincta:aut se totis:aut non se totis:sed in aliquo cōueniunt ⁊ in alio distinguūtur. sed nō potest poni primum:quoniam omnia in re extra se totis distincta sunt realiter distincta.tanta eñ ⁊ talis est aliquorum distinctio in re extra quanta ⁊ qualia sunt eorum distinctiua.impossibile auteȝ est ꝙ talia realiter distinguantur:cum sola personaruȝ distinctio in diuinis sit realis. Nec potest poni secundum:quoniam aut illud distinctiuum ⁊ alterum quo sunt idem sunt vnum et idem sūma identitate:aut non. Si sunt idem ī re extra summa identitate:ergo non magis deitas ⁊ sapientia conueniūt seu sunt idem in vno istorum q̄ in alio. Si non:querendū est de istis sicut de primis/videlicet de deitate ⁊ de sapientia an sint se totis distincta vel in aliquo conueniant ⁊ in alio differant:⁊ cum non sit in talibus processus ī infinitum oportet deuenire ad aliqua se totis distincta et per consequens realiter:qualiter non possunt distingui aliqua ī diuinis solis exceptis personis.quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur.quia vt sepe in precedentibus argutū est nulla distincta quantumcunq; modicū in re extra possunt minus esse disticta q̄ illa que sunt vnica res seu essentia ab eis totaliter indistincta:sed diuine persone licet sint res vnica numero/realiter distinguuntur:ergo ⁊ omnia alia distinguuntur realiter que sunt distincta quantumcunq; modicum in re extra.quare ⁊c. ¶ Nec valet si dicatur ꝙ non magis predictus arguendi modus est contra distinctionem attributorum q̄ contra distinctionem diuinorum suppositorum:de quibus consimiliter sicut de attributis potest queri an distinguantur se totis vel non:quoniam concedendum est personas diuinas distingui personaliter se totis ⁊ esse idem essentialiter consimiliter se totis. nullo enim modo est concedendum diuinas personas cōuenire seu idem esse in aliquo ⁊ distingui aliquo alio ab illo in re extra distincto:quia tunc in qualibet persona essent duo aliqua in re extra disticta/quod est omnino impossibile.⁊ ita cum persone diuine sint tres res ⁊ vnica ab eis totaliter indistincta:nec per conseq̄ns alio ⁊ alio sed eodem sint tres res ⁊ vna/videlicet seipsis non per aliquid distinctum ab eis:per consequens cōcedere oportet diuinas personas ⁊ se totis esse vnam rem ⁊ per consequens idem/⁊ etiam plures res ⁊ per consequens distinctas non ab illa vnica:sed inter se. non potest autem sic dici de attributis:quia diuina essentia non ē nisi tres ꝑsone:sed si attributa distinguantur in re extra ab essentia ⁊ ab omni persona:ergo deitas nō erit iustitia nec sapientia nec aliquod aliorum:sed sic erit distincta ab istis omnibus ꝙ non erit talium aliquod in re extra. ¶ Consequentia est euidens.tum quia vt dictum est essentia nō est aliquid distinctum a personis omnibus in re extra:tū quia nec est aliquid distinctum a seipso quantumcunq; modicum in re extra.nulla enim personarum ab ea distinguit̄ magis in re q̄ persona vel essentia a seipsa.ergo ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad idem.in diuinis non sunt plura in re extra distincta q̄ tria:sed essent si huiusmodi attributa vt sic sumpta a deitate differrent quantumcunq; modicuȝ in re extra.ergo ⁊c. ¶ Maior est ab omni catholico concedenda. ¶ Minor apparet:quoniam omnia in re extra distincta ab essentia/⁊ a qualibet persona:ergo si attributa huiusmodi sunt distincta ab essentia et ab omni persona:⁊ per consequēs sequitur propositū/videlicet ꝙ in diuinis essent plures res q̄ tres persone

❡Consequentia est euidens:quoniã lȝ diuina essentia quia indistincta a psonis / non ponat innumerũ cũ eis/tñ oĩa distincta tam ab essentia q̃ a psonis oĩb⁹ in re extra ponunt cum eis ĩnumerũ:⁊ p ɔñs psone sumpte cum talibus sunt plura q̃ per se tñmõ sine eis.quare ⁊c. ❡Confirmatur.qꝛ si deitas distinguit ab attributis hmõi in re extra:aut ipsa distincta sunt eiusdẽ rõnis:⁊ tũc seqt pluralitas deoꝝ vt in p̄cedẽtibus est argutum: aut alterius ⁊ tunc seqtur ꝙ vnum sit alio pfectius:⁊ per ɔñs alterũ impfectũ:sed vtrunqꝫ hoꝝ est ĩpossibile.ergo ⁊c. ❡Nec valet si fiat argumentũ simile de psonis:qm̃ persone diuine sunt oĩno eiusdẽ rõnis specifice:nec tñ seqtur ꝓpt hoc ꝙ sint plures dij:cum deitas sit vnica ⁊ ab eis in re extra penitus indistincta. hic autem supponitur contrariũ videlicet ꝙ attributa ab ipsa diuina essentia sint distincta.quare ⁊c. ❡Tertia conclusio est:ꝙ licet eadem res omnino per deitatem ⁊ per sapientiam vel per oẽ aliud attributũ importetur:tñ illi rei ex hoc ꝙ est deitas non cõuenit p se primo ꝙ sit sapientia vel iustitia vel qdcunqꝫ aliud attributum. ❡Hec ꝓbatur:quoniã sicut in descriptione cuiuscũqꝫ cui ex hoc ꝙ homo ɔuenit aĩal p se primo/ponit aĩal:ita ⁊ in descriptione significante rẽ increatam esse deitatem ponitur omne illud qd sibi ɔuenit p se in primo mõ dicendi per se:sed in descriptione representante illam rẽ esse deitatem non includitur cõcept⁹ ĩportatus p sapientiam vel iustitiam/nec econuerso in descriptione eiusdem rei significante ipsam esse sapientiam includitur conceptus significans ipsam esse deitatem vel iustitiam:⁊ sic de alijs oĩbus attributis.ergo ⁊c. ❡Preterea arguitur sic ad idẽ: Descriptio deitatis representat rẽ cuius est esse deitatẽ ⁊ non iustitiam neqꝫ sapiẽtiã sicut nec econuerso descriptio sapientie/hoc est representans rem illã esse sapientiam/representat eam esse deitatem nec iustitiam nec intellectũ nec aliqd aliud attributum:nec econuerso alicui attributoꝝ/hoc est descriptiõi significanti eandem rem esse aliquod attributũ/conuenit per se primo descriptio deitatis:nec descriptio vnius attributi alteri:vt descriptio significans rem illam esse sapientiam non includit iustitiam. ❡Añs appet:qm̃ si per impossibile res increata esset deitas ⁊ non sapientia/adhuc esset talis qualem ipsam ĩportat descriptio deitatis qd non esset si in ea caderet sapiẽtia. consimilit si econuerso res illa per impossibile esset sapientia ⁊ non deitas nec iustitia/ adhuc esset talis qualis per descriptionem sapientie ĩportat.ergo ⁊c. ❡Cõseqntia est euidẽs:qꝛ qd cõuenit alicui p se primo sic ponitur ĩ ei⁹ descriptiõe/ꝙ si p ĩpossibile res nõ eẽt talis qualis per illd qd ipsi p̃o mõ ɔuenit ⁊ ĩ eius descriptione ponit/ĩportat:nec p ɔñs eẽt talis qualem ipsam esse importat descriptio eius tota: ḡ p ɔtrariũ illud q̃ posito vel p ĩpossibile amoto res eẽt talis q̃lem esse antea aliq̃ descriptio eius tota importabat sibi vcȝ tali descriptioni vel rei vt p eã significate nõ ɔuenit p se p̃o mõ dicẽdi p se. q̃re ⁊c. ❡Cõfirmat.qꝛ ĩ illis q̃rũ vnũ ɔuenit alteri p̃o mõ dicendi p se:qꝛ vcȝ est eius diffinitiuũ/semp est formalis ɔña vel negatiue vel affirmatiue ab vno ad alterum arguendo:sicut bene sequitur formali consequentia/est hõ:ergo animal:⁊ econuerso negatiue/non est animal ergo nec hõ:sȝ in istis nulla est ɔña formalis.lȝ enim demonstrando rem increatã sit gratia materie ɔña necessaria/hec res est sapiẽtia:ergo iustitia ⁊ econuerso:non tñ est bona ɔña gratia forme:alias valeret in oĩ materia:qd est falsum.ergo ⁊c. ❡Hoc modo ẽ intelligendum qd aliqñ dici a doctoribus cõsueuit/vcȝ ꝙ attributa tam inter se q̃ ab essentia sunt q̃dditatiue hoc est diffinitiue distĩcta: p q̃to vcȝ res ĩcreata lȝ vnica ẽ tñ nata describi seu diffiniri plurib⁹ descriptiõib⁹ seu diffinitionibus:quarum vna importat eam esse sapientiam et alia iustitiam:quarum vna nõ magis includit primo mõ in alia q̃ si eis corresponderẽt diuersa aliqua in re extra. ❡Quarta ⁊ vltima conclusio est:ꝙ illi rei increate ex hoc ꝙ est deitas hoc est talis qualis per descriptionem qua cognoscitur ꝙ est deitas ĩportat/ɔuenit per se scdo mõ ꝙ sit sapiẽtia ⁊ iustitia/⁊ talis qualis importatur tã per ista q̃ etiam p oĩa alia attributa. ❡Hec ꝓbatur:qm̃ eo modo quo repugnat alicui oĩs ĩperfectio ɔuenit ipsi omnis pfectio:sed deitati hoc est rei vt significate p descriptionem importantẽ ipsam esse deitatẽ repugnat omnis imperfectio non primo mõ:cũ nulla pfectio ponatur in eius diffinitione:sed scdo mõ.ergo ⁊c. ❡Confirmatur qꝛ per descriptionem deitatis/hoc est repñtãtẽ rem istã increatam esse deitatẽ/nescit ipsam esse iustitiam nec sapientiam:nec aliquid importatum per aliquod aliud attributum:sed p eam scit tñ rem huiusmodi esse deum:sed per omnem descriptionem habetur conceptus rei in descriptione ipsa ɔtentus:ergo nulla attributalis pfectio ponitur in descriptione deitatis:nec per ɔñs opposita ĩperfectio ipsi repugnat primo modo:ergo repugnat ipsi scdo modo.quare ⁊c. ❡Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respondendũ ad q̃situm licet satis appareat ex precedentibus quid dicendum/est tñ sciendum ad maiorem euidentiam dicendorum ꝙ deum esse per se iustum vel sapiẽtẽ potest dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ dicatur talis p se pseitate rei excludente videlicet omnem aliam rẽ quamcũqꝫ vt sit sensus/deus est per se sapiens vel iustus/hoc est nõ per aliquid a se distinctum quantumcũqꝫ modicũ in re extra. Alio modo ꝙ dicatur talis per se perseitate propositionis:quia vcȝ est res talis importata per deitatem ⁊ sapientiam vel iustitiam:ꝙ consimiliter hec ꝓpositio/de⁹ est sapientia/vel deus est sapiens/est per se vera sicut ista deus est deus. ❡Hoc premisso dico ex precedentibus in alio articulo corollarie inferendo. Primo ꝙ deus est ita per se sapiens vel iustus ⁊ quodlibet aliorum que de ipso dicuntur:sicut dicitur esse deus/loquendo de perseitate primo modo sumpta videlicet omnem rem aliam excludente. ❡Secundo ꝙ deo conuenit esse per se hoc modo quodlibet talium propter summam eius simplicitatem cui repugnat nõ esse vniformiter per se quodlibet talium siue illud quod per talia importatur:sicut sibi repugnaret ꝙ non sit per se deus loquendo de perseitate rem aliam excludente. ❡Tertio ꝙ loquendo de perseitate secundo modo/videlicet propositionis/aliter est dicendum. ❡Primũ apparet:quoniã qd est aliqua nullo alio a seipso/est quodlibet illorum vniformiter per se/loquendo de perseitate rem aliam excludente:sed deus non magis nullo mediante alio a seipso est deus q̃ sapiens iustus ⁊ aliorum quodlibet que de ipso dicuntur.vt enim ꝓbatũ est in articulo precedenti talia hmõi attributa non dicunt in deo aliqua distincta:ergo cum deus eodem sit iustus sapiens ⁊ aliorum quodlibet quo est deus:per cõsequens sequitur propositum:videlicet ꝙ vniformiter ẽ hoc modo quodlibet talium sicut de⁹. ❡Et si contra hoc arguatur:quia voluntas dei non intelligit sed intellect⁹ sicut nec intellectus vult sed voluntas:ergo inter ista videtur esse aliqua distinctio in re extra: Ad hoc respondetur/ꝙ non sequitur:quoniam aut per añs vbi dicit ꝙ voluntas diuina non intelligit nec intellectus vult:intelligitur ꝙ voluntas dei non sit res que intelligit nec intellectus res que vult:⁊ sic est falsum. aut intelligitur ꝙ licet res eadem que est voluntas intelligat sicut ⁊ illa que est intellectus:non tamen intelligit per se primo ex hoc ꝙ voluntas:nec res q̃ est intellectus vult ex hoc ꝙ intellectus:et sic est verum.ex hoc eĩ ꝙ res est talis q̃lis

importatur per intellectum non diligit:nec econuerso intelligit qꝛ talis qualis importatur per voluntatem. Ex hoc autem antecedente sic intellecto:nõ seqtur ɔñs qd ĩfert.quare ⁊c. ❡Scdm vcȝ ꝙ diuine simplicitati repugnat distingui a predictis:⁊ per consequens ꝙ propter summam eius simplicitatẽ sit ita per se hoc modo qdlibȝ talium sicut deus/apparet:qm̃ non minus distinctio talium ab essentia diuina repugnat diuine simplicitati q̃ distinctio personarũ seu relationũ originis:sed distinctio personarũ non inter se sed ab essentia diuine simplicitati repugnat:vt in distinctione alia fuit dictum. ergo ⁊c. ❡Nec valet si dicatur ꝙ saltem attributa pñt esse ĩter se distincta/esto ꝙ non ab essentia:nec hoc repugnat diuine simplicitati.quoniam lȝ non omnis distinctio quorumcũqꝫ in re extra repugnet diuine simplicitati:immo aliqua ipsi necessario conueniat:⁊ de facto cũ ipsa ⁊ ĩ ipa existat:non tamen nisi sola realis distinctio personarum hac eñ sola excepta nulla alia in re extra potest poni diuersitas in diuinis. Cõcedẽdũ tñ hic esse videtur ꝙ attributorum distĩctio inter se non repugnaret diuine simplicitati:quoniã cui non repugnat maior distinctio/neqꝫ minor:sed maior est diuersitas psonarum q̃ illa q̃ ab aliquibus ponit inter attributa inter se adinuicẽ comparata. ergo ⁊c. ❡Tertiũ ⁊ vltimum vcȝ ꝙ loquendo de perseitate ꝓpositionis/ aliter sit dicẽdũ/apparet:quoniam de⁹ lȝ non per aliquid a se distinctum sit sapiens neqꝫ iustus sed eodem penitus quo est deus: tñ hec ꝓpõ deus est de⁹ est vera in primo modo dicendi p se:nõ autem ista/deus ẽ sapiens vel iustus:qm̃ ad veritatem ꝓpõnis per se p̃o modo non sufficit identitas rei importate p subiectum ⁊ p̄dicatum ipsius:sed vltra hoc requiritur ꝙ predicatum ipsum sit subiecti diffinitiuum:vt cũ dicitur/deus est ens. conceptus eñ entis cadit in diffinitione cõceptus dei ⁊ omnis alterius inferioris/q̃b⁹ ipse est communis:vel ꝙ subiectum ⁊ predicatum sint conceptus eiusdẽ rõnis/vt quando idem p̄dicatur de seipso:vt cũ dicitur de⁹ ẽ deus sed neutrũ istoꝝ est cum dicitur ꝙ deus est sapiens vel iustus vel intelligens vel volens.lȝ eñ per subiectum ⁊ p p̄dicatũ cuiuslibet talium idem esse in re extra totaliter ĩportetur:tñ subiectum ⁊ predicatum sint conceptus diuersi ⁊ alterius rationis:quorum vnus non est alterius diffinitiuus:quia non cadit in diffinitione ipsius. ⁊ ideo nulla talium ꝓpositionum est vera per se primo mõ quãtumcunqꝫ sit omnino idem ⁊ indistinctum subiecti ⁊ predicati significatum. ❡Ex hoc apparet falsitas opiniõis cuiusdam dicentis contrariũ vcȝ ꝙ vniuersaliter oĩs illa propositio est vera primo modo dicendi per se cuius termini significant idem realiter nihil extrinsecũ ɔnotando hoc siquidem est falsum:qm̃ termini huius ꝓpõnis/de⁹ est pater/ idem omnino significant:nec aliqd extrinsecum connotant:cum nulla relatio originis distinguatur in re extra ab essentia magis q̃ essentia a seipsa:⁊ tamen propositio ista non est per se primo modo vera.quod ꝓbatur quia omne quod vere affirmatur de aliquo primo modo vniuersaliter affirmatur de ipso/hoc est de omni contẽto sub eo:sicut qꝛ homo est per se p̃o modo animal/ oĩs hõ est animal:qꝛ etiam deus est per se primo substãtia ⁊ ens ideo omne quod est deus est substantia ⁊ ens:sed constat ꝙ non omne qd est deus est pater nec fili⁹.ergo ⁊c. ❡Cõfirmatur.quia si hec propositio/deus est pater/cuius termini idem significãt/esset ꝓpositio per se primo modo vera sequeretur ꝙ esse deũ conueniret trib⁹ psonis equoce sed hoc ẽ absurdũ ⁊ impossibile.ergo ⁊c. ❡Maior ꝓbat. qm̃ si esse patrẽ est de primo ɔceptu dei:qd est si ista ꝓpõ deus est pater/est vera in primo mõ dicẽdi p se:ḡ in his ꝓpositionibus puta psona siue pater est de⁹/filius est de⁹/ ⁊ spũs sctũs est deus/de⁹ ipse equiuoce predicatur: qm̃ omne illud predicatũ dicitur equoce de illis qd vt dictum de vno includit aliqd qd non includit vt dictum de alio:sed deus vt dictus de prima persona includit p̃o mõ esse patrem:nõ aũt vt dictus de aliqua aliarũ.ergo ⁊c. ❡Assumptum vcȝ ꝙ esse patrẽ includatur in deo vt p̄dicato de prima psona: apparet:qꝛ prima persona ĩcludit p̃o modo esse patrem ⁊ deus p̄dicatus de ipsa: supposito ꝙ ista sit per se primo modo de⁹ est pater.nec eñ potest poni per se isto modo nisi p̄dicatum includatur in subiecto. Ex quo sequitur ꝙ dicentes ꝓpositionem istam deus est pater/esse veram per se primo mõ/ haberẽt concedere cõsequenter: ꝙ etiam esse patrem ɔuenit per se primo filio ⁊ spũi sctõ:qm̃ sicut oẽ illud qd est homo includit p se primo mõ dicendi p se quicq̃d includit in hoĩe isto modo puta animal substãtiã ⁊ corpus:ita ɔsimiliter oẽ qd ẽ deus ẽ per se primo mõ dicendi per se oẽ qd in deo includit isto modo:sed si ista ꝓpõ deus est pater filius vel spũs sanct⁹ est per se primo mõ/esse patrem ⁊ filiũ ⁊ spiritũ sanctũ cadit in descriptione dei cui qdlibet hoꝝ ɔuenit p se p̃o:ḡ omne qd est deus est per se primo pater filius ⁊ spũs sanctus. hoc autem est euidenter falsum:qꝛ pr̃ est deus qui a filio personaliter ⁊ realiter est distinctus: ⁊ econuerso filius a patre cõsimiliter distinctus est deus.ḡ ⁊c. ❡Minor videlicet ꝙ tres personas esse deum equiuoce sit impossibile / apparet: quia omnes sunt vnus deus ⁊ vnica deitate ab eis omnib⁹ indistincta:sed plura nõ possũt esse equoce aliqd vnum ab eis ɔsimiliter indistinctum. ḡ ⁊c. ❡Ex hoc vlterius apparet falsitas opinionis eiusdẽ dicentis ꝙ sic sapiẽtia infinita est formaliter bonitas vel deitas ĩfinita:ꝙ si quodlibet hoꝝ esset diffinibile/ cuilibȝ esset vna diffinitio correspondens. hoc siq̃dem non est verum:qm̃ licet p ista oĩa sicut ⁊ per deitatem ⁊ per paternitatẽ idem omnino importetur in re extra:res tñ hmõi increata lȝ vnica est diuersimode ɔceptibilis.põt eñ cõcipi conceptu q̃ intelligitur ꝙ est pater:non tñ ꝙ est deus alias ista ꝓpositio esset falsa/pr̃ distĩguit realiter a filio ⁊ ista/omnes psone realiter sunt distincte:quoniam constat vtriusqꝫ istarũ ꝓpõnũ subiectũ esse psonarũ ɔceptũ. aut ergo hmõi ɔcept⁹ in his ꝓpõnibus subiectus est tñ modo personarũ:aut non:sed etiã deitatis. Si primũ/habetur ꝓpositum vcȝ ꝙ põt haberi conceptus q̃ intelligatur omnes psone vel vna nullo conceptu habito deitatis Si aũt ponat scdm:ḡ ꝓpõ ẽ falsa cũ de⁹ sit a psonis oĩb⁹ ĩdistĩct⁹:ḡ tã ex p̄dictis q̃ ex alijs multis ꝓpõnib⁹ theologicis oportet ɔcedere rẽ illam increatã lȝ vnicã diuersis ɔceptib⁹ esse conceptibilẽ:⁊ scdm diuersitatem taliũ ɔceptuum diuersimode descriptibilẽ. alia enim descriptio ipsi conuenit secũdũ ɔceptum q̃ ɔcipit ꝙ est deus: ⁊ alia scdm conceptum alium q̃ intelligitur ꝙ est sapientia vel talis vel alia persona.nec magis vna istarum descriptionum includit aliam primo modo q̃ conceptus simplex q̃ intelligit ꝙ est deus/includat illũ aliũ simplicẽ quo potest intelligi esse sapientia vel iustitia vel persona. quare ⁊c. ❡Hoc modo doctor subtilis posuit ⁊ ponere intellexit inter essentiam proprietatem psonalem ⁊ attributa non identitatẽ formalem siue ex natura rei:non intelligendo/vt aliqui ipsi attribuunt qui male ipsum exponũt/per huiusmodi non identitatem formalem seu ex natura rei diuersitatem aliquam in re extra:sed quia natura rei increate est talis ꝙ licet pro ipsa sit verum dicere formaliter/hec est in primo modo deitas est deitas vel sapientia est sapientia:non tamen deitas est sapientia isto modo / videlicet primo.quantũcũqꝫ enim eadẽ res per deitatẽ ⁊ p sapiẽtiã ĩportet:⁊ p ɔñs deitas sit sapientia realit nõ tñ formalit/hoc ẽ p̃o mõ ꝓ q̃to ɔcept⁹ sapiẽtie nõ plꝰ cadit ĩ diffinitione illius rei scdm vnũ vcȝ ɔceptũ deitatis sibi correspõdẽtẽ q̃ si ĩter ista puta ĩter deitatẽ ⁊ sapiẽtiã

esset distinctio aliqua in re extra: nec aliud doctor iste intellexit ꝑ nō esse idē formaliter ex natura rei/ nisi ꝙ natura rei est talis ꝓ qua talis p̄dicatio non est hoc mō vꝫ primo modo dicēdi ꝑ se vera: sicut nec ꝑ aliqua esse idem formaliter aliud intelligit q̃ esse idem p̄rio mō dicēdi per se. ad quod nō sufficit ꝙ res sit vnica: sꝫ oportet ꝙ illi cōceptus eā īportantes sint eiusdē rōnis: vel si alterius/ ꝙ vnus sit diffinitiuus alterius vt dictū fuit supius. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. falsum eñ est qd accipit in minori qñ dicitur ꝙ cui repugnat distingui ab aliquo ei repugnat non esse per se illud. diuine eñ essentie repugnat distingui in re extra ab omni ꝑsona/ nec tamē ex hoc seq̄tur ꝙ persona dicatur per se primo modo de ipsa: vt dictum est supra.

Quarto q̄ro: vtrū attributa diuina distinguant tā inter se q̃ ab essentia distinctione aliq̄ rationis. ¶ Et videt ꝙ sic: qm̄ illa quorum vnum nō dicit de alio in primo modo dicendi per se/ videtur saltem secundum rationem esse distincta: sed talia sunt attributa tam vt inter se q̃ vt ad essentiam comparata/ vt dictum fuit in q̄stione alia. ergo ꝛc. ¶ Contra: quia nō magis realiter indistincta possūt dici secundū rationē distingui q̃ econuerso illa q̄ sunt secundum rationē eadem dicantur realiter esse distincta: sꝫ illa que sunt secundum rationem aliq̄d vnū tantum ꝛ indistinctum totalit in aīa: non possunt esse diuersa aliqua in re extra. ergo ꝛc. ¶ Respōsio. vbi sic ꝓcedam. Primo eñ dicam ad quesitum. Secundo soluā ad vnū dubium quesito annexum.

Quantum ad primū est opinio cuiusdā dicētis ꝙ nullo modo attributa hmōi p̄nt dici secūdū rationem distingui. quoniam aut ista attributa sunt in deo formaliter ꝛ subiectiue: aut tantummō obiectiue. sed non potest poni secundū: quia qd habet esse tantū obiectiuū nō est diuina essentia: sꝫ q̄libꝫ attributū est diuina essentia. ergo relinquit primum. sed q̄ sunt subiectiue in re extra nō p̄nt dici scd̄m rōnem distingui. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. qꝛ q̄ cadūt sub primis diuidentibus nō possunt coincidere in idem: sꝫ ens primo diuidit in ens reale ꝛ in ens rationis: ergo ens rationis habēs esse tm̄ obiectiuū nō pōt esse aliqd ens reale quale est deus. ergo ꝛc. ¶ Cōtra opinionem istā arguit. qm̄ aut opinio ista dicens vnā rē non distingui ab alia nec a seipsa distīctiōe aliqua rōnis intendit dicere ꝙ nō distinguit distinctione rōnis tāq̃ aliquo sibi intrinseco eius ab aliquo distinctiuo: aut ꝙ non pōt etiā denominari distincta denominatione extrīseca ab aliq̄bus ratione distinctis. Si primū/ sic est verū: sꝫ nihil ad ꝓpositū: quia nullus ponit rē aliquā extra a seipsa nec ab alia scd̄m rōnem hoc mō esse distinctam. Si autē ponat scd̄m/ est falsum vt declarabitur infra. g̃ ꝛc.

Et ideo quantum ad istum articulū aliter est dicendū. ¶ Ad cuius euidētiam est sciēdū ꝙ attributū vt dictū fuit in alia q̄stione dupliciter pōt sumi. Vno mō ꝓ aliquo ꝓbabili de deo ꝛ de ꝑsonis oībus ꝯiunctim ꝛ diuisim. Alio modo ꝓ re extra/ vꝫ ꝓ ꝑfectiōe diuina ꝑ q̄libet taliū p̄dicabiliū importata. Primo modo attributa sumpta sunt multa realiter ēt distincta. sunt eñ vt sic conceptus diuersi communes predicabiles ī ꝓpōne mētali de conceptu ꝓprio dei. vel etiā possunt dici noīa personis communia p̄dicabilia in propositiōe vocali tā de nomine proprio dei omnibus ꝑsonis communi q̃ etiā de ꝓpriis noībus ꝑsonarum supponentibꝰ non ꝓ seipsis sed ꝓ eorum significatis/ vꝫ ꝓ ꝑsonis. Secundo autem modo attributū acceptū est vnicum tm̄ vꝫ ipa essentia diuina. ¶ Tunc igitur quando querit an attributa sint aliqua rationis distinctione distincta: aut accipiūt attributa scd̄m primū intellectum mō quo accepta sunt plura ꝛ ꝓprie attributa: aut scd̄m aliū itellectū scd̄m: mō q̄ non est nisi vnicū attributū vꝫ ipsa deitas: q̄ nec ꝓprie dicitur attributum sed magis attributoꝝ oīm significatum. Et hoc mō talem rem videlicet essentiā distingui rōnis distinctione potest intelligi dupliciter: qꝛ vel ꝙ distinguatur aliqua distinctione repta in ipsa vel fabricata a rōne: vel ꝙ denoīetur extrinsece distincta ꝓpter diuersitatem ꝯceptuum rōnis quorum oīm est obiectum.

Hoc præmisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ attributa primo mō sumpta a diuina essentia realiter sunt distincta. ¶ Hec ē euidens: nec de ipsa est questio: qm̄ attributa vt p̄rio mō sumpta se habent ad diuinam essentiā vt diuersa entia creata cū sint quedam p̄dicabilia realiter distincta ad ens increatū corum omnium significatum. sunt eñ attributa hmōi vt sic sumpta diuersi mētis cōes ꝯceptus: quoꝝ omnium significatum obiectū est deus de cuius ꝯceptu ꝓprio p̄dicantur. q̄re ꝛc. ¶ Secunda ꝯclusio est: ꝙ attributū scd̄o mō sumptū vꝫ ꝓ essentia diuina q̄ est attributoꝝ primo mō acceptoꝝ obiectū significatum/ non distinguit vt est obiectū taliū ꝯceptuū diuersoꝝ distinctione rōnis tanq̃ aliq̄ a rōne inuento in ipsa diuina essentia existēte. ¶ Hec apparet: qm̄ omne quod sic distinguit secundum rōnem ab aliquo/ distinguit in re extra ab ipso. nec eñ rō distinctionem aliquam inuenit in re extra nisi illā q̄ existit in ea: sꝫ diuina essentia nullo modo distinguit in re extra magis q̃ a seipsa a sua sapientia/ hoc est a significato eiꝰ/ nec alicuius attributi alterius ꝓ quo supponit: quoniam de cōceptu dei ꝓprio p̄dicatur/ vt in questione alia est ꝓbatū. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. qꝛ attributū scd̄o modo sumptū vꝫ pro re significata per omnia attributa primo modo sumpta de deo dicta non est nisi vnicum tantum vt dictū est: sed si res extra vt significatū taliū attributalium ꝯceptuum diuersorum esset diuersa diuersitate aliqua in ipa a ratione reperta non esset omnium talium conceptuum significatum vnicum sed diuersa: quia nec in re vna vt sic aliqua diuersitas reperitur. ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ nec attributum secundo modo sumptum/ videlicet vt conceptuum omnium attributalium est obiectum potest dici distingui distinctione rationis tanq̃ aliquo in ipsa a ratione realiter fabricato. ¶ Hec apparet: quoniā intellectus per suum intelligendi actum non causat aliquid realiter ī obiecto. nihil enim obiecto cognito vel dilecto aduenit qd realiter sit ī ipso propter tales actus intelligendi vel diligendi. nec eñ intelligens vel diligens causat aliquid nisi actus huiusmodi qui non causantur in obiecto intellecto vel dilecto sed tantummō in ipso intelligente et diligente: ergo nec per huiusmodi attributales conceptus causat seu fabricat intellectus aliquid in obiecto ipsorum. quare ꝛc. ¶ Confirmatur. quia constat ꝙ intellectus non potest aliq̄d fabricare qd realit sit in deo propter actum intelligendi vel volendi ipsum: sed deus est obiectum omnium istorum attributalium conceptuum diuersorum. ergo ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima conclusio est ꝙ attributum predicto modo sumptum / videlicet ipsa diuina essentia/ pōt dici rationis distinctione esse distincta quadam denominatione extrinseca vt est obiectū talium conceptuum attributalium realiter diuersorum. ¶ Hec apparet: qm̄ nō minus res pōt dici distincta quia obiectum actuum distinctorum/ q̃ dicatur intellecta sensata vel dilecta quia talium actuum est obiectum: sed constat ꝙ obiectum talium actuum puta intelligendi

vel sentiendi vel volendi dicitur q̄dā denominatione extrinseca intellectū volitū ꝛ sensatū. non eñ color dicitur visus nec intellectus propter aliquid sibi intrinsecū nec coniunctū: sꝫ p̄cise ꝓpter actū ab eo separatū. ergo sicut res denominatur talis puta intellecta ab actu itelligendi vnico: ita ꝛ potest denominari denominatione extrīseca scd̄m rationē distincta a diuersis actibus rationis: q̄rum omnium est obiectum. ¶ Confirmat. qꝛ non minus res vnica secundū se pōt a diuersis actibus quoꝝ est obiectū dici extrinseca denominatione distincta seu multiplex: q̃ res diuerse ꝛ multe dicant vna ab vno actu intelligēdi eis cōmuni: sed res licet multe realiter ꝛ distincte dicuntur tm̄ vnum: quia vnius actus cōmunis omnibus sunt obiectū: mō q̄ dicit ꝙ participatione speciei plures homines sunt vnꝰ homo/ sicut ꝛ potest dici ꝙ participatione generis plura aīalia lꝫ specie distincta sunt vnum animal. ergo ꝛc. ¶ Ex hoc apparet quomodo est intelligendum illud qd aliquādo consueuit dici/ vꝫ ꝙ vnū ꝛ idē pōt scd̄m rationem a seipso esse distinctū. nō eñ est hoc itelligendum primo nec scd̄o mō triū p̄dictoꝝ: sꝫ vltio tm̄ quia eñ vnum ꝛ idē pōt esse obiectū diuersoꝝ actuū rōnis: ideo vt obiectū vnius dicitur denominatiue distigui a seipso vt est obiectū alteriꝰ. ꝛ hoc mō pōt ꝯcedi diuinā essentiā distigui scd̄m rōnē a sua iustitia ꝛ a sapiētia: ꝛ sapientiā diuinā similiter a iustitia. qm̄ lꝫ res significata per ista omnia sit vnica tamen est ꝯceptibilis diuersis conceptibus per q̄rum vnum illa res vnica intelligat esse deꝰ ꝛ ꝑ aliū sapiētia: ꝛ ꝑ tertiū iustitia/ ꝛ sic de aliis acsi talibꝰ diuersis ꝯceptibꝰ correspōderet aliq̄ diuersitas ī re extra. ¶ Ex hoc apparet vlterius opinionē p̄dictā esse irrationabilem: qm̄ aut habet negare rem illam increatā vnicam posse intelligi ꝯceptibus diuersis ꝛ alterius rōnis: aut ponere ꝛ concedere habet cōem modum ꝛ vulgatum loquendi doctorum concedentiū rem eādem scd̄m rōnem distingui: mō p̄expositio hoc intelligendo/ vꝫ qꝛ ē obiectum actuū diuersorū: mō ꝯsimili q̄ ꝯcedūt rē intellectam esse in mente intelligentis. nec eñ obiectum intellectū nōdū in esse positū pōt dici realiter esse in aliq̄: nec per ꝯñs pōt dici esse sicut nec est in itellectu nisi p̄cise denoīatiue ꝛ q̄dā extrinseca denoīatione sumpta ab actu ī intellectu existente: sed non magis nec ꝓprius res nō existens realiter in aliquo pōt dici esse in intellectu propter eius actum cuius ipa est obiectū/ q̃ possit dici distigui ꝓpter diuersitatē actuū q̄rū ipsa etiā ē obiectū. g̃ ꝛc. ¶ Ad rationem in contrarium concedo ꝙ attributa vt plura non sunt in deo formaliter sed in intellectu: cum sint diuersi ꝯceptus q̄rum quilibet est a diuina essentia vt ens creatum ab increato distinctus. cū q̄ tm̄ stat ꝙ qꝛ essentia ipsa diuina est eorū oīm obiectū: iō ipsa dicit denoīatiue distingui secundum rōnē ꝓpter distinctionem talium cōceptuū diuersorū. ¶ Et quādo dicitur ꝙ illud qd hēt esse obiectiuum non est diuina essentia: Dico ꝙ attributa nō tantum hn̄t esse obiectiuū: imo etiā verū esse subiectiuū non alibi q̃ in mēte: nec per ꝯñs ipsa vt sic sūpta sunt diuina essentia: sꝫ ab ea realiter distincta lꝫ de ea seu de eius conceptu proprio predicabilia: vt dictum est supra. ¶ Et quando additur ꝙ illa q̄ sunt subiectiue in re extra non possunt distingui secundum rationē: Dico ꝙ falsum est modo p̄expositio intelligendo vꝫ denoīatiue: modo q̄ res extra dicit intellecta. nō magis enim diuina essentia nec aliter dici pōt actu rōnis intellecta q̃ ꝑ actus diuersos ītellectus quorū est obiectum distincta q̄re ꝛc. ¶ Ad cōfirmationē appet ꝙ multipliciter deficit. Primo: qꝛ vt dictū est supra ipsa attributa quōcūq̧ sumpta verū esse habent subiectiuū creatum vel increatū non tm̄mō obiectiuū vt videt supponere argumentū. Scd̄o: qꝛ lꝫ ens rōnis acceptū ꝓ impossibili cui vꝫ repugnat eē/ nō possit dici ens reale nec econuerso ens reale sit tale ens rōnis: tm̄ ens rōnis denominatiue sumptum vꝫ ꝓ obiecto actus rōnis vere dicitur ens reale: ꝛ econuerso omne ens reale intellectū potest denoīatiue dici ens rationis ꝓ quāto vꝫ est obiectū actus rōnis. ꝛ licet diuisio entis per ens reale ꝛ per ens rationis primo modo sumptū sit diuisio per incompossibilia/ non tm̄ illa q̄ est in ens reale ꝛ in ens rōnis scd̄o mō sumptū. ꝛ ita concedo ꝙ qꝛ deus est ens reale nō potest esse ens rōnis primo sed scd̄o modo sumptū cū possit esse actuū rationis obiectū. ꝛ ideo sicut hoc mō dicitur ens rationis videlicet denoīatiue: ita etiam ꝛ cōsimili mō ꝛ ꝓpter cōsimilē rationem pōt dici distingui distictione aliqua rōnis: qꝛ vꝫ est obiectū diuersorū actuum rationis. ¶ Consimiliter respōdendū est ad alia oīa que adducunt pro opiniōe illa p̄dicta ab eo cuius est. oīa eñ arguunt solū ꝙ res extra non pōt dici intrinsece secūdū rationem distingui/ ꝛ hoc verū est: non aūt ꝓbant q̄n denominatiue possit dici distingui/ sicut dicitur itelligi vel sentiri. quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: dubium hic soluendū est/ an p̄dicta puta deitas possit dici distīgui a sapientia ꝛ ab aliis attributis ꝛ ipsa attributa etiā inter se per respectus rōnis. ¶ Ad hoc respōdet ille cuiꝰ est opinio in alio articulo improbata: ꝛ dicit primo ꝙ nō sūt ponendi respectus hmōi rōnis. Secundo ꝙ si ponerentur nullo mō distīguerēt attributa: cū nō essent de essentia eorum: immo essent totaliter eis accidētales. ¶ Sed cōtra primū arguit hic sicut argutū est cōtra eū in articulo p̄cedenti. qm̄ aut intelligit ꝙ non p̄nt esse plures respectꝰ rationis q̄ sint essentia diuina ꝛ sua attributa: aut ꝙ itellectus non causat in deo aliqua q̄ distinguant ipm̄ intrinsece: aut ꝙ non possint poni p̄res ꝯceptꝰ respectiui eiusdē rei increate: q̄rū vnus repsentet ipsā esse deitatē tm̄ ꝛ aliꝰ sapiētiā ꝛ sic de aliis. si ponat primū vl scd̄m/ dicit verum: sed nihil ad ꝓpositum: qꝛ nullus ponit talia sic distīgui ꝑ respectꝰ rōnis. si autem ponat tertiū dicit falsum. ¶ Et ideo q̄tū ad istū articulū aliter est dicendū. ¶ Ad cuius euidentiam est sciēdū: ꝙ ꝑ respectus hmōi rōnis non est aliud intelligendum q̃ diuersos conceptus intellectus respectiuos. Cōceptuū eñ intellectus aliꝰ est absolutus vt ille q̄ res aliqua intelligit vt absolute sumpta: ꝛ alius respectiuus/ vt ille q̄ res eadem intelligit vt ad aliam ꝯparata: sicut ꝯceptus q̄ intelligeret deus/ vt res alia oīa īproportionabilr excedēs: ꝛ q̄ itelligeret sapientia/ vt illud q̄ aliquis est formaliter sapiens vel potest sapienter operari ꝛ sic de aliis. vnū enim ꝛ idem omnino est conceptibile conceptu absoluto ꝛ conceptu alio respectiuo. ¶ Hoc premisso ꝛ supposito appet ex dictis in precedenti articulo quid ad istud dubium sit dicendū quoniam cum res intellecta dicatur denominatiue distīcta denominatione sumpta ex diuersitate conceptuum quorum res ipsa licet vnica est obiectum/ hinc est ꝙ si cōceptus huiusmodi diuersi sint respectiui ipsa potest dici distingui ex diuersitate respectuū hoc est respectiuorum actuum rationis: sicut ex diuersitate obiectorum actuū rationis dicitur distingui non per respectus sed ꝑ actus absolutos rationis. sed quot conceptus absoluti possunt de diuina essentia haberi/ tot ꝛ respectiui. ergo ꝛc. ¶ Minor appet. ꝯstat eñ de diuina essentia diuersos a nobꝫ haberi conceptus huiusmodi respectiuos: quorum vnus significat illam rem esse pro qua verum est dicere ꝙ deus est illud q̄ maiꝰ cogitari nō pōt: ꝛ aliꝰ ipā ꝓ q̄ ē verū dicere ꝙ deus ē formalit sapiēs/ ꝛ sic de aliis: ita ꝙ quot modis deus est cōceptibilis absolute/ tot respectiue: siue q̄t ꝯceptꝰ sūt possibiles hr̄i de ipo absoluti/ tot ꝛ respectiui. Hoc mō exponunt ꝛ exponi p̄nt doctores multi antiqui

quorū alij dixerūt q̄ p̄dicta puta essentia sapiētia ⁊ alia
attributa distinguūtur p̄ ꝯceptus absolutos. alij q̄ p̄ re-
spectiuos. nec isti enim nec alij intelligunt q̄ essentia sa
pientia ⁊ alia attributa sint aliqua ī deo diuersa: q2 hoc
falsum est: nec etiā q̄ ista vt p̄ diuersis ꝯceptib9 mentis
sumpta sint per tales mētis ꝯceptus distīcta: qm̄ vt sic
sumpta non tm̄ denoīatiue ⁊ extrinsece / immo realiṫ ⁊ in
trinsece sunt distincta: nec pñt dici distingui extrinsece ⁊
denoīatiue p̄ tales rōnis ꝯceptus / cū vt sic sūpta nō sint
q̄dditatiue nisi ipsi hmōi conceptus distīcti essentialiter
vt dictum fuit supius: sed intelligunt doctores p̄dicti q̄
ipsa diuina essentia q̄ est obiectum taliū ꝯceptuum diuer
soꝝ vt sic / dicitur denoīatiue distincta ex diuersitate ip
sorum quorum est obiectum. ⁊ quia ipsa est obiectū diuer
sorum conceptuū absolutoꝝ ⁊ etiā respectiuorū: ideo alij
dicunt ipsam distingui p̄ ꝯceptus absolutos ⁊ alij p̄ ꝯce-
ptus respectiuos. tam ꝯceptus eīn sapiētie q̄ iustitie q̄
oīs alius quo est intelligibilis deus / pōt esse absolutus ⁊
respectiuus. quare ⁊c. ¶ Nec huic dicto horū doctorū ob
uiat qđ dicūt aliqui modernorū / vez q̄ attributa sunt ex
natura rei distincta. hoc enim est sic intelligendum q̄ ta-
lis est natura rei p̄ concept9 attributales diuersos intel-
lecta q̄ est ita conceptibilis diuersis conceptibus tā ab-
solutis q̄ respectiuis sicut si in ipsa essent diuersa talib9
diuersis ꝯceptibus correspōdētia. ¶ Ex quo sequitur q̄
doctores quorū alij dicūt attributa distingui scđm rōnez
p̄ ꝯcept9 absolutos vel p̄ respectiuos: alij q̄ distinguunṫ
formaliter vel ex natura rei: ⁊ alij ponētes ipa distingui
tm̄mō ratione vel intentione: nō discordāt si bñ intelligā
tur in re sed tm̄ in voce. ¶ Et si queras an ꝯcept9 hmōi
respectiui sint eiusdē an alterius rōnis / pōt dici q̄ tā re-
spectiuoꝝ q̄ absolutoꝝ conceptuum: alij sunt eiusdē ⁊ alij
alterius rationis. Exemplum de primis respectiuis: quī
vez sunt eiusdez rōnis / vt cū dicit illud q̄ deus ē formaliṫ
sapiens est illud q̄ est formaliter sapiens. hui9 eīn p̄pō-
nis in mente formate subiectū ⁊ p̄dicatū sunt ꝯcept9 sa-
piētie respectiui eiusdē speciei. Exēplū de alijs: vt cū dr̄
illđ q̄ de9 est formaliṫ sapiens ē illđ q̄ ē formaliṫ iust9. sub
iectum enim hui9 p̄pōnis ē ꝯceptus sapientie respectiu9
p̄dicatū vero ꝯcept9 iustitie siliter respectiu9. ¶ Sic ad
questionē. ¶ Ad illđ qđ ali9 ī cōtrariū arguit qñ dicit q̄
respectus hmōi nō sūt intrinseci attributis: nec p̄ ꝯñs ip
sa pñt distiguere si ponanṫ / appet q̄ nō valet: q2 nec act9
intelligendi ē ītrīsecus obiecto: ⁊ tñ ab ipō obiectū diciṫ
intellectū. ¶ Ad primā rōnē ī pricipio appet ex p̄dictis
q̄ attributa sumpta p̄ ꝯceptib9 q̄rū vnus non dicitur de
alio in primo mō dicendi per se de q̄b9 illa rō arguit / non
tm̄ secūdū rōnē sed ēt realiter ⁊ essentialiṫ distinguunṫ.
¶ Ad scđam in cōtrariū appet q̄ falsum accipit in mino
re: qm̄ sicut illud qđ est realiter vnū diciṫ scđm rationem
denoīatiue multiplex ⁊ diuersum q2 est diuersorū actuuz
ratiōis obiectū: ita etiā ecōuerso qđ est realiṫ multiplex
⁊ diuersum pōt dici vnū secūdū rationē ⁊ indistinctum: q2
vni9 act9 rōnis obiectū: mō q̄ diciṫ q̄ p̄ticipatiōe speciei
hoc est ꝯceptus cōis specifici plures hoīes vez oēs sin-
gulares q̄b9 ꝯceptus hmōi est cōis sunt vnus hō. q̄re ⁊c.

Quinto q̄ro: vtrū de9 licet sim-
plicissim9 possit esse formaliṫ sapiēs iust9 bo-
nus ⁊ alia oīa q̄ de ipō ⁊ de p̄sonis oīb9 affir-
mātur. ¶ Et videṫ q̄ sic. q2 non min9 formaliṫ
est tale qđ est tale seipso q̄ illud qđ ē tale mediāte alio
a se diuerso: sed deus est sapiens iustus ⁊ bonus ⁊ alia se-
metipso: creata autem alio a se mediante. ergo ⁊c. ¶ Cō
tra: quia cuicūq3 qđ est formaliter tale cōuenit descriptio
seu diffinitio illius q̄ dicitur esse tale: sed descriptiones
seu diffinitiones proprie sapientie iustitie ⁊ aliorum que
dr̄ de deo sunt diuerse ⁊ diuersoꝝ aliq̄liter ī re extra: nec
per ꝯñs pñt ꝯuenire alicui simplici qualis est deus. ergo
⁊c. ¶ R̄nsio. vbi sic p̄cedam. Primo enim excludaz vnā
opinionem. Scđo dicam aliqualiter ad q̄stionē. Tertio
soluā ad aliqua q̄ possent moueri dubia circa dicta.

Quantum ad primū: opinio excludēda
est cuiusdā doctoris dicentis q̄ noīa attributalia de deo
dicta sunt connotatiua aliquoꝝ ad extra: sic vez q̄ inclu
dūt conceptuz deitatis in recto ⁊ alia a deo aliqua ī obli
quo. ¶ Hoc aūt p̄bat primo inductione: quoniā nomē iu
stitie significat idē qđ deitas qua tribuitur cuilibet qđ ē
suuz. clementia etiā est deitas qua egeni a miseria releuā
tur: ⁊ sapientia ipsamet deitas qua in deo relucēt alia ob
iectiue ⁊ sic de alijs omnibus quoꝝ qđlibz deitatē in re-
cto ⁊ aliquid aliud cōnotat in obliquo. q̄re ⁊c. ¶ Scđo
p̄bat idez rōne sic. ꝯceptus attributales diuersi signi-
ficant aliq̄ aliquo mō distīcta: sz talia distincta coꝝ signi
ficata nō possent esse in deo: quia nec hoc p̄mittit simpli-
citas eius summa. ergo ⁊c. ¶ Maior p̄batur: quoniā hec
est vera deus intelligit malum: ⁊ hec falsa / deus vult ma
lū: sed si velle ⁊ intelligere non īportarēt aliqua distincta
non magis vna esset vera q̄ alia. ergo ⁊c. ¶ Minor p̄baṫ
qm̄ si talib9 ꝯceptibus diuersis correspōderēt in deo aliq̄
distincta: aut inter ipa esset distīctio scđm q̄d ⁊ realis idē
titas: aut hmōi sic distīcta eēnt diuerse formalitates īter
quas tñ oēs esset realis idētitas: aut tertio esset inter il-
la non identitas aliq̄ in re: nō tñ realis diuersitas: aut q̄r
to talia essent idē realiṫ: nō tñ formaliṫ: hoc est ī p̄rio mō
dicēdi p̄ se. Sed nō pōt pōi primū. tū q2 distīctio nō susceṗ
pit magis ⁊ minus nisi scđm magis ⁊ minus ī extremis:
tū quia deitas est entitas simpliciter ⁊ iustitia sua simi
liter. ergo non pñt ista scđm q̄d esse distīcta. Nec pōt po-
ni secundum / q2 si esset ibi pluralitas formaliter esset ibi
aliqualis cōpositio ipsorū. Nec tertiū: q2 si deitatis ad
sapiētiā esset aliqua nō idētitas ī re extra: ḡ ⁊ diūsitas: q̄
pōi nō pōt. Nec q̄rtū etiā potest poni. Mī p̄bat. ¶ Pri
mo p̄ Ansel. moralṫ 16. ⁊ 17. vbi dicit q̄ p̄fectiones huius
modi non p̄dicāt quale aut q̄ntū: sed q̄d sit essentia. ⁊ sub-
dit in fine q̄ oīa vna consideratiōe dr̄ de deitate. ¶ Se
cundo per August. qui dicit. 7. de tri. q̄ eo deus quo sapi
ens: non tamē eo deus quo pater. Tertio: quia non min9
quidditatiue deitas est sapientia q̄ sapientia creata: sed
omnis sapientia creata dicitur sapientia in quid ⁊ in pri
mo modo. ergo ⁊c. ¶ Tertio: quia aut deitas est seipsa sa
piētia ⁊ omnis perfectio alia simpliciter: aut nō. sed ñ po
test poni secundum: q2 tunc aut non esset simpliciṫ perfe-
cta. vel si sic hoc esset quia ex diuersis p̄fectionibus ab ip
sa differentibus integrata: quoꝝ neutrū pōt poni. ergo re
linquitur primū qđ est p̄positum. ¶ Quarto: q2 aut con-
ceptus sapientie esset in genere: aut esset transcendens.
sed non pōt poni primum: q2 tunc deus cui cōuenit talis
cedentibus quid dicendū. quoniā vt potest ꝓbari ex dictis in articulo p̄cedēti/nullo modo est vera nec cōcedēda ista/pater ⁊ filius inquantū sunt plures ꝑsone distincte realiter spirant. ¶ Qꝛ ꝓbatur. qm̄ si ista esset vera oporteret ipam esse verā accipiendo ly inquantū aliquo illoꝝ quatuoꝛ modoꝝ in p̄cedenti articulo exꝑssoꝝ: sed quocunq; illoꝝ modoꝝ accipiēdo inquātum: propositio ista est falsa. ergo ꝛc. ¶ Minoꝛ declaratur discurrendo per omnes quatuoꝛ modos istos. Si ē accipiatur primo modo/videlicet vt est nota precisiōis apparet ꝙ est falsa: quoniam inquātum hoc modo sumptum prescindit a termino cui additur oīe illud quod non est de eius primario intellectu: quo circunscripto ⁊ precisso adhuc predicatum est verum de subiecto hoc modo reduplicando. sed in proposito est oppositum: quoniam circunscripta seu precisa spiratione actiua que non est de primario intellectu patris ⁊ filij quibus additur ly inquantum: licet non importet aliquid ab eis distinctum/pater ⁊ filius non spirarēt. ergo ꝛc. ¶ Hec potest dici ꝙ sit vera sumpto inquantum secundo modo/videlicet reduplicatiue: quoniam ista propositio/pater ⁊ filiꝰ inquantum sunt distincte persone spirant/sumpto in ea isto modo inquantum/valet istam/pater et filius ex hoc ꝙ sunt distincte persone requirunt per se ꝙ spirent spiritum sanctum. sicut enim ista/sortes inquantum homo est risibilis vel animal/exponitur per istam cui equipollet/sortes ex hoc ꝙ est hō siue ꝓpter suā humanitatem requirit per se primo ꝙ sit animal ⁊ per se secundo modo dicendi per se ꝙ sit risibilis: ita ⁊ ista/pater ⁊ filiꝰ inquantum sunt persone distincte spirant/sumpto inea inquantum consimiliter vt in ista exponitur per predictam/videlicet per istam/pater ⁊ filius ex hoc ꝙ sunt distincte persone requirunt per se ꝙ spirent. sed hec est falsa: quia quantum est ex formali ratione terminorum non sequitur/pater ⁊ filius sunt distincte persone: ergo spirant: immo simul staret quantum est ex se ratione terminoꝝ ꝙ pater ⁊ filius essent distincte persone: et tamen ꝙ non spirarent nisi esset repugnantia aliunde. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia propositio vera cum inquātum isto modo accepto exigit ꝙ predicatum eius sit de primo intellectu vel de secundo subiecti: sed spiratio nō est de per se intellectu filij nec⁹ patris: licet non importet aliquid distinctum ab eis. ergo ꝛc. ¶ Tertio probatur ꝙ nec sit vera accipiendo inquantum tertio modo/videlicet vt est nota causalitatis: modo quo ista est vera sortes inquantum homo ridet. quoniam licet pater ⁊ filius sint principium spirandi: tamen ipsa spiratio non requirit per se ꝙ sint distincte persone sic intelligēdo ꝙ precisoeis conueniat spirare quia sunt distincte persone. sicut precise per se conuenit sorti ridere qꝛ homo est: ⁊ calor calefacere quia calor. quoniam sicut quia homini conuenit ridere quia homo: ideo nulli alteri conuenit nisi homini: et conuenit omni homini: ita si patri ⁊ filio

quia sunt distincte persone conueniret spirare/nō conueniret nisi tantum distinctis personis ⁊ conueniret omnibus distinctis personis. sed vtrūq; istoꝝ est falsum: quoniam nec spirare conuenit solū personis distinctis cōuenientibus videlicet patri ⁊ filio/ cū conuenisset cuilibet eoꝝ diuisim non tantum vtriq; coniunctim. nec cōuenit omnibus ꝑsonis distinctis: sed solis duab⁹. ergo ꝛc. ¶ Quarto ⁊ vltimo probatur: ꝙ nec sit vera sumendo ly inquantum quarto modo videlicet vt specificat conditionem sine qua nō/per se requisitam ad spirationem spiritus sancti/modo quo est vera ista: coloꝛ inquantum extensus est visus imutatiuus. ¶ Primo. quia nec tunc si sic esset vera spirare competeret vtriq; istarum duarum personarū diuisim sed tantum vtriq; coniuncti: cum nulli earum sine alia sumpta cōueniat esse personas distinctas. sicut enim quia ista/coloꝛ vt extensus est visus imutatiuus/ est vera sumpto in ipsa isto modo inquantum: ideo arguitur et est verum ꝙ nullus coloꝛ nisi extensus est visus immutatiuus: qꝛ alias extensio nō esset conditio ad hoc ꝙ coloꝛ videreꝫ necessario requisita: ita consimiliter in ꝓposito si ꝑsonarum distinctio est conditio ad spirandum spiritum sanctum necessario requisita/ nulli persone vni sed tantum pluribus cōiūctim conuenit spirare. hoc autē est falsum. sic enim cōuenit ambabus personis cōiūctim ꝙ etiā conuenit vtriq; earū diuisim. ergo ꝛc. ¶ Secūdo qꝛ spiratio actiua spiritus sancti est tantū vnica: sed vna productio/licet sit de facto plurium/non tamē hoc videt̄ per se requirere videlicet ꝙ sit plurium ꝑductiua/⁊ non vnius tantum. ergo ꝛc. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium: primum dubiū

hic soluendum est: quomodo est intelligendum spiritum sanctum esse amoꝛem mutuū ⁊ patris ⁊ filij nexum. Secundo/ quomodo est intelligendū ipm̄ spirari ex amore mutuo. vtrūq; enī istoꝝ duoꝝ reperitur in dictis sanctoꝝ. ¶ Ad primū respondetur: ꝙ spiritus sanctus dicitur amoꝛ mutuus dupliciter: vcz ꝓprie ⁊ appropriate. Dupliciter enim amoꝛ sumitur in diuinis. Uno modo vt est perfectio simpliciter: videlicet prout opponit odio et vt sic spiritus sanctus non dicitur ꝓprie amoꝛ sed appropriate: modo quo filius dicitur sapientia ⁊ pater potentia. quelibet enim personarū est amoꝛ realiter sic acceptus. Alio modo dicitur amoꝛ mutuus persona ꝑducta per spirationem perfectā. sicut ⁊ in creaturis amoꝛ perfectus mutuus est per spirationē productus. ⁊ hoc modo spiritus sanctus dicitur proprie non appropriate amoꝛ mutuus. Dicitur etiam a sanctis/⁊ vocatur patris ⁊ filij nexus: pro quanto a patre ⁊ filio est productus. solus enī spiritus sanctus est in cuius productione pater et filius connectuntur. ⁊ ideo quia cum ipso producto idem essentialiter existunt/ appellatur nexus ipsoꝝ. non autem creatura dicitur nexus omniū personarum: quoniam licet in eius creatione connectantur omnes persone tamē non cōnectuntur secum in essentiali idētitate. quare ꝛc. ¶ Ad secūdū respōdetur ꝙ aliquādo a sanctis amoꝛ mutuus appellatur/ potētia spiratiua. ⁊ sic sumēdo amoꝛē mutuū est verū spiritū sanctum spirari ex amoꝛe mutuo: hoc est ex perfecta potentia spiratiua in qua pater et filius ad perfecte spirandum ipsum spiritum sanctū connectūtur. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio quādo dicitur ꝙ ꝑdicatū verū de subiecto reduplicato est verū de ipso vniuersaliter sumpto: Dico ꝙ nō est verū quādo reduplicatio accipit tertio vel etiā ꝗrto mō: put vcz ly inquantū specificat causalitatē: vt cū dicitur sortes inquantū homo ridet. nō ēm̄ ista infert vniuersalē puta ista/oīs homo ridet. Hec etiā est verū quādo inquātū accipit quarto modo: vcz prout notat seu specificat cō

ditionē aliquā sine qua nō/necessario requisitā. non enim sequitur/coloꝛ nō potest videri nisi ipo existēte talis cōditionis: ergo oīs coloꝛ talis est visibilis. sicut licet coloꝛ nō sit immutatiuus visus nisi approximatus/non tm̄ oīs approximatus est visus immutatiuus: qꝛ vltra approximationē est aliud necessariū. sed in ꝓpone ista/pater ⁊ filius inquātū sunt vnū essentialiter spirant/ly inquantū tenetur quarto modo. explicat enī vnitatē patris ⁊ filij sicut cōditionē necessariam sine qua pater ⁊ filius nō spirarent. licet autem ista conditio sit necessaria ad spirādū videlicet personarū vnitas: nō tm̄ ipa huiusmodi vnitas vt absolute sumpta sufficit ad spirandū/ nec per ꝑns ex ista/pater ⁊ filius spirant inquātū sunt essentialiter vn⁹ deus/sequitur ꝓpositio vniuersalis: videlicet ꝙ omne qō est vnus deus essentialiter spiret.

Circa distinctionē decimātertiā in qua magister inquirit an spiritus sanctus debeat dici genitus vel ingenitus: ¶ Quero primo de hoc. vcz vtrum spiritus sanctus sit a patre ⁊ a filio veracīt generatus. ¶ Et videt ꝙ sic. quia omne ꝓ ductū ꝑductione que est gñatio est vere genitū: sed spiratio qua spiritus sanct⁹ est ꝑductus est perfecta generatio cū sit productio substantie/⁊ generatio non sit aliud ꝙ substantie producto. ergo ꝛc. ¶ Cōtra hoc arguitur ꝙ illud symboli Athanasij. Spiritus sanctus a patre ⁊ filio non factus nec creatus nec genitus/sed procedens. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim inquirā/an spiritus sancti spiratio sit generatio. Secūdo ex hoc apparebit questionis solutio: vcz an spiritus sanctus sit genitus vel ingenitus.

Quantum ad primū est sciendum ad

euidentiā dicendoꝝ: ꝙ generatio tripliciter potest sumi videlicet largissime/large/⁊ ꝓprie. Largissime vocat̄ generatio ꝑductio cuiuscūq; rei siue substātie siue accidentis que nō est creatio. Large aūt vocat̄ generatio solius substātie ꝑductio que etiā nō est creatio: siue talis ꝑductio sit mō nature siue quocūq; alio modo. Proprie vero generatio sumpta dicit̄ tm̄ ꝑductio substantie q̄ ꝑducit̄ modo nature: modo quo distinguit̄ gñatio ⁊tra ꝑductionē modo volūtatis. Hic aūt nō ꝗritur an spiratio sit generatio primo nec scōo mō sumpta: vt vcz generatio dicitur ⁊tra creationē. qm̄ cōstat nec de hoc aliquis dubitat ꝙ spiratio est generatio sic accepta. nō ēm̄ est creatio sed ꝑductio a creatione distincta: nō cuiuscūq; rei: sed tm̄ substātie increate. ergo relinquit̄ ꝙ hic accipit̄ generatio tertio ⁊ vltimo modo tm̄: vt vcz est productio modo nature distincta ⁊tra ꝑductionē q̄ est modo voluntatis. spiratio aūt de qua querit̄ an sit gñatio sic vcz tertio modo sumpta/est duplex/actiua videlicet ⁊ passiua.

Hoc prēmisso: pono quatuor conclu-

siones. ¶ Prima est: ꝙ spiratio actiua diuina est a generatione ꝓprie sumpta actiua ⁊ passiua indistincta totaliter in re extra. ¶ Hec apparet. qm̄ actiua spiratio ī diuinis nō differt a ꝑsonis spirātibus in re extra. sed ꝑsone spirātes nō sunt aliud q̄ ipsa actiua gñatio/ ⁊ passiua. pater enim est generatio actiua ⁊ filius passiua. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia nulla est distinctio in re inter illa que conueniunt vni et eidem persone. sola enim personis propria a ꝑsonis ipsis oīno indistincta sunt realiter distincta. que autem personis siue omnibus siue pluribus sunt omnia sunt immultiplicata in re extra ⁊ totaliter indistincta tam inter se q̄ ab ipsis personis. nullo enim

modo distinguūtur in re extra illa que sunt in eadem per
sona. sed actiua spiratio est cōmunis patri ⁊ filio/ ꝑ con-
sequens est in eadem persona cum generatione actiua ⁊
similiter in eadem persona cū generatione passiua. ꝗ ⁊c̄.
¶ Secūda cōclusio est: ꝙ spiratio passiua est distincta re
aliter tā a generatiōe actiua ꝙ̄ etiā a passiua. ¶ Hec ap
paret. quoniam constat ꝙ spiritus sanctus a patre ⁊ a fi
lio realiter est distīctus: sed spiritus sanctus est spiratio
passiua/ nō autem actiua generatio nec passiua. ⁊ ecōuerso
autē pater est generatio actiua/ ⁊ filius passiua. nullꝰ au
tem eorum est spiratio passiua cum nullus spiretur passi
ue/ sed spiret actiue. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia si spi-
ratio passiua esset idem cum generatione passiua filij/ et
cum generatione actiua patris/ esset etiam idē cum spi
ratione actiua ipsi opposita: cum ista non sit aliud vt di-
ctum est ꝙ̄ ipsa actiua generatio ⁊ passiua. sed hoc est im
possibile: quia tunc idem spiraret seipm̄/ nec spiritus san
ctus spiratus distingueretur a spirantibus eū/ nec ꝑ cō-
sequens esset trinitas personarum distinctarum realiter
in diuinis. ergo ⁊c. ¶ Tertia cōclusio est/ ꝙ spiratio pas
siua ⁊ generatio actiua ac passiua habent ꝙ distinguan-
tur realiter a seipsis et etiam suo principio differenter.
¶ Hec probatur. quoniam distinguuntur seipsis forma
liter. ꝙ autem inter se sic distinguantur formaliter hoc
habent ab essentia que dicitur esse eorꝫ principium origi-
naliter: ergo tam seipsis ꝙ̄ ex suo principio non tamen ab
ipso distinguūtur differenter. ¶ Consequētia est euidēs.
sed probatur antecedens. Primo quātum ad primā par
tem videlicet ꝙ huiusmodi relatiōes originis sint distin
cte formaliter semetipsis: quoniam eodem vnum est ab
alio formaliter distinctum quo quodlibet est in se indis-
tinctum: sed quelibet relatio originis est seipsa in se for-
maliter indistincta. ergo ⁊ ab omni alia a qua realiter dis
tinguitur est ꝯsimiliter distincta formaliter semetipsa. q̄-
re ⁊c. ¶ Confirmatur. quia aut huiusmodi originis rela
tiōes diuine seu productiones realiter distīcte distinguū
tur formaliter ex seipsis vel ex essentia: sed secundum nō
videtur esse dicendum/ nec conceditur: quoniā nulla dis-
tincta realiter possunt dici distīcta formaliter ex illo qđ
est ab eis indistinctū totaliter. omnino enim videtur esse
contra rationem dicere ꝙ aliqua realiter distincta dis-
tinguantur formaliter per illud qđ est idem cum eis to-
taliter. non enim ex illo sunt distincta formaliter: sed po-
tius eadem in re extra. sed diuina essentia vt hic suppo-
no ex dictis in p̄cedentibus est idem totaliter in re extra
cum omnibus personis seu relationibus originis. ergo
nullo modo ex ipsa distinguūtur formaliter: sed sunt idē
nō inter se sed cū ipsa essentia ab eis totaliter indistīcta.
¶ Secunda pars antecedētis p̄dicti vꝫ ꝙ relationes
diuine seu persone dicantur distingui ex essentia ipsa q̄si
originaliter/ ex hoc potest declarari. quoniā licet essen-
tia non sit originans nec originata cum sola persona pro
ducat ⁊ sola persona ꝓducatur: non autē essentia licet a
persona ꝓducente ⁊ a persona ꝓducta indistincta: tamē
essentia est principiū ꝓductionis actiue ⁊ terminus cu-
iuslibet passiue: sane hoc intelligēdo videlicet vt est in p̄
cedentibus declaratū. ergo ipsa diuina essentia est ꝑ quā
prima persona generat secūdam/ et prima ⁊ secūda spi-
rant tertiam. sed omnia producta realiter distincta pos-
sunt dici originaliter distingui tam inter se ꝙ̄ a producē
te ea ex illo qđ est principium ꝓductionis/ ⁊ ꝑ cōsequēs
distinctionis ipsorum. sic duo ignes ab vno igne generati
distinguūtur originaliter ex essentia ignis generantis tā
inter se ꝙ̄ etiam ab ipso igne generante. ergo ⁊c. ¶ Ex
hoc concludo corollarie ꝙ etiam secūda persona potest
dici distingui originaliter ab omni alia ex prima tantum:
tertia autē ex prima ⁊ secūda. quoniā secūda tantū origi
natur ex prima. tertia autē ex prima ⁊ secūda. quare ⁊c̄.
¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est: ꝙ spiratio actiua est ge
neratio ꝓprie sumpta: non autē spiratio passiua. ¶ Hec
sequitur corollarie ex p̄dictis. quoniam generatio ꝓprie
sumpta est vt p̄dictū est ꝓductio modo nature distincta
cōtra ꝓductionē modo volūtatis. sed spiratio actiua est
talis ꝓductio videlicet naturalis: nō aūt spiratio passi-
ua: imo ipsa est ꝓductio modo volūtatis. ergo ⁊c. ¶ Mi
nor apparet quātū ad primā eius partē videlicet ꝙ spi
ratio actiua sit ꝓductio modo nature: ⁊ ꝑ cōsequēs ge-
neratio ꝓprie sumpta. quoniā cōstat ꝙ filij actiua gene-
ratio ⁊ passiua est talis ꝓductio videlicet naturalis seu
modo nature: ⁊ ideo dicitur generatio ꝓprie. sed spiratio
actiua est ipsa actiua generatio ⁊ passiua. est eñ vtraqꝫ
istarū cōiūctim ⁊ quelibet earū diuisim vt ī distīctiōe. 7.
est ꝓbatū. ergo ⁊c. ¶ Secūda pars minoris videlicet ꝙ
spiratio passiua nō sit talis ꝓductio videlicet ꝑ modum
nature apparet. q: si sic/ aut est actiua gñatio patris/
aut passiua filij/ aut alia ab istis. sed nō pōt poni primū
nec secūdū: quia tūc nō esset in diuinis trinitas ꝑsonarū.
si eñ passiua spiratio esset actiua patris generatio/ spiri
tus sanctus nō esset a patre distinctus nec a filio si esset
eius passiua generatio. nec potest poni tertiū: quia tunc
essent plures filiationes seu filij in diuinis cū filiatio nō
sit aliud ꝙ̄ passiua generatio sumpta ꝓprie videlicet ꝓ
productione que est modo nature distīcta ab illa que est
per modum volūtatis. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra cōclusionē
istā vltimā arguitur dupliciter. Primo. quia si spiratio
actiua est generatio actiua: ergo ⁊ passiua est generatio
passiua. ¶ Cōsequētia probatur. qm̄ omne a generante
productū est genitum. sed si spiratio actiua est generatio
actiua: nō minus ꝓprie pater generat spiritū sanctū ꝙ̄ fi
lium. ergo spiritus sanctus est vere genitus/ ⁊ ꝑ ꝯñs pas
siua generatio: ⁊ ita si cū hoc est spiratus passiua spira-
tio est passiua generatio. ¶ Secūdo. quia scđꝫ Damasc.
primo lib. c. 8. generare est sibi simile in natura de sua sub
stantia producere. sed constat ꝙ pater ꝓducit spiritum
sanctū sibi similem in natura/ ⁊ de sua substātia. ergo ge-
nerat ipm̄: ⁊ ita ꝑ ꝯñs passiua spiratio est vere gñatio.
¶ Ad primū respondēdum est negando consequētiā. li-
cet eñ spiratio actiua sit generatio actiua ⁊ etiā genera
tio passiua/ non tamē spiratio passiua vt ꝓbatū est supra
est actiua generatio nec passiua: imo est ab vtraqꝫ istarū
realiter distincta. ¶ Ad ꝓbationem cōcedo illud qđ as-
sumitur in maiore: videlicet ꝙ omne a generāte vt gene-
rans ꝓductum est vere genitum. sed nego minorem: licet
enim in patre nō distīguat̄ actiua generatio ⁊ actiua spi
ratio tñ pater ita generat filium ꝙ non generat sed spi
rat spiritū sctm̄. sicut licet actiua spiratio ⁊ passiua gña
tio sint idem in filio: tamē ita filius generatur ꝙ spiritū
sanctū non generat sed spirat. non enim minus pater po
test spirare generatione actiua ꝙ̄ filius generatione pas
siua: quia tamē licet spiratio actiua ⁊ generatio dicant
idem omnino in re/ illa res inquātū est generatio nō req̄
rit ꝑ se ꝙ sit spiratio/ nec ecōuerso. nō enim ipsi ex sua dif
finitione formali qua est spiratio repugnaret ꝙ distin-
gueretur a generatione: sicut nec econuerso ex diffinitio
ne formali qua est generatio hoc est talis res qualem im
portat generationis diffinitio. repugnat ꝙ non sit spi-
ratio/ hoc est talis res qualem importat ipsius spira-
tionis diffinitio: sed huiusmodi/ repugnantia est ex alio
videlicet ex simplicitate diuina vt sepe fuit in preceden
tibus declaratum. Ideo non debet dici ꝙ pater generet
spiratione/ nec ꝙ spiret generatione: sicut nec ꝙ deus in
telligat voluntate sed intellectu/ nec ꝙ velit intellectu
sed voluntate. eo tamen modo quo ista est vera/ deus in-
telligit voluntate/ ⁊ ista/ pater spirat generatione actiua

et filius generatione passiua. sicut eñ prima est vera nō
per se primo mō perseitate ꝓpositiōis cū predicatū eius
nō sit diffinitiuū subiecti: sed est vera ex idētitate rei si-
gnificāte ꝑ subiectū ⁊ p̄dicatū: quia eādē rē importat vo
lūtas ⁊ diuinus intellectus: ⁊ ideo deus ītelligit volūta-
te: sic intelligendo ꝙ volūtas diuina est illa res qua deus
intelligit: sic ⁊ in proposito consimiliter est dicendum: vi-
delicet ꝙ ista/ pater ⁊ filius spirant spiritum sanctū ge-
neratiōe/ non est vera per se primo modo sicut nec ista/ pa
ter generat ⁊ filius generatur spiratione. neutra tamen
istarum est falsa absolute loquendo. constat enī ꝙ pater
⁊ filius spirāt spiritū sanctum seipsis non aliquo mediā-
te ab eis distincto: sed nec pater est nisi generatio actiua/
nec filius nisi passiua. ergo ⁊c. ¶ Ad secundum responde
tur ꝙ illud dictum Damasc. est verum tantum de gene-
ratione large sumpta: non autem de ipa proprie accepta
vt videlicet diuiditur contra productionem voluntariā
seu modo voluntatis. ad hoc enim ꝙ hoc modo sit gene
ratio aliqua productio non sufficit ꝙ productum sit de
substantia producētis ⁊ ipsi simile in natura: sed oportet
cum hoc ꝙ sit ꝓductio naturalis: vt naturale diuiditur
contra voluntarium: immo hoc tantum sufficit ad gene-
rationem hoc modo sumptam. sol enim dicitur generare
vermē cū tamen non producat eum de substātia sua: nec
sit ipsi similis in specie. quare ⁊c. ¶ Sed est hic dubiū q̄re
magis productio verbi ꝙ̄ spiritus sancti dicitur produ-
ctio naturalis/ ⁊ per consequēs generatio. ¶ Ad hoc di
uersorū opinionibꝰ p̄termissis dicēdum est vt in distictio
ne. 10. fuit dictū: videlicet ꝙ hoc est quia passiua spiratio
spiritus sancti est talis ꝙ requirit ꝓ per se principio na
turam volitiuā inquantū est volitiua conueniēter suppo
siti ad spirandū: cui vt tali nō repugnaret nisi aliūde re-
pugnātia esset/ ꝙ cōtigēter principiaret. Productio au-
tem verbi dicitur naturalis: quia est talis ꝙ requirit ꝑ se
ꝙ suū principium sit natura diuina inquātum est intelle
ctualis: ⁊ per consequēs inquātum est naturalis: vt natu-
rale diuiditur cōtra volūtarium. ⁊ ideo illi rei summe di-
uine ex hoc ꝙ est principiū ꝓductionis verbi repugnat
per se contingenter p̄ncipiare formali repugnantia: non
autem ex hoc ꝙ est principium ꝓductionis spiritus san
cti. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quātum ad secundū apparet euidēter
ex articulo precedenti quid sit respondēdū ad quesitum
immo etiā realiter est respōsum. quoniā cū in diuinis ꝓ-
ductum quodcūqꝫ nō sit aliud ꝙ̄ ꝓductio passiua/ sicut
nec ꝓducēs suppositū aliud ꝙ̄ actiua/ per cōsequēs nul
lum suppositū diuinū a generatione passiua distinctū po
test dici nec est generatū: sed spiritus sanctꝰ a generatio-
ne passiua nō minus ꝙ̄ ab actiua realiter est distinctus.
ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia spiritus sanctus nō est nisi
spiratio passiua: sed spiratio passiua ab omī generatiōe
tā actiua ꝙ̄ passiua vt ꝓbatum est supra realiter est dis-
tincta. ergo ⁊c. ¶ Preterea ad idē arguit̄. quia deus pa
ter nō generat nisi filiū/ nec filius generat/ sed tantū cuꝫ
patre spirat spiritū sanctū actiue. ergo nec spiritus san-
ctus est passiue genitus sed spiratus. ¶ Cōfirmatur. q:
omne genitū est ꝓductū modo nature/ sed spiritus nō sic
videlicet isto modo sed alio est ꝓductus vt dictū est supe
rius. ergo ⁊c. ¶ Sed est hic dubiū an saltem ipse spiritꝰ
sanctus/ ex quo nō est genitꝰ/ possit dici ingenitꝰ. ¶ Ad
hoc dicendū est ꝙ sic vno modo/ ⁊ non alio modo. ¶ Ad
cuius euidētiam est sciēdū ꝙ ingenitū dupliciter potest
sumi. Uno modo ꝓprie: videlicet ꝓut est idē qđ nō geni
tū. Alio modo vt est idē qđ nullo mō ꝓductū. Primo mo
do accipiēdo ingenitum spiritus sanctus vere est inge-
nitus: cū vt sic ingenitū nō sit aliud ꝙ̄ nō genitū: ⁊ spiritꝰ
sanctus vere sit nō genitꝰ. Et hoc ē qđ dicit Hieronymꝰ
in regulis diffinitionū: vt magister recitat in litera. Spi-
ritus (inquit) sanctus nō est pater/ sed ingenitus atqꝫ in
factus. Scđo aūt modo accipiēdo ingenitū apparet ꝙ
spiritus sanctus nec genitus nec ingenitus potest dici.
Unde Augustinus ad Orosiū: vt magister recitat in lite
ra: sic ait. Spiritū sanctū nec genitū nec īgenitū fides ca
tholica declarat: q: si dixerimus ingenitū duos patres
affirmare videbimur. Si aūt genitū/ duos filios credere
culpabimur. sicut eñ solus filius dicit̄ genitꝰ/ ita ⁊ solus
pater dicit̄ ingenitus eo ꝙ ab alio nō sit. hec Augustinꝰ
Ex quo apparet ꝙ aliter accipit ingenitū Hieronymus
et aliter Augustinus. Et hoc est qđ ponit magister in li-
tera: vbi ꝯcordās dicta istorꝫ duorꝫ doctorꝫ/ sic ait. Ut istā
que videtur repugnantiā de medio abigamus dicimꝰ ꝙ
Hieronymus aliter accipit nomē īgeniti/ ⁊ aliter Augu
stinus. accipit eñ Augustinus ingenitum qui vel qđ ab
alio nō est/ ⁊ scđm hoc de solo patre dicitur. Hieronymus
vero dicit ingenitū nō genitum. ⁊ scđm hoc potest dici de
spiritu sancto: cū spiritus sanctus nō sit genitus. ¶ Sic
ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet so-
lutio ex predictis. non enim vt dictum est/ omnis substā
tie ꝓductio est generatio ꝓprie sumpta: esto ꝙ sit gene-
ratio large sumpta.

Secundo supposito ꝙ spiritus
sanctus nō sit genitus/ sed tantum a patre et
a filio spiratus: Quero vtrū sit spiratus vni-
formiter equaliter eque ꝑ se ⁊ eque ꝓprie ab
vtroqꝫ. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia omne spiratū vel quali-
tercūqꝫ ꝓductum a pluribus eadem numero potētia ꝓ-
ductiua ⁊ ꝓductione est ꝓductuꝫ vniformiter equaliter
eque per se ⁊ ꝓprie ab eisdē. sed spiritus sanctus est spi-
ratus a patre ⁊ a filio ꝑ eādem potētiam spiratiuam/ et
vnica spiratione sola vt dictū ⁊ ꝓbatū est supra. ergo ⁊c.
¶ Contra. quia ab illis ꝓducentibus ꝓductum non est
vniformiter nec equaliter nec eque per se ⁊ ꝓprie ꝓdu-
ctum: quorum vnū producit ipsum ex se/ ⁊ non alterum
sed pater spirat spiritum sanctum a se: non autem filius
sed a patre. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic procedā. Primo
enim dicam ad questionem ꝓpositam. Secūdo tangam
aliqua dubia circa ipsam.

Quātum ad primū pono quatuor con
clusiones. ¶ Prima cōclusio est: ꝙ spiritus sanctus spi-
ratur a patre ⁊ a filio vniformiter vno modo: ⁊ difformi-
ter alio modo. ¶ Hec ꝓbatur. quoniam omne ꝓductum
eodē numero principio ꝓductiuo ⁊ eadem ꝓductione a
producentibus ipm̄ habitis differenter/ ꝓducitur ab eis-
dem quantum ad aliquid vniformiter/ ⁊ quantum ad ali
quid difformiter. sed spiritus sanctus est huiusmodi. ꝓdu
citur enim seu spiratur a patre ⁊ a filio ꝑ idem p̄ncipiū ꝓ
ductiuū/ ⁊ vnica spiratione sola: quā tamē spirationē et
potentiam spiratiuam habent pater ⁊ filius differenter.
ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quia sic ꝓductum est vnifor-
miter ꝓductum quantum ad hoc ꝙ est ab eodem princi
pio productiuo et eadem productione numero. difformi-
ter autem quantum ad hoc ꝙ producentes ipm̄ habent
talia differenter. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet quantum ad
primam ꝑtem: videlicet ꝙ potentia spiratiua sit vnica
⁊ spiratio ipa/ ex dictis supra ī distīctiōe. 7. ¶ Scđa aūt
pars vꝫ ꝙ pater ⁊ filius non habeant vniformiter talia
seu sint ipa/ vꝫ potētia spiratiua/ ⁊ spiratio ab ea indis-
tīcta/ apparet. q: pater habꝫ hoc a se. filꝰ aūt nō habet
ꝙ spiret a se/ sed tantum a patre. ergo ⁊c. ¶ Confirma
tur. quia querens an pater et filius spirent vniformiter:
aut intendit querere vtrum spirent spiratione quam

vniformiter habeant:vel que spiratio ipsi sint:⁊ sic cōstat ꝙ nō:q2 patri cōuenit spirare a se ⁊ filio a patre. an vtrū spirent vniformi spiratione/et potētia spiratiua. ⁊ tūc si vniformiter importat conformitatem aliquorum distinctorum in re extra/ apparet ꝙ nec sic possunt dici spirare vniformiter nec difformiter cum non spirent distinctis spirationibus nec distinctis potentijs spiratiuis. si autē per ly vniformiter importetur tm̄ idētitas actionis ⁊ potētie spiratiue/ vt sit sensus ꝙ pater ⁊ filius spirāt eadē spiratione ⁊ potētia spiratiua/ apparet ꝙ sic ex declaratis in p̄cedentibus.quare ⁊c. ¶ Secūda conclusio est: ꝙ spiritus sanctus spiratur omnino equaliter nullo modo inequaliter a filio ⁊ a patre. ¶ Hec est euidens. qm̄ nullū productū a pluribus eadē ꝓductione ⁊ vnica potētia ꝓductiua potest magis ꝓduci ab vno eorū ꝙ̄ ab alio/nec ꝑ ꝯn̄s inequaliter sed omnino equaliter: sed spiritus sanctus spiratur vt dictum est a patre et a filio/nō ab vnico principio spiratiuo ⁊ eadem spiratione.ergo ⁊c. ¶ Confirmatur.quia nō minus pater ⁊ filius spirāt oīno equaliter spiritū sanctū ꝙ̄ omnes tres ꝑsone ꝓducant equaliter q̄libet ens creatū:sed tres ꝑsone cū agāt ad extra eadē creatiōe ⁊ potētia creatiua/nō possunt agere inequaliter sed oīno equaliter ad quodlibet ens creatū. omnia eīm ad idē vel ad diuersa īequaliter agenda essentialiter sunt distincta.ergo ⁊c. ¶ Et si cōtra ꝯclusionē istā arguatur.quia fili⁹ spirat ꝓpter patrē:sed ꝓpter qd̄ vnūquodq3 tale ⁊ illud magis. ¶ Respōdet ꝙ illa ꝓpositio assumpta/ꝓpter qd̄ aliquid agit ⁊ illud magis /est vera ī genere causarū finaliū essentialiter distinctarū.hoc aūt modo filius nō spirat ꝓpter patrē.quare ⁊c. ¶ Ex hoc sequit corollarie ꝙ pater nō spirat principalius ꝙ̄ filius: quia alias nō equaliter sed inequaliter spirarēt. ¶ Sed ꝯtra hoc videtur esse Augustinus.15.de tri.c.17. ꝙ spiritus sanctus principaliter ꝓcedit de patre. ¶ Ad hoc respōdetur: ꝙ vno modo ꝑ ly principaliter posset intelligi potentia spiratiua maior vel spiratio efficacior in patre ꝙ̄ in filio:⁊ sic nullo modo pater spirat pricipaliter. nec sic intelligit Augustin⁹. Alio autē modo ꝑ ly principaliter potest intelligi nō aliud ꝙ̄ esse a quo alterū habet aliqd. et isto modo Augustin⁹ ītelligit/⁊ est verū ꝙ pater principaliter spirat:quia ē illud a quo filius habet ꝙ spiret. nec aliud Augustinus intēdit dicere quādo ait ꝙ pater principaliter spirat/ nisi ꝙ pater nō habet ab alio ꝙ spiret:sed tantūmodo a seipso:filius aūt habet a patre. Et ꝙ ista sit ītētio Augustini apparet ꝑ illud qd̄ vbi supra ip̄e subdit exponens quomō sit intelligendū qd̄ dixerat vc3 spiritū sanctū principaliter ꝓcedere de patre: De patre addidi(inq̄t Augustin⁹) q2 ⁊ de filio spiritū sanctū ꝓcedere reperitur.sed hoc illi pater dedit. ¶ Cōsili mō itelligēdo pōt dici ꝙ pater pricipali⁹ creat ꝙ̄ fili⁹/⁊ etiā ꝙ̄ sp̄us sanct⁹:⁊ fili⁹ ꝙ̄ sp̄us sctūs. q2 sicut filius habet spirare a patre ita ⁊ creare.spiritus aūt sanctus ab vtroq3. quare ⁊c. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ spiritus sanct⁹ potest dici a patre ⁊ a filio eque per se spirat⁹ vno modo/⁊ alio modo nō. ¶ Hec declarat. quoniā ꝓductū ab aliquibus quoꝝ q̄libet agit ad ip̄3/nō ꝑ aliquid a se distinctū vt ꝑ principiū ꝓductiuū sed tantūmodo ꝑ seip̄m/ꝙ tn̄ vnum agat habet ab alio ⁊ nō ecōuerso: ꝓducitur eque ꝑ se ab eis vno modo/⁊ alio modo nō.in hoc siquidē talia plura productiua ꝓducētia illud ꝓducūt eque ꝑ se q2 q̄libet agit ad ip̄m nō ꝑ aliquid a se distinctū tāꝙ̄ ꝑ principium productiuū:modo quo ignis nō calefacit cū calefaciat ꝑ principium calefactiuū: puta ꝑ calorem a se distinctum In hoc aūt ꝓducūt nō eque ꝑ se: quia vnū habet ꝙ ꝓducat a seip̄o/nō autē alterū sed ab alio.sed spiritus sanct⁹ spirat isto modo a patre ⁊ a filio vt apparet ex p̄dictis. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur.quia cū queritur vtrum eque ꝑ se spirret spiritus sanctus a patre ⁊ a filio/ aut queritur de perseitate propositionis que vc3 propositio sit magis per se:an illa in qua spiritus sanctus spiratus p̄dicatur de patre: vt cū dicitur/ pater spirat: an illa in qua de filio:vt cū dicitur/filius spirat. Et sic dicendū est ꝙ neutra est per se/ nec ꝑ ꝯsequēs vna magis nec minus ꝙ̄ alia. aut q̄ritur de perseitate rei significate an videlic3 vna ꝑsona eque spiret nō ꝑ aliquid distinctū ab ipsa sicut alia. et sic dicendū est ꝙ ita vno modo p̄dicto videlicet ꝑ quāto neutra spirat ꝑ aliquid a se distinctū vt ꝑ spiratiuum principiū:⁊ alio modo non: vt videlicet vna spirat nō ab alio a seipsa:⁊ alia non sic vt dictum est. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: ꝙ spiritus sanctus est a patre ⁊ a filio spiratus eque proprie vno modo/ ⁊ alio modo nō. ¶ Hec probatur. quoniam aut per spirare proprie intelligitur idem qd̄ spirare nō translatiue/ aut idem qd̄ spirare a se. Si primo modo/constat ꝙ spirant eque proprie. non autem secundo modo sumendo spirare proprie:cum pater spiret a se:filius autem a patre.ergo ⁊c. ¶ Et quia spirari proprie dicitur cōmuniter ⁊ proprie:primo modo videlicet non transumptiue:ideo simpliciter est concedendū ꝙ spiritus sanctus est eque proprie spiratus a filio et a patre. ⁊ propter eandem rationem potest concedi absolute ⁊ sine aliqua distinctione ꝙ est ab eis spiratus vniformiter equaliter ⁊ eque per se. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum : vbi sunt soluenda aliqua que circa materiam istam ꝯsueuere queri: Primū dubium hic soluendum est: an pater prius spiret ꝙ̄ filius. Secundum. vtrum pater spiret filio mediāte. Tertiū est:vtrum pater spiret per filium. Quartum: vtrum spiritus sanctus spiretur nato filio an non nato. si enim spiratur nato filio/ergo est posterior ipso. si autē spiratur non nato filio/est ecōuerso.quia videlicet est prior eo:cum tamen in trinitate nihil sit alio prius neq3 posterius:sed tote tres persone coeterne sibi sunt ⁊ coequales vt dicitur in symbolo Athanasij. ¶ Ad ista per ordinem . ¶ Ad primū dubium apparet quid dicendum: quoniam constat ꝙ in diuinis non est prioritas durationis:de qua prioritate ⁊ posterioritate est intelligendum illud symboli. In hac trinitate nihil pri⁹ neq3 posterius. nec est ibi prius nec posterius in natura nisi eo modo sumendo ordinem nature quo potest accipi large vt fuit dictum in distinctione.9.nec est ibi prius causalitate:quia nec est ibi causa ⁊ causatum: cum causa dicatur illud ad cuius esse sequitur aliud/⁊ per consequens inter causam et causatum sit diuersitas essentialis qualis est impossibilis in diuinis.est autem ibi prioritas originis: cum nec prius origine sit aliud intelligēdū ꝙ̄ esse a quo alterum ab eo distinctum essentialiter vt in creaturis vel tātum personaliter vt in diuinis. ⁊ ita intelligendo per patrem spirare prius filio origine/ ipsu3 spirare a seipso ⁊ filium ab eo/ constat ꝙ prius spirat pater ꝙ̄ filius isto modo. ¶ Confirmatur.quia minor esset repugnantia/ patrem spirare spiritum sanctum filio non spirante ipsum ꝙ̄ ecōuerso nisi aliūde hoc repugnaret vt fuit declaratū in distinctione.9.sed patrem spirare prius origine ꝙ̄ filiū non est aliud ꝙ̄ ipsum spirare a se/⁊ filiū ab ipso : cui videlicet patri minus repugnaret nisi aliud obuiaret spirare filio non spirante ꝙ̄ econuerso.ergo ⁊c. ¶ Ad secundum respondetur ꝙ aut per producens mediatum intelligitur producens qd̄ non producit nisi per medium vt per productiuum principium ab ipso distinctum: aut intelligitur aliquod vnū producens suppositum: a quo habet alterū suppositum ꝙ producat vnum ⁊ idem secū. Si intelligat primo modo/nullo modo est concedendū patrē spirare mediāte filio:sed bene scd̄o mō hoc intelligēdo.

¶ Primū ꝓbatur. quoniā principiū sancti spiritus spiratiuū est vnicum a patre ⁊ a filio īdistinctū/ nec magis filius est principiū huiusmodi spiratiuū patri/ꝙ̄ pater filio.ergo nec magis pater spirat mediāte filio isto modo ꝙ̄ ecōuerso. ¶ Confirmatur.quia si pater hoc modo mediāte filio spiraret/aut hoc esset quia spiratio ipsi immediate nō cōueniret/aut quia spiratio ipsi īmediate cōueniēs nō terminaretur īmediate ad spiritū sanctū.sed non pōt poni primū cū pater sit ipsa spiratio actiua/nec scd̄3 cū eadē sit spiratio actiua patris ⁊ filij: nec ꝑ ꝯn̄s spiratio vnius possit terminari īmediatius ad spiritū sanctū ꝙ̄ alterius.ergo ⁊c. ¶ Scd̄m videlicet ꝙ scd̄o mō intelligēdo ꝑ patrē spirare mediāte filio sit ꝯcedēdū ip̄m sic spirare mediāte eo/appet. quoniā cōstat vt sepe in p̄cedētibus fuit dictū/ ꝙ pater ⁊ filius spirāt spiritum sanctū quē quidē spiritū sanctū spirare habet filius a patre.ergo ⁊c. ¶ Et si contra hoc arguatur: quia spirare immediate est spirare sine omni medio:pater autem spirat immediate:ergo nō mediante filio: ¶ Ad hoc respondetur ꝙ licet pater dicatur spirare ⁊ spiret īmediate spiritum sanctum/⁊ sine omni medio vt est spiratio actiua immediate ad spiritum sanctum terminata:tamē inquātū ip̄e pater est a quo fili⁹ habet ꝙ spiret/vt sic spirat vtiq3 nō sine omni medio: sed scd̄m ordinē originis supradictum. nullū eīm est incōueniēs dicere/patrē spirare immediate vt est spiratio actiua ad spiritū sanctum terminata/⁊ mediāte filio inquātum est suppositū a quo filius habet ꝙ spiret. ¶ Ad tertiū iam fuit responsum in scd̄a questione distinctiōis.11. ¶ Ad quartū ⁊ vltimū respōdetur ꝙ si ꝑ istam/ spiritus sanctus spiratur nato filio/ intelligatur ꝙ spiritus sanctus incipiat spirari postꝙ̄ filius est nat⁹ propositio est falsa. quia tres persone coeterne sibi sunt ⁊ coequales: cuius contrarium daret intelligere ista ꝓpositio modo p̄exposito intellecta. ¶ Et quando arguitur: ꝙ si non spirat nato filio/ergo est posterior eo:apparet ꝙ nō sequitur.non enim valet magis illa cōsequētia ꝙ̄ ista/filius non precedit spiritum sanctū tēpore siue duratione ergo spiritus sanctus precedit filiu3 isto modo. quoniā nec per istā/spiritus sanctus non spiratur postꝙ̄ filius est generatus/importatur nisi ꝙ ipse spiritus sanctus non est posterior tēpore siue duratione ꝙ̄ filiu3.quare ⁊c. ¶ Si autem per istā /spiritus sanctus spiratur nato filio/ intelligatur ꝙ spiritus sanctus sit posterius posteritate originis spiratus ꝙ̄ sit filius generatus/sic potest concedi: nec contra hoc est illud symboli vbi dicitur ꝙ tres ꝑsone sibi sunt coeterne/nec est in trinitate prius nec posterius:quia ibi nō negatur nisi illa prioritas ⁊ posterioritas que repugnat personis diuinis. talis autem non est prioritas nec posterioritas originis: sed durationis vel temporis.quare ⁊c. ¶ Sed nunquid pater prius origine generat filium ꝙ̄ spiret spiritum sanctū? ¶ Ad hoc dicendum est ꝙ non. tum quia actiua patris generatio ⁊ spiratio sunt idem totaliter in re extra.ordo autē originis nec potest esse nisi inter distincta aliqualiter in re extra, tum quia licet filius habeat ꝙ spiret a patre: et ideo possit dici spirare posterius origine ꝙ̄ pater/ non sic intelligendo ꝙ iste ordo originis sit spirationis ad spirationem vt absolute sumptam: cū actiua patris et filij spiratio sit vnica:sed patris spirātis ad filium: tamen pater ipse nec spirationem nec generationem nec aliquid habet ab aliquo alio:sed tantummodo a seipso. ergo cum nihil existens in patre possit dici prius origine aliquo existente in ipso vt existente in ipso: licet vt existente in altero:nec per consequens pater potest dici prius generare nec posterius origine ꝙ̄ spirare. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionē decimāquartā in qua magister incipit determinare de processione spirit⁹ sancti tēporali/ postꝙ̄ determinauit in p̄cedentibus de eius processione eternali:quia ipse Magister primo ostendit ꝙ sanctus spirit⁹ procedit a patre ⁊ a filio tēporali processione: secundo querit vtrū spiritus sanctus detur aliquādo ab aliquo viro sancto:ideo quero de istis duobus. Et primo de primo. vtrū spiritus sanctus detur seu mittatur tēporaliter a seipso/ an tantū ab alio:videlicet a filio ⁊ a patre. ¶ Et videtur ꝙ non tantum ab alio:sed etiam a seipso. quia cum indiuisa sint omnia trinitatis opera/omnis effectus in re productus est totius trinitatis ⁊ cuiuslibet personaru3:sed missio sancti spiritus seu donatio creature facta est aliquis effectus visibilis vel inuisibilis secundū ꝙ differenter mittitur seu donat ipse sanctus spiritus vt dicetur in sequētibus.ergo ⁊c. ¶ Cōtra.quia ab eodem tantum ⁊ non ab alio persona diuina datur seu mittitur a quo producitur.sed spiritus sanctus non ꝓducitur a seipso sed a patre ⁊ a filio.ꝗ ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic procedam. Primo enim inquiram quid per tēporalem sancti spiritus processionem/missionem/⁊ donationem sit intelligendum. Secundo dicam ad quesitū. Tertio soluam vnum dubium.

Quantum ad primū dicitur communiter ⁊ bene ꝙ trinitatem dare spiritum sanctum creature:est ipsam trinitatem dare aliquod donū creature quo mediante natum est ipsi manifestari spiritum sanctū per modum volūtatis esse sicut ⁊ est/ productū. Trinitatem autē mittere spiritū sanctū nō est aliud ꝙ̄ ipsam mittere creature itellectuali aliquod donū ꝑ qd̄ ipi natū sit fieri manifestū spiritū sanctū sic esse ꝓductū. Spiritū sanctū procedere tēporaliter a trinitate nō est aliud ꝙ̄ ab ip̄a trinitate tota ꝓcedere aliquod donū quo natum est manifestari creature spiritū sanctū ip̄m esse mō p̄dicto ꝓductū. ¶ Ista ꝓbātur ꝑ magistrū dicētē.c.1.huius distinctiōis ꝙ missio hm̄ōi est dei operatio:⁊ ꝑ hoc ꝓbat ꝙ quelibet persona mittat:videlicet quia trinitatis op̄a sunt indiuisa.missio autē sancti spirit⁹ est op̄atio ad extra aliqua manifestans ꝑsonā ꝓductā que sola mittitur. non enim persona improducta qualis est solus pater dicitur vnꝙ̄ missus.vnde Augustinus.2.de tri.c.5. Solus inquit pater nūꝙ̄ legitur missus. ergo cū scd̄3 magistrū sentētiarū spiritus sancti missio/vel datio/ seu temporalis ꝓcessio non sit aliud ꝙ̄ aliqua dei operatio manifestans personā productā que nō manifestatur aliter nisi ꝑ hoc ꝙ manifestatur suus modus procedendi a ꝑsona ip̄am ꝓducēte siue sua passiua ꝓductio/ꝑ ꝯsequens bene dictū est ꝙ spiritū sanctū ꝓcedere temporaliter vel dari vel mitti non est aliud ꝙ̄ donū aliquod a tota trinitate procedere/ seu creari creature dari seu mitti:quo mediante natū est ipsi fieri manifestum spiritum sanctū esse tali modo ꝓductū. ¶ Ex quib⁹ apparet ꝙ ista noīa/spiritus sancti tēporalis processio/missio/⁊ datio sunt nomina synonyma ⁊ idē omnino significātia:videlicet donū aliqd̄ a deo esse collatum sancti spiritus manifestatiuū. ¶ Et si queratur quomodo donū huiusmodi possit magis rep̄sentare vnā ꝑsonā ꝙ̄ aliā cū sit effectus cōmunis totius trinitatis:⁊ per ꝯn̄s omniū ꝑsonarū: ¶ Ad hoc respōdetur ꝙ hoc est vel q2 effectus ille/licet omniū ꝑsonarū/est tn̄ appropriatus alicui ip̄arū:vc3 ꝑsone illi ꝓducte q̄ dicit mitti mediāte effectu tali: vel quia effectus ille pertinet ad secundam vel ad tertiam partem imaginis create. ⁊ ideo effectus

pertinens ad secundā partē imaginis rep̄sentat secūdā personam productā modo intellectus sicut est producibilis talis effectus: videlicet mētis cōceptus seu intelligendi actus. si aūt pertinet ad tertiā partē imaginis/ vt scꝫ ē amor/ rep̄sentat tertiā ꝑsonā ꝓductā mō volūtatis. ¶Et si contra hoc arguatur: quia tunc sequeretur ꝙ si esset effectus pertinens ad primam partem imaginis vt species pertinens ad memoriam/ representaret primam personā esse missam: cū tamen prima persona nō legatur missa. ¶Ad hoc respondetur: ꝙ licet talis effectus rep̄sentaret primam personam: nō tamē representaret eam missam: quia effectum representare personam missam est ipsum rep̄sentare personā esse productā. ⁊ ideo quia prima persona nō est ꝓducta: nec ꝑ cōsequēs potest ꝑ effectum aliquē rep̄sentari siue manifestari vt producta seu vt improducta: ideo nec dicitur mitti/ nec vt missa representari nisi velis cōtra cōmunē vsum doctorū vtentiū talibus vocabulis personam mitti/ personā ipsam manifestari esse productā si est ꝓducta/ ⁊ improductā si improducta. hoc eīn mō accipiēdo vocabulum missionis seu tēporalis spiritus sancti processionis: non tantum dicitur mitti persona ꝓducta: sed etiam improducta. ¶Sed cōtra hoc qđ dictū est/ vcꝫ effectū pertinentē ad diuersas partes imaginis representare seu manifestare diuersas personas/ vt effectū pertinētē ad secūdam partem/ secūdam/ ⁊ ad tertiā partē/ tertiā ꝑsonā/ videtur posse argui: quia omnis notitia pertinet ad secūdā partē imaginis create ⁊ amor ad tertiā: sed aliqua notitia a deo creature intellectuali infusa posset esse representatiua ⁊ manifestatiua spiritus sancti vel patris nō secūde persone videlicꝫ filij: aliquis etiā actus amoris videretur magis esse representatiuus prime vel secūde ꝑsone diuine ꝙ̄ tertie. ergo nō omnis effectus ꝑtinēs ad primā partē imaginis rep̄sentat ꝑsonā primā/ nec pertinēs ad secūdam partē/ scđaꝫ/ nec ad tertiā tertiā: sed aliquādo ecōuerso. ¶Minor ꝓbatur. quia notitia rep̄sentat seu manifestat suū obiectum magis ꝙ̄ aliquid aliud qđ nō est eius obiectū. amor etiā si est alicuius rei rep̄sentatiuus magis videtur esse sui obiecti rep̄sentatiuus seu manifestatiu⁹ ꝙ̄ alicuius alterius. idē dico de specie ad primā partē imaginis ꝑtinente: videlicꝫ ꝙ magis obiectū suū ꝙ̄ aliquid aliud manifestat. sed species ipsa potest eē nō patris sed filij vel spirit⁹ sancti rep̄sentatiua vt sui obiecti. notitia aūt ecōuerso/ licꝫ ad secūdā partē imaginis ꝑtinēs/ pōt esse prime ꝑsone vel tertie trinitatis/ ⁊ amor ad tertiam imaginis partē spectās potest esse prime vel secūde ꝑsone. ergo ⁊c. ¶Ad hoc potest dici ꝙ duplex est manifestatio seu rep̄sentatio. Una eīn est quasi vniuoca/ ⁊ alia quasi equoca. Rep̄sentatio seu manifestatio vniuoca hic vocatur illa q̄ fit ꝑ aliquid aliquo modo simile rep̄sentato. et hoc modo diuerse partes create imaginis manifestāt seu rep̄sētāt diuersas ꝑsonas trinitatis. Rep̄ntatio aūt equiuoca hic vocatur que non sic fit per simile/ sed magis per dissimile obiecto rep̄sentato: modo quo termin⁹ vocalis vel conceptus mētis rep̄sentat obiectū ꝓprium vt signū suūꝫ signatum. non eīn signū est simile/ sed potius dissimile suo signato. vnde magis omnes voces et mentis ꝯceptus sunt īter se similes ꝙ̄ cū rebus significātis. nec tamē vnū horum signorum est alterius signū representatiuū: sed omnia sunt signa rep̄sentatiua suorum signatorum/ licet ab eis magis ꝙ̄ ip̄a inter se differāt/ distinctorum. ¶Tunc ad ꝓpositum dico ꝙ licet non semp effectus ꝑtinēs ad primā partē imaginis rep̄sentet primā ꝑsonā/ nec pertinēs ad secundā partē scđam/ nec ad tertiā tertiā isto secūdo modo videlicet equiuoce: modo quo signū rep̄sentat suūꝫ obiectum signatum: immo isto modo vt arguit ⁊ bene/ prima pars imaginis possit esse representatiua secūde ꝑsone vel tertie: ⁊ secūda pars prime ꝑsone vel tertie: ⁊ tertia pars prime ꝑsone vel secūde: tm̄ nō est sic primo modo accipiēdo rep̄sentationem seu manifestationē puta vniuocā: q̄ vcꝫ fit ꝑ aliquid aliquo modo simile obiecto rep̄sentato. Hoc eīn modo oīs notitia q̄ est scđa pars imaginis/ est rep̄sentatiua filij: esto ꝙ sit patris vel sancti spiritus vt obiecti: q2 oīs notitia cuiuscūqꝫ ꝑsone diuine/ vel etiā rei create/ est in hoc similis verbo increato: ⁊ ideo eius rep̄sentatiua: q2 exigit qn̄ naturaliter ꝓducitur ꝑ ꝑ se principio ꝓductiuo naturā intellectualē inquātū itellectualis est: cui vt sic repugnat agere cōtingēter seu libere. ⁊ ideo dicit ꝓduci modo nature. Consimile suo modo est in verbo increato vt fuit in precedentibus declaratū. Amor etiā qui est tertia pars imaginis est tm̄ hoc mō: vcꝫ ꝑ modū similis rep̄sentans solā tertiā trinitatis ꝑsonā ꝓ quāto sicut illa exigit pro per se principio ꝓductiuo naturā volitiuā inquātū volitiua est: cui vt talis est cōuenit agere libere nō mō nature pro quāto ipsi vt hoc modo considerate nō repugnaret etiā ad intra nisi aliūde oriretur huiusmodi repugnantia agere ꝯtingēter: ita ⁊ de amore create aliquo mō ꝯsimiliter est dicēdū. ¶Et ideo ad ꝓpositū vel ꝑsonā mitti est ipsam manifestari in aliquo quomodocūqꝫ eius rep̄sentatiuo/ vel nō nisi in aliquo eius rep̄sentatiuo ꝑ modū quo simile alterū sibi aliquo mō simile manifestat. Si primū dicat: vtiqꝫ ꝯcedendū est secūdā ꝑsonā posse mitti nō tm̄ mediāte aliq̄ dono ad secūdā ꝑtē imaginis sed etiā ad primā vel ad tertiā pertinēte vt mediāte specie vel amore ipsi⁹ tātūmodo vt obiecti. Cōsimiliter de ꝑsonis alijs est dicēdū. videlicꝫ ꝙ hoc modo possunt ꝑ diuersas ꝑtes imaginis p̄sentari. Si aūt ponat secūdū: vt sic nec missio quia nec rep̄sentatio seu manifestatio alicuius determinate ꝑsone fit nisi mediāte determinato effectu ad determinatā partē imaginis ꝑtinēte: sicut filius isto modo manifestat ꝑ notitiā/ ⁊ spiritus sanctus ꝑ amorē vel per aliqua diuersis appropriata ꝑsonis: vt fili⁹ ꝑ habitualē sapientā/ ⁊ spirit⁹ sanctus ꝑ gratiam. ¶Hec de primo.

Quātum ad secundum dicitur ꝙ mittere duplr̄ pōt sumi. Uno modo large: ⁊ sic non est aliud ꝙ̄ manifestare personam aliquam productam per donū aliquod ipsi appropriatū ipsam representans esse productam. ⁊ vt sic accipiendo mittere cum non sit aliud ꝙ̄ tale donum creature conferre/ ⁊ donū huiusmodi sit cōmunis totius trinitatis effectus/ per consequēs ⁊ mittere conuenit personis omnibus: ita ꝙ spiritus sanctus non tantū mittitur isto modo a patre ⁊ a filio/ sed etiam a se ipso. nec hoc est inconueniens: imo sic est necessario dicēdū: cum omnis effectus a personis oībus ꝯsimiliter ꝓducatur. sicut eīn oēs tres ꝑsone operate sunt humanitatem assumptā/ ⁊ ipsam ꝓductā vniuerūt vni ipsarū tantum modo quo plures homines possent vnū tantū induere ex seipsis/ ita ⁊ tres oēs ꝑsone possunt effectiue manifestare creature vnā de seipsis tantū ꝑ aliquod donū qđ rep̄sentat personā istam manifestatā esse productam. ⁊ ideo sicut ipse dei filius humanitatem quā assumpsit produxit/ sibiqꝫ vniuit: ita ⁊ potest donum aliquod eius representatiuum producere ⁊ creature conferre/ ⁊ ꝑ cōsequēs se mittere. Cōsimiliter est dicēdū de spiritu sancto. Alio autē modo sumitur mittere magis stricte. ⁊ sic nō est idē qđ manifestare absolute: sed manifestare cū auctoritate mediāte tali dono collato ꝑsonā/ que missa dicit/ eē productā. ⁊ isto modo sumēdo mittere nō oēs persone dicūtur mittere/ sed tantū ꝑsona ꝓducēs dicit mittere ꝑsonā productā manifestatam. vnde ⁊ hoc mō accipit mittere Augustinus secundo de tri. c. 5. vbi loquens de missione filij/ dicit ꝙ exire a patre et venire in mundum/ hoc est

mitti. semper enim persone producēti attribuitur auctoritas licet non maior nobilitas ꝙ̄ persone producte. Et ideo intelligendo per primam mitti ipsam manifestari ꝑ esse ab illa cui attribuitur auctoritas/ sicut sola persona producta dicitur missa/ ita ⁊ a sola persona ipsam producente dicitur esse missa. ⁊ hoc modo non dicitur spiritus sanctus mitti a seipso: sed tantū a filio ⁊ a patre: sicut nec filius a seipso/ nec a spiritu sancto: sed a patre solo. Primo autem modo accipit mittere Augustin⁹. 2. de tri. c. 5. vbi dicit ꝙ filius a patre sine spiritu sancto mitti nō potuit. constat enim ꝙ illo primo modo accipiendo mittere nulla sine alijs omnibus potest mittere sicut nec aliquid ad extra agere. Ex quo apparet ꝙ aliter est loquēdum de mittere actiue ⁊ aliter de mitti passiue. quoniam quomodocūqꝫ sumatur mitti passiue potest esse vnius solius persone: non autem mittere effectiue. ¶Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimū: dubiū hic soluendū est: vtrum spiritus sanctus detur creature siue mittatur in propria persona vel tantū mediāte aliquo suo dono. ¶Ad hoc respondet magister sententiarū in litera distinctione ista. c. 2. ꝙ vtiqꝫ spiritus sanctus datur non tantum in aliquo eius dono: sed etiam in seipso et in sua propria persona. qđ etiam probat ibi ꝑ Augustinū ⁊ Ambrosiū satis prolixe. ¶Sed tūc est dubium quo modo sit intelligendum. constat enim ꝙ tota trinitas est realiter ⁊ secundum se vniformiter semper presens cuilibet creature: nec per consequens aliqua persona diuina secūdū se nouiter aduenit creature/ sicut nec magister intendit dicere nec alij vt Augustinus ⁊ Ambrosius/ per quos ꝓbat spiritū sanctū dari seu mitti in ꝓpria ꝑsona. ¶Et ideo hoc exponitur. Uno modo ꝙ spiritus sanct⁹ dicatur donari in propria persona ex hoc quia donū creatum rep̄sentans ipsum esse productum quo datur/ non solum denominat effectū sancti spiritus videlicet seip̄m sancto spiritui appropriatū dari creature: sed etiam secūdum aliquē modum loquēdi sanctorum denominat ip̄m spiritum sanctū secundū se ⁊ in propria persona esse datum creature/ seu missum. cū personā mitti seu dari creature ratiōali/ hoc ē esse manifestatā actu vel habitu ipsi sit ipsaꝫ per aliquod donū tali persone appropriatū manifestari ei esse productam. vnde Augustinus q̄rto de tri. cap. penl̄. Spiritui sancto donū eē ē a patre procedere ⁊ mitti est cognosci qđ ab illo procedit. ex quo apparet ꝙ Augustinus non intendit dicere ꝙ spiritus sanctus mittatur/ nec mitti dicat/ nec filius tēporaliter creature rationali in ꝓpria persona: nisi quadā denoīatione extrinseca sumpta ab isto dono ipsi appropriato collato creature rationali cui ꝑsona ꝓducta ꝑ tale donū rep̄sentata dicitur mitti. ¶Alio modo exponit ⁊ cōmunius ꝙ spiritus sanctus dicitur in ꝓpria persona datus ꝓ quāto ad collationē doni creati aīe rationali ipse spiritus sanctus est ipsi datus ad eam diligendū/ ac ad bonū sibiqꝫ ꝓficuū excitandū: ⁊ ideo dicitur ipsi dari sicut amicus dicit esse illi quē diligit datus/ pro quāto ille ab eo dilectus potest ipso vti in omnibus ipsi vtilibus licitis ⁊ honestis. ⁊ licet hoc videlicet creaturam rationalem diligere ac ipsaꝫ ad bonum mouere mediante ipsi collato dono gratie sit toti trinitati cōmune: appropriatur tamen spiritui sancto propter donū ipsum collatum: quo mediante fiūt talia ipsi appropriata. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis. est enī vera cōclusio vtriusqꝫ ratiōis/ accipiēdo mittere diuersis modis. Si enim accipiatur large/ est omniū personarum vt probat prima ratio. si autem proprie/ est solius producētis persone vt probat ratio secunda.

Secundo quæro de secundo de quo magister inq̄rit in vltima parte hui⁹ distinctionis: videlicet vtrum spiritus sanctus detur alicui seu mittatur ab aliquo viro sancto. ¶Et videtur ꝙ sic. quoniam ab eodem spiritus sanctus creature ratiōali mittitur siue datur a quo ei donū gratie vel quodcūqꝫ aliud sancti spiritus procuratur. sed constat ꝙ dona sancti spiritus obtinētur ⁊ procurantur multis a viris sanctis ⁊ iustis. ergo ⁊c. ¶Cōtra. quia spiritum sanctū mittere est aliquod eius donū conferre: sed talis doni productio ⁊ collatio est possibilis soli deo non alicui viro sancto. ergo ⁊c. ¶Responsio. vbi sic procedā. Primo enim inquiram an spiritus sanctus detur aliquādo sine dono charitatis. Secūdo dicam ad quesitū: videlicet an spiritus sanctus detur a viris sanctis. Tertio. ostendā quomodo mitti conuenit vel non conuenit omnibus personis.

Quātum ad primū dicitur ꝙ spiritus sanctus non datur rationali creature perfecte sine charitate seu gratia gratum faciente. quia sicut dicit magister in litera/ temporalis perceptio sancti spiritus est ad sanctificādū creaturam. nulla autē rationalis creatura potest perfecte sanctificari nisi mediante gratia spiritus sancti. ergo nec sine ipsa habita datur spiritus sanctus perfecte: cū nullū alium nisi habentem ipsam deus acceptet ad vitā eternam. potest tamen imperfecte ⁊ secundum quid dari sine charitate ī alijs gratijs gratis datis. ¶Sed hic modus dicendi non videtur conueniēs. quoniam vt dictum est in alia questione: spiritū sanctū dare nō est aliud ꝙ̄ cōferre creature aliquem effectū rep̄sentātem ipsum spiritum sanctum esse taliter procedētem. ergo in quocūqꝫ manifestante seu representante spiritū sanctum isto modo/ dari potest ip̄e spiritus sanctus siue mitti. sed sine omni gratia gratum faciēte potest conferri homini aliquis effectus ipsi sancti spiritus expressiu⁹ seu manifestatiuus. omnis enim actus amoris est representatiuus spiritus sancti ⁊ processionis eius quodāmodo vniuoce. notitia autem est representatiua ipsius quodā modo equiuoce: vt dictum est in alia questione. ergo cum vtrūqꝫ istorum videlicet tam amor ꝙ̄ notitia possit haberi ⁊ a deo infundi sine gratia gratum faciente: sequitur ꝙ sine ipsa possit spiritus sanctus dari. ¶Confirmatur. quia si spiritum sanctum dare est effectum ipsi appropriatum ac representantem ipsum esse productum creature rationali conferre/ quāto effectus homini collatus est spiritui sancto magis appropriatus ac ipsi⁹ ⁊ productionis ei⁹ magis seu euidētius representatiuus: tanto magis proprie ⁊ perfecte potest dici spiritus sanctus datus. sed amor actualis est effectus magis spiritui sancto appropriatus ac magis eius ac sue productionis representatiu⁹ ꝙ̄ amor habitualis: qualis amor est gratia gratum faciens. notitia etiā spiritus sancti euidentius est equiuoce eius rep̄sentatiua ꝙ̄ ip̄a habitualis gratia. ergo ⁊c. ¶Et ideo quantū ad istū articulū aliter est dicēduꝫ: vel saltem est illud qđ cōmuniter dicit exponēdum. ¶Ad cuius euidentiā est sciēdū ꝙ dupliciter potest intelligi spiritū sanctū perfecte dari seu mitti creature rationali. Uno mō quo dicat perfecte datus quoniam effectus creature rationali collatus/ in quo ipse dicitur esse datus/ est perfecte ipsum rep̄sentans quātū est possibile ip̄m ꝑ creaturam aliquā representari seu manifestari. et hoc vel vniuoce vt representat per actū amoris sibi appropriatū: vel equiuoce vt representaretur per actuꝫ cognitionis ipsius spiritus sancti licet verbo appropriatum si talis actus īfunderet. Alio modo potest intelligi

et sic cōmuniter a sanctis et ab aliis intelligitur spiritū sanctū dari perfecte perfectione supernaturali: qualis p fectio hic vocatur precise illa forma que est signū ppriū electoū per quā rationalis creatura sanctificatur: quia vt digna eterna gloria acceptatur. ⁊ ideo isto mō spiritus sanctus dicit creature rationali pfecte dari vtiliter siue perfectione vtili/cū nihil ipsi in hac vita possit esse vtilius tali forma vel gratia gratū faciēte supnaturali. ¶Primo autē modo dicit dari pfecte pfectione se tenēte ex parte repsentātis signi vel ipsius effectus collati creature rationali: in quo effectu ipse spiritus sanctus est perfecte ⁊ euidentius p̄ in aliis impressis.

Hoc premisso: pono quatuor conclusiones. ¶Prima est: q accipiēdo missionē seu dationē sancti spiritus primo mō/sanctus spiritus pōt a deo cōferri seu mitti creature rationali etiā pfecte absq; aliquo charitatis dono: nō tñ sic dat cōiter de facto. ¶Hec quā tū ad primā ptē: vel q possit pfecte dari sine dono gratie isto mō/pbata est supius: qñ quanto effectus in quo dat sanctus spiritus est magis ipsi appropriat⁹ vel magis manifestās seu repsentās ipm esse pductū/ tāto ipe spiritus sanctus dicit datus seu missus pfectius isto modo: sed alia a charitate seu gratia gratū faciēte sunt spiritu sancto magis appropriata vel cuidētius eius repsentatiua vel vniuoce vt actus amoris: vel equiuoce vt actus cognitionis. q̄ cū deus ipse possit infundere vtrūq; istoū actuū tam cognitionem videlicet spiritus sancti p̄ dilectionē actualē ipsius vel alterius sine gratia gratū faciente: in vtroq; horū per cōsequēs posset pfecte sanctum spiritū dare seu mittere isto modo. ¶Secunda pars: videlicet q non sic ꝓmuniter fiat de facto/ apparet tum quia nec cōmuniter deus infundit actum cognitiuū nec appetitiuū sed habitum: tum quia nec actum nec habitum infundit cōmuniter sine gratia gratū faciēte. cōstat enim q quando in baptismo fides/spes/⁊ virtutes alie infundūtur cum eis gratia simul infundit. ⁊ hinc est q indispositus ad gratiam vt ficte veniēs ad baptismū nō recipit aliquam aliarum virtutum. quia nullam aliarum deus statuit infundere sine gratia gratum faciente: licet postp̄ contulit ipsas simul cum gratia eas non auferat siue subtrahat cuicūq; subtraxit gratiam: alias nō maneret in aliquo existente in peccato mortali fides nec spes nec aliqua virtus alia. qō est falsum. quando etiam postea deus infundit augmentum talium virtutum cum charitate insimul infusarum infundit augmētum ipsius charitatis: cum augmentum huiusmodi infundatur propter aliquē actum meritorū/ qui quidē principalius meretur aliquē gradum charitatis. ergo ⁊c. ¶Secūda cōclusio est: q spiritus sanctus primo datus seu missus cū charitatis dono remanet modo p̄dicto videlicet primo datus sine ipso charitatis dono prius collato. ¶Hec sequitur corollarie ex p̄dictis. quonā existente in creatura rationali supnaturali aliquo dono dei repsentāte ipsū aliquā diuinā personā p̄ductam que sola dicitur mitti seu dari/ manet in ea talis persona datū ipsi per donū supernaturale huiusmodi p̄sentata. sed fides supnaturalis infusa simul cū gratia est habitus cognitiuus personarū diuinarū omniū p̄ductarū. per fidē enim cognoscimus filium esse a patre/⁊ spiritū sanctū a patre ⁊ a filio eternaliter p̄cedentē. huiusmodi autē fides manet vt dictū est cum mortali peccato: ⁊ per consequēs subtracto gratie spiritus sancti dono. ergo licet spiritus sanctus nō detur nec filius sine charitatis dono/ tamē datus cum ipso remanet in multis datus spirit⁹ sanctus ⁊ filius sine ipo. ¶Et si queratur an talis habēs sine charitate talia supnaturalia dona dei vt fidem ⁊ spem possit sine charitate mereri eorū augmētum: Ad hoc videtur esse dicendū q non. licet enim talis possit fidem ⁊ spem alterius rationis a fide ⁊ a spe infusis acquirere ac eorum augmentū ex diuersis actibus modo quo acquiruntur alij naturales habitus: non tamen augmentum istorum habituum infusorum: quoniam isti supponuntur esse habitus supernaturales soli deo effectiue possibiles: nec per cōsequēs possunt postp̄ habiti perfici seu intendi magis q̄ primo nouiter fieri/ nisi sola virtute dei. sed sicut de⁹ statuit eos primo non conferre sine charitate ita nec postea statuit eos perficere: seu ipsorum augmentum infundere sine ipsa. q̄re ⁊c. ¶Tertia conclusio est: q accipiendo donationem sancti spiritus secundo modo/ nulli creature rationali mittit siue donatur sine charitatis dono. ¶Hec apparet tantum ex fide. constat enim: licet non aliter q̄ per fidem/ gratiā esse homini necessariam ad vitam eternam: quia gratia dei vita eterna: sed spiritum sanctū dari perfecte isto modo est ipsum dari in aliquo effectu sic perfecte vtili creature rationali q eo mediante ipsa acceptatur vt vita eterna digna. talis autem effectus non est nisi gratia gratum faciens. ergo ⁊c. ¶Quarta ⁊ vltima conclusio est: q licet spiritus sanctus non detur isto modo sine gratia gratum faciente: tamē non datur in sola gratia ipse: sed etiam in aliis donis que cum ipsa insimul conferuntur. ¶Hec apparet. quoniam in quocūq; effectu representante sanctum spiritum vel filium esse p ductum necessario homini ad salutem datur sanctus spiritus vel etiam filius isto modo. sed fides que est de generatione verbi ⁊ spiratione spiritus sancti ⁊ per consequens representans istas duas personas diuinas esse p ductas/ est necessaria homini ad salutē. ergo ⁊c. ¶Hec de primo.

Quātum ad secundum est sciendum q dupliciter potest spiritus sanctus dari. Uno enim modo potest dari ab aliquo causaliter seu effectiue: modo quo datur ab illo qui immediate efficit ⁊ infundit illud donū in quo spiritus sanctus dat. ⁊ hoc modo cōstat spiritum sanctū nō posse dari ab aliquo alio q̄ a deo: saltē quādo datur mediante aliquo dono supnaturali nulli effectiue possibili nisi ipsi. ⁊ hoc modo accipit Augustinus spiritū sanctū dari. 15. de tri. c. 26. vbi dicit. quomō deus nō est q̄ dat spiritū sanctus? Secō mō potest dici dari ab aliquo occasionaliter/ modo quo dat ab illo qui licet nō sit causa efficiēs nec infundēs homini illud donū in quo spirit⁹ sanctus dicit ipsi dari/ est tñ occasio illius. ⁊ hoc mō spūs sanct⁹ dat nō tñ a viris sanctis: sed etiā ab iniustis. hoc em̄ modo oēs ministrātes tā iusti q̄ iniusti debite aliq̄ ecclesiasticum sacramētū dāt ipsi vel illi cui ministrāt occasionaliter spiritū sanctū. est em̄ quilibet eoꝝ occasio q illi gratia cōferatur: cū sacramētū per ipm illi ministratū sit antecedēs ad q̄ collatū deus statuit p̄ferre talē p̄sequēs puta gratie donū: in quo dicit ipsi dare spiritū sanctū. Hoc etiam modo oēs licet mali alium in fide instruētes ⁊ tandē ad bonū cōuertētes dicuntur ipsi spiritū sanctum dare. boni autem viri ⁊ iusti dicuntur nō solum sic dare aliis spiritū sanctū: sed etiam alio modo videlicet meritorie: vt pro eis orando ⁊ bona alia faciendo quibus mediantibus merentur eis gratiam sancti spiritus: q̄ non possunt sic facere peccatores cū non sint in statu merendi. ¶Hec de secundo.

Quantū ad tertium & vltimū apparet ex precedentibus quid dicēdum. quoniam si temporalis persone diuine missio seu donatio diceretur ipsius persone manifestatio/ p̄stat q̄ mitti idifferēter p̄sonis ofb⁹ cōueniret. nō em̄ magis vna p̄sona p̄ alia ē creature rōnali

manifestabilis aliq̄ effectu ipsi appropriato mediante ipsam repsentante: sed non sic sumitur a doctorib⁹ catholicis nec a sanctis missio personarum: qñ missio p̄sone diuine vt a sanctis accipitur p̄ter manifestationē includit et exigit q̄ p̄sona diuina missa seu manifestata sit p̄ducta. ⁊ ideo ly prima persona possit creature rationali per aliquod donū ipsi appropriatum manifestari: tñ ex hoc q̄ non est p̄ducta ab alia: ideo nō dicitur ipsi mitti. vnde Auguſt. 4. de tri. cap. vltimo de hoc loquens sic ait: Pat̄ eū ex tempore a quocūq; cognoscit non dicit missus. cui⁹ rationem ponit cuz subdit. Nō em̄ habet in quo sit aut ex quo p̄cedat. Sic ergo hoc mō p̄prie accipiendo missionem p̄sone sicut ⁊ a sanctis accipitur/ cum missio p̄sone sit manifestatio solius p̄sone p̄ducte: per cōsequens mitti non conuenit p̄sonis omnibus sed solis duabus p̄ductis vel filio ⁊ spiritui sancto. vtraq; aūt istarū p̄sonarū legit de facto missa in scriptura sacra. filium inquā missum asserit apostolus ad Galatas. 6. dicens. At vbi venit plenitudo temporis in q̄ misit deus filium suum. Spūm aūt sanctum christus misit ⁊ mittere apostolis p̄misit Joan. 15. cuz dixit. Cū venerit paracletus quē ego mittā vobis a patre spiritum veritatis ⁊c. Pater autem nunq̄ legit esse missus. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rōnē in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem decimam quintā in q̄ magister inquirit an spiritus sanctus mittat temporaliter a seipso/⁊ an patri conueniat missio: viso de istis duobus ex p̄cedentibus in dist. alia q̄d dicendū: Quero hic primo vtrum missio filij ⁊ spūs sancti sit secundum eadē donа dei. ¶Et videtur q̄ sic: quia idē donum dei sicut donū fidei est repsentatiuum filij ⁊ spūs sancti: sed omnis persona p̄ducta dicitur mitti creature rationali mediante dono collato ipsi representante ipsaz personam p̄ductam. q̄ ⁊c. ¶Contra: quia diuersis personis diuersa appropriantur: sed omnis p̄sona p̄ducta dicitur mitti mediāte effectu aliquo ipsi appropriato: ⁊ ideo eam magis q̄ aliam repsentante siue manifestante. q̄ ⁊c. ¶Responsio. vbi sic p̄cedam. Primo em̄ dicam ad q̄stū videlicet an filius ⁊ spūs sanctus mittant̄ secundum eadem an secūdum diuersa dona. Secō soluam quoddā dubiz/ videlicet an vna persona diuina mittatur sine alia.

Quantum ad primū dicitur communiter q̄ non mittuntur secūdum eadē dona: sed secundū diuersa: q: ⁊ diuersa sunt dona filio ⁊ spiritui sancto appropriata. dona em̄ ptinentia ad voluntatem appropriātur spiritui sancto: alia aūt ptinentia ad intellectum filio: et ideo mediantibus primis dicit̄ mitti spūs sanctus: ⁊ mediantib⁹ scōis vez ptinētibus ad intellectū filius. nec tñ ex hoc ē intelligendum q̄ sicut quotiēs volūtas inflamatur charitate totiens spūs sanctus mittit̄: q̄ ita etiaz totiens dei filius mittat̄ quotiens intellectus ad cognoscendum verum aliq̄ illustrat: quia nec filius dicitur p̄prie mitti nisi qñ donum supnaturaliter ptinens ad intellectum simul cum dono charitatis ad volūtatem ptinētis infunditur. nec enim in cognitione naturali dicit̄ p̄prie filius mitti nec pfecte ī aliqua alia nisi simul cū ipa charitas infundatur. ¶Sed cōtra istum modum dicēdi arguo: quoniam oīs p̄sona p̄ducta pōt p̄prie dici missa ī quocunq; dono supnaturali collato creature rationali representante p̄sonam illam esse p̄ductam: sed donum supnaturale appropriatuz vni p̄sone est repsentatiuū nō tñ illius cui est appropriatum: sed etiam alterius differenē.

Quantū ad secundū & vltimum distinguitur de duplici missione. Est enim vna missio persone visibilis q̄ fit mediante aliquo signo sensibili: qualis missio fuit verbi apparētis in specie hois/⁊ spūs sancti missi in die pentecostes apostolis in linguis igneis: ⁊ talis p̄stat q̄ est missio vnius persone sine alia. solus em̄ deus filij⁹ humanitatē assumpsit: nec per oīs p̄sona alia in specie hominis visibiliter missa fuit. Spūs etiam sanctus dicitur apīs in illis linguis ignеis tñ missus: q: licet ignis ille resperceret quamlibet personarum/ vt effect⁹ suum principium effectiuum: non tñ vt signum signatū nisi tñ spūm sanctum. ille em̄ ignis materialis exterior erat signuz ardoris seu incendij amoris interioris apostoloruz quo fuerunt accensi mediante charitate spiritui sctō appropriata. ¶Alia missio est inuisibilis que fit mediante aliquo spirituali ⁊ inuisibili dono dei. ⁊ loquendo de missione hu

huiusmodi constat ꝙ pōt etiam mitti vna persona sine alia accipiendo etiam missionē quocūqꝫ illorum duorum modorum expressorum in articulo p̄cedenti/vcꝫ tam ꝑ manifestatione vniuoca: q̄ etiam ꝑ manifestatione siue rep̄sentatione equoca. Potest em̄ infundi actus vel habit⁹ cognitiuus vnius ꝑsone tm̄ ꝓducte vt filij vel spūs sancti: ꝛ per consequens in ipso talis persona mitti vt in signo ipsam equiuoce rep̄sentante. posset etiā infundi act⁹ seu habitus voluntatis representans vniuoce spūm sanctum sine aliquo actu ꝛ habitu itellectus representante consimiliter verbum dei: ꝛ econuerso actus vel habitus intellectus sine aliquo actu ꝛ habitu voluntatis. ergo ꝛc. Licet autem de possibili vna ꝑsona posset mitti sine alia tm̄ nō sic saltē vt communiter/fit de facto. cui⁹ em̄ intellectum deus illuminat per sapientiam in qua mittit filiuꝫ ꝛ affectum īflammat per gratiaꝫ in qua mittit spūm sanctum: ꝛ etiam econuerso. quare ꝛc. ¶ Sic ad questioneꝫ. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex p̄dictis quia vno modo vt dictum est ꝑsone mittunť mediante eodem dono vt ꝓbat rō prima: ꝛ alio modo accipiendo missionem non mediante eodem sed diuersis mediantib⁹ vt probat secunda.

Secundo quæro: vtrum aliquis possit dici verbum diuinum vel spūm sanctū dare seu mittere sibiipsi. ¶ Et videtur ꝙ sic quia oīs potens cōicare alicui effectum aliquem alicui ꝑsone ꝓducte appropriatum personam illā esse ꝓductam rep̄sentantem/dicitur illi ꝑsonam talē per effectum huiusmodi representatam mittere seu donare: sed creatura oīs rationalis pōt in seipsa talē effectum ꝓducere. potest em̄ cognitionem rep̄sentātem filij dei generationem: ꝛ dilectionē rep̄sentātem spūs sancti spirationem in se elicere effectiue. ergo ꝛc. ¶ Cōtra: quia nulla diuinarum ꝑsonarum mittiť seu datur alicui creature rōnali nisi mediante aliquo dono supnaturali: sed tale donum supnaturale nulli alteri a deo est possibile. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo em̄ premittā vnam distinctionem. Secundo dicam ad questionem.

Quantum ad primum distinctio præmittēda necessaria ad solutionē q̄stionis ē ꝙ duplex pōt poni mittens personam diuinā: siue dupliciter potest sumi. Vno em̄ modo pōt dici mittens ꝑsonam diuinā vl'iter omnis ille q̄ ꝓducit effectiue i creatura rōnali/cui ꝑsona diuina diciť tm̄ mitti/effectum ipsi vcꝫ ꝑsone ꝓducte appropriatū vt ipsam rep̄sentantem esse ꝓductam / siue tale effectum hmōi ꝓducens sit distinctum efficiēs ab ipsa creatura ratiōali/siue nō. Alio mō ꝛ magis vsitate vocať mittens personam non omnis talem effectū ꝓducēs: sꝫ precise illud agens qđ est differens ꝛ distinctū ab illo cui imprimitur seu in q̄ recipitur effect⁹ huiusmodi subiectiue: vt mittens sic sumptū siue conferens spiritum sanctū vel dei filiū non dicatur omnis ꝯferens seu ꝓducens effectum talibus ꝑsonis appropriatū seu alteri ipsarum: sed tantummō illud qđ a recipiente effectū hmōi est distīctū. ¶ Et si dicas ꝙ nullo modo mittens ꝑsonaꝫ potest dici primo mō sed tm̄ secundo mō sumptum/concedo vt sumitur communiter: quia nec primo mō mittens appellatur a doctoribus nec a sanctis vulgariter: tamē noīa sunt ad placitum: nec minus videť hoc vocabulum qđ est mittere personaꝫ diuinā qđ est solius dei vt ꝓprie sumptū/trāsferri posse ad esse illud qđ est effectus persone diuine appropriati ipsiusqꝫ rep̄sentatiui principiū ꝓductiuū: esto ꝙ non sit a subiecto talis effectus receptiuo distinctum q̄ ad illud qđ nullo modo est talis effectus principiū ꝓductiuum: sed est solū occasio ꝯferendi seu acquirendi ipꝫ sed mittere diuinam ꝑsonam transferť ad tale/qđ apparet: quia vt dictuꝫ est in alia distinctione spūs sanctus dicitur mitti seu dari a viris sanctis ꝛ etiā ab iniustis: cuꝫ tm̄ ꝯstet nec iustum nec iniustuꝫ esse respectu illius cui dicitur mittere siue dare spiritum sanctuꝫ/alicuius effect⁹ in quo spūs sanctus datur principium ꝓductiuū. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū supposito primo ꝙ nullus potest dici dare seu mittere spiritum sctm̄ nec dei filiū sibiipsi/accipiendo dare seu mittere secundo mō prout vcꝫ missio ipsa exigit mittentem distinctum ab illo cui fit missio: ¶ Secundo ꝙ persona diuina potest mitti seu dari vno mō in aliquo effectu ipsam vniuoce representāte: ꝛ alio mō in effectu eam equoce quodam mō manifestāte: vt in p̄cedentib⁹ fuit hoc expositū: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ creatura itellectualis potest in seipsa ꝓducere ꝛ de facto ꝓducit effectus seu act⁹ distinctos personas tam vniuoce q̄ equoce representantes. ¶ Hec apparet: quoniam ꝑtes imaginis create saltem due vcꝫ notitia ꝛ amor ꝓducuntur a creatura itellectuali effectiue ꝛ recipiunť in ipsa subiectiue: sed iste due ꝑtes imaginis rep̄sentant duas ꝑsonas ꝓductas/vcꝫ filium ꝛ spūm sanctum vtroqꝫ p̄dictorum duorum modoꝝ. ergo ꝛc. ¶ Minor apparet: ꝛ primo ꝙ tales ꝑtes imaginis representent filium ꝛ spūm sanctum vniuoce: qm̄ illđ hic vocatur rep̄sentare vniuoce qđ est representato aliq̄ mō simile: ꝛ ideo ipsū/q: sic est ei simile / rep̄sentat: sed predicte due ꝑtes create imagīs ī hoc dn̄r a sctis ꝛ a doctorib⁹ catholicis ꝑsonis ꝑ eas rep̄sentatis silēs: ¶ Primo quia sicut verbum diuinū ꝓduciť prius origine spū sancto: ita ꝛ notitia ipꝫ rep̄sentans prius amore sctm̄ spiritū representante. ¶ Secūdo: q: sicut ꝓductio verbi diuini dicitur naturalis seu mō nature q: exigit ꝑ ꝑ se principio naturam intellectiuam inq̄tū intellectiua est: q̄ vt sic agit modo nature: spiratio autem spiritus sancti dicitur libera: ꝛ spūs sanctus spirari libere non modo nature sed voluntatis: quia exigit ꝑ per se principio naturam volitiuam inq̄tū volitiua est: cuius natura talis est agere non modo nature sed libere vt est declaratū in p̄cedentibus: ita ꝛ notitia q̄ est secunda pars imaginis filiū representans est effectiue ab intellectu seu ab anima vel a quacūqꝫ alia creatura rōnali vt intellectiua est. Amor autem q̄ est tertia pars imaginis spūm sanctum rep̄sentans est libere a volūtate ipsi ab ipsamet cadē rōnali creatura: inq̄tū volitiua est. ¶ Tertio: q: sicut secunda ꝑsona puta filius gn̄atur tm̄ ab vna vcꝫ a p̄re: spūs autem sanctus a duabus vcꝫ a filio ꝛ a p̄re: ita etiam secūdū aliquos notitia ꝓduciť ab vno solo vcꝫ a mente siue memoria fecunda que est prima ꝑs imaginis personam diuinā primam representans. amor autem spūm sanctum representans vt dicūt ꝓducitur a duobus vcꝫ ab ipsa cadem mente fecunda create imaginis prima parte ꝛ a secunda parte vcꝫ ab ipsa notitia. ergo ꝛc. ¶ Secunda pars illi⁹ minoris vcꝫ ꝙ etiam iste create imaginis due ꝑtes rep̄sentent interdum personas equoce/apparet: qm̄ hic vocatur illud representare alterum equoce qđ non representat ipsum q: sibi in aliquo simile: sed q: eius signum: ita ꝙ representans seu manifestans respicit representatum siue manifestatum non vt simile suum simile: sed vt signū suum signatum: modo quo omnis actus cognitiuus suuꝫ ꝓprium rep̄sentat obiectum. sed notitia licet verbo appropriata eiusqꝫ vniuoce modo p̄expositio representatiua/sicut ꝛ amor spūs sancti: potest tm̄ esse sancti spiritus vt obiecti: ꝛ amor consimiliter dei filij vcꝫ vt obiecti. ergo ꝛc. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ p̄dicte due ꝑtes vltime imaginis que sunt naturales magis rep̄sentant vni-

uoce licet non equoce duas ꝑsonas ꝓductas diuinas q̄ partes imaginis supnaturales. ¶ Hec apparet: quoniā actus intelligendi ꝛ volēdi naturaliter a creatura rōnali producti hic vocantur ꝑtes imaginis naturales. Supnaturales aūt illi actus intelligēdi ꝛ volendi q̄ sunt soli deo possibiles effectiue vt visio ꝛ fruitio beata: sed constat ꝙ lꝫ hmōi actus supernaturales q: alijs naturalib⁹ ꝑfectiores ꝑfectius ꝑsonas diuinas quarum sunt equoce representent: saltem visio si dicatur ꝙ actus dilectionis non habet obiectum presentare sed p̄sentatū supponere: non tm̄ vniuoce: immo vt sic actus hmōi supnaturales personas diuinas imꝑfectius rep̄sentant q̄ alij naturales. qđ apparet: quia cum hmōi supernaturales actus non sint sicut alij naturaliť ꝓducibiles a creatura intellectuali: per ꝯn̄s nec inter ipsos ꝛ diuinas ꝑsonas sunt ille tres similitudines supradicte q̄ sunt inter actus hmōi naturaliter ꝓducibiles ꝛ naturaliť ꝓductos ꝛ ꝑsonas ꝑ eos representatas. quare ꝛc. ¶ Cōfirmať. q: actus hmōi supnaturales a solo deo ꝓducti ita diuinas personas vt obiectum per ipsos signatum ꝛ per ꝯn̄s equoce rep̄sentāt ꝙ nullo mō vniuoce aliter neqꝫ magis q̄ alie creature ꝛc. ¶ Tertia conclusio est/ꝙ nulli habitus sunt ita ꝑfecte diuinaruꝫ ꝑsonarū manifestatiui equoce nec vniuoce sicut actus p̄dicti vcꝫ intelligēdi ꝛ volēdi. ¶ Hec est euidens quantū ad primam partem: vcꝫ ꝙ non ita ꝑfecte representet obiectum habitus equoce sicut actus. expressius em̄ signum obiecti est actus q̄ habitus. ¶ Secunda pars videlicet ꝙ nec vniuoce ita perfecte diuine ꝑsone rep̄sentent per habitus sicut per act⁹ p̄dictos/apparet: qm̄ nec habitus aliq̄ assimilanť duabus ꝑsonis diuinis ꝓductis in oībus illis tribus in q̄bus actus eis assimilantur: esto ꝙ in aliq̄bus. lꝫ em̄ aliq̄ habit⁹ sicut ꝛ act⁹ requirant pro suo principio ꝓductiuo naturam intellectiuam/ꝛ alij volitiuam: non tamen primi vt intellecti ꝓducuntur immediate sicut actus intelligendi a natura itellectiua: nec alij vt appetiti a natura volitiua: sꝫ tm̄ tā isti q̄ alij ex actibus multis preuijs generanť. quare ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima conclusio est: ꝙ vocando mittētē siue danteꝫ personas diuinas ꝓductas primo mō/vcꝫ quēcunqꝫ cōmunicātē effectiue effectus personis appropriatos earūqꝫ rep̄sentatiuos: creatura intellectualis potest dici etiam ꝓprijssime diuinas personas dare seu mittere sibiipsi. ¶ Hec appꝫ et seq̄tur corollarie ex p̄dictis: qm̄ potens cōmunicare sibi effectus ꝑsonis ꝓductis appropriatos earumqꝫ rep̄sentatiuos potest vt supponiť dici personas ipsas per tales actus representatas dare seu mittere sibiipsi. hoc appꝫ: q: nec ꝑsonas mittere seu dare est aliud vt supponitur q̄ tales effectus eas ꝓductas manifestantes cōmunicare. Ex q̄ seq̄tur ꝙ quāto ꝑ act⁹ hmōi communicatos ꝑsone diuine ꝓducte expressi⁹ siue euidentius manifestanť vel rep̄sentanť/tanto in eis ꝑsone mittuntur isto mō ꝓprius seu donanť: sed creatura rationalis potest sibiipsi communicare ꝛ de facto cōicat tales effectus puta actus intelligendi ꝛ volendi personis ꝓductis vcꝫ filio ꝛ spiritui sancto appropriatos/ipsasqꝫ personas hmōi expressius vniuoce vt ꝓbatum est representantes ꝛ euidentius q̄ alij sibi possibiles infundi supnaturales actus vel habitus. pōt etiam creatura rōnalis in se ꝓducere actum rep̄sentantē equoce vcꝫ vt signū signatum quamlibet diuinarū ꝑsonarum. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur: quia non minus ille q̄ meretur sibiipsi aliqueꝫ effectum diuinitus sibi dari appropriatum alicui ꝑsonarum/vt sapientiaꝫ filio vel gratiā spūi sancto appropriatam ꝑ actus a se ꝓductos easdē ꝑsonas consimiliter vel euidēti⁹ representātes/potest dici tales diuinas ꝑsonas dare seu mittere sibiipsi q̄ alius q̄ sibi meretur similia vľ est occasio quocunqꝫ vt sibi detur illa sine omi actu ꝓprio alicui ꝑsone appropriate ei⁹ rep̄sentatiuo: sed ministrās alteri debite sacramētū vel quōcūqꝫ aliter existens occasio ꝙ ipse consequať gratiam appropriatam spiritui sancto vel sapientiā filio diciť illi mittere seu dare tales diuinas personas/esto ꝙ nō fuerit occasio ipsi dandi talia personis missis appropriata ꝑ aliquos act⁹ meritorios ipsis ꝑsonis appropriatos earumqꝫ rep̄sentatiuos. ergo multo magis ille q̄ per actum elicitum ꝯtēplationis appropriatum filio meretur sibiipsi sapientiam/ꝛ ꝑ actuꝫ dilectionis appropriatum spūi sancto gratiam eidem sancto spiritui appropriatam potest dici ꝑsonas diuinas ꝓductas dare seu mittere sibiipsi. Nec hoc debꝫ ab aliquo inconueniens reputari magis q̄ concedere ꝙ creatura rationalis pōt deum ponere in seipsa. cum em̄ obiectum denominetur denoīatione extrinseca intellectum: ꝛ dicatur etiam esse in mente ab actu existente in ipsa: per ꝯn̄s ꝓducens in se actum intelligendi deum diciť ponere in se deū: sed nō est in re aliud dicere aliquē dare sibiipsi aliquam diuinam ꝑsonā q̄ dicere ipsum ponere in se eā mediante actu in se ꝓducto persone appropriato eiusqꝫ representatiuo. ergo ꝛc. ¶ Sed nunq̄d omnis intellectio rep̄sentat filium ꝛ oīs dilectio spūm sanctum? ¶ Ad hoc est dicendū ꝙ sic loquendo de rep̄sentante vniuoce: non aūt equoce/vcꝫ vt signum signatum/representat verbū nisi illa notitia q̄ est eius vt obiecti cogniti: nec similiter amor hoc modo est spūs sancti nisi ille q̄ est eius vt obiecti dilecti. Unde istoꝝ actuū alij representant ꝑsonas vľ aliquā personam tm̄ vniuoce: alij tm̄ equoce/ꝛ alij vtroqꝫ modo. ¶ Primo mō vcꝫ tm̄ vniuoce rep̄sentat illa notitia v̄bū dei q̄ nō ē ipsius filij: sꝫ tm̄ spūs scti: vel cuiuscūqꝫ alteri⁹ vt obiecti. talis inquaꝫ notitia diciť rep̄sentare vniuoce verbū dei ꝓpter similitudīes supius positas īter eius ꝓductionem ꝛ verbi dei generationem. ꝛ ꝓpter ꝯsimilē rōnem amor non spūs sancti sꝫ filij vel alterius obiecti creati dicitur representare ꝯsimiliť spūm sanctum licet ipm non respiciat vt obiectum dilectū: et ideo nec talis amor rep̄sentat spūm sanctuꝫ nec predicta notitia filium equiuoce mō quo signum representat suū signatū q̄tūcūqꝫ ab ipso diuersum. ¶ Secundo mō vcꝫ equoce tantum representat spūm sctm̄ oīs notitia ipsuꝫ respiciens vt obiectū cognitū/ꝛ amor filiū quē respicit vt obiectū dilectū: quia nec amor diciť silis filio: nec notitia spūi sctō: sꝫ ecōuerso ¶ Tertio mō/vcꝫ vniuoce ꝛ equoce rep̄sentat v̄bū diuinū oīs notitia ipꝫ respiciēs vt obiectū. talis īquā notitia sicut ꝛ omnis alia cuiuscūqꝫ alterius obiecti d̄r v̄bo silis in trib⁹ p̄dictis supius: ꝛ ideo ipsum vniuoce rep̄sentat sicut ꝛ oīs alia notitia: ꝛ vltra hoc ista notitia respicit verbū ipsum vt signum signatū: cū v̄bū vt supponiť/sit ei⁹ obiectū per ipsam intellectū: ꝛ per ꝯn̄s equoce rep̄sentatum: pro quanto signum vt signum non exigit ꝙ sit siľe suo signato: lꝫ in proposito oppositum sit de facto. ꝯsimile exempluꝫ potest poni de amore q̄ est sancti spūs vt obiecti: lꝫ non sic ꝓprie dilectio sicut intellectio dicatur signū sui obiecti rep̄sentatiuum. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem decimam sextam in qua magister distinguit diuersos modos missiōis spūs sancti: ostendit em̄ ipsum ꝛ etiā verbum mitti visibiliť ꝛ inuisibiliter: Quero primo/vtrum tām dei fili⁹ q̄ spūs sanct⁹ fuerit visibiliter nobis missus. ¶ Et videtur ꝙ sic. primo de filio per apostoluꝫ dicentem ad Galatas. 6. Misit de⁹ filium suum factum ex muliere. sed ꝯstat ꝙ ista missio in qua de muliere assumpsit naturaꝫ hominis fuit visibilis

ergo ꝛc. ¶ Secundo idem apparet de spū sancto in colūbe specie/vt dicitur Matth.3. descendente. constat enim talem columbam fuisse visibilē.ꝫ ꝛc. ¶ Contra: qz inuisibile ꝛ oīno insensibile non videtur visibiliter nec aliq̄ mō sensibiliter posse mitti:sed q̄libet diuina ꝑsona est oīno insensibilis.ꝫ ꝛc. ¶ Responsio.vbi sic procedam. Primo eñ ostendam q̄d sit diuine persone missio visibilis. Secūdo dicam ad q̄stum/videlicz an talis missio fuerit facta nobis. Tertio ad quid fuit vtilis.

Quantum ad primū potest dici ꝙ missio visibilis est apparitio rerum corporalium sensibiliuz facta homini/ipsi personam diuinam missam ꝛ eius missionem inuisibilem representans. ¶ Dicit primo i descriptione ista ꝙ hmōi visibilis missio est rerum sensibilium apparitio. ¶ Hoc apparet:qm ꝛ per hoc differt missio visibilis ab inuisibili missione. Inuisibilis eñ missio ꝑsone diuine fit mediante aliquo effectu inuisibili aīe impsso.visibilis aūt mediante aliquo sensibili signo.vnde impossibile est sine aliq̄ signo sensibili personam diuinam sensibiliter mitti. ¶ Scdo dicit ꝙ est apparitio talis rei facta homini.qm̄ hz ꝑsona diuina possit insensibiliē mitti seu dari oi creature rōnali siue spūali siue etiam corporali: cum q̄libz sit capax illius omnis effect⁹ insensibilis q̄ mediante ipsi diuina ꝑsona isensibiliter mittit seu donatur:nō tñ pōt dari seu mitti sensibiliē creature intellectuali alteri ab homine propter ꝓtariam rationem:vcz qz solus homo non aliqua alia intellectualis creatura est capax illius effectus sensibilis q̄ mediante ꝑsona sensibiliē mittitur.hz eñ angeli possint sensibilia intelligere:nō tñ sentire.persona aūt diuina non dicitur ꝓpriē mitti sensibiliter mediantib⁹ rebus sensibilibus vt intellectis sed potius vt sensatis.quare ꝛc. ¶ Tertio additur ꝙ talis res sensibilis representat personam missam. Hoc apparet:qm̄ hz res sensibilis sit effectus oīm ꝑsonarum:nō tñ est signum oīm sed alicuius eoꝝ.alias si oīm esset signuz sicut ꝛ indifferēter oīm est effectus/non magis tali re sensibili media̅ te diceret mitti sensibiliter vna ꝑsona ꝙ alia quod est falsum.ꝗre ꝛc. ¶ Quarto ꝛ vltimo additur ꝙ etiam talis res sensibilis seu missio visibilis repsentat ipsius persone misse sensibiliter aliam vcz inuisibilem missionem/hoc est effectū inuisibilē personam repsentantem existentē in anima illius cui ꝑsona diuina visibiliter mittitur seu donat.Hoc ꝓ tanto additur:qm̄ nunq̄ missio ꝑsone sensibilis seu visibilis fuit facta sine missione inuisibilē existente in illo cui ipsa visibilis missio fuit facta. In quocūq̄ eñ est gratia in ipso est spūs sanctus missus inuisibiliter seu donatus. Talem aūt missionem inuisibilē factam per gratiā repsentat missio visibilis:non sic intelligendo ꝙ semp missio visibilis qñ fit significet missionem inuisibilē tunc primo fieri:sed significat ipsam vel ꝑ fuisse ꝛ adhuc sine aliq̄o sibi addito pmanere: vel significat ipsam prefuisse ꝛ adhuc cuz augmento sibi facto non uiter remanere. ¶ Exemplum de primo apparet in Christo super quē spūs sanctus in columbe specie visibiliter descendit:nec tamen ex hoc christus aliquā de nouo gratiam recepit:nec per ois huius sctī spūs visibilis missio fuit signuz alicuius missionis inuisibilis tunc facte:nec ēt augmēti missionis inuisibilis ꝑsistētis:ꝫ tñ fuit signū illius ꝑsistentis missionis inuisibilis ꝑmanentis. ¶ Exemplum de secundo apparet in apostolis:q̄bus in die pēthecostes spiritus sanct⁹ visibiliē fuit missus. qui licz tūc non receperint primo gratie donū cū ꝓhaberēt ipsū/receperūt tñ eius augmentū:ꝛ ideo missio visibilis eis facta fuit signum missionis inuisibilis in eis ꝑsistentis ꝛ augmenti ꝓsus.nūq̄ aut ꝛz talis visibilis missio fuit signū inuisibilis missionis tunc ꝓ gr̄am sumꝫl cum ipsa missione visibili primo facte:quia nec vnq̄ diuina persona fuit visibiliter missa nisi tam ꝑexistenti in gr̄a.in gr̄a aūt ꝑexistenti non potest isto mō diuina ꝑsona inuisibiliē primo mitti.quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundum:non oportet immorari. qm̄ ꝓstat primo omni catholico ꝙ dei filius fuit missus visibiliter i assumpta hūanitate.secundo ꝙ spūs sanctus fuit missus Christo i specie columbe.vt habetur Matth.3. ꝛ argutū fuit in principio.tertio ꝙ etiam spūs sanctus fuit missus apostolis in linguis igneis in die pēthecostes. Ex quo sequitur ꝙ tam filius ꝙ spūs sanctus visibiliter in lege euangelica fuit missus. ¶ Sed est dubium an etiam talis missio visibilis diuinarum ꝑsonarum fuerit etiam facta aliq̄bus ante Christum in veteri testamēto. Ad hoc respōdet August.4.de tri.16.17.ꝛ.19. ꝙ non. ¶ Sed contra hoc arguit primo per illud qō habetur Danielis.7.Aspiciebam in visione noctis/ꝛ ecce in nubibus celi quasi filius hominis veniebat. In his enim verbis Daniel videt innuere ꝙ sibi apparuit sensibiliter dei filius vt postea hō factus. ¶ Secūdo per illō Gene. 19.vbi dicit ꝙ venere duo angeli Sodomam.ꝑ quos secūdum August.2.de tri.11.representabatur persona filij ꝛ ꝙ sona spūs sancti. ¶ Tertio ꝙ idem Heſi.18.vbi dicitur ꝙ apparuerunt Habrahe tres viri.ꝑ quos repsentari potuerunt tres persone diuine essentialiter vn⁹ de⁹:cū ꝛ de illis dicatur ꝙ Habrahā tres vidit ꝛ vnum adorauit.quare ꝛc. ¶ Sed ad hec respondetur: ꝙ hz in lege veteri ante Christū facte fuerit tales sensibiles appitiones:qz tñ ille non repsentabāt sicut ꝛ iste ꝙ facte fuerūt in nouo testamēto/diuinaruz ꝙsonarū inuisibilē missionem:sed fiebant ꝓpter alias rōnes:ideo nō dīr fuisse ꝑfecte ꝑsonaruz diuinarū visibiles missiones:nec missio visibilis legitur in scriptura nisi in nouo testamēto: quia ꝛ illo tpe debuit hoī innotescere per hmōi apertam ꝛ publicā missionem ꝙ tunc debuit ꝑfecte sanctificari ꝓpter ianuā sibi clausaz antea et Christi merito reseranda. ¶ Sz ē dubium quales res ille fuerunt in q̄bus diuine ꝙsone apparuerūt sensibiliē post aduentum dei filij. ¶ Ad hoc respōdetur ꝙ fuerunt vere res.constat eñ ꝙ humanitas in q̄ filius dei apparuit ꝛ missus visibiliē extitit res vera eiusdem speciei cum alijs hominibus fuit.colūbe etiam spēs in qua spiritus sanctus sup Christuz descēdit res vera ꝛ sensibilis fuit:vel talis vcz ꝛa ꝛ realis colūba qualis apparuit:ꝛ ignis in q̄ spūs sanct⁹ apostolis fuit missus: potuit esse etiam verus ignis qualis ꝛ apparuit: vel potuerunt esse alie res abilis: habentes tñ exteriora accidentia accidentibus ignis ꝛ colūbe similia.vtrunq̄ eñ hoc possibile extitit:ꝛ sicut deo placuit ita ꝛ factuz fuit.semp tñ hoc est verum ꝙ ille fuerunt vere res quia ꝛ visibiles. ¶ Hec de scdo.

Quantum ad tertium & vltimum dicitur ꝙ visibilis spūs sancti missio vtilis fuit:ꝛ hoc modo vcz visibiliter ipse sanctus spūs mitti debuit. ¶ Primo quia missio sensibilis seu visibilis ꝛ intellectualis seu ad sensum ꝛ ad intellectum magis mouet cōmunem ꝓditionem hoīm ꝙ missio q̄ fit ad intellectum tñ. ¶ Scdo:qz eadem missio publice facta coram multitudine magis ē nata mouere cōmunitatē ecclesie ꝙ multe missiones priuate intellectualiē tñ facte. ¶ Tertio:qz redemptio facta publice per vnum deū ꝛ hoīem redemptorem debuit habere testimonium per publicā sancti spūs missionem. ꝛ ideo missus est spūs sanctus visibiliē in linguis igneis in columbe specie ꝛ in flatu facto apostolis.dei autem filius missus est in specie hoīs pro redemptione humani generis.non tñ vniformiter dei filius apparuit i homine ꝛ spūs sanctus in igne vel in colūbe specie. Sic eñ dei filius missus fuit in hoīe ꝙ ipsum in quo apparuit sibi assumpsit ꝛ ꝙsonaliter copulauit.nec sic autez spūs sanct⁹ missus fuit nec apparuit in colūbe specie nec in igne nec in flatu.nullum eñ horum fuit tpis vt homo dei filio copulatū. Et ideo due dicuntur facte in nobis visibiles missiones:quarum vna que fuit dei filij fuit facta per realem assumptionem nature create sensibilis/vcz humanitatis in vnitatem ipsius persone sensibiliter nobis misse. alia autez triplex ꝓdicta q̄ fuit facta missio visibilis sancti spiritus in igne specie columbe ꝛ in flatu fuit sine assūptione alicuius istorum. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet ꝙ falsum accipit in maiori quia immo insensibile potest mediante aliquo signo sensibili apparere ꝛ mitti:ꝛ ita hz persone diuine sint insensibiles tamē sensibiliter possunt mitti eo modo quo dictū est in ꝓcedentibus ipsas mitti.

Secundo quæro: vtrū tam dei filius ꝙ spūs sanctus fuerit missus inuisibiliter ante Christum. ¶ Et videtur ꝙ sic: qz missio diuinarū ꝙsonarum inuisibilis est missio intellectualis que fit per aliqua dona spiritualia ipis personis missis appropriata: vt dei filius mittit inuisibiliter alicui per collatam sibi sapiētiā: ꝛ spūs sanctus eidem per collatam gratiam:sed cōstat ꝙ deus ante Christum multis dedit sapientiam illustrantem ꝛ gratiam inflammantem.ergo.ꝛc. ¶ Contra:quia cum humana cognitio eorum habeat in ꝓsenti a sensu/missio personarū sensibilis debuit ꝓcedere earum inuisibilē ꝛ insensibilem missionem. sed ante Christum non fuit vt dictū est in alia questione missio diuine persone sensibilis.ergo ꝛc. ¶ Responsio.vbi sic procedam. Primo enim ostendā quid sit intelligendum per diuinarum personarum inuisibilē missionem. Secundo dicam ad questionem.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ cum dicitur diuinas personas mitti vel missas fuisse dupliciter vcz visibiliter ꝛ inuisibiliter / ista duo aduerbia puta visibiliter ꝛ inuisibiliter non spectant siue determināt ipsas personas missas:cum nulla diuinarum ꝙsonarum sit visibilis:nec per consequens possit esse alicuius ipsarum missio visibilis:sed tñ inuisibilis.propter qō missio inuisibilis distincta ꝓtra visibilem non vocat hic missio persone inuisibilis seu non vise:cuz hoc modo ois diuine persone missio sit inuisibilis: sed missio visibilis ꝛ inuisibilis dicitur in ordine ad effectum in quo persona ipsa mitti dicit / ita ꝙ visibile ꝛ inuisibile seu visibiliter ꝛ inuisibiliter denominant seu determinant non ꝙsonā missaz:hz effectus varios scdz quos ꝙsona mittit. Dicitur eñ missio visibilis qñ ꝙsona mittit mediāte aliquo effectu sensibili. Inuisibilis aūt quando fit mediante aliquo dei dono vel cuiuscunq̄ alterius effectu insensibili. Et vt sic sumpta missio inuisibilis potest poni dupliciter/vcz vna q̄ fit mediante aliquo supernaturali dono dei illum cui ipsa ꝙsona per tale donū repsentata mittit ad finem vltimum ordinante, ꝛ hoc mō a sanctis ꝛ a doctoribus catholicis missio diuine persone:quo modo sumpta nulli saltez principaliter et causaliter est possibilis nisi deo cuius solus est infundere tale donum. Alia large sumpta missio ꝙsone diuine pōt poni ꝛ vocari vniuersaliter omnis manifestatio ipsius diuine persone ꝓducte facta rationali creature per aliquem effectum supnaturalem vel naturalem tñ spirituale ipsi ꝙsone misse appropriatum ac eius repsentatiuum ipsi creature rōnali naturaliter vel supnaturaliter cōmunicatū. vtroq̄ eñ istorū modorū potest fieri vt ex precedentibus satis patet. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum:vbi est respondendum ad questum/apparet quoniam si stat hic sermo de missione ꝙsonarum diuinarum inuisibili primo modo sumpta q̄ videlicz fit mediante aliquo supnaturali dono a deo collato hominem ad finem vltimum ordinante/missio inuisibilis sic accepta fuit facta vniuersaliter omnib⁹ electis tam Christum ꝓcedentibus ꝙ cum sequentibus. Si autem accipiatur missio inuisibilis scdo modo vt videlicet fit per effectum naturaliter habitū persone misse appropriatum eiusq̄ repsentatiuum / nec omnibus Christum ꝓcedentibus nec omnibus cum sequentib⁹ hz tantum aliq̄bus tam istorum ꝙ aliorum missus fuit dei filius ꝛ spūs sanctus isto modo. ¶ Primā apparet:quoniam constat vt videbitur in prima questione distinctionis sequentis/nullū electorū Christum sequentium vel ꝓcedentium sine gratia fuisse gloriam consecutus. oīes ergo electi nūc saluati ꝑfuerunt in gratia in ꝓsenti:sed gratia est donū supnaturale dei ordinans ad salutē eternam:q̄ mediante spiritus sanctus cui appropriatur dicitur omni ipsam habēti inuisibiliē ꝛ supnaturaliter mitti ergo ꝛc. ¶ Qz etiaz dei filius fuerit consimiliter i aliquo supernaturali dono missus/apparet.quia sicut gratia affectum inflammans appropriatur spiritui sancto: ita et sapientia ꝛ q̄cunq̄ habitus cognitiuus intellectum illuminās filio:qui ꝛ potest in tali supnaturali habitu cognitiuo dei mitti sicut ꝛ spiritus sanctus in dono gratie.sed sicut post Christuz electis omnibus infundit deus donū gratie pertinentis ad effectum/ꝛ fidei pertinentis ad intellectum: ita fiebat etiam ante Christum: videlicet ꝙ omnibus electis fuit datum non solum donum gratie:hz etiam aliquius fidei vel qualiscunq̄ habitus cognitionis ꝛ omnes Christū precedentes saluati sunt in fide futuri tunc mediatoris Christi:ergo ꝛ eis omnibus fuit missus tam dei filius ꝙ spiritus sanctus mediantibus talibus duobus donis collatis omnib⁹ electis/eis vcz filio ꝛ spiritui sancto appropriatis. ¶ Et si cōtra hoc arguat per illud Joan.7.vbi dicit ꝙ nondū erat spiritus datus quia Jesus non erat glorificatus: ¶ Ad hoc respōdetur dupliciter.vno mō ꝙ nondū erat datus spiritus sanctus visibiliter i linguis igneis sicut post Christi glorificationē ꝛ ascensionem fuit datus apostolis. Alio modo ꝙ licet esset datus antea spiritualiē ꝛ inuisibiliter:non tamen ita abundanter sicut postea fuit datus saltez extensiue:quoniam intensiue multis sanctis patribus abundanter fuit datus. ¶ Secunduz vcz ꝙ accipiendo missionem ꝙsonarum inuisibilem secundo modo/vcz que fit mediante alio quo effectu naturaliter ꝓducto persone ꝓducte appropriato eiusq̄ repsentatiuo/nō omnib⁹ electis sed aliq̄bꝰ fuerit facta missio sic accepta/apparet:qm̄ tales actꝰ naturaliter possibiles ꝙsonis appropriatt earūq̄ repsentatiui modo in precedentibus explicato sunt actus intelligendi ꝛ volendi:sed tales actus non fuerunt in electis omnibus:sed tantummodo in adultis.non eñ fuerunt in paruulis ante vsum rationis decedentibus:nisi forte alicui fuerint supnaturaliter communicati:sicut legitur de beato Joanne in matris sue vtero post salutationem virginis exultante.quare ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio dicendum ꝙ missionez visibilē deus noluit facere ante dei filium in humanitate assumpta visibiliter apparentē: ꝛ ideo cū sine inuisibili missione facta mediante gr̄a supna non possit haberi ab aliq̄ salus eterna:per ois necessariuz fuit vt missio inuisibilis fuerit ante missionē visibilem:necessariū dico fuit omnibus Christum precedentibus.

Circa distinctionem decimamseptimam in qua postq̃ magister determinauit de modo missionis visibilis spūs sancti/incipit determinare de mō missionis inuisibilis ipsius:q̃ quidem missio inuisibilis fit per charitatez: quero primū vtrum oporteat ponere charitatez tanq̃ formam aliquam supnaturalē creatā accidētalē cuicūq; nature ītellectuali deo chare actualiter inherentem. ¶Et videtur q̄ sic quoniam omnis deo charus seu acceptus est vita eterna dignus: sed nullus potest esse vita eterna dignus nec ad ipsam ordinatus nisi charitate superna actualiē informatus.iuxta illud Roma.6.gratia dei vita eterna.ergo ꝛc. ¶Cōtra:quia illud q̄ō est deo minus vel nullo mō acceptum non est necessarium ad hoc q̄ sit ipsi charus illud q̄ō ip si secundum scip̄m ampli⁹ est acceptum: sed charitas accepta pro tali accidētali forma nullo mō est nec esse pōt deo accepta seu chara sicut rationalis creatura vel saltē non tantū ꝑtū ipsa. ¶Hoc apparet:q̄ rōnalem creaturam esse deo acceptam est ipsam esse a deo ad gloriam ordinatam.hoc aūt mō non pōt charitas esse accepta deo cum nec sit beatificabilis magis q̄ aliqua alia irrationalis creatura.q̄ ꝛc. ¶Responsio.vbi sic ꝓcedam. Prīo enim exponam questionem. Secundo ꝓcedam ad eius solutionem.

Quantum ad primum est sciendū primo q̄ per formam supernaturalem hic intelligo omnez illaz q̄ est soli deo possibilis effectiue. Est em̄ duplex habitualis charitas. Una naturalis q̄ ex actib⁹ diligēdi deū frequentatis potest naturaliē acq̄ri ab hoīe ratione vtēte tam iusto q̄ iniusto.ꝛ de tali charitate non est ista questio/an sit ponenda necessario: qm̄ hic queritur de charitate qua informatus est deo acceptus ꝛ vita eterna dign⁹ talis aūt charitas non est ista naturaliter ex talib⁹ actibus generabilis:tuz q; nec talis charitas est puulox sed tm̄modo adultorum:cuz tm̄ paruuli sint per charitatem seu gratiam ad gloriam ordinati:tum q; charitas hmōi naturalis est communis ꝛ naturaliter possibilis tam iustis q̄ peccatoribus seu iniustis:cū oīs q̄tūcūq; iniustus possit in actum diligendi deū:ꝛ per oīs per ip̄m frequentatū naturaliter acquirere talē habitum charitatis. charitas autem de qua hic q̄ritur est tm̄mō electorum.quare ꝛc. Alia charitas est supernaturalis/que soli deo est effectiue possibilis non ex actibus naturaliē generabil/nisi tm̄ meritoue:mō q̄ etiam gloria acquiritur ꝓpter act⁹. sicut em̄ per actus bonos homo merē p̄mium futurum ita ꝛ hui⁹ charitatis ꝑexistentis augmentum.de tali charitate q̄ est tm̄ iustoꝝ tam pulloꝝ q̄ aliorum querit hic:ꝛ ideo dicit an oporteat ponere charitatem tanq̃ formam supnaturalem ad excludendū aliā naturalē. Talē autez charitatem supernaturalem oportere ponere pōt dupliciter intelligi:q; vel q̄ sit ponēda necessario absolute tā q̄ illud sine q̄ natura intellectualis non posset deo grata seu chara existere:sicut nec subiectū esse albū sine albedine:vel q̄ sit ad hoc necessaria nō absolute ſz stāte diuina ordinatione. ¶Scdo q̄tum ad hoc q̄ ponitur q̄n dicitur an charitas sit inherens nature intellectuali deo chare: est sciendum q̄ per naturam intellectualem esse deo charam non est aliud intelligēdū q̄ ipsaz esse a deo vt dignam gloria acceptatā.sicut em̄ deum odire iniustum nō est aliud q̄ ipsum ordinare ad supplicium:ita nec iustum esse deo charum siue ab eo dilectum est aliud q̄ ipm esse ad p̄miū acceptatū.Est ergo ex omnibus supradictis intellectus questionis an in quocunq; actualiter ordinato ad p̄mū oporteat vel simplicit absolute vl saltē stante diuina ordinatione ponere charitatem non naturalem sed supernaturalem tantū. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum:vbi est ad solutionem questionis procedendū/primo excludam vnā opinionem.Secundo dicam aliter ad questionem. Tertio inquiram/supposito q̄ charitas sit ponēda/ad quid est necessaria. ¶Quantum ad primum opinio excludenda est cuiusdam tenentis ꝓtem affirmatiuam/vez q̄ sic charitas est nature ītellectuali necessaria ad hoc q̄ sit deo grata q̄ nullo mō ēt de potētia dei absoluta pōt sine ipa existere ipsi grata.ea autem inexistente sic est ipsi grata siue chara q̄ non posset esse nō chara. Ponit aūt iste opinās ad declarationē sue opinionis duas cōclusiones. ¶Prima est: q̄ aliqua forma creata est q̄ necessario ex natura rei cadit sub dei ꝓplacētia per cuius inexistētiaz alia vel q̄cūq; alia intellectualis natura necessario efficitur deo chara siue grata. ¶Hanc ꝓbat primo: q; nullus actus immutabilis ꝛ eternus trāsit de nouo sup obiectū aliqō nisi quia ab illo ꝓticipat aliqō eius obiectū immutabile ꝛ eternum:ſz actus diuine intellectionis immutabilis ꝛ eternus transit de nouo nūc sup hoc obiectū creatū/nūc super alterum.modo em̄ diligit deus dilectione charitatiua hūc mō aliū.q̄ hoc est quia ab eis ꝓticipat formaliē inherens aliquod diuine dilectionis obiectum imutabile ꝛ eternum.tale aūt obiectum non est diuina essentia nec aliqua alia substantia:quia nec increata substantia nec creata alicui est inherens.ergo est aliqō accidens. ¶Secundo: q̄ sicut se habet esse oditum a deo ad deum odientem:ita ꝛ esse dilectum ad deum diligentem:sed nihil pōt esse a deo oditum nisi illud in q̄ reperitur aliqd odibile vt peccatū qō ex natura rei est ab eo odibile:ergo nec aliqd potest esse dilectū seu acceptum nisi propter aliqd ex natura rei acceptabile in eo reptū. ¶Cōfirmatur:quia cuz forme opposite habeant formaliter effectus contrarios ex natura rei vt albedo q̄ dat cē album ꝛ nigredo esse contrariuz:per oīs cū inq̄tas ꝛ charitas opponantur/sicut inq̄tas ex natura rei dat necessario esse detestabile ꝛ oditum/ita ꝛ charitas esse acceptabile siue charum. ¶Tertio:q; omnis necessario diligens aliquam virtutē necessario diligit eam'habētē saltem in q̄tū illam ꝓticipātem sed deus diligit necessario charitatez ꝛ iustitiā ꝛ oēm virtutem aliam.est em̄ iustissimus ꝛ virtuosus:nec per oīs potest odire aliquam iustitiam nec virtutem: cum etiam omnis virtus sit q̄daz pulchritudo:ꝛ pulchrum sicut ꝛ oē bonum sit deo acceptū.ergo ꝛc. ¶Secunda ꝓclusio est q̄ charitas ista qua anima necessario redditur deo grata non ponitur in ipa aīa ex acceptatione diuina. ¶Hāc ꝓbat primo:q; illud q̄ inexistēte acceptatur aīa ꝛ nō antea/non ponit in ipsa ex acceptatiōe precia:sed charitas est huiusmodi.ergo ꝛc. ¶Secundo:quia cuz anima non possit esse accepta ante gratiam: nec p oīs pōt gratia ipsi dari ꝓpter acceptationem diuinaz. ¶Tertio:q; sicut se habet vltis dilectio dei ad illud sup q̄ō trāsit/ita ꝛ charitatiua q̄ est dilectio spiritualis ad aīam acceptatam: ſz ex vlt dei dilectiōe qua sibi complacuit in oī creatura nō ꝓfluit aliqua creatura:altas cū imutabiliter diligat omnem creaturam immutabiliter omnis creatura fieret:q̄ō est falsuz:ergo nec charitas ꝓfluit in anima grata ex dei dilectione charitatiua. ¶Sz ista opinio est omnino absurda q̄tum ad omnia in ipsa ꝓtenta.ꝛ ideo arguo cōtra eam. ¶Et primo contra duas ptes prime ꝓclusionis: q̄rum prima est:q̄ est aliqua forma creata puta charitas ipsa q̄ necessario cadit sub dei complacentia. Secūdo q̄ per eius inexistentiā ītellectual' natura necessario efficit deo chara seu grata. ¶Contra primū istorum arguo primo sic.q̄ō deus potest annihilare ꝛ q̄cq̄ de facto annihilat seu destruit non necessario diligit:sed charitatem in quocunq; actualiter existētē potest annihilare ꝛ de facto ꝓpter quodcūq; peccatum mortale annihilat:q̄ ipsam nō necessario diligit seu acceptat. ¶Maior declarat: q; deus diligere vnum obiectum ꝛ odire alterum nulla ꝓrsus mutat diuersitatem in ipso nec in aliq̄ existente in eo ad intra:cum eodem actu immutabili ipse feratur sup omnia tam dilecta q̄ alia non dilecta:sed tm̄ ista ꝓnotāt aliquā diuersitatem ad extra:sicut hoiem a deo diligi est ipsum ad bonū vltimū acceptari: odiri aūt est ipsum puniri vel ad supplicium ordinari:ergo aliam rem quācūq; deū diligere non est aliud q̄ ipsaz ad bonum ipsi possibile ordinare vel de facto ipsi ꝓferre, charitati aūt non est possibile nec potest conuenire supnaturale bonum ab ipsa distinctum puta p̄mū sempiternum:cum non sit natura beatificabilis:ſz tantuz bonū sibi intrinsecū/q̄ ipsa est formaliter,talis natura:ergo cū deū ipsam diligere non sit aliō q̄ deuz ipsā velle in tali esse sibi debito permanere:p oīs in hoc esse ipsam non necessario ꝓseruat:sed q̄cq̄ annihilat/nec ipsam necessario diligit seu acceptat. ¶Confirmatur:quia non minus deus diceret odire illuz hominē vel angelū quē totaliter annihilaret ꝓpter culpaz vel ꝓpter quamcunq; aliam causam q̄ illum quem statuit non annihilare sed semper punire:ergo deum rem odire maxime rem illaz cui nec pena alia potest inferri nec gloria:cum nec sit beatificabilis:qualis est charitas ꝛ omnis res alia insensibilis:est deū ipsum velle non esse. non enuz q̄ō deus vult nō esse dicitur velle esse:nec p oīs acceptare/sed charitatem pōt velle non esse seu nolle esse ipsam totaliter destruendo.q̄ ꝛc. ¶Preterea scdo arguo sic ad idē.nullū obiectum ꝓtingens esse possibile ꝛ non esse de⁹ necessario diligit:sed charitas ē tale obiectū sicut quodlibet aliud ens creatum.q̄ ꝛc. ¶Maior ꝓbatur:quoniaz cum deus dicatur diligere seu acceptare oīa q̄ō fecit nō autem aliquid q̄ō nunq̄ factur⁹ est/quero q̄d est deuz acceptare illa possibilia q̄ sunt facta ꝛ non alia q̄ possent fieri melioraz? Nō pōt dici q̄ hoc sit aliud nisi deū velle ista existere ꝛ nō illa.nulla em̄ alia pōt dari causa:q̄re deus diligere istud vniuersum ꝛ non alterum q̄ō potuit facere isto ꝑfectius:nisi quia hoc voluit fieri ꝛ non illud. Ex quo sequitur q̄ per hoc q̄ deus dicitur diligere siue velle rem creatam maxime insensibilem non beatificabilem nihil aliud importatur q̄ ipsum velle eā fieri siue esse:ſz ꝑstat q̄ deus omne ens possibile contingenter nō necessario fecit seu fieri voluit sicut ꝛ contingenter manutenet in esse q̄ diu existit:sicut ꝛ illud quod fieri potuit deus contingenter fieri noluit:quia illud potuit facere et hoc omittere. ergo et hoc q̄ō fecit vult ꝛ aliud q̄ō non fecit non vult tantum'modo contingenter. ¶Confirmatur.quia si deus aliquod ens contingens vellet necessario tale non esset ens infimum ꝛ imperfectū sed perfectū non enim est verisile q̄ magis necessario deus velit seu acceptet ens infimum ꝛ imperfectissimum q̄ perfectum sed charitas cum sit forma accidentalis est ens incomparabiliter imperfectius q̄ suum subiectum q̄ō est natura intellectualis:ergo nō magis necessario ipsam acceptat q̄ suū subiectum: q̄ō constat ipz diligere cōtingenter.quare ꝛc. ¶Preterea tertio ad idez arguo sic.illud q̄ō deus necessario diligit necessario si ē agibile seu possibile agit et plus diligit q̄ illud quod diligit contingenter:sed deus charitatem nec necessario agit seu produxit nec ipsaz magis q̄ naturam rationalez eius subiectum immo minus diligit:cum deum magis aliquod obiectum diligere nō sit aliud q̄ ipz illud obiectum nobilius velle esse ꝛ ad bonum amplius ordinare.ergo ꝛc. ¶Maior probatur: quoniam deus non dicitur diligere aliquod possibile nisi q̄ fiendum:sed tantum factum ab ipso vel fiendum:cum nec deum vt dictum est diligere aliquod ens creatum vl creabile non beatificabile sit aliud q̄ deum ipsum velle esse:sicut nec diligere beatificabile sit aliud q̄ ipsum velle esse beatum. ¶Ex hoc sic arguo. sicut se habet deum aliquod ens diligere ad ipsum velle illud ens existere:ita se habet deum necessario tale ens diligere ad ipsum tale ens necessario velle esse:sed deum charitatem diligere nō est aliud q̄ ipsum charitatem velle existere: ergo nec deum charitatem necessario diligere est aliud q̄ charitatez necessario velle esse:sed q̄ō deus necessario vult esse necessario fit.ergo ꝛc. ¶Confirmatur.quia quero quomodo intelligis quando dicis charitatem esse formam creatazque ex natura rei cadit necessario sub diuina complacentia.aut enim intelligis q̄ sic cadit sub dei complacentia:quia deus necessario acceptat seu diligit vel vult eā esse:aut quia vult eam non esse:aut quia vult eam necessario absolute non vt non existentem nec vt actualiter existentem. Sed non potest poni secundum nec tertium quia nulli complacet in hoc q̄ posset facere ꝛ non vult ipsum facere neq; esse: ergo si deus vult charitatem non esse/charitas non cadit sub eius complacentia.ergo relinquitur primum quod est propositū/videlicet q̄ si charitas necessario sub diuina complacentia cadit/ipsam sic deus necessario diligit q̄ necessario existere ipsam facit quare ꝛc. ¶Ex hoc sequitur secunda pars maioris:videlicet q̄ plus tale ens diligit quod necessario acceptat. quoniam magis illud videtur diligere q̄ō non potest nō diligere q̄ illud quod quandoq; diligit ꝛ quandoq; odit quandoq; producit ꝛ postea destruit.quare ꝛc. ¶Secūdo arguo contra secundam partem conclusionis predicte. Primo: quia deum creaturam rationalem diligere est ipsum ei velle premium conferre: sed nulle creature ītellectuali quantumcunq; in gratia existenti deus necessario sed mere contingenter vult conferre premium. q̄ō probatur:tum quia si necessario vellet statim conferret tum quia ꝛ maius premium q̄ posset vellet et conferret quoum vtrunq; est falsum.quare ꝛc. ¶Secundo:quia eum quem deus potest annihilare vel manentem eternaliter condemnare : non necessario habet accepta re nec ad premium ordinare:sed existentem in charitate posset totaliter annihilare charitate manente: ꝛ ipsum etiam simul cum charitate existentem posset eternaliter condemnare.nulla enim creatura qualis est charitas impedit nec impedire potest q̄ō deo possibile est. existentez autem in charitate esse in pena/ simul nullam implicat impossibilitatem:cum etiam de facto Christus simul fuerit non tantum in gratia:sed etiam in gloria ꝛ in pena.nō magis autem gratie repugnat pena eternalis q̄ aliqua temporalis.que enim sunt compossibilia pro aliquo tempore ꝛ pro semper.ergo ꝛc. ¶Tertio:quia nō magis charitas est necessaria ratio acceptandi iustum q̄ iniquitas odiendi iniquum. hec est tua: sed nulla iniquitas est necessaria ratio odiendi iniquum.Hoc probatur:quia cū deum odire iniquum sit ipsum punire vel velle seu statuere punire: quez necessario odit/ꝛ necessario punit seu puniendum statuit:sed nullum quantumcunq; reprobuz ꝛ iniquum necessario punit seu puniendum statuit: sed mere contingenter: ꝛ sic punit q̄ posset non punire si vellet:nec tantum non punire sed etiam premiare. ergo ꝛc. ¶Ultimo arguo contra secundam conclusionem:q̄ est q̄ charitas non ponitur in anima ex acceptatione diuina.quoniam aut intelligis q̄ diuina acceptatio qua anima acceptatur vt vita eterna digna/nō precedit charitatem sic intelligendo q̄ prius anima sit acceptata vt vita eterna digna q̄ ipsi conferatur gratia: ꝛ sic nihil

ad propositum.nec hoc oportuit te dicere: tum quia nec istud est dubium apud catholicum:sed ex fide cuilibet p se notum:tum quia hoc iam fuerat in alia conclusione positum. Aut intelligis q̄ charitas nō profluit in animā ex aliqua dei acceptatione absoluta ꝛ vniuersaliter sumpta:ꝛ sic est falsum:quoniam nisi hoc vez charitatē ponit in anima deus acceptaret non faceret:cum nec deum aliquid acceptare vt dictum est sit aliud q̄ ipsum illud velle fieri siue esse. ergo ꝛc. ¶Confirmatur.quia finis in intentione agentis/ etsi non in executione/precedit aliquo modo ordinata ad ipsam:sed charitas ordinatur ad felicitatem:ergo licet ab eterno deus voluerit omnibus electis et conferre pro tempore statuerit vtrumq; istorum duorum/videlicet charitatem et felicitatem:magis tamen quia eis voluit felicitatem voluit ꝛ conferre statuit charitatem q̄ econuerso:ergo licet in executione felicitas presupponat preexistere charitatem:non tamen in diuina intentione eterna:sed poti⁹ econuerso.quare ꝛc. ¶Nec valent illa que pro opinione ista superius sunt adducta/vt patet per singula discurrendo. ¶Ad primum eorum que pro prima conclusione arguunt/dico q̄ deficit multipliciter. Primo:quia supponit falsum videlicet aliquod ens creatum puta charitatem esse obiectū volitionis diuine immutabile ꝛ eternum.solus enim deus ipse est tale obiectum non aliquod ens contingens/ vt superius est argutum.q̄ enim potest esse ꝛ non esse et de facto aliquando est ꝛ postea non est/non potest esse diuine volitionis obiectum immutabile ꝛ eternum. ¶Nec valet si dicas q̄ licet charitas non semper sit in actuali existentia: manet tamen semper in acceptatione diuina:quoniam aut intelligis deum ab eterno acceptare ꝛ velle charitate:quia voluit ipsam fieri ex tempore:aut quia immutabiliter voluit ipsam esse. sed non potest poni secundum:quia potuit non fieri. Si primum:ergo nō aliter charitas q̄ quodlibet aliud ens creatum fuit obiectum a deo volitum ab eterno.quare ꝛc. ¶Secundo quia nec propter istud falsum suppositum/ esto q̄ esset verum/haberet intentum/videlicet q̄ omnis charitate informat⁹ esset a deo necessario acceptatus. sicut em̄ nō sequitur si video vel diligo colorem q̄ videam vel diligā eius subiectum ab ipso colore essentialiter distinctum: ita ꝛ in proposito est dicendum: maxime cum propter vnum obiectum necessario dilectum q̄ nec potest existere nō dilectum qualis charitas esse supponitur/ necessario illud quod contingenter diligitur sit dilectum.quare ꝛc. ¶Tunc ergo ad rationem in forma dico q̄ illa maior assumpta est simpliciter falsa: quoniam cum actum diuine volitionis transire super aliquam rem creabilem vel creatam non sit aliud q̄ deum velle rem illam fieri siue esse/ꝛ deus possit ꝛ potuerit ab eterno nullum ens cōtingens fieri voluisse eius velle immutabiliter permanente: per consequens actus eius non requirit transire necessario super aliquod ens contingens: sed actus qui potest esse idem et omnino inuariatus esto q̄ nullum obiectū habeat q̄ habebat antea super quod transeat potest etiam transire nūc super vnum obiectum nūc super alterū absq; aliqua renouatiōe ꝛ participatiōe alicuius immutabilis ab aliquo talium contingentium obiectorum:quia nec ex illo obiecto immutabili/si ponatur ab aliis participari/vt charitas ab anima nouiter deo grata/saluatur plus immutabilitas actus diuine volitionis q̄ si non ponatur. quoniam aut actus diuine volitionis fertur seu transit precise super charitatem ab anima participatā:aut super ipsam ꝛ animam.si primum:ergo deus non acceptat animam/sed tantummodo charitatem.si secundum:ergo cum anima sit obiectum volitum contingenter:per consequens actus diuine volitionis licet immutabilis est obiecti contingenter et nouiter acceptati: nec minus sine charitate q̄ cum ipsa potest acceptari:cum ipsa charitate existente in ea/contingenter non necessario acceptetur. ¶Ad secundum apparet ex dictis q̄ falsum accipit in minore:quia cum homīnem a deo esse oditum sit ipsum a deo esse punitēdum ꝛ deus posset punire et annihilare hominem innocentem: per consequens posset ipsum absq; aliquo peccato existente in eo odire. ¶Ad confirmationem consimiliter est dicendum. ¶Ad tertium dico q̄ maior ꝛ minor est falsa.non enim diligens rem aliquam diligit necessario aliam ab ipsa essentialiter differentem:nec per consequens diligens charitatem diligit necessario ipsam habentem. falsa etiam est minor que dicit q̄ deus necessario diligit charitatem ꝛ omnem virtutem. ¶Nec valet ratio qua probatur/videlicet quia virtus est pulchritudo ꝛ bonum:quia melior ꝛ pulchrior est natura intellectualis ad imaginem dei facta contingenter non necessario a deo dilecta.quare ꝛc. ¶Ad primum ꝛ secundum eorum que adducuntur pro alia conclusione concedo q̄ anima non acceptatur a deo vt premio digna quousq; est charitate actualiter informata: nec per consequens charitas profluit in animā ex tali acceptatione presita de facto licet posset fieri econuerso:cum sine gratia anima posset(vt dicetur in alio articulo)esse deo grata. ¶Ad tertium dicendum q̄ falsum accipit in minore:quia immo ex vniuersali dilectione dei qua sibi complacet in omni creatura / producitur quelibet creatura immo nec deum vniuersali dilectione ꝛ cōmuni omni creature diligere creaturam est aliud q̄ ipsum velle fieri ipsam:nec tamen ex hoc sequitur q̄ō infert videlicet q̄ creatura immutabiliter producitur:quia ab immutabili ꝛ invariabili potest aliquid variabiliter fieri. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum:vbi ad quæstionem istam est aliter respondendum/pono quatuor conclusiones. ¶Prima est: q̄ sine charitate ꝛ sine omni alia forma creature intellectuali actualiter inherente potest ipsa intellectualis creatura existere deo chara siue grata. ¶Hec probatur:quoniam intellectualem creaturam esse deo charam vt premissum est/ꝛ in quarto prolixius declarabitur/ non est aliud q̄ ipsam esse a deo acceptam vt vita eterna dignam:ergo sine omni illo potest intellectualis creatura deo esse grata seu chara sine quo potest a deo esse accepta vt vita eterna digna:sed sine omni charitate ꝛ alia quacunq; forma sibi actualiter inherente potest intellectualis creatura esse accepta siue ad vitam perpetuam ordinata: quoniam sine omni illo deus potest creaturaz beatificabilem ad beatitudinem ordinare ꝛ vt dignam beatitudine acceptare/sine quo potest ipsam actu beatificare:sed sine omni charitate seu gratia ꝛ alia quacunq; forma ab ipsa beatitudine realiter differente potest deus absolute loquendo creaturam beatificabilē actu p̄miare seu beatificare.ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur:quia ad beatitudinez non est necessaria aliqua creatura a natura beatificabili ꝛ a beatitudine essentialiter distincta.sed charitas est huiusmodi.non enim minus charitas q̄ fides vel spes vel alia quecunq; virtus theologica vel moralis est distincta a beatitudine sempiterna.ergo ꝛc. ¶Contra:quia sicut est impossibile aliquem sine albedine formaliter esse album:ita et sine charitate esse charum vel sine gratia esse gratum. ¶Respō deo q̄ verum est si arguas de facto vt statim dicetur: nō tamen tenet similitudo de dei potentia absoluta. ratio cuius est/quia licet de facto fuerit diuinitus statutū nullus existere deo gratum siue charum nisi gratia informatum:hoc tamen non fuit absolute necessarium quin aliter fieri potuisset:cum hominē esse deo gratum non sit aliud q̄ ipsum esse ad gloriaz actualiter ordinatum:ad qō si deus voluisset non magis gratia q̄ albedo necessaria extitisset.nec forma illa nunc charitas seu gratia nuncupata est charitas seu gratia magis q̄ virtus alia ex natura rei sed ex ordinatione dei.qō apparet.quoniam ex hoc vocatur gratia seu charitas quia ipsa mediante anima dicitur deo chara ꝛ grata:hoc est accepta vt vita eterna digna:sed hoc illa forma non habet ex se ipsa magis q̄ alia virtus vel quecunq; alia res creata: sed tātum ex ordinatione dei statuētis rationalem creaturam tali forma sibi ab eo data informatam acceptare vt vita eterna dignam.sed sicut de ista forma statuit/ ita ꝛ si voluisset de omni forma alia creature beatificabili possibili statuere potuisset:vt videlicz illa puta fide vel spe vel temperantia vel alia morali quacunq; virtute ꝛ non aliqua alia mediante acceptasset animam vel quamcunq; creaturam beatificabilem vt vita eterna dignā.quo statuto possibili existente beatificabilis creatura fuisset mediante forma illa ipsi inexistente chara ꝛ deo grata:ꝛ per consequens forma illa charitas seu gratia nuncupata.ergo ꝛc. ¶Ex hoc apparet inter esse album ꝛ gratum siue charum maxima dissimilitudo:quoniam esse album non est aliud q̄ esse tali forma determinata ꝛ non aliqua alia informatum. Esse autez gratum nō est esse forma aliqua informatuz sed ad vitam perpetuam acceptatā:ꝛ hoc loquendo de possibili absolute. De facto autem concedo q̄ esse gratum exigit esse tali forma informatum. ¶Secunda conclusio est. q̄ intellectualis creatura potest esse deo non chara seu grata et etiā ingrata charitate vel quacunq; alia intellectuali forma sibi actualiter inherente. ¶Hec apparet.quoniam quocunq; existente in natura beatificabili ipsa potest a deo ordinari non ad vitam sed ad penam eternam:potest etiam illo manente non tantum non esse deo grata sed etiam ingrata actualiter seu odita. ¶Hoc apparet:quia sicut creaturam beatificabilem a deo diligi non est aliud q̄ ipsam ab eo vt eterna vita dignam acceptari et ordinari vel actu premiari:ita nec ipsam a deo odiri est aliud q̄ ipsam ad penam ordinari siue actu puniri. ¶Hec valet si intelligat de Christo ꝛ de aliis factis q̄ fuerunt a deo summe dilecti et tamen puniti:vt ad hoc respondebitur in quarto:sed intellectualis creatura quātacunq; charitate vel gratia informata potest a deo nūq̄ premiari ꝛ etiam eternaliter cōdemnari.propter nullam enim creaturam in natura beatificabili existentē deus necessitatur ad gloriam conferendam:nec impossibilitatur ad puniendum. ergo ꝛ cetera. ¶Hec valet si contra hoc arguas.q: sicut nullus nō potest esse albus albedine informatus:ita nec non gratus gratia informatus:quoniam esse album non est aliud q̄ esse albedine informatum.et ideo non magis subiectum aliquod potest esse non album et albedine informatum/q̄ esse albedine informatum et non informatum: sed esse deo aratum non est etiam de facto esse gratia informatum sed actu ad gloriam acceptatū.licet enim de facto nullus sit vt dignus gloria acceptus nisi gratia informatus:posset tamen esse gratia ipsa priuatus ad gloriam ordinatus et actualiter premiatus. sed nullus potest esse actu ad gloriā acceptatus vel premiatus nisi deo gratus:quia sicut esse album est precise esse albedine informatum:ita etiam deo gratū esse est esse ab ipso ad premium acceptum vel actualiter premiatum.ergo licet de facto nullus sit deo gratus nisi gratia informatus/ tamen non dicitur proprie deo gratus quia gratia informatus:siue esse deo gratum non est esse gratia informatum/sed esse ad gloriam ordinatum, illud enim non est proprie esse gratum sine quo creatura beatificabilis posset formaliter esse grata/sed magis illud quo posito in natura intellectuali nō potest non esse grata ꝛ quo non existente non potest existere grata.sed esse ipsam ad gloriam acceptam ad q̄ō non est necessaria gratia absolute/est huiusmodi:non autem esse gratia informatam.ergo ꝛ cetera. ¶Ex predictis duabus conclusionibus sequitur corollarie q̄ charitas nō est simpliciter ꝛ absolute necessaria ad hoc q̄ natura beatificabilis sit deo chara seu grata:nec propter hoc necessario est ponenda:loquendo vt hic loquimur de dei potentia absoluta.quoniam illud non est necessarium nature beatificabili ad hoc q̄ sit deo grata sine quo ipsi inexistente posset esse grata deo:ꝛ quo inexistente posset ipsi esse ingrata:sed charitas seu gratia est huiusmodi vt probatum est ex duabus conclusionibus supradictis.ergo ꝛc. ¶Tertia conclusio est. q̄ natura beatificabilis non potest esse deo chara stante ordinatione diuina nisi charitate informata. ¶Hec apparet.quoniam sine illo non potest creatura intellectualis deo esse chara seu grata ex ordinatione diuina sine quo deus statuit ipsam non premiare nec acceptare vt dignam vita eterna.sed charitas est talis forma.ergo ꝛ cetera. ¶Maior apparet. quia vt dictum est/esse deo charum seu gratum est esse acceptum ab ipso vt vita eterna dignum. ¶Minor est nota per fidem ex scriptura sacra et sanctorum doctrina.est etiam per ecclesiaz determinata vt dicetur infra. ¶Quarta ꝛ vltima conclusio est. q̄ intellectualis creatura non potest non esse deo chara seu grata inexistente sibi charitate seu gratia ꝛ manēte ordinatione diuina. ¶Hec apparet.quoniam quibus manentibus creatura intellectualis non potest a deo non acceptari vt digna vita eterna:nec potest ipsi non esse grata seu chara. ¶Hoc apparet.quia vt sepe hic est dictū ꝛ in quarto p̄ lixius declarandum/ deo esse charum hominez siue gratum non est aliud q̄ ipsum esse ad vitam perpetuam actualiter ordinatum vel premiarum:sed ordinatio diuina ꝛ charitas superna sunt ista quibus videlicet mediantibus non potest intellectualis creatura a deo non acceptari vt vita eterna digna. ¶Hec similiter est nota ex fide.ergo ꝛc. ¶Ex predictis duabus vltimis conclusionibus sequitur corollarie q̄ charitas est de facto ex diuina ordinatione necessaria ad hoc q̄ natura intellectualis sit deo accepta ꝛ vita eterna digna:quoniam illud est ad hoc necessarium sine quo hoc nō potest haberi:et quo existente non potest impediri:sed vt probatum est ex predictis duabus conclusionibus/charitas est huiusmodi:nullus enim ex diuina ordinatione pōt nō acceptari:nec cū ipsa sibi inexistente actualiter reprobari nec odiri.ergo ꝛc. ¶Ex predictis oīb⁹ apparet solutio questiōis qua querit an oporteat ponere charitatē tanq̄ formā aliquā supernaturalē nature intellectuali deo chare actualiter inherentē:qm̄ vt p̄batū est oportet vtiq; oēm catholicū ponere ꝛ concedere talem charitatē. ¶Nō appet. Primo ex scriptura. Scōo ex sanctoꝝ doctria. Tertio ex determiatiōe ecclesie. ¶Primū apparet p apl'm dicētē.i.ad Corith.xiij. Si linguis hoim loquar ꝛ angeloꝝ:charitatē aūt nō habeā factus sum velut es so.aut cymba.ti.ꝛ subdit in fine cap. Nunc aūt manēt fides spes charitas tria hec maior aūt his ē chart. ¶Item ad Roma.iij. Justificati gratis per gratiaz ipsius.ꝛc. ¶Item ad Ro.v. Charitas dei diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.hoc expresse ponit charitatem a spiritu sancto esse distinctam. ¶Item ad Titum.iij. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus scōz spem vite eterne. ¶In multis ēt aliis scripture locis exp̄sse hēt ꝛ ponit charitas.

¶ Secundum videlicet ꝙ etiam ipsam ponant sancti ⁊ doctores catholici apparet per Augustinū dicentē.xv. de trini.cap.xx.ꝙ sola charitas diuidit iter filios regis ⁊ filios perditionis/⁊ ꝙ nihil est dono charitatis excellentius. ¶ Item magister sententiarum licet in distinctione ista videatur dicere contrarium/tamen in secūdo distin.xxvij.cap.i.expresse ponit charitatem tanꝙ virtutem creatam a spiritu sancto distinctam.ibi enim tractans de gratia querit quid sit virtus/⁊ respōdet ꝙ virtus est vt ait Augustinus bona qualitas mentis qua recte viuitur:⁊ qua nullus male vtitur:quam solus deus in homine operatur. Hec virtus sicut ipse exponit ibi postea non est nisi charitas seu gratia. In hoc etiam cōcordat omnium aliorum doctorum doctrina. ¶ Tertiū videlicet ꝙ ista conclusio sit per ecclesiam determinata apparet in lib.vij.de summa tri.⁊ fide catholi.vbi dominus papa recitatis diuersis opinionibus de effectu baptismi:subdit ⁊ determinādo sic dicit: Nos attendētes generalem efficaciam mortis Christi que per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis/opinionē secundam/que dicit tam paruulis ꝙ adultis cōferri in baptismo informantem gratiam ⁊ virtutes/tanꝙ probabiliorem ⁊ dictis sanctorum ac doctorum modernorum theologie magis consonam ⁊ concordem sacro approbante concilio dicimus eligendam.ergo ⁊ cetera. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimū vbi est videndū ad quid charitas est necessaria:dicit vnus doctor ꝙ homo indiget charitate seu gratia propter duo. Primo.vt sit per eam supernaturaliter iustus in habitu/videlicet per amorem habitualem ipsi infusum:quo si permaneat habituatus ⁊ perseueret in eo debeatur vita eterna ipsi ex misericordi ꝓmissiōe dei. Secūdo indiget charitate:vt per eam sicut per habitum supernaturalis iustitie sibi inherentem possit meritorie implere mandata dei ⁊ consilia Christi.nullus enim sine charitate potest seruare mādata nec aliquid agere deo gratum:nec per consequens sibi meritorium. ¶ Sed hoc non videtur rōnabiliter esse dictū:quoniā aut intelligit gratiam seu charitatem esse huiusmodi ad duo predicta simpliciter necessariam absolute:aut non sed tantū supposita ordinatione diuina. Si prīo modo/falsum est vt ex dictis in articulo satis patet:quoniam per hominem esse charitate iustum non potest aliud intelligi ꝙ ipsum esse deo acceptum.per hominem etiam non posse sine charitate meritorie agere non potest intelligi nisi ꝙ nullus actus hominis extra charitatem existentis acceptatur a deo tanꝙ dignus premio sempiterno reddēdo pro eo prosequenti ipsum.sed vtrūꝙ istorū duorū est necessarium non simpliciter absolute sed ex sola ordinatione diuina.sicut enim sine charitate existente posset deus absolute hominem acceptare:ita ⁊ eius actum moraliter bonum vt vita eterna dignum.ergo ⁊c. ¶ Si autem intelligat secundo modo charitatē esse homini necessariam propter illa duo predicta/adhuc non videtur verum. Primo.quia paruuli mortui ante vsum rationis nullum impleuere nec implere potuerunt preceptum nec agere aliquod opus bonum.ergo nec charitate indiguere propter illam causam secundā vꝫ ad mādata vel consilia meritorie adimplenda. Secundo.quia nullus tenetur implere precepta meritorie/sic intelligēdo ꝙ si impleat non meritorie peccet mortaliter nec ēt venialiter.non enim ille qui in peccato mortali existēs precepta obseruat peccat quando precepta obseruat: cum tamen constet ꝙ ipse meritorie non obseruet saltē merito quo quis meretur premium sempiternum,ergo ⁊c. ¶ Tertio.quia nullus tenetur semper ad obseruantiam omnium preceptorum.licet enim omnia precepta obligent semper/non tamen pro semper:non enim semper teneor honorare parentes/nec semper prosequi illa que explicantur per alia precepta affirmatiua:⁊ tamē semper ⁊ pro semꝑ homo tenetur habere charitatem. ergo non tenetur eam habere nec indiget homo ipa saltem semꝑ ad precepta obseruāda. ¶ Et ideo quātū ad istum articulum aliter est dicendum/videlicet ꝙ gratia est necessaria omnibus electis ad finem vltimū eis debitum consequendum.sicut enim omne ordinatum ad finem impossibilem consequi sine illo est necessarium cuicunꝙ volenti ⁊ debenti consequi finem illū:ita cū charitas sic sit ex diuino statuto ad finē vltimū ꝯsequēdū ordinans quēlibet electorū/⁊ ad finē istū habendū eis necessaria/ꝙ finis iste est īpossibilis sine ipsa stante ordinatiōe diuīa/ꝑ ꝯñs est necessaria cuilibꝫ ꝯsecuturo finē istū ad ipm̄ consequendū:sicut illud qd ordinatur vel ordinat ad finem est necessarium ad ipsum obtinendum. Nec tantū est omnibus electis vniuersaliter necessaria isto modo siue propter causam predictam:sed etiā adultis ad mandatorum obseruantiam obligatis est necessaria ad mandata ipsa ⁊ alia supererogationis opera perfecte salubriter adimplenda:sic intelligendo ꝙ nullus potest sine charitate mandata seruare/nec aliquid aliud agere qd sit deo acceptum vt vita eterna dignum sicut nec sine charitate potest consequi vitam ipsam. ¶ Sed nunquid ad actum meritorium est sic charitas necessaria/ꝙ sit impossibile absolute aliquem actum meritorium fieri sine ipa? ¶ Ad hoc aliqui dicūt ꝙ sic. sed tamen hoc est falsum vt apparet ex precedentibus: quoniam non plus est necessaria ad actum meritorium ꝙ ad prosequentem ipsum esse deo acceptū:sed ad hoc ꝙ homo sit deo acceptus non requiritur simpliciter necessario absolute sed tantum ex ordinatione diuina ꝙ sit informatus gratia.ergo ⁊ cetera. ¶ Confirmatur. quia cum deus sit pronior ad misericordiam ꝙ ad iustitiam/non est impossibilius absolute ipsum acceptare vt vita eterna dignum aliquem bonum actum/ꝙ malum imputare ad eternum supplicium cuiuscunꝙ in puris naturalibus existentis:maxime cum actus etiā de facto sit meritorius vel demeritorius:quia voluntarius.ꝙ autem sit voluntarius hoc non habet a charitate sed precise a voluntate.sed constat malum actum existentis in puris naturalibus sine omni charitate sibi imputari ad penam:ergo ⁊ bonus si deus voluisset sibi imputari potuisset ad gloriam sempiternā. ¶ Et ideo aliter est dicendum/videlicet ꝙ accipiendo charitatē pro forma creata a spiritu sancto distincta/vt loquimur hic de ipsa:licet de facto ex diuino statuto nullus actus possit esse meritorius sine ipsa:posset tamen loquendo de dei potentia absoluta. ¶ Si autem vocas charitatem dei gratuitam voluntatem/sicut magister hic accipit charitatem quando dicit ꝙ charitas est spiritus sanctus:sic est impossibile absolute non tantum de facto ex diuino statuto aliquem mereri vitam eternam nec ipsam consequi sine charitate. Et hoc modo est vera opinio magistri ponentis in distinctione ista charitatem esse a spiritu sancto indistinctam/videlicet accipiendo charitatem pro illo fine quo est impossibile absolute mereri nec consequi vitam eternam. Nec enim charitas sic accepta potest dici aliqua res creata: sed sola dei voluntas gratuita spiritui sancto appropriata. quare ⁊ cetera. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis: quoniam bene concludit ꝙ charitas creata non est absolute necessaria ad hoc ꝙ intellectualis creatura sit deo grata:

non tamen quin possit esse ad hoc necessaria ex ordinatione diuina vt dictum est supra.

Secundo supposita ex predictis charitatis necessitate cuilibet intelligēti catholico euidenti:quero de eius augmento intensiuo vel extensiuo possibili/vꝫ vtrum charitas possit secūdum suam essentiam tam intensiue ꝙ etiam extensiue diminui ⁊ augeri. ¶ Et videtur ꝙ sic quoniam omnis forma composita vel componibilis ex partibus eiusdem rationis est remissibilis vel intensibilis ⁊ etiam extensibilis:cum sit diuisibilis in partes in ipsa actualiter existentes:⁊ quantum secundum philosophum.v.metaphysi.sit illud qd est diuisibile in ea que insunt:sed charitas est talis forma/vt videbitur infra.ergo ⁊c. ¶ Contra.quia nulla forma simplex ⁊ spiritualis est extensibilis nec intensibilis:cum omne intēsibile ⁊ remissibile sit componibile:sed charitas est forma spiritualis ⁊ simplicissima.ergo ⁊c. ¶ Respōsio.vbi sic procedam. Primo enim inquiram an charitas sit intensibilis ⁊ remissibilis. Secundo.an sit extensibilis.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ formam intendi vel remitti potest tripliciter intelligi. Uno modo.ꝙ vna ⁊ eadem forma numero omnino sit ꝑmo remissa seu imperfecta:⁊ postea intensa siue perfecta:vel econuerso/vꝫ ꝙ sit prius perfecta ⁊ postea imperfecta. Alio modo.ꝙ non sit eadem intensa ⁊ remissa seu iperfecta ⁊ perfecta:sed alia ⁊ alia. Et hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo:ꝙ forma remissa et intensa siue imperfecta ⁊ perfecta sint sic diuersa sicut aliqua disparata:quorum neutrum est alterum nec aliquid in ipso inclusum. Alio modo:ꝙ sint forme diuerse nō sicut disparata:sed sicut illa quorum vnum licet non sit alterum:est tamen aliquid in ipso inclusum:modo quo distinguitur pars a toto.

Hoc ꝑmisso pono quatuor cōclusiōes

¶ Prima est,ꝙ nec charitas nec aliqua forma alia est intensibilis nec remissibilis primo modo. ¶ Hec probatur.quoniā nullum essentialiter ⁊ totaliter quātum ad illud qd est inuariabile est intensibile nec remissibile illo modo:sed tam charitas ꝙ alia res quecūꝙ ꝙdiu manet est inuariabilis secundum essentiam suam totam.ergo non potest dici nūc perfecta ⁊ postea imperfecta:nec econuerso.quare ⁊c. ¶ Maior apparet:quoniā impossibile est vnum ⁊ idem esse intensius siue perfectius nec imperfectius semetipo:omne autem inuariatum vt sic est illud idem nunc qd fuit tunc.quare ⁊c. ¶ Minor declaratur:quoniam omne illud est ꝙdiu manet essentialiter inuariabile:cui nec potest aliqd subtrahi neꝙ addi qd sit de eius essentia:sed tam charitas ꝙ alia res quecunꝙ est tale ens:nulla enim res potest existere non existentibus omnibus ad eius essentiam pertinentibus. ergo cum illud dicatur isto modo essentialiter variari: cui subtrahitur vel additur aliquid ad eius essentiā pertinens:et nullum tale sit possibile:sequitur ꝙ nec est aliquid essentialiter variabile isto modo.quare ⁊ cetera. ¶ Confirmatur.quoniam si vna ⁊ eadem forma potest esse primo minor seu imperfectior et postea maior seu perfectior:aut hoc erit absꝙ aliquo sibi addito vel propter aliquid sibi additum. Sed non potest poni primum:quia vt videbitur in sequentibus/nulla forma intenditur nisi quia aliquid eiusdem rationis secum sibi apponitur.nec secundum.quoniam licet ex forma precedente et ex alia sequente prius adueniēte forma composita sit perfectior tam precedente ꝙ sequente per se sumpta:nec tamen precedens secundum se efficitur perfectior per sequentem sibi aduenientem:nec econuerso sequens per precedentem.nec enim aliquorum realiter distinctorum eiusdem rationis existentiū cuiusmōi sunt forma precedens et sequens/vnum est alterius perfectiuum.ergo nec forma remissa precedens est maior seu perfectior vel intensior per sequentem:nec forma intensa qualis est illa que componitur ex sequente et ex precedēte/efficitur remissa seu imperfecta propter subtractionem siue destructionem alterius partis eius.qd enim est destructum non dicitur esse remissum.sed destructa aliqua parte constituente totum/et totum ipsum dicitur ē destructū.ergo ⁊ cetera. ¶ Nec valet si cōtra hoc arguatur.quia ad sensum apparet subiectum calidius effici minus calidum non nisi propter aliquem caloris gradum subtractum.quoniam licet hoc sit verum/non tamen est in aliquo contra predictam cōclusionem:nec contra eius probationem:quia licet subiectum efficiatur minus calidum propter aliquem caloris gradum destructum:et calor in eo remanens illo destructo sit minor seu imperfectior toto calore in ipso subiecto antea existente:non tamen ex hoc sequitur ꝙ calor ille totus proprie posset dici remissus cum sit destructus:licet ille fuerit calor maior seu perfectior:⁊ iste nunc remanens imperfectior siue minor.nec calor iste etiam remanens potest dici remissus respectu suiꝑsius:vt neꝙ accept⁹ sine calore subtracto dicatur remissior seipso vt accepto antea cum calore illo sibi modo subtracto:quoniā ex cuius subtractione calor remittitur ex eius appositione intenditur:sed iste calor nunc remanens non fuit intensior siue perfectior propter calorem nunc sibi subtractum primo appositum:quoniam vt dictum est/eorum que sunt eiusdem rationis/vnum non est alterius perfectiuum.ergo ⁊ cetera. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ charitas est forma intensibilis secundo ⁊ tertio modo hoc intelligendo. ¶ Hec probatur.quoniam illa forma est hoc modo intensibilis que est ex pluribus formis eiusdem rationis componibilis:sed charitas est talis forma.ergo ⁊ cetera. ¶ Maior apparet.quoniam sicut vna res non est maior alia extensiue nisi propter plures quantitatis partes extra se inuicem existentes: ita nec perfectior intensiue nisi quia ex pluribus indistantibus partibus constituta.eorum enim que sunt eiusdem rationis nullum est alio perfectius nisi quia cōpositius:⁊ illud est imperfectius alio qd est incompositius ipso/vt magis explicabitur in sequentibus questionibus.ergo omnis illa forma potest esse perfectior siue intensior alia que potest esse compositior ipsa:⁊ est eiusdem rationis cum ea.sed forma ex pluribus formis eiusdem rationis componibilis potest esse ex pluribus constans ꝙ alia vel ab ipsa disparata vel non disparata sed ī ipa īclusa:sicut tota albedo ex multis indiuiduis albedinis cōstituta est compositior qualibet sua parte in ea inclusa ⁊ alia quacunꝙ albedine disparata pauciora indiuidua albedinis includente.ergo ⁊ cetera. ¶ Minor videlicꝫ ꝙ charitas sit talis forma sic videlicet ex pluribus charitatis indiuiduis eiusdem rationis componibilis/apparet:quoniam constat ex fide omnem in gratia existentem acquirere successiue per diuersos meritorios actus diuersos charitatis gradus: quorum prior non destruitur propter sequentem. tum quia actus meritorius non meretur charitatem aliquā destrui sed infundi.sicut enim actus habitus non est ei⁹ destructiuus:sed potius productiuus:ita cum actus charitatiuus seu meritori⁹ charitatē ꝑsupponat:nō est ratio destructiōis illius:sꝫ poti⁹ appositionis alterius. Tū scđo.q: nec ī itēsione alicui⁹ forme grad⁹ ꝑcedēti de

struitur propter aduentum sequentis vt in sequẽtibus ostendetur.ergo in quocunq̧ in gratia existente et continue meritorie operante sunt diuersi charitatis grad⁹ ex quibus omnibus non minus efficitur vel constituit̃ vna charitas q̃ ex diuersis albedinis gradibus vna albedo:vel ex diuersis coloribus vnus color.non enim est dicendum ꝙ huiusmodi diuerse partiales charitates sint vnum tantum vnitate subiecti:quia magis sunt inter se vnum ⁊ essentialiter indiuise q̃ cum fide nec cum spe nec cũ aliqua alia virtute naturaliter acquisita.ergo ⁊c.¶Confirmat̃.quia vt ex fide tenemus glorie beatorũ sunt inequales secundũ inequalitatẽ gratiarũ eorũ sed nisi gratia seu charitas esset forma intensibilis tam p̃rio q̃ secũdo modo/hoc poni nõ posset.ergo ⁊c.¶Minor est euidẽs:quoniã sicut vna anima intensiua non dicitur essentialiter ꝑfectior alia:quia non est intẽsibilis forma:ita nec charitas seu gratia aliqua posset esse ꝑfectior seu intensior q̃ alia nisi ipsa esset intensibilis isto modo ꝙ gratia vnius posset esse intẽsior:⁊ alia ab ea disparata/vz illa que est alteri⁹ subiecti/remissior siue minor:sed eorum que sunt vnius rationis neutrũ põt esse altero ꝑfectius nisi q̃ est ipso cõpositius:⁊ ecõuerso oẽ intensibile cõpositius est perfectius:ergo cũ tota charitas superioris beati sit cõpositior non tñ charitate tota cuiuslibet alterius inferioris beati ab eo disparata:sed etiam qualibet sua parte in ip̃a inclusa:per consequens sequitur ꝙ ipsa est perfectior tam charitate alia disparata q̃ charitate nõ disparata sed in ipsa inclusa.ex quo habetur intentum:vz ꝙ ipsa est forma intensibilis vtroq̧ illorum duorum modorum superius predictorum. ¶Tertia conclusio est.ꝙ charitas est forma remissibilis eisdem modis quibus est intensibilis.¶Hec app̃et ⁊ sequitur ex predicta:quoniam sicut vnum quantũ nõ dicitur extensiue maius nisi respectu alterius minoris: ⁊ quot modis vnum quantum dicit̃ alio maius/ tot modis potest alterum dici minus:ita consimiliter in proposito est dicendum:videlicet ꝙ sicut vna charitas nõ potest esse seipsa perfectior nunc q̃ prius:ita nec imperfectior seu remissior erit:sicut vna charitas est perfectior intensiue alia siue disparata siue etiam non disparata sed in ea inclusa:ita consimiliter eadẽ charitas potest esse imperfectior alia tam disparata q̃ non disparata sed ex ipsa ⁊ ex alia addita vt totum ex diuersis partibus constituta.¶Confirmatur.q: vna charitas nõ est perfectior intensiue nisi alia imꝑfectior:sed cõstat vnã charitatem esse perfectiorem alia tam disparata q̃ non disparata.ergo ⁊ de facto quelibet illarũ est minor seu remissior q̃ illa.quare ⁊c.¶Ex hoc infero corollarie nõ esse verum dictum aliquorum ponentium ꝙ licet charitas sit remissibilis et intensibilis de possibili/nunq̃ tamen de facto remittitur:licet aliquando vt per peccatum mortale totaliter destruatur.hoc siquidem falsum est:quoniam charitas remissa non est aliud q̃ charitas imperfecta sicut nec intensa aliud q̃ perfecta:nec charitatem remitti est aliud q̃ charitatẽ imperfectam fieri:sed constat ꝙ de facto vna charitas est imperfectior alia.ergo ⁊c.¶Confirmatur.quia licet charitas de facto nõ remittatur per hoc ꝙ eius pars aliqua corrumpatur alia remanente:ex hoc nõ sequit̃ ꝙ ipsa non dicatur de facto remissa:quoniam nec aliqua forma alia puta calor intensus dicitur remissus esse:quia aliquis ei⁹ gradus est corruptus:sed tantum gradus caloris remanens post illum corruptum est calor remissior et imperfectior illo toto calore corrupto ex ipso calore remanente et ex alio amoto constituto.et sicut nunc gradus huiusmodi caloris remanens dicitur esse imperfectior q̃ esset calor totus quando erat ex ipso et ex alio constitutus:ita consimiliter idem calor quando erat pars illius caloris totius erat imperfectior seu remissior ipso toto ex calore isto et ex alio ex partibus constituto:nec per consequens calor iste nunc remanens dicitur esse remissus:quia alius gradus caloris ipsi propius coniunctus est nunc destructus:sed propter nullam aliam causam dicunt modo predicto loquentes charitatem de facto non remitti:nisi quia nullius charitatis totius aliqua pars de facto destruitur alia remanente:cum propter peccatum mortale tota charitas subtrahatur.nulla autem pars eius subtrahitur nec destruitur propter peccatum aliquod veniale.ergo ⁊ cet.¶Quarta et vltima conclusio est.ꝙ licet de facto alia charitas sit remissa et alia intensa:tamen quantum ad aliquid charitas nõ remittitur de facto ꝯsimiliter sicut forme alie intensibiles remittuntur.¶Hec apparet.quoniam quelibet alia forma naturalis et naturaliter intensibilis ac remissibilis alteri forme eiusdem rationis equalis potest fieri et fit de facto ea minor et per consequens remissior propter alicuius gradus subtractionẽ siue corruptionem:sed non sic aliqua charitas supernaturalis de facto remittitur:quia nulla eius pars remanente altera destruitur:cum propter nullum peccatum veniale pars eius aliqua destruatur.propter mortale autem tota ipsa charitas subtrahitur.ergo ⁊ cetera. ¶Sed ista ratio non concludit:quia in minore falsum accipit:quando dicit ꝙ forma naturaliter remissibilis de facto remittitur quia aliquis eius gradus corrumpitur:quoniam vt dictum est supra/ante corruptionem talis gradus alius gradus post eius corruptionem remanens erat iam antea minor seu imperfectior intensiue tota forma ex talibus pluribus gradibus constituta ergo propter vnius gradus subtractionem alius gradus remanens non efficitur minor:cũ iam esset minor seu imperfectior intensiue tota forma ex gradu illo subtracto et ex alio remanente realiter constituta:nec etiã ipso gradu subtracto:quia aut gradus subtractus fuit perfectior q̃ remanens/aut imperfectior.si primum:ergo hic remanens non est factus eo remissior propter eius corruptionem:cum ipsi non corrupto adhuc coniunctus antea esset minor ipso.si autem ponatur secundum:ergo nec nunc etiam est minor ipso:sed maior siue perfectior intensiue.quare ⁊c.¶Et ideo aliter est probanda et intelligenda conclusio supradicta/videlicet ꝙ solum ex hoc charitas supernaturalis non dicatur de facto remitti consimiliter sicut forma alia naturalis quia vna forma naturalis et naturaliter remissibilis puta calor sic de facto remittitur ꝙ forma ipsa que erat alteri equalis antea corrũpitur remanente aliqua eius parte:que tamen non dicitur proprie esse remissa: cum nec sit in se perfectior vt alteri coniuncta q̃ vt ab ipsa diuisa.non sic autem est de charitate vt apparet ex fide.ergo ⁊ cetera.¶Sed quia nec corruptum dicitur proprie esse remissum nec etiam pars totius forme corrupte remanens propter subtractionem siue destructionem partis alterius:ideo loquẽdo proprie magis posset dici ꝙ charitas consimiliter de facto remittitur sicut remittuntur forme alie naturales q̃ ꝙ dissimiliter remittatur.¶Hec de primo.

Quantũ ad secundũ suppono ex alibi declaratis ꝙ nec extensum est aliud q̃ res habens partes distantes:nec extensibile est aliud q̃ quodcunq̧ tales partes habere possibile.¶Hoc supposito pono quatuor conclusiones.¶Prima est.ꝙ res substantialis vel accidẽtalis naturalit̃ extẽsibilis nõ põt esse ꝑ naturam actualit̃ inextẽsa.¶Hec ꝓbat̃.qm̃ res naturalr̃ extẽsibilis dr̃ eẽ res corporea apta nata habẽ ꝑtes distãtes ⁊ extra se inuicem existentes:res autem actualiter inextensa est omnis res carẽs partibus vel habens partes totaliter indistãtes:sed nulla res extensibilis potest per naturam priuari omnibus partibus nec habere partes totalit̃ indistantes.ergo ⁊c.¶Secũda conclusio est.ꝙ res omnis naturaliter extensibilis vel extensa potest ꝑ diuinam potentiam effici inextensa.¶Hec probatur ꝑ rationem contrariã ei que facta est ad cõclusionẽ precedentem.quoniã cuius virtute partes alicuius rei extẽse distantes possunt fieri indistãtes:⁊ res illa extensa potest fieri actualiter inextensa:sed per virtutem diuinam partes rei extense distantes possunt fieri indistantes.ergo ⁊c.¶Minor probatur.quoniã nõ est maior repugnãtia partes vnius rei corporee seu extense fieri indistãtes q̃ diuersas res corporeas seu extensas quarũ vna nõ est pars alterius nec omnes alicuius totius.sed secundũ est deo possibile:q̃ apparet in plurib⁹ corporibus in eodem loco possibilibus esse simul.ergo ⁊c.¶Confirmat̃. quia que nõ determinãt sibi certã ⁊ determinatã distantiam sed possunt etiã per naturã distare nunc plus vel minus q̃ prius/possunt esse totaliter indistantia virtute diuina:sed partes rei extense substantialis vel accidentalis/vt ignis vel caloris/non determinant sibi certam siue determinatã distantiã:cum res tam substãtialis q̃ accidentalis extensa possit fieri rarior vel densior:res autem rarefacta habet partes distantiores ⁊ condensata ꝓpinquiores.ergo ⁊c.¶Ex hoc apparet ꝙ nõ potest ꝓbari albedinẽ vel aliam quamcunq̧ formã corporeã accidentalẽ non posse recipi in anima vel in aliqua alia spirituali substantia:quia est forma extensa que non potest recipi in subiecto extenso.¶Primo.q: licet albedo sit forma extensa potest tamen vt probatum est per diuinam potentiam fieri inextensa.ergo licet non possit recipi in subiecto inextenso manens extensa:nec per consequens naturaliter:cum nec per naturã possit esse aliter q̃ extensa:non tamen sequitur quin supernaturaliter possit esse.¶Secundo.quia manens extensa videtur posse per diuinam potentiam recipi in substãtia inextensa:quoniam sicut forma substãtialis indiuisibilis vt anima est in subiecto extenso:puta in toto corpore q̃ informat ⁊ in qualibet eius parte:⁊ etiã separata a corpore est in aliquo toto loco ⁊ in qualibet eius parte:ita videtur per diuinam potentiam formam accidentalem extensam a substantia corporea separatam posse recipi in aliqua substantia inextensa:que quidem tota sit sub tota illa forma extensa ⁊ sub qualibet eius parte.ergo ⁊c.¶Tertia conclusio est.ꝙ nec charitas nec aliqua alia spiritualis forma licet composita ex diuersis partibus quia intensibilis est extensibilis per naturam. ¶Hec probatur.quoniam non magis res naturaliter apta nata habere partes indistantes et per consequẽs esse inextensa/potest per naturam habere partes extensas:et per consequens esse quanta seu extensa:q̃ econuerso res habens partes distantes possit eas habere indistantes.sed secundum est impossibile per naturam.ergo et primum.¶Quarta et vltima conclusio est.ꝙ nec charitas nec aliqua alia forma spiritualis licet intensibilis:⁊ per consequens componibilis:est etiã per diuinam potentiam extensibilis.¶Hec non potest probari per hoc quia charitas et omnis alia forma spiritualis est indiuisibilis:quoniam hoc est falsum:nullum enim compositum ex pluribus realiter distinctis et separabilibus est indiuisibile:immo omne tale est diuisibile:omne enim habens partes realiter differentes ⁊ separabiles est diuisibile.sed tam charitas q̃ alia omnis forma spiritualis accidentalis est composita ex partibus eiusdẽ rationis:cum sit forma intensibilis:que quidem partes sunt realiter differentes et separabiles.sicut enim de facto vnus gradus charitatis post alium acquiritur:ex q̃bus omnibus vt totum ex partibus vna charitas constituitur:ita et per diuinam potentiam posset vnus ab alio separari vel vno destructo et alio remanente/vel vtroq̧ etiam remanente.¶Ex hoc sequitur ꝙ nec potest probari conclusio supradicta per hoc ꝙ charitas non potest habere partes extra partes:quia partes diuise sunt vel esse possunt distantes:et per consequens extra seinuicem existentes:sed partes charitatis ⁊ cuiuscunq̧ alterius forme spiritualis intensibilis possunt esse diuise et ab inuicem separate existere vel in subiecto vel extra omne subiectum virtute diuina.ergo et cetera.¶Ex hoc sequitur secundo ꝙ licet omne quantum seu extensum habeat partes extra partes/nõ tamen econuerso omne habens vel habere potens partes extra partes potest esse quantum siue extensum:cũ nulla spiritualis accidentalis forma possit esse quanta seu extensa:licet eius partes possint esse diuise ⁊ existere per diuinam potentiam separate.quoniam solum totum illud est extensum q̃ est vnũ ex partibus extra se existentibus constitutum:sed partibus vnius charitatis diuisis ⁊ extra se positis modo quo vna forma substantialis potest esse extra aliã/vt anima extra animã et vnus angelus extra alium/non magis remanet vna charitas q̃ ex multis animabus fiat vna anima/vel ex diuersis angelis in diuersis locis ꝯtinuis et contiguis existẽtibus fiat vnus angelus.ergo sicut duo angeli nõ possunt dici aliqua res continua seu extensa:quia nec sunt vnum nec aliquis eorum habet partem aliquã extra partẽ:ita nec charitas cuius partes sunt per diuinam potentiam separate ⁊ extra se inuicem existentes est aliquid vnum magis q̃ nunc sint vne charitates diuersorũ electorũ:nec aliqua pars charitatis ab alia separata habet partes distantes sed totaliter indistãtes. ergo ⁊c.¶Et hoc est per q̃ potest argui ad cõclusionẽ predictam:puta ꝙ charitas non est forma extensibilis etiam per diuinam potentiam:vz q: impossibile est diuersas charitates separatas ⁊ extra se existẽtes sic cõtinuari ꝙ ex eis possit fieri aliquid ꝑ se vnũ:sed solum illud precise est cõtinuũ seu extensum/ex cuius ꝑtibus extra se existentibus ⁊ distantibus ipsum est totum aliq̃ per se vnũ.ergo ⁊c.¶Et si queratur quare magis per diuinam potentiã potest res extensa fieri inextensa q̃ econuerso res inextensa ⁊ maxime diuisibilis/quia ex diuersis partibus ꝯstituta/fieri res extensa:cum non magis partes rei distantes possint fieri indistantes q̃ indistantes distantes.¶Ad hoc apparet quid dicendum.quoniam si hic queratur de re inextensa supnaturaliter tãtum qualis esset oĩs res naturalit̃ extẽsibilis/vt albedo vel substãtia corporea cui⁹ ꝑtes eẽnt ꝑ diuinã potentiã indistãtes:ꝯstat ꝙ talis res ĩextẽsa põt fieri extẽsa.Si autẽ querat̃ de re naturaliter inextẽsa qualis est charitas ip̃a ⁊ oĩs alia spiritualis forma:talis res inextensa licet ex diuersis partibus ꝯstituta nõ potest fieri res extensa:quia nec eius partes possunt distare nec extra se existere ipsa forma tota vnica remanente.econtrario res naturaliter extensa potest manere vna eius partibus factis indistantibus.non enim minus:sed aliquo modo magis ista albedo est vna numero eius partibus existentibus indistantibus q̃ distantibus.ergo ⁊ cete. ¶Et si queras vlterius causam talis diuersitatis: Ad hoc est dicendum ꝙ causa huius diuersitatis quare vz albedo potest manere vna et eadem numero ⁊ nõ charitas eius partibus distantibus existentibus vel indistantibus:non est nisi quia albedo est talis nature et charitas alterius.¶Sic ad questionem.¶Ad rationẽ in principio ꝯcedo ꝙ oĩs res ꝯposita vel ꝯponibilis ex

partibus eiusdem rationis indistantibus est intensibilis ꝛ remissibilis/modo preexposito in primo articulo hoc intelligendo:non autem omnis res talis est extēsibilis vt dictū est in secundo articulo. ¶ Et qm̄ ꝓbatur ꝑ philosophum dicentē.v.metaphy. ꝙ quantū est diuisibile in ea que īsunt:Dico ꝙ nō om̄e diuisibile in ea q̄ insūt est quantū/cū om̄e habēs partes realiter distinctas sit sic diuisibile nō tamē quantū:cū non habeat ptes hmōi in quas est diuisibile distantes sed indistātes/vt apparet ꝑ exemplū de intellectione vel scientia ꝛ gratia et de alia omni forma accidētali intensibili ꝛ remissibili inextensa.solum ergo illud qđ est diuisibile in ea que insunt puta in partes distātes dicitur esse quantū:ꝛ tale est diuisibile naturaliter nisi sit incorruptibile:sicut celū.illđ autē qđ habet ptes indistantes licet sit diuisibile nō tamē est magis quantū seu extensum q̄ illud qđ est totaliter indiuisibile:qꝛ carens omni parte:sed talis res est charitas ꝛ alia omnis forma spiritualis cuius partes sunt totaliter indistantes.vnde nec aliqua talis res cuius partes sunt indistātes est naturaliter diuisibilis sic in partes ꝙ possint ꝑ naturam sed tantū ꝑ diuinā potentiam existere adinuicem separate. ¶ Et ideo quādo dicitur ꝙ quantum est diuisibile in ea que insunt:Dico ꝙ verum est:ꝛ sic intelligit philosophus:non tantuꝫ supernaturaliter sed etiam naturaliter.hoc autem modo non est diuisibilis res aliqua licet corruptibilis:habēs partes totaliter indistantes.quare ꝛc.

Tertio quero. Vtrū charitas sit intēsibilis siue augmentabilis intēsiue ex diuersis gradibus eiusdem specifice rationis/puta ex diuersis īdiuiduis charitatis. ¶ Et videtꝰ ꝙ sic:qm̄ eoꝝ que sunt eiusdem specifice rationis solum illud est perfectius altero qđ est cōpositius ipso:sed charitas intensa est eiusdē speciei cū remissa/ꝛ ē ea perfectior:ergo ꝛ cōpositior.sed charitas intēsa nō magis includit q̄ remissa aliq̄d alteriꝰ rōnis specifice ab ipa charitate.ergo ꝛc. ¶ Cōtra.qꝛ nō magis ex diuersis formis accn̄talibꝰ q̄ ex diuersis substātialibꝰ eiusdē ratiōis pōt fieri aliqua vna forma:sꝫ cōstat ꝙ ex diuersis formis eiusdē rationis substātialibus saltē spiritualibꝰ nō pōt fieri vna forma/nec ex diuersis aīabus vna aīa.ergo nec ex diuersis charitatibꝰ vna charitas.quare ꝛc. ¶ Respōsio.vbi sic ꝓcedā. Primo est respōdēdo ad quesitū ostēdā ꝙ charitas ꝛ alia oīs forma intēsibilis intenditꝰ ꝑ appositionē gradus eiusdē secū specifice rationis. Secūdo inquirā an gradus ꝓexistēs remaneat cum sequente intensionem huiusmodi terminante.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ hic non intelligitur nec est intelligendum formam aliquam intensibilem precedentem posse intendi seu perfici intensiue:quia nec aliq̄ forma est intensibilis isto modo/vt dictū est in primo articulo alterius questionis/sꝫ tantum charitas ꝛ alia omnis forma intensibilis dicitꝰ hic intēdi ꝑ appositionē gradꝰ charitatis eiusdē rationis:quia ex tali gradu nouiter adueniente ꝛ ex alio precedente efficitur seu constituitur vna forma perfectior intensiue qualibet eius parte:ꝛ per consequens illo gradu precedente/qui tamen precedens gradus non dicitꝰ per appositionem alterius esse intensus.

Hoc supposito ex predictis in alia questione pono hic quatuor cōclusiōes. ¶ Prima est.ꝙ charitas ꝛ alia omnis forma intēsibilis intenditꝰ ꝑ appositionē graduū seu indiuiduorum realiter distinctorum. ¶ Hec ꝓbatur.qm̄ aut forma isto modo intēditꝰ/vꝫ qꝛ vnū alteri apponitꝰ/ex quoꝝ vtroq; ꝑfectior forma cōstituitꝰ:aut qꝛ forma p̄cedens remissa corrūpitꝰ ꝛ alia ꝑfectior ꝓducitꝰ.Sed nō pōt poni secūdū.Primo.qꝛ nō semper forma sequēs est ꝑfectior immo est aliquādo imperfectior q̄ p̄cedens.Secūdo.qꝛ nec quando forma in subiecto intenditꝰ aliqua p̄cedēs destruitꝰ/vt in alio articulo ostendetur.ergo ꝛc. ¶ Confirmatꝰ.qm̄ sicut se habēt actus habitū p̄cedētes ad ipm̄ habitū eos sequentē:ita actus subsequētes ad vlteriorē gradū habitꝰ subsequētem. ¶ Hoc appar et.quoniam cū actus sequens habitum nō sit īꝑfectior immo ꝑfectior actu habitū precedēte:ꝑ cōsequens nō magis mediante primo actu habitū precedente potest acquiri aliquis gradus habitus q̄ mediante actu secūdo primū gradū habitus supponente:sed constat primū habitus gradū esse ex actu p̄cedente ipsum habitū acquisitū.ergo et aliquis gradus alterius habitus acquiritꝰ ex actu primū gradū habitus subsequente:cum nec habitus intendatur aliter q̄ ꝑ actus. Actus aūt habitus nō corrumpit ipsum sicut nec actꝰ meritorius corrūpit charitatis habitū queꝫ supponit. ergo ꝛc. ¶ Preterea arguo sic ad idem.quodcunq; subiectū naturaliter transmutatū de nouo aut acquirit aliquid qđ non habebat primo:vel priuatꝰ aliquo qđ habebat antea.sed cōstat ꝙ subiectū tale factum magis tale vt albū cū fit albius/vel calidū calidius seu magis calidū/est realiter transmutatū:nec tamē amisit aliquid qđ habebat prius/vt probabitur inferius.ergo de nouo aliquid acquisiuit.quare ꝛc. ¶ Cōfirmatꝰ.qꝛ illud qđ inuariatū absq; aliquo ipsi apposito nec subtracto potest esse nūc minꝰ ꝛ postea magis tale est tale simpliciter semetipso nullo alio mediante ab eo realiter differente:ꝛ ꝑ cōtrarium qđ non potest simpliciter esse tale seipso:sꝫ alio sibi apposito mediāte/nec existēs tale/potest sine aliq̄ sibi addito fieri magis tale:sed cōstat ꝙ subiectū nō potest esse albū nisi albedine mediante ab ipso realiter differente:nec aīa deo grata seu chara de eius potētia ordinata nisi mediāte charitate ab ipa realitꝰ differēte.ergo ꝛc. ¶ Ex hac cōclusione ꝓbata apparet falsitas ꝛ improbabilitas opinionis dicentiū ꝙ quando forma intenditur nihil nouiter ipsi vnitur:sed tantū depuratꝰ ꝛ separatꝰ a suo contrario magis q̄ prius:ita ꝙ formā intēdi non est aliud q̄ ipsam depurari ꝛ ab alia forma ipsi cōtraria separari. ¶ Hec inquā opinio est improbabilis/vt apparet. Primo ex dicta cōclusione ꝛ sua ꝓbatione. Secundo.quia nō omnis forma intensibilis ꝛ remissibilis habet contrarium.nec enim luci nec lumini aliquid opponitur contrarie/sed tantūmodo priuatiue:ꝛ tn̄ tā lux q̄ lumē est forma ītēsibilis ꝛ remissibilis:ergo formā ītēdi nō ē ipsā ab alia forma ipsi cōtraria separari seu depurari. ¶ Confirmatur.quia aliquis gradus virtutis potest esse in aliquo gradu vitij sibi contrarie oppositi existente in ipso:sed non minus habēs virtuosum habitum imperfectum sine aliquo vitio sibi cōtrario potest acquirere habitū ꝑfectum:q̄ habens habitum virtuosum simul cū vitio ei contrario opposito.nec enim forma contraria puta calor exigitur ad intensionē frigiditatis.ergo nec formā aliquā perfici seu intendi est ipsam a forma sibi contraria depurari. ¶ Contra conclusionem tamen istā ꝓ opiniōe p̄dicta adducūtꝰ alique auctoritates phi. Dicit em̄ phus.3.Topi. ꝙ illud est albius qđ est nigro īpermixtius.ex quo videtꝰ ab eo innui ꝙ aliquid esse albius est ipsum minus permisceri cum nigro ipsi contrario.quare ꝛc. ¶ Preterea idem philosophus in predicamentis attribuit susceptionem magis et minus illis que habent contrarium.vnde ꝛ ante proprietatem suscipiendi magis ꝛ minus premittit proprietatem de habere cōtrariū.ergo videtꝰ innuere ꝙ nihil intēditꝰ nec remittitꝰ nisi qđ suo ꝯtrario ꝑmiscetꝰ. ¶ Preterea qꝛ fm̄ ipm̄ philosophū ꝛ cōmentatorē.10.metaphysice.Mediū cōponitur ex extremis.ex quo sequitꝰ ꝙ contraria concurrunt insimul in eo/puta albedo ꝛ nigredo in rubrum:et per consequens vnū contrariorum intēditur:quia alterū sibi coniunctū remittitꝰ. ¶ Ad ista ꝑ ordinē respondetur. ¶ Ad primū dicitꝰ ꝙ quādo phus dicit.iij.Topico. ꝙ illud est albius qđ est nigro impermixtius non accipit impermixtionem ꝓprie:sed improprie/vꝫ pro maiori dissimilitudine.quanto enim subiectuꝫ est albius tāto est nigro dissimilius:ꝛ ideo dicitur impermixtius ipi q̄ minus album:quātūcunq; nigredo nō magis realitꝰ sit admixta remisse albedini q̄ intense.ꝛ esto ꝙ esset/adhuc non diceretur subiectū albius quia nigro impermixtius:sed tantū quia cōpositius/vꝫ ex pluribus indiuiduis albedinis. Nec philosophꝰ dicit ꝙ subiectū sit albius quia nigro impermixtius/sed tantum ꝙ illud est albius qđ est nigro imꝑmixtius:ꝛ hoc est verū:non tamen est in aliquo cōtra conclusionē predictā. ¶ Ad secundum dicitur:ꝙ licet philosophus attribuat precise magis ꝛ minus illis generibus quibus conuenit habere cōtrarium:non tamen attribuit magis ꝛ minus tantum illis speciebus que habent cōtraria/cum lux ꝛ lumen intellectio ꝛ multa alia cōtrariū non habētia sint intensibilia ꝛ remissibilia vt dictum est supra. ¶ Ad tertium respondetꝰ.ꝙ pro quanto medium ē extremis similius q̄ vnum extremorum alteri:ideo philosophus vocat medium esse compositum ex extremis.non autem est intelligendum extrema esse in medio vt partes ī toto. ¶ Secunda conclusio est.ꝙ illa omnia per quorum appositionē forma intenditur sunt eiusdem specifice rationis. ¶ Hec ꝓbatur.quoniā qđ est tale nunq̄ potest effici magis tale ꝑ aliquid dissimile a ppositū ei quo dicitꝰ simpliciter esse tale:sicut albū non potest fieri albius ꝑ aliquid appositum albedini dissimile albedini ipsi.sed sola indiuidua eiusdē specifice rationis sunt ꝑfecte similia:omnia alia alterius rationis specifice existētia sunt dissimilia.ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatꝰ.qꝛ eodem quo subiectū aliquod dicitꝰ magis tale dicitꝰ ēt simpliciter esse tale.ergo illo subiectum nō potest dici magis tale quo nō potest dici simpliciter esse tale:sed constat ꝙ subiectū sola albedine dicitur simplicitꝰ esse album:nigredine nigruꝫ ꝛ calore calidum:ꝛ sic de alijs.ergo ꝛc. ¶ Preterea ad idem arguitur:qꝛ non magis forma intensa q̄ remissa includit aliquid alterius rationis ab ipsa:immo quanto forma est intensior tanto est ipsi omnis alia forma alterius rationis incōpossibilior:sed forma intēsibilis licet remissa nō includit aliquam formam alterius rationis ab ipsa.ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur.quia ex diuersis rebus alterius specifice rationis nō videtur fieri aliquid per se vnum nisi eorum altero ad reliquum existēte vt informabile ꝛ aliquo modo actuabile ꝑ ipsum:sed charitas ꝛ alia omnis forma intensa est per se vna ex diuersis realiter:quorum neutrū est informabile nec aliquo modo actuabile ꝑ alterum/constituta.ergo ꝛc. ¶ Ex hoc concludo corollarie. Primo.ꝙ non est dare aliquā charitatem indiuisibilem/nec aliquā formam aliam intensibilem ꝛ remissibilem:sed omnis talis forma est composita ex diuersis indiuiduis vt charitas ex diuersis charitatibus partialibus eiusdē specifice rationis:ꝛ quāto est compositior tanto est intēsiue perfectior. ¶ Secūdo.ꝙ omnis res creata est intensibilis ꝛ remissibilis ex cuius pluribus eiusdem rationis specifice indiuiduis indistātibus potest fieri aliquid per se vnum. ¶ Primū probatur:quoniam sicut omnis pars rei extense est quanta extensiue:ita ꝛ omnis pars rei intense seu perfecte est quāta intensiue:ꝛ sicut res extensa tanto est maior ceteris ꝑtibus quāto ꝯpositior:ꝛ ꝯstās ex pluribꝰ ꝑtibus distātibus:ita ꝛ res omnis intensibilis tanto est intensiue ꝑfectior quanto est compositior:hoc est constans ex pluribus eiusdē rationis indiuiduis indistātibꝰ.nec em̄ inter indiuidua eiusdem rationis eque simplicia potest esse aliquis ordo secundum perfectius ꝛ imperfectius:vt vꝫ vnum sit perfectius alio:sed solum illud est inter talia ꝑfectius qđ est compositius.ergo ꝛc. ¶ Secundum corollarium probatur.quoniā sicut res extensa non est aliud q̄ res habens ptes distantes:nec potest eē res aliq̄ inextensa cuius partes vnite sint distantes:ita nec res intensa seu extēsiue perfecta/vt hic est sermo de ipa/est aliud q̄ res aliqua ex diuersis eiusdem rationis indiuiduis indistātibꝰ ꝯstituta:nec pōt esse aliq̄d sic ex talibus constitutum qđ non sit intensum seu intensiue ꝑfectum.nec enim in alio albedo intēsa distīguitꝰ a remissa/nisi quia intēsa est ex pluribus indiuiduis albedinis indistantibus composita q̄ remissa.nec potest poni ratio aliqua quare magis vna res ex talibus pluribus indistantibus componibilis sit intensibilis ꝛ remissibilis q̄ alia.ergo ꝛc. ¶ Sed contra ista duo corollaria supra dicta arguitur. Et primo contra primum arguit vnꝰ doctor:cuius opinio est:ꝙ charitas augmentatur per aliam realitatem a priori realiter differentem:cum ipsa tamen vnum facientem:que quidem realitas adueniens non participat rationem charitatis:nec per consequens potest dici charitas sed magis cōcharitas:que quidem non potest fieri sine priori a deo:nec etiam intelligi ab aliquo intellectu creato. ¶ Pro ista opinione quantum ad eius principalem conclusionem/vꝫ ꝙ forma non intendatur per appositionem indiuiduorū participantium eandem specificā rationeꝫ/arguit primo quia non aliter charitas vel alia quecunq; forma intēsibilis videtur intendi q̄ curuitas vel raritas ꝛ asperitas:sed curuum non efficitur magis curuum propter aliam curuitatem:nec rarum rarius propter aliam raritatem:nec asperum asperius propter aliam asperitatem sibi additam.ergo ꝛc. ¶ Secundo.quia charitas intensa est vna forma:sed diuerse charitates non possūt cōstituere vnam numero charitatem.non enim possunt facere vnum vnitate compositionis:cum vna charitas nō sit in potentia ad alteram:nec etiā vnitate homogeneitatis:quia homogenea nō vniuntur nisi ꝑ continuationem qualiter diuerse charitates nō possunt vniri.ergo illa ex quibus cōponitur charitas intensa nō sunt diuersa charitatis indiuidua.quare ꝛc. ¶ Secūdo arguitur cōtra secūdū corollarium. Primo.qꝛ nec substātialis forma nec etiā materia est intensibilis:sed tā materia q̄ substātialis forma pōt ꝯstitui ex pluribꝰ eiusdē ratiōis ꝑtibus indistātibus.ergo nō omne ex talibꝰ componibile est intēsibile. ¶ Scđo.qꝛ nulla appet rō q̄re magis aliqua eiusdē rōnis īdiuidua q̄ oīa alia possint sibi vnita mutuo facere aliq̄d ꝑ se vnū:ꝛ ita ꝑ ꝯñs si om̄e tale est ītensibile/ꝛ oīs res creata erit ꝯsimilr ꝛ vniformiter intēsibilis:qđ est falsuꝫ.quare ꝛc. ¶ Tertio.quia corpus rarum album quando condensatur apparet albius q̄ prius:sed propter condensationem nō apponitꝰ ipi aliqua albedo de nouo.ergo ad hoc ꝙ aliquid intendatꝰ non oportet ꝙ ex pluribus indiuiduis eiusdem rationis indistātibus cōponatꝰ. ¶ Sed ista nō cōcludūt/vt appet ꝑ singula discurrendo.vnde opinio istius doctoris cōtra primū corollarium arguētis accipit duo falsa:quorum primum est ꝙ charitas p̄cedens intēditꝰ ꝑ realitatē sequētē q̄ nō ꝑticipat rationē charitatis. ¶ Secundū.ꝙ huiusmodi sequēs realitas nō pōt fieri nec ītelligi sine realitate p̄cedenti. ¶ Quod enim p̄mū horuꝫ sit falsuꝫ appet quoniam nulla res intenditur ꝓpter appositioneꝫ alicuius sibi dissimilis:quale est om̄e illud qđ ē ab ipa alte

ri⁹ specifice rõnis.ḡ oẽs realitates charitatẽ vł quã-
cũq3 formã aliã intendentes ⁊ cõstituentes sunt eiusde3
specifice rationis:sed de omnib⁹ indiuiduis eiusdem spe
cifice rationis est predicabilis ide3 conceptus specifi-
cus primo modo:ergo nõ magis charitas precedẽs di
citur charitas q̃ sequens realitas ipsam augens seu
intendẽs.¶Cõfirmat̃.quia charitas p̃cedẽs non plus
conuenit cum charitate alia p̃cedente in subiecto alio
existente q̃ cũ realitate ipsi adueniente eã intendente:
nec p ꝯsequens magis due charitates p̃cedentes sunt
indiuidua eiusdem specifice rationis q̃ charitas p̃ce-
dens ⁊ alia ipsi adueniens:sed constat omnes charita-
tes diuersorũ subiectorum p̃cedentes esse eiusde3 speci
fice rationis.ergo ⁊c.¶Secũdũ etiã qd̃ ponit ista opi-
nio appet esse falsum.quoniam quecũq3 realiter distin-
cta sunt seorsum intelligibilia:⁊ p diuinã potẽtiã sepa-
rabilia:sed forma p̃cedẽs ⁊ realitas ipsi aduenies sunt
realiter distincta/vt habent concedere ⁊ concedunt.er-
go nõ magis prima potest fieri ⁊ intelligi sine secunda
q̃ econuerso.¶Confirmatur.quia forma p̃cedens ⁊ se-
quens sunt eiusdem rationis:⁊ nec sequẽs includit p̃ce
dentẽ magis q̃ p̃cedens sequentẽ:sed quorumcũq3 eius
dẽ vel alterius rationis realit̃ distinctorum quorũ neu
trum includit alterũ/vnũ potest fieri sine alio indifferẽ-
ter ⁊ etiã intelligi.ergo ⁊c.¶Ad p̃mũ qd̃ arguit̃ p opi
nione p̃dicta/respõdeo ꝙ secus est dicendũ de intensiõe
charitatis ⁊ cuiuscunq3 alterius qualitatis:⁊ aliter de
extensione vel minoratione quantitatis:qm̃ quãtitas
secũdũ aliquos non dicit rem distinctã a re quãta vt de
clarabitur postea in quarto:⁊ ita sicut res est quãta sim
plicit̃ semetipsa:quia ve3 sic dispositas ⁊ distantes rea-
liter habet partes:ita potest effici maior seu extẽsior ex
sola partium maiori distãtia absq3 aliquo sibi apposito
ab eius partibus distĩcto:⁊ minor ex sola partiũ appro
ximatione maiori absq3 aliquo subtracto a partib⁹ dis-
tincto.⁊ ita ad hoc ꝙ curuũ efficiatur curuius nõ opor-
tet aliquid ipsi addi:sed eius partes magis mutuo sibi
approximari:sicut nec rarũ efficitur rarius ex alicuius
appositione:sed ex partium maiori remotione.partes
autem rei extẽse possunt fieri distantiores vel p̃pinquio
res nullo eis apposito nec subtracto.non sic aũt est de
qualitatis intensione vel remissione:quoniã qualitas ẽ
res distĩcta realiter a subiecto suo qd̃ quidẽ nullo modo
sine qualitate ab ip̃o realiter differente ⁊ in eo actualit̃
existente dicitur simpliciter esse tale:sed qd̃ non est ta-
le nisi aliquo mediante ab eo diuerso existẽte in eo nec
existẽs tale/potest effici magis tale nisi mediante alio
sibi addito eiusdem rationis cum illo.quare ⁊c.¶Si
autẽ dicat̃ ꝙ immo quãtitas est sicut ⁊ qualitas res dis
tincta ab illo cuius est/tunc dico ꝙ hoc supposito consi
militer est dicendum de intensione curuitatis vł rarita
tis ⁊ de intensione charitatis ⁊ cuiuscũq3 alterius qua-
litatis quantum ad hoc ꝙ quodlibet istorum est intensi
bile tantũ p partes eiusdem rationis ⁊ non aliter.qua-
re ⁊c.¶Ad secundum apparet ꝙ falsum accipit in mi
nore:quando dicit ꝙ diuerse charitates non possunt cõ
stituere aliquam per se vnam.¶Ad probationem quã
do accipit ꝙ nõ possunt facere vnum compositione / cũ
vna non sit in potentia ad alteram nec homogenice/cũ
non possint per continuationem vniri:apparet ꝙ ista to
ta probatio arguit cõtra ipsum ⁊ eius cõclusionem:quo
niam nec charitas vel alia quecũq3 forma intensibilis
precedens est in potentia ad realitatem sequentem ma
gis si illa non ponatur q̃ si ponat̃ charitas:nec põt ipsi
per continuationẽ vniri velut homogenea hoc est eius-
dem rationis secum:supposito ꝙ precedẽs sit charitas
⁊ non sequens.ergo si ista ratio ei⁹ valet/sequitur cõtra
eum ꝙ forma intensa non est per se vna ex forma prece-
dente ⁊ ex realitate sequente alia constituta.quare ⁊c.
¶Tunc igitur dico ad rationem ĩ forma ꝙ diuerse cha
ritates eiusdem rationis vnite faciunt vnicam charita
tem vnitate compositiõis ⁊ homogeneitatis.¶Et qñ
dicitur ꝙ vnum eorum que sunt eiusdem rationis nõ est
in potentia ad alterum:Dico ꝙ verum est tanq̃ infor-
mabile seu actuabile per ipsum:sed sicut ad illud cui ẽ
vnibile.¶Et quando additur ꝙ homogenea non pos-
sunt facere vnum nisi per cõtinuationẽ:Dico ꝙ hoc est
euidenter falsum ⁊ contra conclusionem arguentis vt
dictum est. non enim minus ex diuersis charitatibus
q̃ ex diuersis albedinib⁹ potest fieri aliquid per se vnũ
cum tamen charitates non sint per continuatione3 vni
biles sicut diuerse albedines.ergo ⁊c.¶Assumptu3 ap
paret euidenter.quonia3 magis sunt vnibilia illa q̃ vni-
ta sunt indistantia q̃ illa que postq̃ vnita sunt distantia:
sed vnita per continuationẽ sunt distantia:vnita aũt si-
ne continuatione vt diuerse charitates ⁊ alia quecunq3
similia/sunt indistantia.ergo non magis prima possunt
vnum facere q̃ secunda.quare ⁊c.¶Ad primum alioꝝ
que contra secundũ corollarium adducuntur:respõdeo
ꝙ immo tam materia q̃ etiam omnis forma illa substã
tialis est intensibilis illius virtute per quam potest cu3
alia eiusdem rationis secum indistante ab ea facere ali
quid per se vnum.vnde si diuerse forme ignis substãtia-
les non possunt vniri per naturam in eadem parte ma-
terie ad constituendũ formam aliquam per se vnam/nec
naturaliter est intensibilis forma ignis:si autem hoc po
test fieri per diuinam potentiam/⁊ per ipsa3 est superna
turaliter intensibilis.¶Ad secundum dicendum ꝙ il-
lud assumptum est falsum:quando dicitur ꝙ qua ratio
ne aliqua indiuidua eiusdem ratiõis possunt facere ali
quid per se vnũ/⁊ q̃cũq3 alia.licet eñ diuerse albedines
possint facere vnam albedine3:⁊ diuerse charitates vni
cam charitatem:non tamen diuerse anime intellectua-
les vnam animam: nec diuersi angeli eiusdem speciei
vnum angelum:cuius ratio non est alia nisi quia vt di-
ctum est supra:albedo vel charitas est talis forma:⁊ ani
ma vel angelus alia.quare ⁊c.¶Sed contra hoc forsi-
tan arguetur.quoniam totum nõ est in re extra aliquid
preter partes.ergo diuerse albedines partiales ex qui-
bus dicitur constitui vnica totalis albedo non sunt dis-
tincte ab illa vnica albedine:nec illa albedo vnica ẽ ali
ud q̃ multe vnite albedines partiales:sed non min⁹ pos
sunt vniri ⁊ esse indistantes diuerse anime vel angeli in
ter se q̃ diuerse albedines vel charitates.ergo non mi-
nus diuerse anime vnite possũt dici vna anima vel diuer
si angeli vnus angelus q̃ diuerse albedines vna albedo
⁊ diuerse charitates vna charitas.¶Ad hoc dicendu3
est concesso ⁊ pronunc supposito illo assumpto de quo
erit sermo in tertio/videlicet ꝙ totum non sit aliquid
preter partes:ꝙ non sic diuerse anime vel angeli sunt
vnibiles nec per consequens dici possunt vna forma si-
cut diuerse charitates vel albedines vna albedo.nec se
quitur:diuerse anime vel angeli possunt esse equaliter
indistantes sicut diuerse albedines vel charitates:ergo
vniformiter sunt vnibiles.quare ⁊c.¶Ad tertium re-
spondetur:ꝙ corpus album quando nouiter condensa-
tur non est albius q̃ prius:videtur tamen albius p̃-
pter partium albedinis maiorem approximationem:
quoniam sicut plura lucida magis illuminant quan-
do coniuncta/et alia similiter omnia agentia fortius
agunt quando approximata q̃ quando distantia: ita
et huius albedinis plures partes magis seu effica
cius mouent sensum et per consequens magis viden
tur quando propinquiores q̃ qñ sunt remotiores si-

ue distantiores:sed in subiecto condensato sunt p̃pin-
quiores q̃ in rarefacto.ergo ⁊ cetera.¶Tertia conclu
sio est.ꝙ illa omnia eiusdem rationis indiuidua p quo-
rum appositionem ⁊ multiplicationẽ forma intẽditur
faciunt vnam formam numero qñ vniũtur in eodẽ sub-
iecto:vel esto etiam ꝙ inter se vnita sint ab ipso p diui-
nam omnipotẽtiam separata.¶Hec p̃batur.qm̃ diuer
sa accidẽtia eiusdem rationis solo numero differentia
non possunt esse saltem naturaliter in eodem subiecto
nisi ex eis omnibus numero distinctis fiat aliquid per
se vnum:sed constat ꝙ diuerse charitates sunt in eade3
aĩa hñte charitatem intẽsam ⁊ diuerse caliditates so-
lo numero distincte in eadem aqua intense calefacta et
sic de omĩ alia forma a subiecto intẽse p̃ticipata:ḡ opor
tet esse ex illis omnibus formis accidentalib⁹ eiusde3
rationis in eodẽ subiecto existentibus vnam formã nu-
mero constitutã.¶Confirmatur.qr non minus est vna
numero forma intensa q̃ remissa:sed cum forma intẽsa
includat plura q̃ remissa nõ posset esse vna nũero sicut
ipsa nisi ex illis omnib⁹ que includit fieret aliquid per
se vnum.immo nec etiam esset dare aliquam formã in-
tensibilem quãtũcũq3 remissa3 numero p se vnã:cũ oĩs
quantũcũq3 remissa includat plura realiter distincta vt
dictum fuit supra.ergo ⁊c.¶Sed cõtra hoc forsitan ar
guetur primo.qr distincta numero nõ possunt facere ne
q3 esse vnũ numero:ergo si illa ex quibus componit̃ res
intẽsa sunt numero solo diuersa ⁊ eiusdem rationis spe
cifice/extensa nec possunt esse nec facere aliquid per se
vnum.¶Secundo.quia totũ non est aliquid preter p̃-
tes:ergo cum partes forme intense sint numero solo di-
uerse ⁊ ab ipsa forma intensa indistincte totaliter in re
extra:per cõsequens forma intensa non est vna numero
sed plures ve3 omnes partes solo numero vt supponit̃
differentes.¶Ad primum est dicendum ꝙ illa que sic
differunt numero ꝙ vnũ non est alterum vtrũq3 tamen
eorum est pars toti⁹ talia vtiq3 numero sic diuersa sunt
vel faciunt vnum numero/alias nullũ totu3 esset nume
ro vnũ cũ includat multa numero distincta.illa autem
q̃ sunt diuersa numero:sicut diuersa tota que non sunt
alicuius eiusdem toti⁹ partes/non sunt nec faciũt ali-
quid p se vnũ.sed non isto modo sed primo/partes for-
me intense sunt numero distincte.quare ⁊c.¶Ad secun
dum supposito illo assumpto ve3 ꝙ totum nõ sit aliqd
preter partes dicẽdũ est ꝙ diuersa numero vno modo
possunt esse vnũ numero alio mõ:sicut diuerse p̃tes eius
de3 toti⁹ sic distinguuntur numero ꝙ vna nõ est alia:sic
tamen cũ hoc sunt vnũ numero ꝙ vna non est separata
ab alia:sed ipsi cõiuncta. nec tamẽ ex hoc sequit̃ ꝙ oĩa
coniũcta sic sint vnũ cũ non omnia vniformiter sint vni
bilia nec coniũcta.quare ⁊c.¶Quarta ⁊ vltima cõclu
sio est.ꝙ forma intensa ⁊ remissa sunt eiusdem rationis
specifice.¶Hec probat̃.qm̃ omnis forma intensibilis ẽ
homogenea ⁊ p ꝯñs ipsa tota est eiusde3 rationis cum
qualibet sua parte:sed tota forma intensibilis cõpara-
tur ad quãlibet suã p̃tem sicut forma intensa ad remis-
sam.ergo ⁊c.¶Confirmat̃.quia albedo est species spe-
cialissima:ergo omnia indiuidua sub ipsa cõtenta sunt
eiusdem specifice rationis:sed sub ipsa continentur in-
tensa albedinis indiuidua ⁊ remissa.cõsimiliter de cha
ritate ⁊ de omni re alia intensibili potest argui.ergo ⁊c.
¶Sed ꝯ hoc arguit̃ primo.qr natura sub aliquo deter
minato magnitudinis gradu sumpta:puta albedo de-
cem graduũ videtur esse species respectu omniũ indiui
duorum p̃ticipantiũ tot gradus:ergo illa omnia indiui
dua sunt alterius speciei ab alijs inferioris magnitudi
nis albedinis intensiue.quare ⁊c.¶Antecedens p̃ba-
tur.qr qd̃ est p̃dicabile p se primo de plurib⁹ indiuiduis
solo numero distinctis videtur esse species respectu ip̃o
rum:sed natura tante magnitudinis intensiue vt albe
do tot graduũ est p̃dicabilis de plurib⁹ numero differẽ
tib⁹:puta de omnibus indiuiduis albedinis tot grad⁹
participantibus.ergo ⁊c.¶Secundo.qr plures albe-
dines eque intense plus inter se conueniunt q̃ cũ remis
sis:ergo ab eis potest abstrahi aliquis conceptus com
munis tantum eis:sed talis conceptus communis plu
ribus indiuiduis videtur esse specificus.ergo ⁊ cetera.
¶Ad primum:negandu3 est illud antecedens assum-
ptum . non enim albedo aliquo gradu magnitudinis
specificata:puta tãta vł tanta:sed vt absolute accepta
est species specialissima.¶Ad probationem appet ꝙ
non valet:primo.qr natura sic specifica non est p̃dicabi
lis in quid sed in quale de illis plurib⁹ indiuiduis qui-
bus est communis. Secũdo.quia natura sic specificata
⁊ p talem magnitudinis gradum determinata non est
aliud q̃ natura ad aliquod indiuiduũ contracta/cũ nec
gradus intense magnitudinis albedinis sit aliud q̃ cu
mulus indiuiduorum vnitorum eiusdem rationis:s3 in-
diuiduũ non potest poni species siue sit signatum siue
vagum.nec enim q̃dã hõ est species magis q̃ iste homo
puta sortes vel plato.ergo ⁊c.¶Ad secundũ responde
tur ꝙ licet plus cõueniant plures albedines intense in
ter se q̃ cũ remissis:esto etiam ꝙ possit haberi aliq̃s cõ-
ceptus communis solis albedinibus intensis ⁊ alius si
militer communis solis remissis:ex hoc tamen nõ sequi
tur ꝙ aliq̃s istorum sit species. qm̃ ad habendũ conce
ptum specificum propriũ istis ⁊ non alijs oportet ꝙ il-
la alia sic se habeant ꝙ in nullo eorum sit aliquid simil
limum alicui qd̃ est in aliquo aliorum quib⁹ tm̃ conce-
pt⁹ ille specificus est communis. sicut qr nihil est ĩ ali
quo eq̃ simillimum alicui qd̃ sit intrinsecum alicui ho-
mini nisi sola materia:ideo potest haberi concept⁹ spe-
cificus in omnib⁹ hominib⁹ tm̃ p̃prius.ergo p contra-
rium ab illis non potest abstrahi concept⁹ aliq̃s speci-
ficus p̃prius tm̃ eis ⁊ non alijs in quorum nullo est ali-
quid nisi simillimũ ei qd̃ est in altero siue qd̃ est ip̃m:sed
sic se habent intẽse albedines ad remissas . nihil eñ est
in albedine intensa qd̃ nõ sit simillimũ cuicũq3 albedini
remisse.qm̃ licet tota albedo intẽsa vna sit similior alte
ri albedini toti intense q̃ alteri remisse:quelibet tñ ei⁹
pars videlicet albedinis intense est eque similis alicui
alteri albedini/immo ⁊ cuicũq3 remisse sibi equali:sicut
tota albedo intensa est similis cuicũq3 alteri albedini
eque intense.quare ⁊c.¶Hec de primo.

Quantum ad secundum est opinio ali-
quorum dicentium ꝙ in augmẽto charitatis ⁊ cuiuscũ
q3 alterius forme intẽsibilis tota forma p̃cedẽs destrui
tur ⁊ alia illa perfectior nouiter adueniẽs producitur.
¶Pro ista opinione arguit̃ primo.qr termini motus
sunt incompossibiles:sed forma remissa p̃cedens est ter
minus a quo motus intensionis cuius termin⁹ ad quẽ
est forma adueniens intẽsa seu intensiue perfecta.ḡ ⁊c.
¶Secundo.qr ex duobus in actu non fit vnum secũdũ
philosophũ.vij.metaphysice:sed charitas ⁊ alia oĩs
forma intensa est vna forma:ergo non includit plura in
actu ⁊ diuersa:qualia sunt gradus forme p̃cedens ⁊ se-
quens.quare ⁊c.¶Tertio.qr idẽ subiectũ non dr̃ simul
esse magis ⁊ minus charũ nec album:sed sic denomina
retur si in ipso maneret forma p̃cedens remissa ⁊ alia se
quens intensa.ergo ⁊c.¶Quarto.qr consimiliter ẽ di-
cendum de intensione forme intensibilis ⁊ de augmẽto
seu extensione quantitatis:sed in augmento quantita-
tis molis tota quantitas p̃cedens corrumpit̃ vt appa
ret in corpore nouiter rarefacto. si enim corporis rare-

factī p̄cedēs quātitas remanet ī corrupta: aut igit̄ ī eodem subiecto in quo antea: aut in alio. sed non p̄mū. qꝛ tunc in eodem subiecto essent simul plures quātitates vꝫ p̄cedens ⁊ sequēs rarefactionem terminans ⁊ corpus ip̄m rarefactum augens realiter seu extendēs. nec potest poni secūdum. qꝛ accidēs non migrat ab vno subiecto in alterum. quare ⁊c. ¶ Sed ista opinio est multū irrationabilis.

Et ideo quantum ad istum articulum aliter est dicendum. Ad cuius euidentiā pono quatuor conclusiones: ex quarum qualibet potest argui contra opinionem p̄dictam. ¶ Prima est. ꝙ si adueniente subiecto aliquo gradu forme intensibilis cum priori in eo existente eiusdem specifice rationis corrūperet̄ semper totus gradus p̄existens / non semꝑ post appositionē noui gradus seu indiuidui forme intensibilis in subiecto esset forma illa intēsior in eo q̄ prius siue ꝑfectior intēsiue. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ non semꝑ gradus forme superueniēs est ꝑfectior / immo aliqñ imꝑfectior ⁊ remissior q̄ p̄cedēs. qꝺ apparet. qm̄ gradus forme p̄cedens / puta calor aliqs introductus in aquā / prius pōt esse ꝓductus a calido intēsiori ⁊ alius caloris gradus post illum adueniens a calido remissiori siue imꝑfectiori: sed calidū ⁊ qꝺcunq̄ actiuum p̄ncipium quāto ꝑfectius tāto actiuius: ergo cū gradus caloris p̄cedens sit ꝑfectior succedente qꝛ ꝓductus a fortiori agente: ꝑ ꝯñs si illo adueniente p̄cedens destruit̄ / ꝓpter eius aduentū calor in subiecto non ꝑfectior sed imperfectior efficitur. quare ⁊c. ¶ Confirmat̄ arguēdo in speciali de charitate sic. quāto actus est magis meritorius tanto meretur gradum ꝑfectiorem charitatis ⁊ etiam felicitatis: sed non semꝑ actus bonus sequens est melior nec magis meritorius seu deo acceptus q̄ p̄cedens / immo interdum est cōtrarium vꝫ ꝙ actus p̄cedēs est melior ⁊ magis meritori⁹ q̄ sequēs. possum em̄ nunc deum diligere ꝓpter se ⁊ ꝓximū ꝓpter eū intensius ⁊ postea remissius. quāto autem talis actus est magis intensus tanto ceteris paribus est magis meritorius. ergo cū charitatis gradus prior quē meret̄ primus actus meritorius / puta actus diligendi deuꝫ magis intensus / sit ꝑfectior intensiue q̄ alius posterior quē meret̄ secundus actus meritorius ꝑ ꝯñs sequitur ꝙ si adueniente gradu secūdo charitatis corrumpitur prior / ꝓpter aduentū charitatis posterioris non adquiritur nec habetur maior seu ꝑfectior ītensiue charitas in anima: sed imꝑfectior q̄ erat antea ¶ Secunda conclusio est. ꝙ si subiecto existenti sub aliquo gradu forme intensibilis adueniente aliquo alio eiusdem rationis corrumperetur prior forma / non intēderetur ꝑ appositionem graduum nec esset intensior qꝛ ex gradibus compositior. ¶ Hec apparet. qm̄ si adueniēte gradu forme intēsibilis posteriori corrūpet̄ prior hoc non esset nisi qꝛ posterior priori incompossibilis existeret nec cum ipso vnum facere posset: sed intensio formarum nō potest esse ex appositione seu compositione graduum incompossibilium vnum facere / non valētiuꝫ simul esse: quia impossibilis est compositio taliuꝫ. ģ ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ aut gradus posterior qui est vt dicitur ꝑfectior q̄ prior est ipso compositior vel non sed est eque simplex. sed non potest poni ꝙ sit compositior: qꝛ albedo non potest poni composita nisi ex diuersis partibus seu indiuiduis albedinis: qualem compositionē vꝫ ex talibus indiuiduis / dicunt esse impossibilem ponētes ꝙ adueniēte gradu seu īdiuiduo albedinis posteriori corrumpitur prior gradus. si enim ex plurib⁹ eiusdem rationis gradibus seu indiuiduis compositionem esse possibilem concederent / corruptionem prioris ꝓpter aduentum posterioris non ponerent. ergo relinquit̄ ꝙ oportet ponere illo supposito gradum posteriorem lꝫ priori ꝑfectiorem esse eque simpliceꝫ cum ip̄o. ex quo sequitur propositum: vꝫ ꝙ forma nō intenditur ꝑ appositionem graduum nec est intēsior qꝛ compositior quia nulla est composita: sed quelibet est eque simplex. ¶ Ex p̄dictis duabus cōclusionibus apparet falsitas ⁊ improbabilitas opinionis p̄dicte dicentium formam p̄cedentem corrumpi ꝓpter sequentem. qm̄ cōstat ⁊ ad sensum apparet formam intensibilem continue fieri intensiorem ⁊ perfectiorem ꝑ cōtinuam appositionē graduum eiusdem rationis vt etiā argutum est in p̄cedenti articulo. eoꝝ que sunt eiusdem specifice rationis nullū est alio ꝑfectius nisi qꝺ est ipso compositi⁹: sed ista duo habet negare ista opinio vt appꝫ ex duabus conclusionibus supradictis. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio. ꝙ quādo forma intensibilis intendit̄ seu ꝑfectior efficit̄ gradus p̄cedens non corrumpitur sed manet insimul cuꝫ sequente. ¶ Hec apparet primo corollarie ex p̄dictis. secundo qꝛ si gradus p̄cedens forme intēsibilis puta caloris corrumperetur ꝓpter aduentum sequētis / quero a quo agente: aut em̄ corrumpetur semꝑ ab eodem agēte a quo fuit ꝓductus / puta a calido: vel a cōtrario puta a frigido. sed non potest poni p̄mum qꝛ calidum non corrumpit calidū: sed ꝓducit ⁊ conseruat ip̄m. nec pōt dici ꝙ corrūpatur ab eius effectu: puta a gradu sequente caloris inducto / ꝓpter eandem rationeꝫ: qꝛ non magis illud calidum q̄ alterū qꝺ est eius effectiuum principium corrumpit calidum sed frigidum. nec potest dici secundo ꝙ corrumpatur ab agente contrario: qꝛ tale agens non est vt supponitur p̄ñs passo. ergo ⁊c. ¶ Tertio. qꝛ actus sequens habituꝫ non corrumpit ip̄m habitum quem supponit: sed ꝑ talē actum habit⁹ adquirit̄ aliquis vlterior gradus eius: alias habitus non adquireret̄ nec intenderetur successiue ꝑ diuersos actus: qꝺ ē falsuꝫ: ergo actus habitus ⁊ gradus p̄cedens ⁊ sequēs ipsius sunt insimul in eodem. quare ⁊c. ¶ Confirmat̄. quia ex vno actu non generatur totus habit⁹: sed si adueniente vltimo gradu habitus adquisito ꝑ vltimum actum eius corrumperet̄ totus habitus p̄cedens / ꝑ illum vnicum actum vltimum esset totus habitus post ipsum remanens adquisitus. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est. ꝙ quando forma intensa remittit̄ nullus eius gradus nouiter generatur. ¶ Hec appꝫ p̄io. qꝛ vnum intensum non remittitur nisi ꝑ aliquod sibi cōtrarium / vt calidum ꝑ frigidū: sed vnū contrarioruꝫ nō est alicuius gradus alterius ꝓductiuum: sed poti⁹ corruptiuum: ergo calido frigidum remittente non ꝓducitur sed potius destruitur aliquis grad⁹ frigidi: nec ecōuerso producit̄ aliquis gradus calidi a frigido remissi. ¶ Secundo. qꝛ nulla forma remittitur: sed potius intenditur quando nouum indiuiduum eiusdeꝫ rationis secum sibi apponitur. ¶ Nec valet si dicatur ꝙ ꝑ hoc remitti dicit̄ qꝛ indiuiduum corruptum p̄cedens fuit ꝑfectius q̄ sit istud sequens nouiter generatum. Primo qꝛ vt dictum est vnum contrariorum non est alicui⁹ gradus alteri⁹ ꝓductiuum. Secundo. qꝛ diuersi grad⁹ forme intensibilis ⁊ remissibilis non sibi repugnāt: nec ꝑ consequens ꝓpter vnum oportet destrui alterum. quare ⁊c. ¶ Ad p̄mum illorum que superius sunt adducta ꝓ opinione alia / respondetur ꝙ terminus a quo intensionis forme non est gradus ipsius forme p̄cedens vt accipitur in minore: sed negatio seu nō esse forme sequētis. ¶ Sed contra hoc argui̊t primo. quia motus secundū philosophum est inter terminos positiuos. est em̄ a subiecto in subiectū: ergo negatio non potest esse termin⁹ a quo motus intensionis. ¶ Secundo. qꝛ forma precedens ꝑ se requiritur ad istū intēsionis motū: sed non potest requiri ad ipsum aliter q̄ vt terminus ꝑ se a quo ei⁹ ergo ⁊c. ¶ Ad ista respondetur ꝙ motus vt a mutatione distinctus est a subiecto affirmato in affirmatum nō sicut a ꝑ se termino a quo: sed sicut ab aliquo necessario requisito ad motum vt a mutatione distinctum. non em̄ motus vt a mutatione distinctus dꝛ esse nisi inter plura positiua receptibilia in eodē subiecto. non tamen alterum horum positiuorum oportet esse terminū a quo. Et quando dꝛ ꝙ forma p̄cedens ꝑ se requirit̄ ad istū intēsionis motū / concedit̄: sed tamen non vt terminus ꝑ se a q̄ eius / sed sicut aliquid coexistēs cū ipso termino a quo aptum natū facere vnum ꝑ se cū termino ad quē. quare ⁊c. ¶ Ad secūdum dicendum est ꝙ ex duobus in actu alterius rationis non fit vnum nisi alterū eoꝝ sit in potentia ad reliquū ⁊ informabile seu actuabile ꝑ ipꝫ. ⁊ de talibus tm̄ intendit loqui philosophus non auteꝫ de illis que sunt eiusdem rationis. ¶ Ad tertium concedo ꝙ idem subiectuꝫ non dꝛ simul magis ⁊ minus album. nec tamen ex hoc sequitur ꝙ in ip̄o non remaneat forma p̄cedens puta albedo remissa qua dicebatur antea min⁹. Et qñ additur in minori: ꝙ si in ipso maneret albedo remissa p̄cedens ⁊ alia sequens simul denominaretur magis ⁊ minus album: hec est falsa. qm̄ subiectuꝫ non dicitur minus album nisi qꝛ est tanta albedine ⁊ nō ꝑfectiori informatum. Unde esse minus album duo īportat. vnum positiuū: vꝫ habere albedinem minorem ⁊ aliud negatiuum: vꝫ non habere maiorem. ex quo sequitur ꝙ cū adueniente gradu albedinis posteriori albedo sit ꝑfectior in subiecto q̄ prius / ꝙ subiectum ip̄m non potest dici tunc minus sed magis album lꝫ eadem albedine qua antea informatum. ⁊ hoc modo philosophus vocat. v. physi. magis album ⁊ minus album esse contraria: non ꝙ ista importent aliqua incompossibilia cum dicant indiuidua eiusdem specifice rationis: sꝫ ꝓpter diuersos modos denominationis ipsorum ⁊ incōpossibiles supradictos. quare ⁊c. ¶ Ad quartum ⁊ vltimū si teneatur communis opinio de quātitate: videliceꝫ ꝙ sit res distincta realiter a re quāta / est diff cile vel forte impossibile respondere. tenendo autem ꝙ non est res distincta apparet solutio ex dictis in articulo p̄cedenti hoc em̄ supposito falsum est illud qꝺ assumitur qñ dicit̄ ꝙ consimiliter est dicēdum de intensione forme intensibilis ⁊ de augmento seu extensione quantitatis molis. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio appꝫ solutio ex p̄dictis ī primo articulo q̄stiōis.

Quarto & vltimo quātū ad istā distinctionem quero. vtrum charitas vł alia quecūq̄ forma intensibilis summa sit possibilis. ¶ Et videt̄ ꝙ sic. qꝛ infinitū est summū sed charitas ⁊ alia omnis forma intensibilis potest fieri infinita. ergo ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur. qꝛ qꝺ est indeterminatū ad certū numeruꝫ indiuiduoꝝ potest stare cū infinitis. cum enim oīa finita sint determinata: per consequens qꝺ non potest stare cuꝫ infinitis est determinatū ad finita: sed forma intensibilis ⁊ remissibilis: puta albedo sicut ⁊ omnis alia species ē indeterminata ad certum numerū indiuiduoꝝ: ergo potest eē cum infinitis: sed īfinita vnita cōstituerēt vnā formā accidentaliter īfinitam. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. qꝛ nihil ē summū cui pōt fieri alterum equale: sed cuicūq̄ charitati vel alteri forme ītensibili possibili posite in esse potest fieri alia similis et equalis siue illa in esse posita sit finita siue etiam infinita. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo em̄ excludam opinionem vnam. Secundo dicam aliter ad questionem.

Quantum ad primum: opinio excludenda est aliquoꝝ dicentium ꝙ potest vtiq̄ de⁹ facere charitatem seu gratiam ⁊ quācūq̄ aliam intensibileꝫ formam summā. ¶ Hec aūt probatur primo. qꝛ aut ascēdendo a forma intensibili imperfectiori ad ꝑfectiorē est status ad sup̄mam ⁊ summe perfectā possibileꝫ aut nō. sed non potest poni secūdū. qꝛ tunc sequeretur ꝙ eēt aliqua forma possibilis q̄ in infinitum excederet istam puta albedinē imperfectā: ⁊ tunc illa eēt infinita. quanto em̄ albedo superior magis excedit istam inferiorem imperfectam tāto ē perfectior: ⁊ ita ꝑ consequēs q̄ excedit ipsam in infinitū est īfinita: sed infinita est impossibilis ergo ⁊c. ¶ Secūdo. qꝛ illa charitas vel albedo ē sūma vt hic sūmū accipit̄ q̄ nulla ē possibilis superior: sꝫ talis charitas vel albedo est possibilis. ergo ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur. qꝛ deus potest creare tantā charitatem vel albedinē quanta est possibilis: sed charitate in esse posita tāta quanta est possibilis fieri / nō potest aliqua alia esse maior. nulla em̄ charitas creata est tanta quanta ē creabilis qua alia perfectior est possibilis. ergo ⁊c. ¶ Tertio. qꝛ in finitis non est processus in infinitum: sed gradus forme intensibilis sunt finiti: nō em̄ forma aliqua ītensibilis est possibilis infinita: ergo ascēdēdo a forma intensibili imperfecta ad ꝑfectiorem non est ꝓcessus ī infinitū: ⁊ ꝑ consequēs est in ꝓcessu hm̄ōi dare statū: sed non potest eē status nisi in forma sup̄ma ⁊ summe perfecta qua nulla alia perfectior pōt esse. ergo ⁊c. ¶ Quarto. qꝛ deus potest facere tantam charitatem vel aliam quācūq̄ intensibilem formā quanta est receptibilis in subiecto. nulla em̄ forma accidentalis in subiecto nō receptibilis est possibilis: sed in subiecto non est receptibilis forma accidentalis quantecūq̄ ꝑfectionis: ģ nec est possibilis nisi determinate ⁊ certe ꝑfectionis. ex quo sequit̄ ꝓpositum: vꝫ ꝙ ē possibile dare ipsam summā qua vꝫ non est alia eiusdeꝫ rationis ꝑfectior possibilis ¶ Contra opinionē istā arguitur primo sic. illa forma intensibilis non est summa qua alia est possibilis ꝑfectior. sed quacūq̄ data alia potest fieri perfectior. ergo ⁊c. ¶ Minor probat̄. qm̄ nulla albedo vel alia quecūq̄ forma intensibilis potest poni in esse cui non possit fieri alia similis ⁊ equalis: sed illi alteri equali potest addi gradus vlterior eiusdem rationis: cū omnia indiuidua forme intēsibilis sint vnibilia: ⁊ quanto plura talia vniuntur tanto ꝑfectior forma constituitur vt dictuꝫ est in alia questione: ergo illa forma secūda cum sit prima cōpositior erit ea ꝑfectior. quare ⁊c. ¶ Confirmat̄. qꝛ nulla forma ītēsibilis pōt esse sūma sicut nec quātitas augmētabilis pōt eē maxīa nec diuisibilis minima. oīe em̄ intēsibile pōt fieri ꝑfecti⁹: ⁊ extēsibile mai⁹: ⁊ diuisibile min⁹: sꝫ nulla charitas vł albedo ē possibił nisi ītēsibił hoc ē q̄ alia nō sit ꝑfectior possibił. ģ ⁊c. ¶ Minor ꝓbat̄. qꝛ oīs forma possibilis ē finita. nō em̄ vt etiā cōcedit opinio supradicta / pōt fieri albedo nec charitas vel aliqua forma alia infinita: sed sicut quātitas finita molis efficit̄ extensior ex appositione quantitatis: nec potest fieri quātitas finita sic magna que nō possit maior fieri cū possit pars aliqua sibi addi vel sine appositione aliqua ꝑ rarefactionē amplius extēdi: ita quantitas finita virtualis puta albedo finite perfectionis potest effici ꝑfectior ex appositione alterius albedinis cōsimilis seu equalis vel etiā minoris ꝑfectionis / nō sic ītelligendo ꝙ albedo precedens sit perfectior ꝓpter sequentem: sed ꝙ ex sequente ⁊ precedente efficitur aliq̄ perfectior q̄ esset precedens antea per se sumpta. quare ⁊c. ¶ Preterea ad idē arguitur. quia cuicūq̄ enti creabili in esse posito potest fieri ens alterum simillimum:

sed ei cui nihil potest esse equale / nec summe simile. ergo cuicūq; enti possibili posito in esse potest fieri alterū equale. que quidem plura entia equalia si sunt speciei intensibilis inductiua / sunt vnibilia: ⁊ per consequens ꝑfectionis constitutiua eorum quolibet ꝑ se sumpto: nec ꝑ consequens eorum aliquod fuit summū. ꝙre ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qz nulla albedo vel alia quecūq; forma intensibilis potest fieri cui nō possit addi alia eiusdem rationis specifice: ergo nulla potest fieri summa. ¶ Cōsequētia est euidens. qz nulla forma intensibilis cui potest addi alia eiusdē ratiōis / est summa: cuz ex illa forma addita ⁊ ex alia ꝓcedente constituatur forma ꝑfectior ꝙ esset prior antea ꝑ se sumpta. ergo ⁊c. ¶ Ad rationē ꝓpinione ꝓdicta apparebit euidētius solutio ex dicēdis in sequenti articulo. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi dicēdum

est aliter / est sciendum ꝙ hic nō accipit summū simpliciter: qz sic solus deus est summus: sed accipit summum in tali specie albedinis vel charitatis vel cuiuscunq; alterius speciei intensibilis. Et hoc modo indiuiduū aliquod in aliqua specie esse summuz / potest dupliciter intelligi: vez positiue / sic intelligendo ꝙ sit ꝑfectius omni alio indiuiduo possibili eiusdez speciei. vel negatiue: sic intelligendo ꝙ nullum alterum possit eē eo perfectius sed equale. ¶ Hoc ꝓmisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ quacūq; charitate vel omni alia forma intensibili posita in esse deus potest facere ꝑfectiorem in infinitū. ¶ Hec sequit̄ ⁊ apparet ex dictis i primo articulo contra opinionem ibi excluſaz. qm̄ vt ibi est argutum cuicūq; forme intensibili potest alia eiusdem rationis addi / ex qua cum priori efficitur forma perfectior ꝙ esset antea sola prior. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qm̄ aut ē in ista vnione possibili diuersorum eiusdem rationis indiuiduorum ꝓcessus in infinitum: aut est dare statum in forma aliqua sic ꝑfecta ꝙ non potest aliqua alia ipsi addi. Sed non potest poni secūdum. qm̄ nō minus vnibilitas est passio ⁊ proprietas omnis forme intēsibilis ⁊ cuiuslibet sui indiuidui possibilis ꝙ risibilitas hois: ꝙ sicut non potest esse aliquis homo singularis non risibilis: ita nec potest esse indiuiduum alicuius forme intensibilis alteri possibili non vnibilis: cum em̄ omnia albedinis indiuidua vel charitatis sint eiusdem specifice rationis / si aliquod esset possibile alteri nō vnibile quodlibet esset tale. sicut si aliquis homo singularis non esset risibilis / nec aliquis aliorum. ergo relinquitur primum vez ꝙ in hmōi possibili vnione talium indiuiduorū eiusdem rationis est processus in infinituz: sic intelligendo ꝙ num ꝙ est deuenire ad formam aliquaz talem cui alia non sit vnibilis: ꝙ quolibet indiuiduo vnibili alteri eiusdem rationis potest eē aliud ꝑfectius eiusdem speciei intensibile: puta illud quod pōt ex talibus plurib⁹ vnitis constitui. semper enim compositum in talibus est ꝑfectius quolibet componentium ꝑ se sumpto: cum indiuiduum forme intēsibilis quanto compositi⁹ tanto sit ꝑfectius vt dictum fuit superius. ergo ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est. ꝙ summa charitas vel albedo vel alia quecūq; forma intensibilis est impossibilis. ⁊ hoc accipiendo summum vel positiue vel etiam negatiue. ¶ Hec appet ⁊ sequitur corollarie ex ꝓma predicta. qm̄ illud indiuiduum non potest esse summum positiue nec etiam negatiue quo potest fieri alterum perfectius eiusdem cū eo specifice rationis: sed secundum conclusionem predictam nullius forme intensibilis potest fieri aliquod indiuiduum sic ꝑfectum: ꝙ non possit fieri alterū eiusdem rationis eo perfectius. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qz sicut nulluz extensiue quantum est maximum quo posset esse maius / nec minimum quo potest esse minꝰ: ita nec aliquod indiuiduum intensiue perfectum potest eē supremum seu summe perfectum quo potest fieri perfectius intensiue: sed quocūq; indiuiduo forme intensibilis in esse posito ⁊ quantūcūq; ꝑfecto potest alterum eiusdem rationis fieri perfectius. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc cōcludo corollarie primo. ꝙ nullum tale forme indiuiduū potest fieri infinitum. Secundo ꝙ licet gratia aīe Christi sit summa tam positiue ꝙ negatiue respectu omniuz aliarum de facto existentium: non est tamen aliquo modo summa respectu gratiarum fieri possibilium absolute. ¶ Primum apparet. qm̄ nullum indiuiduum intēsiue perfectum quo potest fieri perfectius alteruz eiusdē rationis secū est summum nec formaliter infinitum: sed vt supra ꝓbatū est / quocunq; indiuiduo forme intensibilis in esse posito potest fieri perfectius alterum eiusdez rationis secum: ergo nullum potest fieri formaliter infinitum. ¶ Confirmatur. qz cum indiuiduum forme intēsibilis non sit alio perfectius vt dictum est in alia q̄stione superius / nisi quia est eo compositius: ꝙ consequens si aliquod posset fieri infinitū illud in se ꝓtineret actualiter ⁊ includeret indiuidua eiusdem rationis partialia numero infinita: sed fieri indiuidua infinita est impossibile. non enim deus potest facere tot indiuidua q̄n possit facere adhuc plura. illa autez indiuidua non sunt numero infinita sed finita quibus possunt addi alia: ⁊ per cōsequens possunt esse plura ꝙ ipsa. quare ⁊c. ¶ Secūdum corollarium sequitur ex ꝓdicto. qm̄ Iz gra anime Christi sit perfectior intensiue gratia cuiuslibet aliozuz non tamen est impossibile aliam ei equalem fieri ⁊ maiorem. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qz gratie anime Christi posset alia eiusdem rationis addi: ergo ⁊ alia gratia ea perfectior potest fieri. ¶ Consequētia appet ex ꝓdictis tam in ista ꝙ in alia questione. ¶ Tertia cōclusio est. ꝙ quātūcūq; q̄cūq; indiuiduo forme intensibilis ineē posito possit fieri alterum ꝑfectius in infinitum / non tamen ex hoc sequitur ꝙ sit possibile fieri ens aliquod infinitum. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ effectu producto semp existente finito ⁊ limitato est in infinitum ascendere ad ꝑfectiorem effectum: ergo ex isto ascensu ab imperfectiori ad perfectius in infinitum non sequitur nec habetur ꝙ sit possibilis effectus aliquis infinitus. ¶ Consequentia est euidens. qz ex quo effectus ꝓductus semper supponitur esse finitus: quo non obstante est ab ipso ad perfectiorem in infinitum ascensus: ergo non est ex tali processu in infinituz ponendus effectus aliquis infinitus. ¶ Antecedens ꝓbatur. qz si ascendendo ab effectu producto finito ad perfectiorem / puta ab albedine remissa siue intensa tamen finita ad intensiorem / esset stat⁹ ad aliquam finitam summā / hoc esset qz nulla albedo alia posset fieri nisi illa. Hoc appet. qz si alia ab illa eēt possibilis esset ipsi vnibilis: ⁊ per consequens esset alia ꝑfectior possibilis: nec in ipsa ꝙ consequens esset stat⁹: ꝙ hoc vez fieri aliquā albedinē post quā n̄ possit fieri alia est impossibile. nec em̄ deus pōt facere vnicam nec plures tot albedines ꝙ non sint adhuc possibiles fieri eis plures. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qz esto ꝙ impossibile ꝙ deus faceret talia hmōi indiuidua numero infinita / puta infinitos calores / adhuc possent fieri plures. ex quo sequitur ꝙ infiniti nō sunt possibiles. ¶ Ꝯ ꝓbat. quoniam deus non potest facere aliquod calidū cui repugnet calefacere: sicut nec hominem cui repugnet ridere: ergo omnis calor a deo ꝓductus vel producibilis est caloris alterius productiuus quia calefactiuus: sed si essent calores infiniti a deo producti nullus illorum posset producere aliquem aliorum cum quilibet poneretur a deo esse productus: ergo omnes calores hmōi infiniti

essent ꝓductiui caloꝝ aliorum scōm numerū a seipsis ex quo sequitur propositum: vez ꝙ deꝰ non potest facere tot talia indiuidua quibus plura non sint possibilia fieri etiam per naturam: esto per impossibile ꝙ fierent infinita: ⁊ multo minus seu euidentius si indiuidua oīa in esse producibilia ponātur esse finita. ex quo habetur intentum: vez ꝙ ab effectu ꝓductiuo semper finito ad ꝑfectiorem effectum Iz semper finitum est possibilis ꝓcessus i infinitum: sicut a paucioribus ad plura secūdū numerum semp tamen finitum. qm̄ cum quecūq; ⁊ quot cūq; indiuidua forme intensibilis sint vnibilia ⁊ quāto vniuntur plura tanto constituatur ex eis forma magis ꝑfecta / ꝙ consequens si in multitudine indiuiduoꝝ possibilium talis forme nō est status / nec in perfectione alicuius indiuidui intensiua. quare ⁊ cet. ¶ Preterea arguo sic ad idem. non magis qz quocūq; effectu quātūcūq; ꝑfecto est possibilis alius perfectior in infinituz / sequitur ꝙ sit dare effectum aliquem infinitum ꝙ qz cōtinuū est diuisibile i infinitū ⁊ semper in partes minores / sequitur ꝙ sit dare aliquam minimaz eius partem: vel ꝙ sit deuenire ad continuum maximum seu extensiue infinitū / qz ipsum est augmentabile seu extensibile in infinitum: sed vt hic suppono ex dicendis in secundo cōtinuū est semper extēsibile ⁊ minorabile qz diuisibile semper i partes minores in infinitum: nec tamen est possibile aliquod continuum infinitum: nec minimum cum quodlibet cōtinuum sit diuisibile. nullum aūt diuisibile potest esse minimum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qz ꝓis non interimit antecedens: sed si effectus aliquis infinitus eēt possibil⁹ / ꝓcessus in infinitū ab effectu iperfectiori ad ꝑfectiorem semper ascendendo versus superius videretē impossibilis vel saltēnō sic esset euidens sicut est ponēdo omnem effectum possibilem existere finitum: ꝙ ascēsus ab effectu imperfectiori ad perfectiorem i infinituz non infert effectum aliquem esse possibilem infinitum: sed magis contrarium vez ꝙ nullus est possibilis effectus nisi tm̄ finitus. ¶ Minor apparet. qm̄ licet oīa albedine finita possit fieri alia perfectior: nec ꝙ cōsequēs possit esse status in aliqua albedine sic finita: non tamē albedine infinita videtur posse fieri alia perfectior: sed ascendendo ab imperfectiori ad perfectius in illo videtur esse status quo aliud nō est possibile ꝑfectius: ergo cum ad albedinē positam vel poni possibilem infinitaz videatur sequi status in ascendendo ad ꝑfectius / ꝙ consequens ex opposito vez ex processu in infinitum in tali ascensu ad perfectius non sequitur ꝙ sit possibilis effectus aliq̄s infinit⁹. ¶ Ex hoc appet quō sit debile imo nullū fundamentū cui innitit opinio supradicta: que videlicet ponit statū esse in aliquo indiuiduo forme intensibilis summo Iz finito ⁊ vltimate perfecto. qz alias eēt possibilis effectus talis aliquis infinitus nisi esset status ad aliquem summum ⁊ vltimate perfectuz. hoc em̄ non sequitur: sed magis contrarium vt superius est probatum. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est. ꝙ oē possibile continuum est finitum: nec per consequens est possibile aliquod esse summum seu maximum quo non possit maius fieri extensiue. ¶ Hec probatur ꝙ ꝓdicta. qm̄ nullum potest fieri continuum ita magnum quo nō possit fieri maius: ergo nullum est possibile infinitum. ¶ Consequntia est euidens. Antecedens ꝓbat. qm̄ sicut omne continuum possibile est diuisibile in minus ita et augmentabile seu extensibile amplius per rarefactionem vel per alicuius alterius cōtinui appōnē. ¶ Nec valet qō hic dicunt aliqui. ꝙ continuum infinitum i lōgum nō haberet aliquod extremum: nec ꝙ consequens posset aliquid ipsi addi per cuius appositionem efficeretur maius. qm̄ tale continuum infinitum posset diui

di: quo diuiso posset vtriq; eius parti addi aliud continuum tante longitudinis quante fuit ipsum totum antea ꝙ diuisum: cum nullum continuum sit possibile cui non posset fieri alterum equale vel saltem maius ꝙ sit pars alia per se sumpta: sed tale constitutum ex altera parte illius continui diuisi ⁊ ex alia maiori parte alia diuisa esset maius illo primo ꝓtinuo ex predictis. vnde nūc diuisis partibus antea ꝓstitutis: ergo illud primum continuum non ꝑfuit infinitum. quare ⁊c. ¶ Sed sunt hic dubia. ꝓmū est: an continuū absq; alicuius appositione ex sola ꝓtium eius rarefactione sit augmētabile seu extensibile in infinitum. Secūdum: an subiectum determinet sibi formam in ipso receptibilem vt anima charitatem ⁊ corpus albedinem secundum aliquem certum ⁊ determinatum perfectionis gradū / an non: sed possit recipere ipsam quantūcūq; perfectā: ⁊ ꝙ consequens semper perfectiorem in infinitum: sicut et semper in talibus est ascensus ab imperfectiori ad perfectius vt probatum est superius. ¶ Ad primum videtur probabiliter esse dicendum ꝙ non. immo in tali extensione que fit ex sola continua rarefactione est statꝰ quia alias sequeretur ꝙ corpus quantūcūq; pue quantitatis vt faba vel vna scintilla ignis posset absq; aliquo sibi inherente appositio tantum rarefieri ⁊ extendi ꝙ non posset in toto vniuerso recipi. hoc autez videtur omnino ridiculum. quare ⁊c. ¶ Ad secundum videtur esse dicendum etiam ꝙ subiectum nullam formam i eo receptibilem sibi determinat secundum aliquem certū magnitudinis siue perfectionis gradum: sed ꝙ tante perfectionis forma accidentalis intensibilis est in subiecto receptibilis quante ipsa est fieri possibilis. ⁊ ita sicut ipsa potest in infinitum perfectior fieri sic ⁊ semper in infinitum perfectior in subiecto recipi. qm̄ nulla forma accidentalis in subiecto nō receptibilis / est possibilis: sed si forma accidētalis posset fieri tante perfectionis ꝙ ipsi repugnaret recipi in subiecto / hoc necessario sequeretur. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia forme eiusdē rationis sunt receptibiles in eodem subiecto: sed oīa indiuidua forme intensibilis ascendendo ab iperfectiori ad perfectius sunt semper eiusdem rationis. nulla eē albedo quantūcūq; perfecta ⁊ intensa potest fieri que sit alterius rationis ab albedine imperfecta: ergo i eodem subiecto in quo potest recipi albedo imperfecta ⁊ alia quantūcunq; perfecta. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad primum illorum que pro opinione excludēda in precedēti articulo adducūtur / apparet ex dictis ꝙ falsum accipit in minore quando dicit: ꝙ nisi ascendendo a forma imperfectiori ad perfectiorem esset status in aliqua summa finita ⁊ vltimate perfecta / eēt aliqua possibilis que excederet aliam inferiorem in infinitum: que quidez ꝓ consequens esset formaliter infinita hoc eē nō sequit̄. qm̄ vt superi⁹ est probatū ex tali ascēsu ad perfectius non sequitur ꝙ possit accipi infinitum nec per consequens ꝙ possit aliquis effectus fieri alioz inferiorem eiusdem rationis in infinitum excedens Iz semper finite. non enim quia deus potest facere oī charitate creata aliam perfectiorem: sequitur ꝙ possit facere infinitam: nec ꝙ ons aliquā ab alis in infinitū distantē immo hoc consequens videtur interimere vt dictū fuit supius istud suppositū. si enim deus potest facere charitatem in infinitum aliam excedentem: ⁊ per ꝙsequens infinitam: ergo non quacūq; creata potest facere aliaz perfectiorem cum nulla videatur posse fieri perfectior finita. quare ⁊c. ¶ Sed contra hoc arguitur. quia qualibet charitate finita potest fieri charitas maior: Iz nulla charitas finita est maior omni charitate finita: ergo charitas infinita est possibilis. ¶ Ad hoc respondetur

ꝙ vtraqꝫ premissarum est vera: non tamen sequitur nec est vera conclusio ex eis illata. sicut enim non sequitur deus potest facere aliquem diem post omnem diem: sed nullus dies distans finite potest fieri post omnem diez: ergo potest facere post omnem diem alium diem in infinitum distantem: ita nec in proposito sequitur conclusio propter defectum consimilem vtrobiqꝫ. quoniaꝫ maior que dicit ꝙ omni charitate finita potest fieri charitas maior/est vera ipsa charitate supponente cõfuse nõ determinate pro aliqua charitate. in conclusione autez illata que est ꝙ potest fieri charitas infinita/charitas supponit determinate. ⁊ ideo quia variatur suppositio non sequitur conclusio. ¶ Confirmatur. qꝛ ista oĩ charitate finita potest fieri maior est vera qꝛ q̄libꝫ singularis est vera: vt ꝙ ista charitate finita põt fieri maior ⁊ ista alia maior ⁊ sic de q̄libet aliarũ: ⁊ ideo sicut q̄libet hoĩe singulari ꝯcurrẽte est hec vera oĩs hõ currit: ita ⁊ ista oĩ charitate finita potest fieri maior lꝫ sit vera tamen hec est falsa aliqua charitas determinata põt fieri maior omni charitate finita. nulla enim charitas signata potest esse maior oĩ charitate possibili finita. sicut enim quelibet singularis prime vlis videlicꝫ huius oĩ charitate finita potest fieri maior/est vera: ita ⁊ quelibꝫ singularis istius aliqua charitas potest fieri maior oĩ charitate finita/est falsa. quia quacunqꝫ charitate signata demõstrata de ipsa nõ est verum dicere ꝙ sit maior oĩ charitate finita. vnde sicut non sequitur: post quãlibet diuisionem continui potest fieri diuisio: ergo post omnẽ diuisionem potest esse diuisio: ita nec sequitur in ꝓposito sic arguendo. omni charitate finita potest fieri maior ergo potest fieri maior aliqua charitas omni charitate finita. sicut nec sequitur. oĩs homo est aliquod aĩal. ergo ꝯuerso aliquod animal est omnis homo. quare ⁊c̃.

¶ Ad secunduꝫ apparet ratio similiter ex predictis ꝙ talem accipit in minore. ¶ Ad ꝓbationem quando dicitur ꝙ deus potest creare tantam charitatem quanta est possibilis: Dico ꝙ falsum est sic intelligendo ꝙ nulla alia ꝑfectior sit possibilis illa quaꝫ põt creare. nulla enĩ charitas est creabilis qua alia perfectior sit impossibilis. qm̃ sicut deꝰ non potest facere tot charitates q̄bus non possit facere adhuc plures/ita nec potest facere aliquam charitatem imperfectam qua non possit facere aliam perfectiorem vt superius est ꝓbatum. ergo ⁊c̃.

¶ Sed contra. qꝛ tantam charitatem potest deus creare quãta est ab ipso creabilis: sed nulla charitas ẽ possibilis maior illa que est a deo creabilis. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. qꝛ cuꝫ deus possit creare tantam charitatem quantã potest creare: ergo hec ẽ possibilis deꝰ creat tãtam charitatem quantam potest creare: sed tali charitate nõ potest aliqua alia esse maior. ergo ⁊c. ¶ Ad primum potest concedi vtraqꝫ p̄missarum: quia nec cõclusio que ex eis sequitur est in aliquo contra dicta. lꝫ eĩ deus possit creare tantam charitatẽ quãta est ab eo creabilis/⁊ nulla alia maior sit possibilis/ex hoc nõ sequit̃ ꝙ de facto aliqua summa qua maior non possit fieri possit a deo creari: cũ nec talis sit possibilis vt probatũ est. quare ⁊c. ¶ Ad ꝯfirmationẽ dico ꝙ licꝫ hec sit vera de possibili. deus potest creare tantam charitatem quantam potest creare: qꝛ idem predicat̃ hic de seipso: nõ tñ hec est vera de inesse: deus creat tantam charitatẽ quãtam potest creare. immo est impossibile ipsuꝫ creare de facto tantam charitatem quantam potest de possibili: cum quãtacũqꝫ creata possit creare maiorẽ. sicut enim est impossibile continuum esse de facto tantum diuisuꝫ quantum est diuisibile de possibili: ita ⁊ charitatem eẽ tante perfectionis de facto quãte est possibilis. q̄re ⁊c.

¶ Ad tertium quando dicitur ꝙ in finitis non est processus: Dicendũ ꝙ hoc est falsum: nec eĩ in cõtinuo sunt partes actualiter infinite: sed finite: quo non obstante ipsum est diuisibile in infinitum: ⁊ ideo licet gradꝰ forme intensibilis possibiles sint finiti non est tamen ĩ eis status. nec quia tales gradus infiniti sunt impossibiles ex hoc sequitur ꝙ sit in eis status sed magis contrariũ vt in precedentibus est probatuꝫ. quare ⁊c. ¶ Ad quartum ⁊ vltimum apparet ex dictis ꝙ falsum est qđ accipitur in minori. vt eniꝫ dictum est/omnis forma accidẽtalis quantecũqꝫ perfectionis est in subiecto aliquo receptibilis. quare ⁊c. ¶ Ad rationem in principio apparet ex dictis ꝙ minor est falsa que dicit ꝙ forma intensibilis potest fieri infinita. ¶ Ad probationem apparet etiam ꝙ falsum accipit quando dicit ꝙ indeterminatum ad certum numerum indiuiduorum potest stare cũ infinitis. deus enim est indeterminatus ad producẽduꝫ certum numerum effectuum cum nõ possit tot producere q̄n possit ꝓducere adhuc plures sicut etiaꝫ ⁊ qđlibet agẽs creatum nec tñ potest producere infinitos. Continuũ etiã est indeterminatũ ad certũ numerũ diuisionuꝫ nec enim potest diuidi tot diuisionibus nec in tot partes quin possit adhuc diuidi amplius: non tamẽ potest esse diuisum infinitis diuisionibus nec in partes etiaꝫ infinitas. Ipsum etiam cõtinuum est indeterminatum ad certam magnitudineꝫ ⁊ paruitatem: nec tamen potest fieri maximum nec minimum: cũ omni continuo quanto possit fieri maius ⁊ minus vt dictum est superius. quare ⁊c̃.

Circa distinctionem decimãoctauã ĩ qua magister postꝙ determinauit de processiõe tẽporali spiritus sancti ostẽdit quõ spiritus sanctus vt temporaliter missus dicitur donum seu datum in quo alia condonant̃: quero primo. vtrum donum sit spiritui sancto ꝓprium eius a personis aliis distinctiuum. ¶ Et videtur ꝙ sic per magistrum dicentem in litera ꝙ ipse spiritꝰ sanctꝰ dicitur donũ ex proprietate quã habuit ab eterno. vnde ⁊ ab eterno fuit donũ. sempiternum enim fuit donum non quia daretur sed quia processit a patre ⁊ a filio. sed qđ conuenit soli spiritui sancto ab eterno est ipsi ꝓpriũ eius ab omnibus personis aliis distinctiuuꝫ. ergo ⁊c. ¶ Contra. qꝛ sola spiratio passiua est proprietas spiritus sancti eius a personis aliis distinctiua: sed non magis passiua spiratio q̄ generatio actiua vel passiua dicitur esse donum. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enim dicam ad q̄situm. ¶ Secundo soluam ad quoddã aliud dubiuꝫ. qđ quidem est: an ipse spiritus sanctus dicatur esse eo donum quo dicitur esse deus.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ secundum philosophum quarto topi. donũ est datio irredibilis. est enim donum proprie sumptum datio liberalis ⁊ ꝑ consequens irredibilis. qđ enĩ dat̃ ratione alicuius reddendi non dat̃ liberaliter: sed precise illud qđ datur gratia recipientis. sicut nec recipiens liberaliter recipit nisi tñ recipiat grã ⁊ amore dantis nõ alicuius indigentie siue necessitatis. ex quo sequitur ꝙ amor est cui primo conuenit ratio doni: quoniam ⁊ amor est libere ab amante in amatum: ⁊ ab ipso vt a motiuo principio procedit omne aliud verum donum. ¶ Hoc premisso pono quantum ad istum articulum quatuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ spiritus sanctus est ⁊ dicitur vere donum. ¶ Hec non potest probari aliter q̄ per auctoritates sanctorum: sed ipsaꝫ expresse ponũt sancti ⁊ doctores catholici vt apparet ꝑ magistrum in litera adducentem diuersas auctoritates sanctorum dicẽtiũ spiritum sanctum esse donum. ¶ Secunda cõclusio est. ꝙ spiritus sanctus dicitur donum vno modo proprie et alio modo non proprie sed appropriate. ¶ Hec appet. quoniam donum potest accipi vel pro amore vel etiam pro producto a volũtate. nõ enĩ amor dicit̃ produci magis q̄ essentia in diuinis. Si primo modo videlicet pro amore: sic spiritus sanctus dr̃ donum nõ ꝓprie sꝫ appropriate. dicitur enĩ spiritus sanctus appropriate amor sicut filius sapientia ⁊ pater potentia. Si autem secũdo modo accipiatur donum: vcꝫ pro ꝓducto ꝑ voluntateꝫ sic spiritus sanctus dicitur nõ appropriate: sed proprie donũ: nõ sic intelligendo ꝙ voluntas que dicitur spiratiua spiritus scĩ sit aliquid in re extra distinctum a memoria que dicitur generatiua filii: sed quia licet idẽ ĩ re sit generatiuũ ⁊ spiratiuum: ipm̃ tamen non est spiratiuum vt memoria sed vt voluntas: nec econuerso est generatiuũ vt voluntas sed vt memoria: sicut fuit in p̄cedentibus declaratum. hoc enĩ modo intelligendo spiritus sanctus tñ est productus ꝑ voluntatem: ergo ⁊ ip̄e solus non appropriate: sed ꝓprie dicitur esse donuꝫ. Et hoc est qđ vult Augusti. iiij. de tri. vbi vt magister recitat hic in litera/dicit ꝙ sicut natum esse est filio a patre esse/ita spiritui sancto donũ dei esse est a patre procedere ⁊ a filio. que verba Augustini exponẽs ip̄e magister subdit sic dicẽs. Hic apte ostẽditur ꝙ spiritus sanctꝰ donum est eo ꝙ procedit a patre ⁊ a filio: sicut filius eo est a patre ꝙ natus est a patre. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est ꝙ donum altero p̄dictorum modorum acceptum est ꝓprietas personalis. nullo modo tñ loquẽdo ꝓprie potest dici proprietas constitutiua ꝑsone. ¶ Hec apparet quantum ad primã partem. qm̃ proprietas ꝑsonalis distincta non ab essentia sed ab oĩ alia persona nõ est aliud q̄ ꝑsona ipsa: sicut generatio passiua non est nisi filius nec actiua nisi pater nec spiratio passiua nisi spiritus ipse sanctus: sed donum vt altero p̄dictorum duorum modoꝝ acceptum/dicit tm̃ spiritum sanctum cum solus ipse sit ꝓductus ꝑ voluntatem sane intelligendo vt in p̄cedentibus est expositum: ⁊ donũ dicat tm̃modo tale ꝓductum. ergo ⁊c. ¶ Secunda pars: vcꝫ ꝙ non sit ꝓprietas constitutiua ꝓprie loquendo appet. qm̃ cum ꝑsona sit simplicissima non constituta magis q̄ cõposita: ꝑ consequens nihil est eius constitutiuũ magis q̄ cõpositiuũ/vt etiã pluries fuit in p̄cedentibus declaratũ. quare ⁊c. ¶ Confirmatur tota conclusio ꝑ magistrũ in litera sic dicentem. Nõ ea proprietate dicit̃ filius esse a patre qua spiritus sanctus. naꝫ filius dicit̃ esse a patre quia genitus ab eo: spiritus sanctus vero dicitur esse a patre ⁊ a filio qꝛ spũs sanctus est donum patris ⁊ filii: quia procedit ab vtroqꝫ. eo enĩ dicit̃ spiritus quo donũ ⁊ eo donum quo ꝓcedens. ergo cum secũdum magistrũ vt ex istis verbis eius appet/idem sit dicere spiritũ sanctum donũ esse qđ ipm̃ a patre ⁊ a filio procedere: consimiliter donum vt sic sumptum vcꝫ pro ꝓducto ꝑ voluntatem sicut ⁊ talis ꝓductio seu spiratio siue ꝓcessio passiua eterna esse dicitur ꝑsonalis proprietas seu persona. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est. ꝙ licet spiritus sanctus tantum dicatur donum preexposito modo sumptum/non tamen solus spiritus sanctus dicitur esse datus. ¶ Hec appet. quoniaꝫ omnis persona missa dicitur eẽ data. vnde cui conuenit mitti ⁊ dari. sꝫ mitti passiue cõuenit oĩ ꝑsone ꝓducte. nec enĩ spũs sanctus solus sed etiam filius dicitur esse missus: ergo ⁊ datus. ¶ Confirmatur ꝑ illud Esaie. ix. vbi dicit̃ de Christo ꝙ paruulus natus est nobis ⁊ filius datus est. Et si queras quare filius nõ potest dici donũ cum dicat̃ datꝰ ⁊ omne datum possit proprie dici donuꝫ: Ad hoc dicẽdũ est ꝙ non omne datũ potest dici nec est donũ ꝓprio modo sumptum. nec enĩ ꝓprie sumptũ donũ dicit̃ nisi amor vel aliquid ꝑ modum amoris hoc est ꝑ actum voluntatis ꝓductum. verbum autem diuinum nec est appropriate amor nec ꝓprie nec aliquo modo productum per modum amoris hoc est ꝑ actum voluntatis sed intellectꝰ: intelligendo hoc sicut predictum est supius. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est videndum: an spũs sanctus eo dicatur donũ quo deus: est sciẽdum ꝙ spiritum sanctum dici eo donũ quo deũ/põt dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ illud quo spiritus sanctus dicitur donum ⁊ deus simul sit idem ⁊ vnicum ĩ re extra totaliter indistinctum. Alio modo ꝙ sic spiritus sanctus sit eo donum quo deus ꝙ ista duo sint conuertibilia: vcꝫ esse donum ⁊ esse deum/ita ꝙ eo ipso quo aliquid est deus sequatur ꝙ sit donum ⁊ econuerso: modo quo secũdum Augustinum pater eo deus quo sapiens quia oẽ qđ est deus est sapiens: ⁊ econuerso oĩs sapiens sapientia increata est deꝰ. ¶ Hoc p̄misso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ secundum veritatem spiritus sanctus eo est donũ quo deus tam ꝓprie q̄ appropriate p̄mo modo p̄dictorum duorum modorum hoc intelligendo. ¶ Hec appet. qm̃ secundum veritatẽ vt hic suppono ex dictis in p̄cedentibꝰ/diuina essentia qua q̄libet ꝑsona dicitur esse deus est ab omnibꝰ ꝑsonis quarum tertia dicit̃ ꝓprie ⁊ appropriate donum ⁊ ab amore ac ab omni alio attributo indistincta totaliter in re extra: sed spũs sanctus dr̃ donum qꝛ talis ꝑsona sic producta: dicitur autem deus quia diuina essentia. ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ secũdũ opinionẽ ponẽtiuꝫ relationem originis distingui in re extra ab essentia in diuinis/spiritꝰ sanctus nõ est p̄dicto p̄mo modo ꝓprie eo donum quo deꝰ. ¶ Hec appet. quoniam spiritus sanctus dr̃ ⁊ est donum ꝓprie vt a ꝑsonis aliis est distĩctꝰ. nec enĩ spiritus sanctus dicitur esse donuꝫ ꝓprie nisi qꝛ ꝓductus a voluntate vt supradictũ est: sed spũs sanctꝰ taliter ꝓductus est a spiratione indistinctus ⁊ idẽ secũ totaliter in re extra. ergo cũ spũs sanctus sit donum qꝛ talis ꝑsona sic ꝓducta: deus aũt qꝛ diuĩa essentia: ꝑ cõsequens si essentia est distincta a ꝓp̄etate relatiua et a ꝑsona qualibꝫ in re extra/alio spũs sanctus erit donũ ⁊ alio erit deus. ¶ Confirmatur. qꝛ sicut filius verbum ⁊ secunda ꝑsona ideꝫ dicunt/ita donũ ⁊ spiritus sanctꝰ. sed si ꝑsonalis ꝓprietas seu ꝑsona esset distincta ab essentia in re extra/alio in re extra tertia ꝑsona eẽt spiritus sanctus: sicut ⁊ secunda filius ⁊ prima pater: ⁊ alio earum quelibet esset deus. ⁊ sic etiam concedunt esse de facto omnes ponentes essentiam esse in re extra distinctam ab omnibus relationibus originis ⁊ ꝑsonis. ergo ⁊c. ¶ Tertia ꝯclusio est: ꝙ nec spũs sãctꝰ dicit̃ appropriate modo p̄dicto eo donuꝫ quo deus: sed alio ⁊ alio: secũdum opinionẽ ponentium attributa esse distincta a diuina essentia in re ex̃. ¶ Hec appet. qm̃ spiritus sanctꝰ dr̃ ⁊ est deitate deꝰ: donum aũt appropriate dicit̃ quia amor. sed secũdũ p̄dictã illorum opinioneꝫ amor sapiẽtia ⁊ alia attributa omnia sunt distincta ab ip̄a diuina essentia in re extra. ergo ⁊c. ¶ Quarta conclusio est. ꝙ nec secundũ veritatẽ nec scđꝫ opinionem aliquã catholicam spũs sanctus dr̃ eo donum quo deꝰ secundo mõ p̄dictoꝝ duoꝝ hoc intelligendo. ¶ Hec appet. qm̃ cõstat ꝙ non omne qđ est deus est donuꝫ ꝓprie nec etiã appropriate sumptũ: sed solũ ꝑsona ꝑ voluntatem ꝓducta vt dictum est supra. ergo eo modo quo est verum dictũ Au

gustini dicentis ꝙ pater eo deus quo sapiens nō tm̄ eo deus quo pater: qꝛ non om̄e qđ est deus est pater: est etiam verum dicere ꝙ spiritus sanctus non eo deus quo donū: cum nec omnis ꝑsona diuina sit donum sed tertia tm̄. ❡ Sic ad questionem. ❡ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. quoniam vt dictū ē donū spiritus sanctus ꝛ passiua spiratio idem dicunt.

Secundo quero vtrum spiritus sanctus sit donū ab eterno/an ex tempore tm̄tum datum. ❡ Et videtur ꝙ ab eterno. qm̄ secundum August. v. de tri. ca. xvij. spirit⁹ sanctus exit a patre non quō nat⁹: sed quō datus. sed constat spūm sanctum esse a patre eternaliter emanantem. ergo ꝛc. ❡ Contra. qꝛ spūs sanctus nō datur nisi creature: sed creatura est temporalis nō eterna: ǧ ꝛ spūs sanctus nō eternaliter: sed tm̄ temporalit̄ fuit dat⁹. ❡ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo em̄ inquirā q̄re tertia ꝑsona dicitur magis ꝙ̄ prima ꝛ ꝙ̄ secunda spūs sanctus cum constet quālibet ꝑsonarum esse spiritum sanctum. Secundo dicam ad quesitum.

Quantum ad primum cōstat ꝙ tertia ꝑsona non est in re magis spūs ꝙ̄ prima nec ꝙ̄ secunda nulla em̄ ꝑsonarū est corpus: sed q̄libet est equalr̄ spūs ꝛ equalr̄ sāct⁹. nō ē eī sanctior vna ꝑsonaꝝ ꝙ̄ alia: sꝫ q̄libet est sanctissima. Ex q̄ seq̄t̄ ꝙ hoc nomē spūs sanct⁹ est cōe trinitati ꝛ cuilibet ꝑsonarū. tota em̄ trinitas ꝛ q̄libet ꝑsona est spūs sanctissimus: quo tn̄ nō obstāte hoc nomē spiritus sanct⁹ appropriat̄ tertie ꝑsone. Cui⁹ rationem duplicem ponit beat⁹ Augustinus. ❡ Prima quaꝫ ponit. xv. de tri. ca. xxv. est ista. qm̄ spirit⁹ sanct⁹ ꝓcedit a patre ꝛ a filio: fili⁹ auteꝫ ipse a solo patre: ꝛ ideo ne mens humana aliquod indignum existimaret de tertia ꝑsona dicendo ipsam ꝓcedere ab vna ꝑsona vt a patre ꝛ ab alia vt a matre/nomē spirit⁹ sancti cōmune oībus ꝑsonis ipsi appropriatur ad opinionē hm̄oi remouendam. ❡ Secunda ratio est. quaꝫ ponit. vi. de tri. ca. xij. qm̄ pater ꝛ filius concurrunt ad spiritum sanctum producendum/ꝛ ꝑ ꝯn̄s connectuntur in ipso vt in principiato ab eis ꝓducto. ꝛ ideo qꝛ in eo cōnectunt̄ realr̄ attribuitur ipsi nomen eis commune vt vcꝫ in ipō pater ꝛ filius connectant̄ nominaliter seu verbaliter/ad insinuandū ꝙ in eo realiter connectunt̄. ❡ Hec de primo.

Quātum ad secūdum vbi est respōdēdum ad quesitum apparet scđm magistruꝫ in litera q̄d dicendum. qm̄ spiritus sanctus vt dicit magister in dist. ista/sicut ab eterno ꝓcedit/ita ꝛ ab eterno donū ē: nō qꝛ donetur a patre filio vel a filio patri: sed quia ab eterno ꝓcessit donabilis. ergo secundum magistrum lꝫ spirit⁹ sanctus dicatur eternaliter donum ꝛ donabile nō tamē datum. ❡ Confirmatur. quia cū spūs sanctus nō detur secūdū mētē magistri prī nec filio/nō restat ipm̄ dari nisi tm̄modo creature: sed constat creature non esse datū nisi temporaliter tm̄. ergo ꝛc. ❡ Hoc idē dicit Augusti. xv. de tri. ca. xviij. vbi vt magister recitat sic ait. Semꝑ spūs sanctus ꝓcedit ꝛ non ex tꝑe sed ab eternitate: sed quia sic ꝓcedebat vt esset donabilis/iā donū erat ante ꝙ̄ esset cui daretur. nam donū pōt esse etiam anteꝙ̄ det̄. donatum autem nisi datum fuerit nullo modo dici pōt. sempiternum ergo spūs est donuꝫ: temporaliter aūt datū. ergo ꝛc. ❡ Sꝫ cōtra hoc est illud qđ idem Augustinus dicit. v. de tri. ca. xvij. qđ posituꝫ fuit in pricipio. vcꝫ ꝙ spūs sanctus exit a patre non quō natus: sed quomō datus. ꝛ ideo non đr filius quia innatus est. ❡ Ad hoc pōt dici dupliciter. Uno modo ꝙ Augustin⁹ vocat hic datum ipꝫ donū qđ đr donabile ab eterno: vt sit sensus spūs sanctus non est a patre natus qꝛ nō ꝓcedit ab ipō modo nature: sꝫ est ab ipso vt donū hoc est ꝑ modū amoris ꝛ libere ꝑactū voluntatis/modo p̄expositio in precedētibus hoc intelligendo. ❡ Alio mō potest dici aliter. Ad cuius euidentiā est sciēdū ꝙ dupliciť pōt intelligi donū qđ est sanctus spiritus alicui esse datū. Uno modo in ꝑsona ꝓpria: vt vcꝫ spūs sanct⁹ dicat̄ datus ei in q̄ est scđm se ab illo a quo hꝫ ꝙ sit ī ipso. Alio mō ꝙ spiritus sanct⁹ dicat̄ esse datus eo mō quo đr esse missus: vcꝫ in aliquo effectu ipsi appropriato ac ipm̄ repn̄tante sicut in dist. xvi. fuit ꝓlixi⁹ declaratū. ❡ Hoc p̄missio dicendum est ꝙ accipiendo primo modo spūm sanctū dari ipse sanctus spūs est nō tm̄ donū sed etiam donū datum ab eterno: nō aūt secūdo mō nisi ex tꝑe tm̄. ❡ Primum apparet. qm̄ cōstat ꝙ cuꝫ quelibet ꝑsonarū sit in alia/spūs sanct⁹ est in filio ꝛ in patre: sed ab eodē a quo spūs sanct⁹ ꝓducit̄ habet ꝙ sit in qualibꝫ alia ꝑsonarū in qua est: ergo spūs sanct⁹ est in patre a filio ꝛ ab ipō prē in filio ecōuerso. quare ꝛc. ❡ Hoc mō est verū dictū Augustini supius recitatū: vcꝫ ꝙ spūs sanct⁹ exit a patre ꝛ etiā a filio nō quō natus sed quō datus: ꝛ ꝑ ꝯn̄s ꝙ est non ex tꝑe sed ab eterno datus sicut ꝛ donū. ❡ Sed contra hoc forsitā arguet̄ p̄mo. qꝛ tunc etiā pater diceret̄ dare spūm sanctū nō tm̄ filio: sed etiā sibiipsi: sicut ꝛ filius similiter sibiipsi nō tm̄ patri: cū spūs sanct⁹ ꝓducatur ab vtroqꝫ: ꝛ ꝑ ꝯn̄s ꝙ sit in vtroqꝫ habeat ab vtroqꝫ. ❡ Secundo. qꝛ tūc etiā consimilit̄ posset dici ꝙ fili⁹ est a prē quō datus: qm̄ filius est in spū sancto: ꝛ ita per ꝯn̄s potest ipsi dici datus: ꝛ non nisi a patre a quo solo est genitus. ergo ꝛc. ❡ Tertio. qꝛ ꝙ filius spiret spiritū sanctum qui đr esse donuꝫ/habet a prē: pater aūt spirat ipm̄: nec ꝙ spiret eū hꝫ a filio sed tm̄modo a seipso: ergo lꝫ pater possit dici dare spūm sanctū filio nō tn̄ prī filius econuerso. quare ꝛc. ❡ Ad primum potest dici vel ꝙ non est inconueniens cōsequens qđ infert̄: vcꝫ ꝙ pater ꝛ filius dent sibiipsis spūm sanctū. vel si est inconueniens/ꝙ non sequitur: qꝛ inter dantē spūm sanctum et illud cui datur oportet esse realē diuersitatē. quare ꝛc. ❡ Ad secūdum est sciēdū ꝙ lꝫ donū sit vel esse possit datuꝫ/nō tn̄ omne datū est necesse potest ꝓprie sumptū donum. cū donum ꝓprie sumptum sit amor vel ꝑ modum amoris ꝓductum. ꝛ ideo lꝫ filius dicatur dari: ꝛ ꝑ consequēs posset dici ꝓductus vt datus creature temporaliter vel etiam forte spiritui sancto eternaliter absolute non tamen tanꝙ̄ donū cum nec ipse sit donū nec ꝑ consequēs alicui donabilis tāꝙ̄ ipm̄. sed hoc modo sol⁹ spiritus sanctus dicitur donabilis vel donatus. quare ꝛc. ❡ Ad tertium concedi potest ꝙ quantum ad illud spiritus sanctus nō dat̄ vniformiter seu indifferenter patri a filio ꝛ filio a patre: sed tm̄ filio a patre. ꝛ non econuerso: vocando ꝑsonam dantem spūm sanctū illam solam que spirat ipm̄ a se ꝛ a qua habet ꝙ spiret eū ꝑsona alia cui dat̄. cū hoc tamē stat ꝙ alio modo vtēdo vocabulo potest dici ꝙ spūs sanctus datur tam filio a patre ꝙ̄ ēt ipsi patri a filio econuerso. ❡ Sic ergo apparet primū videlicet ꝙ illo p̄mo mō accipiendo spiritum sanctuꝫ dari potest dici ꝛ est datus ab eterno. ❡ Secundum videlicet ꝙ secundo modo non sit datus nisi ex tempore apparet. qꝛ nec hoc modo dat̄ nec est donabilis nisi tantummodo creature ītellectuali. sola em̄ ipsa est capax talis effectus sibi appropriati ac eius repn̄tatiui. q̄ mediante ipse spiritus sanctus dicitur dari. sed creatura omnis est temporalis. ergo ꝛc. ❡ Hoc modo intelligit magister in litera ꝛ Augustinus. xv. de tri. sanctum spiritum non eternaliter sed tantum temporaliter esse datum. ❡ Sic ad questionem. ❡ Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem decimamnonam in qua magister premisso ꝙ equalitas omnium personarum diuinarū cōsistit in coeternitate magnitudīe ꝛ potestate: primo ostendit ipsarum personarum esse equalem magnitudinem per essentie indiuisionem: ꝛ secūdo ꝑ illam concludit earum circuminsessionem: quero de istis duobus/videlicet de personarū eq̄litate in magnitudine/ꝛ de earū circūinsessione. ❡ Quantum ad primū quero vtrum persone diuine sint equales perfecte in magnitudine. ❡ Et videtur ꝙ sic: quoniam omnia illa sunt eq̄lia quorū nulluꝫ est īpfectum. non enim inequalitas est nisi inter illa quorum alterum est ꝑfecti⁹ siue maius: ꝛ per consequens alterum imperfectum. sed nulla persona diuina est imperfecta sed perfectissima. ergo ꝛc. ❡ Confirmatur per illud Athanasij symboli/vbi dicitur ꝙ tres persone coeterne sibi sunt et coequales. ❡ Contra: quia cum secundum philosophum in predicamentis proprium sit quantitati secundum eam equale ꝛ inequale dici/equalitas ꝛ inequalitas tantum sunt in illis que sunt de genere quantitatis: sꝫ persone diuine nō sunt de genere quantitatis. ergo ꝛc. ❡ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim excludam duplicem dicendi modum. Secundo dicam aliter ad quesitum.

Quantum ad primum primus modus dicendi hic excludendus est quorundam dicentium ꝙ inter personas diuinas est identitas similitudo ꝛ equalitas. quoniam licet in deo non sit ratio communis alicuius generis: est tamen in ipso ratio speciei aliquoruꝫ puta species qualitatis et etiam quantitatis. est enim in ipso essentia magnitudo ꝛ sapientia: que tamen non in re extra sed tantum secundum rationem sunt distincta. sed vnum in substantia facit idem in qualitate simile ꝛ in quantitate equale secundū philosophum. ergo ꝛc. ❡ Sꝫ hic modus dicendi est omnino irrationabilis: quoniam licet vera sit conclusio quam ponit: videlicet ꝙ inter personas diuinas est equalitas: omnino tamen est falsum hoc qđ accipit/quando dicit ꝙ in diuinis est ratio speciei: non tamen alicuius generis. quoniam esto ꝙ forte e conuerso in aliquo posset reperiri ratio generis sine ratione alicuius speciei: non tamen ratio speciei sine ratione generis/sicut ratio hominis sine ratione animalis. ergo si de deo verificatur ratio alicuius speciei/ꝛ generis. ❡ Confirmatur. quia arguendo a specie ad genus et ab omni inferiori ad superius constructiue semper est bona consequentia: dum tamen termini consequētie puta inferius et superius supponant non simpliciter pro seipsis: sed personaliter pro rebus significatis. sed cum dicitur ꝙ in deo est magnitudo vel ꝙ ipse est magnus magnitudine que est species quantitatis/hic termin⁹ magnitudo qui dicitur esse species quantitatis non potest supponere pro seipso sed pro re extra significata: ergo non minus sequitur/deus est magnus: ergo quantus: vel sapiens: ergo qualis qualitate que est de genere qualitatis: ꝙ̄ sequitur/fortes est homo: ergo animal et substantia. quare ꝛc. ❡ Secūdus modus dicendi est aliquorum dicentium ꝙ licet in diuinis personis non sit equalitas similitudo vł identitas vt ista accipiuntur proprie: sunt tn̄ inter ipas personas diuinas ista omnia large sumpta. ❡ Primum videlicet ꝙ non sint inter eas ista vt proprie sumpta/declaratur per hoc: quia secundum philosophum. 5. metaphysice ista tria sunt tres relationes que vt ꝓprie sumpte ꝛ stricte tribus generibus sunt appropriate vt identitas substantie equalitas quantitati ꝛ similitudo qualitati. est em̄ identitas vnum in substantia/eq̄litas vnum in quantitate/ꝛ similitudo vnum in qualitate: ita ꝙ fundamētū ꝓximū idētitatis est tm̄ substātia/eq̄litatis quātitas/ꝛ similitudinis q̄litas. sꝫ ꝯstat ꝙ in diuinis nec ē rō generis substantie nec ꝙ̄titatis nec q̄litatis. ǧ ꝛc. ❡ Secūdū vcꝫ ꝙ sint ibi ista large sumpta/declarat̄ ꝑ hoc. qm̄ oē ens est in seipso q̄d: hēt aliquē ꝑfectiōis gradū: ꝛ ē forma vel habens ipsaꝫ: ꝛ ita sup q̄đcūqꝫ ens vt sic tripliciter ꝯsideratuꝫ fundat̄ triplex relatio supradicta cōiter ꝛ large sumpta: vt identitas fundat̄ sup ipsum vt est q̄d: eq̄litas sup ipsum vt ē magnū/hoc ē hn̄s aliquē ꝑfectionis gradū: ꝛ similitudo vt est quale. hoc mō sunt īter diuinas personas relationes hm̄oi trāscēdētes. ❡ Sed nec iste modus dicēdi videtur rationabilis propt̄ tria q̄ accipit ꝛ videt̄ supponere q̄ sūt falsa. Quoꝝ primū ē ꝙ ista puta identitas sil̄itudo ꝛ eq̄litas sunt aliq̄ in re extra ab extremis relatis distīcta ꝛ in altero coꝝ vcꝫ in fundamēto fundata realiter seu existentia vt accipitur in subiecto. hoc siquidem non est verū: vt alias est ostensum/ꝛ adhuc ostēdetur in dist. 31. vbi de hoc agetur. ❡ Secūdum est ꝙ relationes hm̄oi vno mō sunt determinati ḡn̄s/vcꝫ ꝓut eq̄litas dicit̄ de quātitate/sil̄itudo de q̄litate/ꝛ identitas de substātia. Alio aūt mō sūt trāscēdentes ꝓut vcꝫ dn̄r de q̄libꝫ ente tā creato ꝙ̄ ēt increato. ❡ Hoc siquidem non ē verū: qm̄ identitas consimiliter ꝛ ꝑm candē rationē dicit̄ de q̄litatibus vel quantitatib⁹ sicut ꝛ de substantijs: ꝛ sil̄itudo ac eq̄litas de substantijs sicut de q̄litatib⁹ vel quātitatib⁹. nec em̄ vna albedo dicit̄ sil̄is alteri nisi qꝛ est talis qualis ipsa: qđ non hēt formaliter ab alio a seipsa. sed sicut vna albedo ē talis q̄lis alia semetipsa: ita ꝛ vna substātia vel ꝙ̄titas est similiter talis qualis altera. sicut ēt vna ꝙ̄titas ē tanta ꝙ̄ta alia nō maior ipsa: ꝛ ideo dicit̄ ei eq̄lis: ita ꝛ vna substātia vel q̄litas tanta quāta alia vel maior ipsa: ergo eq̄lis. ꝯsil̄r est dicendū de identitate. ergo ista tria puta idētitas sil̄itudo ꝛ eq̄litas ꝛ eis opposita puta diuersitas dissil̄itudo ꝛ ieq̄litas n̄ magis sūt determinati ḡn̄s vt appropriātur specialit̄ diuersis ḡnib⁹ ꝙ̄ vt dn̄r vl̄iter de oīb⁹. ❡ Cōfirmat̄: qꝛ oē accidēs substātie īexistēs ꝛ ab ipsa realit̄ differens est alicuius determinati ḡn̄s nō trāscēdēs: sꝫ scđm opinionē istā ponēteꝫ relationes istas ꝛ alias distīgui realiter ab extremis nō magis idētitas substantiarum sil̄itudo qualitatum ꝛ eq̄litas ꝙ̄titatū sūt accidētia ab extremis diuersa ꝙ̄ identitas q̄litatū vel quātitatū sil̄itudo substātiarū vel ꝙ̄titatū ꝛ eq̄litas substātiarū vel q̄litatū: qm̄ ꝑ cādē rōnē q̄ ꝓbat opinio ista sil̄itudinē q̄litatum puta duarum albedinū vel identitatē duarū substātiarū vt duorum angelorum esse formā distinctā realiter ab extremis: quia videlicet est forma que destruitur destructo solo altero extremorum reliquo remanente: arguitur ꝛ probatur ꝙ similitudo angelorum ꝛ equalitas ipsorum ab eis sit distincta realiter quia separabilis: et per consequens ꝙ sit forma accidentalis. nec enim ex quo ponitur esse res separabilis potest poni nisi accidentalis forma ab eis realit̄ distincta. ergo similitudo angelorum vel equalitas non minus est generis determinati ꝙ̄ ipsorum identitas. q̄re ꝛc. ❡ Tertiū falsuꝫ qđ videtur ponere opinio predicta ē ꝙ ista vcꝫ idētitas similitudo ꝛ eq̄litas sunt ī diuinis ꝑsonis tanꝙ̄ aliqua distincta aliqualiter ī re extra ab eis. hoc siq̄dem non est verum vt in dist. 31. prolixius ostendet̄ quare ꝛc. ❡ Hec de primo.

Quātum ad secundum: vbi ad q̄stionē est aliter respōdēdū/ē sciēdū ꝙ magnū qđ đr eq̄le vł ieq̄le vt ad alterū ꝯparatuꝫ idem est quod ꝑfectum. dicitur autem perfectum seu magnuꝫ aliquid multis modis. videlicet intensiue et extensiue. Intensiue dupliciter. Uno mo

ꝰo dicitur intensiue magnum siue perfectum: illud quod est ex diuersis eiusdē rationis indiuiduis indistantibus realiter constitutum: mō quo albedo ꝛ oīs alia forma itē sa dicitur esse pfecta/veȝ quia ex talibus constituta vt ꝓbatū est in dist.17. Alio modo aliquid dicit̄ intensiue magnum siue pfectum: non qꝛ ex aliq̄bus ꝯstitutum siue cōpositum cum sit simplicissimū. hoc mō tā angelus ꝙ deꝰ dicitur magnus intensiue non extensiue perfectus. scōm enim August.6.de tri. in his q̄ nō sūt mole magna idē est esse melius qȝ maius. Extēsiue etiaȝ dicit̄ dupliciter eē magnū siue perfectū. Uno modo potest dici extēsiue magnum siue pfectū illud qȝ includit aliqua pl'a discreta nō cōtinua nec p se vnū aliqȝ faciētia: modo q̄ numerꝰ ꝙto est pluriū tanto dicit̄ esse maior siue pfectior. hoc eī mō ppl'us vel exercitus dr̄ magnꝰ. Alio mō ꝛ ꝓprius extensiue dicitur esse magnū illud qȝ includit ꝛ ꝯtinet ī se pl'a distantia/tamen cōtinua ꝛ vnita: ex quoꝝ vnione ꝛ continuatione ipm̄ est vt aliquod p se vnū totū realiter constitutum. Sicut magnū dicitur quatuor modis p̄dictis/ita ꝛ equale vel inequale dicitur totidē modis. dicit̄ eñi eq̄le vnum perfectū simplex alteri simplici: vt angelus angelo/ꝛ vnum pfectū siue magnum cōpositum alteri cōsili modo magno vt vna albedo intensa alteri: ꝛ numerꝰ numero: ꝛ continuum alteri continuo.

Hoc præmisso apparet quid sit dicendum ad quesitum: quoniam ꝯstat personas diuinas non esse equales secundum magnitudinem extēsiue acceptā nec etiam intensiue primo mō sed tantum secundo modo sumptā. ¶ Primū apparet: quoniaȝ in nulla psona diuina est aliqua magnitudo extensiua continua nec discreta nec intēsiua ꝯposita: sed simplicissima. ergo ꝛc. ¶ Secundum videlicet ꝙ sit inter ipsas eq̄litas scōm magnitudineȝ alio modo sumptam veȝ ꝓ ente perfecto simplici/apparet: qꝛ omnis res taȝ simplex ꝙ ꝯposita alteri cōparata est ea pfectior vel impfectior vel eq̄ pfecta: sȝ vna psona diuina nō ē pfectior nec īperfectior alia: ergo eq̄ pfecta: ꝛ per ꝯn̄s equal̄: cū nihil aliud sit dicere aliqua distincta esse secundum magnitudinem taleȝ equalia ꝙ ipa esse eq̄ pfecta. q̄re ꝛc. ¶ Sed hic sunt tria dubia. Primū est quid sit itelligēdū p hmōi eq̄litatē diuinarū psonarū. Scōm/an eq̄litas similitudo ꝛ idētitas differāt in diuinis. Tertiū/an vna psona diuīa dicat̄ eq̄lis alteri ꝓpter vnitatē deitatis omnibꝰ cōis: vel ꝓpt̄ ꝓprietatē relationis. ¶ Ad primū dico ꝙ si eēt vera opinio vulgata coꝝ qui dicūt ꝙ equalitas similitudo ꝛ identitas sunt forme accidentales in creaturis distincte realiter ab extremis omnis eq̄litas similitudo vel idētitas cuiuscūq; rei create ad alteram comparata esset talis forma accidentalis ab extremis realit̄ distincta. nō eī magis pl'es res spūales/vt angeli vel aīe intellectuales/possunt seipsis esse idem similes ꝛ equales: ꝙ plures res eiusdē rationis et eq̄lis pfectiōis alie corporales vt pl'es albedīes vel quātitates vel substātie corpales. ꝛ ita si talia corporalia nō possunt dici idem nec similia nec equalia sicut nec alba vel nigra nisi identitate similitudine ꝛ equalitate tanꝙ formis accidentalibus ab eis differētibus realiter informata/consimiliter ꝛ de omnibus creaturis spiritualibus est dicendum. Quicquid autem sit de hoc in creaturis nullo modo in diuinis potest poni equalitas similitudo nec identitas tanꝙ aliquid distinctum in re extra aliq̄liter a personis. ¶ Ad secundum consimiliter est dicendū videlicet ꝙ nec ista vt de personis diuinis dicta sunt īter se sicut nec a personis distincta. sunt enim diuine psone idem totaliter diuerse equales ꝛ simpliciter similes semetipsis: quia quelibet per seipsā est talis ꝛ tanta qualis ꝛ quāta alia ꝛ vna essentia cū ipsa: licet alia persona ab ea. ¶ Confirmatur. quia etiam due res create vt due albedines equalis perfectionis sunt distincte numero idē specie equales ꝛ similes semetipsis non mediantibus aliquibus eis appositis ab eis distinctis: ergo multo magis hoc debet poni in diuinis vbi sunt tantuȝ tria distincta realiter ꝛ non plura. quare ꝛc. ¶ Ad tertium ꝛ vltimum est dicendum ꝙ cū diuina essentia in nullo sit distincta a proprietate aliqua relatiua magis ꝙ a seipsa vt in precedentibus pluries est probatum: per consequens nō oportet querere/an persone diuine dicantur equales similes eedem an diuerse propter essentiam an propter relatiuam proprietatem/ tanꝙ inter ista sit aliqua diuersitas in re extra. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. quoniam equale et inequale non tantum dicuntur de magnitudine extēsa seu continua ꝛ discreta que sunt de genere quantitatis sed etiam de magnitudine intensiua seu intensa tam composita ꝙ simplici: qualis magnitudo dicitur de personis diuinis.

SEcundo quæro de secundo: videlicet de circūinsessione personarum/vtruȝ quelibet diuina persona sit realiter in qualibet alia. ¶ Et videtur ꝙ sic: quoniam vt dicit saluator de seipso Joannis.14. Ego in patre ꝛ pater in me est: sed non plus pater est in filio ꝛ econuerso ꝙ in spiritu sancto ꝛ ipse sanctus spiritus in patre ꝛ in filio. ergo ꝛc. ¶ Contra: quia si pater est in filio ꝛ filius in patre econuerso/pater est in seipso: sed hoc est falsum. nihil enim dicitur proprie existere in seipso: sed in alio. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim inquiram quid sit intelligendum per istam circuminsessionem personarum. Secundo dicam ad quesitum.

Quantum ad primum aliqui dicunt ꝙ huiusmodi personarum circuminsessio siue inexistentia vnius persone in alia est respectus aliquis distinctus in re extra aliqualiter ab ipsis personis. ¶ Quod probat̄: quoniaȝ constat ꝙ quelibet persona realiter est in altera ergo oportet ꝙ huiusmodi esse in seu inexistentia vnius persone in altera sit aliquid distinctum a personis omnibus in re extra. sed non potest poni aliquid absolutum. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia nec in creaturis inexistentia vnius eorum in alio vt locati in loco vel alterius cuiuscunq; existentis in alio est aliquid absolutum: sed tm̄ respectiuum ab extremis distīctū. ¶ Sed hic modus dicendi est impossibilis: quoniam tantum sunt in diuinis tres relatiōes videlicet originis indistincte totaliter a personis: ergo impossibile est per huiusmodi circuminsessionem siue inexistentiam vnius personarum in alia importari aliquid respectiuum nec absolutū a personis distinctum. ¶ Confirmat̄. quia in diuinis non sunt nisi tres res: que quidem sunt vna ꝛ summa res: ergo huiusmodi circuminsessio personarum non potest poni in diuinis tā ꝙ aliquid distinctum ab ipsis personis. ¶ Nec valet ratio qua probatur predicta conclusio. quando enim dicit̄ ꝙ vna persona realiter est in altera/concedo: sed ex hoc non sequitur quod infertur: videlicet ꝙ sit in ipsa mediāte inexistētia diuersa ab ipsis personis omnibus in re extra: quia etiam omnes persone sunt realiter et ex tempore in qualibet re creata: nec tamen sunt in ipsa mediante tali inexistentia: sed non minus vna persona potest esse et est ab eterno in alia omni tali relatiua inexistentia circunscripta distincta ab ipsis personis omnibus in re extra/ꝙ persone omnes sint immediate ex tempore in qualibet creatura. quare ꝛc. ¶ Ad con-

firmationem dico ꝙ falsum accipit: quia vt ostēdetur in secundo ꝛ in quarto/nec inexistētia locati in loco nec alicuius creati alterius in alio est in re extra distinctum aliquid ab extremis. vnde confirmatio illa est ad oppositū. ¶ Et ideo q̄tū ad istū articulū aliter est dicendū. Ad cuius euidentiam est sciendum ꝙ huiusmodi circūīsessio siue vnum esse in alio importat diuersitatem ꝛ aliquaȝ eorū vnitatē siue intimitatē. ¶ Primū veȝ ꝙ circūinsessio dicat diuersitatem/apparet: quia nec ideȝ dicitur ꝓprie existere in seipso: ergo omne qȝ est realiter ꝛ ꝓprie in aliquo oportet ꝙ realiter distinguat̄ ab eo. quare ꝛc. ¶ Secundum videlicet ꝙ importat etiam aliquam intimitatem seu vnitatem/apparet. impossibile enim est aliq̄d esse in altero nisi sit vnituȝ ꝛ per ꝯsequens aliquo modo vnū cū eo. nisi eñi vnuȝ esse in alio importaret aliquam extremorum intimitatem seu vnitatem: sed diceret solaȝ diuersitateȝ: quodlibet esset in quolibet vniformiter: qȝ est falsum. ergo vnum esse in alio vltra diuersitatem importat aliquam vnitatē. Nec tamen per istam diuersitateȝ nec vnitatem siue intimitatem est intelligendum aliquid in re extra distinctum ab illis quorum vnum dicitur esse in alio. Sic igitur per huiusmodi circuminsessionē siue existētiam vnius in alio non est intelligendum aliud ꝙ diuersitatem aliquorum ꝛ intimitatem seu aliquam vnitatem ipsorum. Unde quod est ab alio distinctum ꝛ tamen ab eo indistans ipsiq; realiter vnitum seu presens potest dici in eo existens: sed ad hoc ꝙ aliquid sit distinctum ab alio ꝛ indistans ab eo/non requiritur aliquid ab eis in re extra distinctum: ergo nec ad hoc ꝙ vnum sit in altero. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum est sciendum ꝙ duplex est inexistentia vnius in alio. quedam enim est per solam presentiam vnius in alio: siue talis presentia sit contenti in continente vt locati in loco/siue vnius indistantis cū alio indistante ipsiuȝ tamen non continente. Alia inexistentia est que vltra presentiam seu indistantiam realiter distinctorum/quorum vnum dicitur esse in alio/importat consubstantialitatem siue essentialem ipsorum identitatem. ꝛ talis inexistentia vnius in alio est perfecta: quia dicit realem diuersitateȝ ꝛ essentialem idētitatem: ꝛ per consequens perfectam vnitatem siue intimitatem. ¶ Hoc supposito ita premisso apparet quid sit dicendum ad quesitum. Cōstat enim primo ex scriptura sacra vt argutū est in principio: ꝙ vna psona est in altera. Secundo ꝙ non potest esse in ipsa primo mō accipiendo inexistentiam: sed secundo. quoniam inter personas diuinas nō tm̄ est realis diuersitas cum presentialitate seu indistantia vnius ab alia: sed etiam cum consubstātialitate siue ipsarum essentiali identitate. ergo ꝛc. ¶ Sed nunq̄d posset poni aliquod exempluȝ in creaturis in quo sit aliquo modo consimilis modus essendi vnius in alio sicut vna persona diuina existit in altera? ¶ Ad hoc respōdent aliqui ꝙ sic: ponentes exemplum de partibus ꝛ de toto. est enim inter totum qȝ est in partibus ꝛ partes ipsas cōsubstantialitas siue essentialis identitas. Ex quo arguunt sic ad ꝓpositū/videlicet ad probandū ꝙ vna psona possit eē ī alia p circūīsessionē. qm̄ nō plꝰ repugnat vni psone eē ī alia ꝛ ecōuerso p circūīsessionē ꝙ r̄pugnet toti esse in suis partibus ꝛ econuerso. sed secundum philosophum quarto physicorum/totum est in partibus ꝛ econuerso ptes in ipso toto. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur: quia si vna psona nō posset esse in alia/ꝛ econuerso: aut hoc esset quia īpossibile eēt vnū esse in alio ꝛ ecōuerso: aut hoc esset scdō quia persone sunt vnum essentialiter: aut qꝛ nō est sufficiēs distinctio inter psonas: aut quarto quia vna persona non continetur seu ambitur ab alia ꝛ econuerso.

Sed primū non impedit: quia falsum accipit/vt appareȝ in toto ꝛ ī partibus. Nec secundū: quia ēt totuȝ ꝛ partes sunt vnū essentialiter: ꝛ tamen totum est in partibus ꝛ ꝑtes in eo. Nec tertium: quia inter personas est realis diuersitas. Nec quartuȝ: quia nec totum ambit partes nec partes totum magis ꝙ idem seipsum. ꝛ tamen hoc nō obstante vnum istoꝝ est in alio ꝛ econuerso. quare ꝛc. ¶ Sȝ hoc videt̄ irrationabiliter dictū. qm̄ nulla creata realiter distincta sunt cōsubstantialia hoc est essentialit̄ indistincta. ¶ Hoc apparet: qm̄ ibi precise reperit̄ realis diuersitas ꝛ consubstantialitas siue essentialis idētitas/vbi sūt plures res q̄ oēs sūt vna res siue essentia ab eis totaliter indistincta. sȝ hoc est tm̄mō ī diuinis: non aūt est possibile in creatis: ergo nec pōt reperiri exēplū aliqȝ ī creatis in q̄ vnū sit ī altero sicut vna psona diuina ē ī alia: sic veȝ ꝙ sit inter illa creata q̄rū vnū est ī alio ꝯsubstātialitas ꝛ realis diuersitas. ¶ Cōfirmat̄ arguendo de exēplo quod adducūt de partibus ꝛ de toto. quoniam aut totum ipm̄ est a partibus omnibus simul sumptis realiter indistinctum vel distinctum. Si primum: ergo vnū non est in alio magis ꝙ idem in seipso. huiusmodi enim inexistentia vt dictum est diuersitatē importat realē. Si auteȝ ponatur secundum: ergo non potest poni inter totum ꝛ partes cōsubstantialitas: cum inter quecūq; creata realiter diuersa sit etiam essentialis diuersitas. vbi autem est essentialis diuersitas non potest poni consubstantialitas. quare ꝛc. ¶ Ex hoc apparet ꝙ ī nullo ꝯcludit p̄dicta ratio nec eiꝰ ꝯfirmatio/qua probatur ꝙ vna persona sit vel esse possit in altera. Et ideo aliter est dicenduȝ: videlicet ꝙ nulla creata sunt nec esse possunt quorum vnum sit in altero sicut vna persona diuina est in alia: cū inter sola diuina supposita non inter alia sit simul ꝛ realis diuersitas ꝛ consubstantialitas siue essentialis identitas. Nec vnā personam esse in altera ꝛ ecōuerso potest probari aliter ꝙ ꝓbetur inter ipsas esse diuersitatem realem ꝛ consubstantialitatem seu identitatē essentialem: cum nec aliud sit vnā personam esse in alia vt dictum est/ꝙ ipsas esse indistantes consubstantiales et realiter diuersas. Ista auteȝ omnia de personis diuinis sunt cuilibet catholico fide nota. quare ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicenduȝ est ꝙ non sequitur qȝ infertur/videlȝ ꝙ pater sit in seipso. non enim seq̄tur/pater distinguitur a filio ꝛ est ipsi consubstantialis ac ab eo indistans: et similiter a patre filius econuerso: ergo ꝛ idem a seipso. sed vnam personam diuinam esse in alia importat omnia ista veȝ cōsubstātialitatē ꝛ diuersitatem: vt dictum est supra. ergo ꝛc.

Circa distinctionē vigesimam in qua magister ostendit diuinas personas esse eq̄les secundū potentiā in agendo: postꝙ ostendit ipsas esse equales secūduȝ magnitudinē in essendo: Quero pmo vtrū diuine persone sint equales ī potētia. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄ omnia que licet realiter distincta/sunt tm̄ sic vnum omnipotens ꝙ vnuȝ sine alio nihil potest/ sunt equalia in potentia: sed psone diuine sunt huiusmodi. sūt enim omnes vnū omnipotens: nec vna potest in aliquod possibile sine altera. sunt enim secundum Augustinuȝ indiuisa omnia trinitatis opa. ergo ꝛc. ¶ Contra. quia non minꝰ est potētius aliquo illud qȝ pōt ꝓducere ens aliqȝ īfinitū qȝ ipȝ nō pōt ꝓducere: ꝙ qȝ pōt ꝓducere ens aliqȝ limitatum qȝ alterum nō pōt ꝓducere: sed pater pōt gn̄are filium sibi equalem ꝛ per ꝯsequens infinitū: pater

⁊ filius pñt spirare spūm sanctū similiter eis equalez:nec filius aūt pōt generare filium nec spūs sctūs spirare nec ꝓducere aliquid sibi equale.ergo ⁊c.¶Responsio.vbi sic ꝓcedam.Primo eñ inq̄ram q̄d sit hic intelligēdum ꝑ potentiam diuinarū ꝑsonarū.Scd̄o dicam ad quesitū.

Quantum ad primum est sciendum:ꝙ per istam diuinarū personaruz potentiā non ē ītelligēdū aliq̄d in re extra ab ipsis ꝑsonis distinctū:vt sit ītellect⁹ q̄stionis/an diuine ꝑsone sint eq̄les an īequales ī potētia vt ī aliq̄ ab eis ꝑticipato ac distincto aliq̄lit̄ ī re extra ¶Q̄d appet p̄io:q: nihil ē ī ꝑsōis diuinis oīb⁹ distictū ab eis.tā essentia eñ q̄ potētia ab ipsa indistincta ē idez in re extra totalit̄ in ꝑsonis.si eñ essentia vel potētia cēt aliq̄d in re extra distinctum a ꝑsonis seq̄ret̄ ꝙ esset maior pluralitas distinctoꝝ q̄ trinitas in diuinis:sz hoc ē īpossibile.ergo ⁊c.¶Scd̄o:q: nō magis creature actiue sūt potentes seipsis q̄ diuine ꝑsone:nec per ꝯn̄s magis potētia diuine ꝑsone distinguit̄ ab ipsa q̄ potētia creature distinguat̄ ab ea:sed in creaturis potētia rei create nō ē ab ipsa distinctū aliq̄d in re extra:sicut potētia calefactiua nō distinguit̄ a calore:nec ḡnatiua ignis ab igne ⁊ sic de alijs:ergo nec potentia creatiua ab aliqua diuina ꝑsona. q̄re ⁊c.¶Sic ergo appet ꝙ ꝑ hm̄ōi potētiā ipsarū ꝑsonaruz non est intelligēdū aliq̄d ab eis distinctū.Ex q̄ seq̄t̄ ꝙ cū potētia ꝑsonarū sit ab eis indistincta:sicut ēt potētie rerū creatarū ab eis:ꝑ ꝯn̄s sicut q̄rere/an aliq̄ duo entia creata puta duo ignes sint eq̄les ī potētia:nō ē q̄rere an sint eq̄les ī potētia tanq̄ in aliq̄ ab eis distincto ⁊ eq̄liter ꝑticipato:sed an in tot effectus ⁊ eq̄ ꝑfectos possit vnus sicut ali⁹ nō aliq̄ mediāte alio q̄ seipso:ita ꝯsilit̄ ī ꝓposito est dicēdū.in hoc tñ dissimiliter ī diuinis ⁊ in creatis:q: in diuinis ꝑsa vt oēs diuine ꝑsone sūt vna nūero potētia q: vna essētia oīm possibiliū creatiua.oīa aūt creata realiter distīcta actiua sūt diuerse potētie ⁊ diuersoꝝ realit̄ effectiue.¶Sz ē hic dubiū/an potētia de q̄ hic q̄rit̄ sit cōis ad potētiā ḡnatiuā ⁊ spiratiuā ⁊ ad potētiā creatiuam/an tñ dicat̄ creatiua.¶Ad hoc ē dicēdū ꝙ potentia ꝓductiua pōt sumi dupliciter.Vno mō large vt respicit qd̄cūq̄ ꝓducibile siue necessariū siue possibile. Alio mō magis ꝓprie vt respicit tñ possibile diuisum ꝯ necesse esse. Vt primo mō sūpta potētia ꝯstat ꝙ est cōis tā ad potētiā ḡnandi q̄ spirādi q̄ ēt creādi.vt aūt scd̄o mō sumit̄ nō cōtinet sub se potētiā ḡnatiuā nec spiratiuā ad intra ⁊ hoc mō accipiūt potētiā cōit̄ scti ⁊ doctores catholici ī q̄stione ista.¶Hec de primo.

Quantū ad secūdū est sciēdū:ꝙ hic nō querit̄/an ꝑsone diuine sint eq̄les ī potētia ītensiue tāq̄ in aliq̄ eq̄ ꝑfecto ab eis ꝑticipato siue totalit̄ īdistīcto.q: ꝯstat ꝙ vt sic sūt eq̄les/vt appet ex dictis in alia q̄stione vt eñ ibi dictū ē oēs diuīe ꝑsone sūt ꝑfecte eq̄les ī ꝑfectionis magnitudīe.sz q̄rit̄/an sint eq̄les in potētia extēsiue:sic ītelligendo ꝙ totidē ⁊ eadē sint ꝓducibilia ab oīb⁹ ꝑsonis:an nō:sz aliq̄d sit ꝓducibile ab vna qd̄ nō alia. ¶Hoc supposito appet ex p̄cedentibus q̄d dicēduz ad q̄situm:quoniā extendendo potentiā ad potētiā ḡnatiuā ad spiratiuam ⁊ creatiuā ꝯstat ꝙ ꝑsone diuine non sunt equales in potentia/sed poti⁹ ineq̄les:sine omī tñ impfectione alicuius ꝑsonarū.vocando aūt potentiam sicut et cōiter vocant sancti solaz potētiā creatiuā rei possibilis ꝓductiuā/sic oēs ꝑsone sunt eq̄les totaliter ī potētia sic accepta.¶Primuz apparet:q̄m dicere ꝑsonas diuinas esse eq̄les in potentia large sumpta/est dicere oēs ipsas esse quorūcūq̄ ⁊ eorūdem ꝓducibiliū ꝓductiuas.sz hoc ē falsum:nec eñ filius est ꝓducibilis nisi a p̄re:nec spūs sanctus nisi a patre ⁊ a filio:ergo cum aliquid sit ꝓducibile ⁊ productum a patre qd̄ non a filio:⁊ aliq̄d a patre ⁊ a filio qd̄ nō a spū sancto:per consequens sequitur ꝙ persone diuine non pn̄t dici equales in potētia sic accepta. ¶Ex hoc seq̄tur corollarie: ꝙ si omnipotentia includeret seu diceret vl̄iter potentiam cuiuscūq̄ ꝓducibilis ꝓductiuā/nec filius nec spūs sanctus posset dici omnipotens:sed pater solus:cū ipse sol⁹ sit oīs ꝓducibilis ꝓductiuus.nec tamē ex hoc seq̄tur ꝙ pater sit perfectior q̄ filius nec spiritus sanctus:quia ꝙ pater ⁊ non filius nec spiritus sanctus possit generare/⁊ pater ⁊ filius spirare non autem spūs sanctus/hoc nō arguit aliquam maiorē perfectionem in patre q̄ in filio vel in spiritu sancto.non eñ generare seu spirare est maioris ꝑfectiōis in patre q̄ generari in filio ⁊ spirari in spiritu sancto.q̄re ⁊c.¶Secundum videlicet ꝙ persone sint eq̄les extensiue in potētia alio mō sumpta/apparet per contrariam rationē:vcz quia nihil est creabile vel quomōcūq̄ ad extra ꝓducibile ab vna ꝑsonaruz qd̄ non sit producibile a qualibet aliarum.sed illa dicuntur esse equalia in potentia a quib⁹ eadez sunt ꝓducibilia.ergo ⁊c.¶Hoc mō sancti ⁊ doctores catholici accipiunt potentiam quando dicūt ꝙ diuine persone sunt equales in potētia: ⁊ ꝙ q̄libet ꝑsona est omnipotens.si eñ per omnipotētiā intelligerent vel sub ipsa ꝯprehenderent potentiā generādi ⁊ spirandi siue posse generare ⁊ spirare:nec omnes ꝑsonas dicerēt esse ī potentia equales:nec omnes omnipotētes.¶Et si q̄ratur quare sancti accipiunt potentiā nō intelligēdo per ipaz potentiam generatiuanz ⁊ spiratiuam.¶Ad hoc respōdetur:ꝙ quia sancti loquūtur contra hereticos qui dicebant filium esse patre minorem ⁊ imperfectiorem: ideo ad errorē huiusmodi excludēdū ⁊ ad insinuandum personas esse omnino equales secundum ꝑfectionē/non vocāt potentiā nisi illā que ꝑsonis omnibus est cōis:qualis nō est generatiua nec spiratiua sed tantummodo creatiua que respicit tantuz possibilia vt possibile diuiditur ꝯtra necesse esse non vt diuiditur contra īpossibile.¶Sic ad questionem.¶Ad rationez in principio apparet solutio ex predictis.

Secundo quæro:vtrum potentia generatiua ⁊ spiratiua ad ītra contineātur sub omnipotentia.¶Et videtur ꝙ sic: quia omnipotentia distribuit pro quacunq̄ potentia:sed tam potentia generatiua q̄ spiratiua est aliqua potentia.ergo ⁊c.¶Contra:quia persone diuine sūt equales in potentia vt dictum est in questione alia:sed ipse persone diuine non sunt equales in potentia generatiua nec spiratiua:ergo nec potentia generatiua nec potētia spiratiua est potentia:nec per consequens cōtinetur sub omnipotentia.¶Responsio.vbi sic procedam. Primo enim inquiram/an potentia generatiua ⁊ spiratiua sit potentia.Secūdo dicam ad quesituz/an potentia generatiua dei vel spiratiua contineatur sub omnipotētia.

Quantum ad primum apparet ex questione alia quid dicendum.quoniam potentia actiua potest sumi dupliciter.Vno modo vniuersaliter ꝓ oī potentia ꝓductiua. Alio modo specialit̄ tñ ꝓ potētia effectiua.in plus eñ se habet ꝓductiuū q̄ effectiuū ⁊ ꝓducibile q̄ effectibile:quoniā potentia effectiua dicitur tantuz respectu ꝓducibilis a producente essentialit̄ differētis:sicut ⁊ effectibile dr̄ p̄cise illd̄ qd̄ ꝓductū a ꝓducēte essētialit̄ ē distictū.⁊ hic ē ꝙ effectibile seu effectū vl̄ factū nō dr̄ nisi de ente possibili esse ⁊ nō esse:nec potentia primo effectiua dicitur nisi respectu talis entis sic possibilis.soluz enim tale ens ꝓductiuū est a ꝓducēte essentialit̄ distictū

⁊ ideo per oppositum nec potentia ḡnatiua dei nec spiratiua dicitur effectiua:nec aliqua ꝑsona diuina dicit̄ aliā efficiens nec ab ipsa effecta:quia vna ab alia est essentialiter īdistincta.Productiua aūt potētia dicit̄ respectu ꝓducibilis cuiuscūq̄ siue a ꝓducēte essentialit̄ siue tñ realiter differentis.sicut ⁊ ꝓducibile ab aliquo seu ꝓductuz dicit̄ vniuersaliter oē illd̄ qd̄ est ab ipso poni possibile seu de facto in esse positum siue sit ab eo essentialiter siue tñ realit̄ distinctū.Ex q̄ seq̄tur ꝙ cū nō oē ꝓductū sit factuz nec omne ꝓducibile effectibile nec oē ꝓducēs efficiens:sz ē conuerso omne efficiens ꝓducens vel effectiuū ꝓductiuū ⁊ omne effectibile ꝓducibile/ꝙ in plus se habet potētia ꝓductiua q̄ effectiua. ¶Hoc p̄misso apparet omni catholico:primo ꝙ potentia generatiua ⁊ spiratiua dei ad intra/est potentia ꝓductiua.Secundo ꝙ non est potentia effectiua.Vtrunq̄ istoꝝ apparet:q̄m potentia generatiua vel spiratiua respicit tantum personā ꝓductaz a persona ꝓducente realiter non essentialiter differentez sed vt dictū est potētia ꝓductiua ē respectu cuiuscūq̄ ꝓducibilis.Non aūt effectiua dicit̄ nisi tñ respectu ꝓducibilis a ꝓducēte essentialit̄ differētis.ergo ⁊c. ¶Ex p̄dictis appet q̄d ad istum primū articulū sit dicēdū: q̄m potētia ḡnatiua ⁊ spiratiua ē vtiq̄ ⁊ dicit̄ potētia actiua primo mō vcz vniuersaliter sūpta:non aūt scd̄o mō accepta vcz pro potentia effectiua.¶Hec de primo.

Quātum ad secundum:vbi respondendum est ad q̄sitū: est sciendū ꝙ potētiā ḡnatiuā ꝯtineri sub oīpotētia nō est ipsam ꝯtineri sub ea vt singulare dicit̄ cōtineri sub vl̄i vt sortes sub oī hoīe:quasi ly omne additum potētie cū dicit̄ oīpotētia distribuat potētiā ipaz cui additur pro quacūq̄ potētia:sicut cū dicit̄ oīs homo hoc signū oīs distribuit ⁊ stare facit hoīem ꝓ oī hoīe singulari.non eñ hoc mō potentia distribuit̄ pro oīpotētia singulari formalit̄ nec etiam eminēter cū dicit̄ omnipotentia.nō enim deus omnipotēs ē formalit̄ oīs potētia: ⁊ lz oēz potētiā singularē ⁊ oē ens ꝯtineat eminent̄:nō tñ ex hoc dr̄ oīps.q: si ꝑ impossibile cēnt duo dij eq̄ potētes quilibet diceretur oīpotens:nec tñ oīpotentia vnius ꝯtineret aliquo mō oīpotētiam alterius.solū ergo ex hoc deus dicit̄ oīps:q: potest in oē possibile.nec eñ oīpotēs quātū ad significatū suū ꝓpriū dicit aliud q̄ illd̄ qd̄ est ī oē possibile potēs.¶Ex q̄ seq̄t̄ primo:ꝙ cū dr̄ oīpotētia vel oīpotens/nō distribuit̄ ꝑ ly omne potētia ꝓ oī potētia nec potens ꝓ omni potēte singulari:sed omnipotētia vel omnipotēs est vnum nomē equalens vni termino recto specificato per signū distributiuū ⁊ suū distribuibilem terminuz.qd̄ appet:quia vt dictum est oīpotens idez est qd̄ potens in oē possibile.¶Secundo: ꝙ querere an potentia generatiua ⁊ spiratiua cōtineatur sub oīpotentia/non est querere an genituz ⁊ spiratū cōtineatur vt singulare sub vl̄i sub ente possibili omni qd̄ respicit oīpotentia seu omī potens. Hoc apparet:q̄m constat ꝙ potētia ḡnatiua et spiratiua dei est ipsa diuina essentia:⁊ per ꝯn̄s omnipotētia:que non est aliud q̄ diuina essentia.eodem eñ de⁹ vcz seipso est potens generare ⁊ spirare siue generans necessario atq̄ spirans quo pōt creare:ergo nō oportet q̄rere an potentia ḡnatiua vel spiratiua contineat̄ sub oīpotētia q̄si singulare sub vniuersali/vt sortes sub oī hoīe:cum oīpotētia sit illa eadē numero singularis potētia vcz ipsa diuina essentia quā importat potētia ḡnatiua et spiratiua:sz est dubiuz qd̄ hic q̄rit̄/an ipsa diuīa essentia dicat̄ oīpotētia vl̄ de⁹ oīps vl̄ respectu oīs ꝓducibil̄ sub q̄ ꝯtiet̄ fili⁹ genit⁹ ⁊ spūs sctūs spirat⁹/vel tñ respectu rei possibilis effectibil̄ sub q̄ non ꝯtinet̄ suppositū diuinū nō genitū nec spiratū. ¶Ex quo apparet/ꝙ ista questio magis est verbalis ⁊ de significato vocis q̄ realis. ꝯstat eñ hic de re vcz ꝙ omnes diuine persone possunt ꝓducere omnē possibile ab eis essentialiter distinctuz quale est possibilē diuisum cōtra necessarium.non aūt oēs pn̄t ꝓducere oē possibile absolute sumptum vt cōtra impossibile diuisum quia nec omne tale possibile est ꝓducibile/sicut paternū suppositum improductum.alia aūt duo supposita/licet sint producibilia et producta/non tamen ab omnibus personis.Ex quo sequitur ꝙ qui vellet vocare omnipotens solum illud quod potest in omne producibile absolute ⁊ vniuersaliter sumptum/haberet dicere consequent̄ ꝙ solus pater est omnipotēs:non aūt filius cum nec possit generare:nec spūs sanctus/cū nec possit generare nec spirare.⁊ tunc secundū hoc esset dicendum ꝙ potētia generatiua ⁊ spiratiua cadit seu ꝯtinet̄ sub oīpotentia mō preexposito hoc intelligēdo.Qui aūt vellet vocare omnipotens p̄cise illud qd̄ pōt ī oē possibile diuisum contra impossibile/talis q̄ hoc vocabulo abuteretur h̄ret dicere consequēter ꝙ oīpotēs ē impossibile:nec aliqua persona diuina nec trinitas ipa tota est oīpotēs:cū nec aliq̄ diuīa ꝑsona nec oēs simul̄ possint ꝓducere oē possibile sic acceptum/cū non omē taliter sumptū sit ꝓducibile sicut suppositū paternū qd̄ impossibile est esse ꝓductū.Vocādo autem tertio oīpotēs illud qd̄ pōt in omē possibile diuisū contra ens necessariū mō q̄ accipitur a sanctis oīpotēs ⁊ omnipotentia:sic ꝯñter est dicendum ꝙ oēs ꝑsone sunt oīpotētes:nec potētia ḡnatiua vel spiratiua cōtinet̄ sub omnipotētia sic accepta.¶Ex q̄ sequitur ꝙ hoc mō accipiendo oīpotētiā nō est verum dicere ꝙ oīpotēs est soluz qd̄ pōt in oē illud qd̄ non implicat contradictionem.nō enim īplicat ꝯtradictionē filium generari nec spūm sctm̄ spirari:nec tñ pōt fili⁹ generari nec spūs sctūs spirari ab omni persona omnipotente.¶Confirmat̄.q: oīpotēs vt sic sumptū non respicit oē ꝓducibile possibile vt cōtra īpossibile diuisum:sed vt ꝯ necessariū:sed possibile ꝓducibile cōtradictionē nō īplicās dicit̄ oē ꝓducibile necessarium vel ꝯtingens:⁊ ꝑ ꝯn̄s ē possibile ꝓduci vt diuisum cōtra īpossibile.ergo ⁊c.¶Sed cōtra hoc pōt argui:q̄a August.ꝓbat filium esse equalem patri per hoc:q: si p̄r non pōt ḡnare filium sibi equalez/seq̄tur ꝙ sit impotens sed hoc non seq̄ret̄ nisi posse generare esset simplicit̄ posse.ergo ⁊c.¶Ad hoc respondetur ꝙ licet consequentia August.predicta sit bona:vcz ꝙ si pater nō posset ḡnare filium sibi equalē non esset oīpotens sed impotēs:nō tñ ex hoc seq̄tur ꝙ posse generare sit posse simplicit̄ vt loq̄mur hic de posse:cū posse vt hic sumit̄ solū sit r̄spectu possibil̄ ꝯtingētis.⁊ iō sicut bñ seq̄t̄/p̄r nō ē de⁹:ergo nō ē potēs nec tñ ex hoc seq̄t̄ ꝙ deū eē sit posse:ita ꝯsilit̄ ī ꝓposito ē dicēdū.¶Sic ad q̄stionē.¶Ad rōnes ī p̄cipio appet solutio ex predictis in vtroq̄ articulo q̄stionis.

Circa distinctionē vigesimam primā in qua magister incidēter determinat aliqua de q̄busdam dictionib⁹ exclusiuis ostēdēdo quō possūt verificari de diuinis ꝑsonis vt quō possit dici ꝙ tāta ē sola vna persona quāta oēs tres simul sumpte:⁊ vtrum sit verū dicere ꝙ solus pater est deus:⁊ ꝙ trinitas est sol⁹ deus:quero de istis duobus. Et primo de primo.vtrum hec sit vera:vcz ꝙ tanta est vna sola ꝑsona diuina quāta trinitas simul tota.¶Et videt̄ ꝙ sic:q: sola vna ꝑsona ē diuina essentia:sed diuina essentia ē tāta quāta tota trinitas:immo est trinitas ipa tota.ergo ⁊c.¶Cōtra:q: vna res non ē tot nec tantum quot ⁊ quantum sunt tres:quarum altera est ipsa/alie autem due sibi equales sunt ab eo realiter differentes.sed vna persona diuina sola est tan-

tum vna res. trinitas autez ipsa importat tres res equales et realiter differentes.ergo ⁊c. ¶Responsio.vbi sic ꝓcedā. Primo enim ostendam quomodo ad questionem istam est respondendum sm opinionem ponentium diuinam essentiaz esse ab omnibus personis distinctam in re extra. Secundo quid est ad ipsam dicendum secundum veritatem:ponendo opinionem aliam veram / videlicet ꝙ nulla est inter essentiam et personas diuersitas in re extra.

Quantum ad primum est sciendum:ꝙ vnum esse tantum quantum alterum est ipsum esse eque perfectum. et hoc vel intensiue: vt vna albedo dicitur tanta quante alia quia eque intensa.vel extēsiue:vt vnū continuum dicitur tantum quantum alterum. vel discretiue: vt vnus numerus vel exercitus dicitur tantus quātus alius. In proposito autem quando queritur/an vna sola persona sit tanta quanta trinitas tota/nō accipitur tantum et quantum extensiue nec discretiue: sed intensiue.nec enim vna persona nec omnes simul sunt aliquid continuum:nec vna sola persona est discretiue tot persone quot simul omnes.ergo non querit/an vna persona sola sit tanta quanta omnes simul aliquo predictorum modorum primorum duorum: sed tertio modo tantum/vez an sit tante perfectionis vna persona intensiue per se sola quante est trinitas ipsa tota. ¶Hoc supposito videt mihi ꝙ ponentes diuinam essentiam esse a personis omnibus simul sumptis distinctam existere in re/habent dicere consequenter ꝙ nullo modo vna sola persona est tāta quanta trinitas simul tota. ¶Hoc probo sic. impossibile est vnum per se sumptum esse tante perfectionis intensiue quante est ipsum idem ⁊ alterum ab eo distinctuz sibi equale: sed diuine persone omnes sunt in perfectionis magnitudine equales ⁊ realiter differētes sic ꝙ nec vna est altera nec res aliqua que sit ipsa: supposito ꝙ diuina essentia communis omnibus sit distincta ab eis omnibus in re extra.ergo ⁊c. ¶Maior est euidens:quoniaz aut illud alterum dicit aliquem perfectionis gradum a perfectione primi per se sumpti distinctum/vel nō. sed nō potest poni secundum/ videlicet ꝙ nullū dicat perfectionis gradum a perfectione alterius distinctū:quia supponitur ꝙ est equalis perfectionis secum.illa autem duo q̄rum vnum est perfectissimum:⁊ alterum nullū dicit perfectionis gradum/non possunt equaliter esse perfecta:ergo relinquitur primum:vez ꝙ importet aliquem pfectionis gradum a perfectione alterius distinctuz:sed non magis vnum per se solum potest esse tante pfectionis intensiue quante est ipsum simul ⁊ alterum eque perfectum secum:q̄ aliquod vnum continuum possit esse tantū extensiue per se sumptum quantum est sumptum cum alio ipsi apposito ac equali.ergo ⁊c. ¶Minor quantum ad primam partem est euidens/videlicet ꝙ persone diuine sint equales.alia pars videlicet ꝙ sic sint realiter differētes ꝙ nec vna sit alia:nec res aliqua ab vtraqꝫ indistincta:ē etiā euidens/supposito vt supponitur ꝙ essentia sit distincta a personis omnib⁹ in re extra.nec enim vna persona potest dici res que sit alia nisi quia est diuina essentia:sed si deitas cōmunis omnibus personis distinguitur ab ipsis personis omnibus in re extra:ex hoc ꝙ quelibet psona est deitas nō sequitur ꝙ sit res que est altera.ergo ⁊c. ¶Confirmat.quia ꝙ vna sola persona dicat tanta quāta est trinitas tota:aut hoc est:quia vna persona est omnis alia persona ⁊ trinitas tota:aut quia est res puta deitas q̄ est omnis persona formaliter vel eminenter. Sz cōstat ꝙ primū non potest poni.non enī vna persona est aliqua alia que ab ipsa realiter sit distīcta. Nec scōz potest poni supposito ꝙ essentia diuina sit distincta a personis omnibus in re extra. Nec tertiū:quia si deitas esset eminenter omnis psona seu ꝓprietas relatiua seq̄retur ꝙ ipsa esset perfectior omni persona seu ꝓprietate relatiua: ⁊ per consequens ꝙ omnis psona esset īperfecta ⁊ ab ipsa essentia diuina realiter distincta. q̄cūqꝫ enim q̄rū vnuz est eminenter alterum sunt realiter sic diuersa ꝙ vnū est alio imperfectius:⁊ per consequēs īperfectū.nec enī realiter eorundem vnū pōt esse altero perfecti⁹: nec ꝑ ꝯńs ipsum existere eminenter.sed ista videlicet ꝙ essentia diuina sit ab omnib⁹ psonis realiter distīcta ac eis pfectior ⁊ per ꝯńs ꝙ omnis psona sit imperfecta/sunt īpossibilia ⁊ absurda.ergo ⁊c. ¶Si dicat ꝙ licet diuina essentia sit distincta a personis omnibus in re extra:non tū realiter sed realiter est omnis persona:⁊ ideo licet vna psona non sit alia:est tū res puta ipsa diuina essentia q̄ est ip̄a cū sit ab omi persona realiter indistincta. ¶Hoc nō valet. primo quia vt ꝓbatū est supra in dist.4.si diuina essentia sit distincta a personis omnibus in re extra/non minus ab eis omnibus q̄ vna psona ab altera est distincta:ergo nō magis hoc supposito diuina essentia esset aliqua psonarum q̄ vna psona sit altera. Secūdo:quia esto ꝙ hoc esset verum videlicet ꝙ essentia esset distincta in re extra ab omi persona:⁊ ꝙ esset realiter omnis persona:non tamē sic esset omnis persona:nec ei idem sicut sibiipsi:cū ab omni ꝑsona ⁊ non a seipsa supponatur esse distincta in re extra: ergo nec vna persona posset esse tanta/nec etiam ipsa diuina essentia/q̄ta est trinitas ipsa tota. ¶Consequentia ꝓbatur:quoniam vt dictum est supra/vnum per se sumptū non est tantum quantum sumptum cū alio ipsi equali ac ab eo in re extra distīcto:sed omnes persone diuine vel ꝓprietates relatiue habēt poni eque pfecte cū diuina essentia:alias si essentia esset eis perfectior ipse essent īpfecte ⁊ ab essentia realiter distīcte:ergo si essentia est ab eis omnibus distincta in re extra/nec vna persona nec ipsa essentia potest dici tanta quanta est trinitas simul tota.quare ⁊c. ¶Ex his predictis apparet impossibilitas ⁊ improbabilitas opinionis predicte ponētis diuinam essentiaz esse distinctam a psonis omnibus in re extra. ad illaz enī opinionem sequitur maior pluralitas q̄ trinitas in diuinis:⁊ ꝙ nulla persona sit alia nec res que ē ipsa:⁊ per cōsequens ꝙ persone omnes non sint vnicum ens perfectū sed ista ⁊ alia multa que ad eam sequuntur sunt inconuenientia ⁊ absurda.quare ⁊c. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum dico primo ꝙ scōm veritatem vna sola persona diuina est tanta quanta est trinitas simul tota. Secundo ꝙ hoc potest saluare opinio que ponit diuinam essentiam esse in re extra totaliter indistinctā a personis omnibus simul sumptis. ¶Primum apparet:quoniam quelibet persona diuina est per se infinita non tantum trinitas ipsa tota: sed infinito nihil perfectius esse potest:ergo nec omnes tres psone simul sumpte sunt aliquid perfectius q̄ earum altera per se sola:ergo ⁊ quelibet est tanta quanta est trinitas simul tota. ¶Confirmatur.quia non tantuz omnes tres persone simul sunt deus:sed etiaz quelibet earum est de⁹ nec prima habet aliquo modo ꝙ sit deus ab aliqua aliarum:nec secunda etiam nec tertia nisi tantum originalit̄. formaliter enim quelibet persona est deus seipsa non aliqua alia mediāte.ergo nec oēs simul persone sunt aliq̄d perfectius q̄ vna ipsarū tantū. ¶Cōsequētia est euidēs quia eo qꝺ est deus nihil pōt esse perfectius:sed quelibet persona est deus formaliter semetipsa non tantum trinitas simul tota.ergo ⁊c. ¶Secunduz:videlicet ꝙ pdictā veritatem possit saluare opinio illa que ponit diuinā essentiam esse indistinctam totaliter in re extra a qualibet personarum ⁊ ab omnibus simul sumptis: probatur.

quoniam opinio ponens personam quamlibet esse rem aliquam a personis omnib⁹ īdistinctā euidēter pōt ponere imo expresse ponit ⁊ saluat quamlibet personam esse tante pfectionis quante est trinitas simul tota. ¶Hoc ē euidens:quia qꝺ est idem totaliter cum pluribus tantuz est q̄tum oīa illa plura:nec solum ip̄m qꝺ est idē cū illis pluribus:sz etiā oē illud qꝺ est idez totalit̄ in re extra cū illo ab illis pluribus indistincto:sed opinio q̄ ponit diuinam essentiam esse indistinctam totaliter in re extra a q̄libet personaruz ⁊ ab omnibus simul sumptis/ponit quālibet personarum esse rem aliquam puta diuinam essentiam que ē trinitas simul tota cum sit ab omnibus trib⁹ personis indistincta totaliter in re extra.ergo ⁊c. ¶Confirmatur. quia licet vna persona non sit alia cum sit ab ipsa realiter distincta:est tamē res videlicet diuina essentia que est omnis persona:cum a nulla magis q̄ a seipsa sit distincta in re extra.sed qꝺ est res a personis omnibus indistincta/esto ꝙ non sit omnis persona est tante perfectionis quante est omnis persona.ergo non tantum diuina essentia que est omnis persona est tanta quanta trinitas simul tota:sed etiam quelibet personarum:cum quelibet sit essentia que est omnis persona:licet vna persona non sit alia.et hoc expresse ponit opinio supradicta. quare ⁊c. ¶Sed nunquid deus per se solus potest dici tante perfectionis quante est ipse simul sumptus cum quelibet vel cum aliqua re creata? ¶Ad hoc est dicenduz/ꝙ licet deus ⁊ creatura simul sint aliquid perfectius formaliter extensiue q̄ deus solus tantummodo per se sumpt⁹ quia tamen deus est omnis perfectio possibilis a se alia eminenter:ideo deus solus est tantus formaliter vel eminēter quantus ipse ⁊ quelibet res creata. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis: quoniam maior illa assumpta que dicit/vna res non est tanta quanta plures/vera est de illa re que sic est vna ꝙ nec est plures nec aliqua vna a pluribus indistincta.non sic autem est vna res aliqua vna persona cuz quelibet vt dictum est sit diuina essentia a pluribus rebus videlicet ab omnibus personis indistincta totaliter in re extra.

Secundo quæro de secundo: videlicet vtrū hec ꝓpositio sit vera:sola vna ꝑsona puta solus pater vel solus filius vel solus spiritus sanctus est de⁹. ¶Et videtur ꝙ sic:q̄m sola trinitas est deus:sed solā vna psona est res que est tota trinitas.est enī essentia diuina q̄ est omnis ꝑsona.ergo ⁊c. ¶Cōtra: q: nō omne qꝺ ē deus est vna psona sola.ergo nec sola vna psona est deus. ¶Cōseq̄ntia ē euidens.q̄m ꝓpositio affirmatiua cum exclusiua dictiōe accepta infert vlēm de terminis trāspositis:sicut ista/solus homo est risibilis vel currit/infert istam:ergo oē risibile vel currēs ē hō.quare ⁊c. ¶Respōsio.vbi sic ꝓcedā. Primo enim dicam ad q̄stiū/vez an ista sit vera:sola vna persona est deus. Scōo inq̄ram an hec sit vera/sola trinitas est deus.

Quantum ad primum est opinio quorundaz dicentium ꝙ dictio exclusiua addita vni correlatiuoꝝ non excludit alterum:⁊ ita ꝑ hoc ꝙ dicit pater solus/non excluditur filius: quoniam nihil potest excludi ab eo qꝺ est de intellectu ipsius: sed vnum relatiuorum est de intellectu alterius cum ponatur in diffinitione ipsius.ergo ⁊c. ¶Tunc secundum opinionem istam forsitan diceretur ꝙ ista est vera /solus pater est deus: quia cum dictio exclusiua addita patri non excludat filium cum ista/ solus pater est de⁹/ stat ꝙ filius sit deus. ¶Sz hic modus dicendi deficit. Primo quia falsum accipit quando dicit ꝙ dictio exclusiua addita vni correlatiuorum non excludit alterum.si enim hoc esset verum sequeretur ꝙ ista propositio esset falsa/ solus pater est pater/vel solus filius est filius:et ista vera/sola creatura est sed hoc est falsum.prima enim est vera ⁊ secunda falsa. ergo ⁊c. ¶Consequentia probatur:quoniā hec est falsa/pater ⁊ filius sunt pater:⁊ hec vera/omne quod est est creator vel creatura/vel sola res creata ⁊ increata est.sed si dictio exclusiua vni relatiuo addita non excludit sed includit alterum:ista propositio / solus pater est pater/equipollet isti/pater et filius est pater:quam constat esse falsam: ⁊ ista / sola creatura est/equipollet isti / creator et creatura est:quam constat esse veram.ergo ⁊c. ¶Confirmatur.quia dictio exclusiua addita alicui subiecto excludit omne ab illo subiecto distinctum realiter ⁊ negatum: sicut cum dicitur solus homo / excluditur omne illud quod non est homo:sed constat ꝙ pater non est filius sed ab eo realiter est distinctus.ergo ⁊c. ¶Nec valet ratio que ad probandum conclusionem predictam adducitur. non enim sic vnum correlatiuorum est de intellectu alterius ꝙ omni conceptu quo concipitur vnum concipiatur ⁊ alterum : alias hec propositio in mente formata/pater est persona improducta vel generat vel distinguitur realiter a filio/esset falsa:cum tamen sit vt vera ab omni catholico cōcedēda.quare ⁊c. ¶Consequentia apparet:quoniaz propositio ista sicut ⁊ omnis in mente formata constat ex diuersis actibus intellectus: quorum alius videlicet conceptus patris est subiectum:de quo quero/an sit conceptus seu actus intelligendi patrez tātum an patrem simul et filium? Si primum: ergo habeo propositum / videlicet ꝙ non sic filius est de conceptu patris quin possit concipi pater aliquo conceptu quo non concipitur filius ⁊ econuerso. Si autez ponatur secūdum:ergo propositio supradicta est falsa sicut et ista/pater et filius sunt persona improducta vel generant et a filio realiter distinguūtur. Hoc autem non est verum.ergo ⁊c. ¶Secūdo deficit modus dicendi predictus:quia esto ꝙ esset verum hoc quod accipit/non sequeretur ꝙ hec esset verā:solus pater est deus:quoniam spiritus sanctus non est relatiuum patris secundum ꝙ pater est: sed solus filius:ergo esto ꝙ cum dicitur solus pater non excludatur filius supposito ꝙ dictio exclusiua addita vni correlatiuorum non excludat alterum:ex hoc tamen non habetur quin excludat spiritum sanctum: de quo tamen vere dicitur predicatum vez deus:quare ⁊c. ¶Et ideo quantum ad istum articulum aliter est dicenduz sicut dicitur communius. Ad cuius euidentiam est sciendū ꝙ dictio huiusmodi exclusiua solus/potest teneri seu accipi in propositione dupliciter/videlicet precisiue ⁊ exclusiue. Et primo modo videlicet precisiue accipitur nihil a subiecto cui additur per ipsam remouetur seu excluditur : sed tantum denotatur ꝙ predicatum conuenit subiecto et est verum de ipso per se accepto nullo alio mediante. Et autem secundo modo videlicet exclusiue:quo modo proprius ac communius sumitur:excluditur seu remouetur per ipsam a subiecto cui additur / oē vere ab eo negatum: ⁊ significatur per talem propositionem ꝙ predicatum sic competit subiecto adequate ꝙ nulli alteri conuenit a quo subiectum ipsum negatur. ¶Hoc premisso apparet quid dicendum:quoniam si solus accipiatur primo modo videlicet precisiue:sic propositio ista potest concedi tanq̄ vera / solus pater vel solus filius vel solus spiritus sanctus est deus. non autem si secundo modo/ videlicet exclusiue accipiatur : immo vt sic est falsa. ¶Primum apparet / quoniam constat ꝙ hec propositio est vera / pater seipso non aliquo alio a se distincto mediante est deus : sed ista / solus pater est

deus idem significat qḋ illa vt ista dictio exclusiua solus accipitur primo mō videlicet p̄cisiue. vnde ista ꝓpositio solus pater est deus/vt solus accipitur p̄cisiue/exponiẗ per istam pater seipso non aliquo alio est deus. hanc autem propositionem constat esse verā. ğ ꝛc. ¶Secundum veȝ ꝙ sit falsa vt ly solus accipitur secundo modo/quomō nō prio p̄dicto accipitur exclusiue ꝓbatur: quoniam ista solus pater est deꝰ vt ly solus accipiẗ exclusiue īfert istam vlem terminis transpositis/omnis deus est pater sed cōstat ꝙ ista est falsa. ergo ꝛ p̄ria. ¶Maior apparet/ qm̄ per ꝓpositionem omnem cuius subiecto apponitur dictio exclusiua exclusiue sumpta/significatur ꝙ p̄dicatum ꝯuenit soli subiecto nō alicui alteri ab eo negato: ergo per istā/solus pater est deus significatur ꝙ predicatū eius qḋ est deus ꝯuenit soli patri non alicui alteri: sed si nihil a patre distinctum est deus/oīs deus ē pr̄. ¶Cōfirmatur per regulaȝ adductā in p̄cipio/veȝ ꝙ semper ab exclusiua ad vniuersalem affirmatiuam de terminis trāspositis est bona ꝯn̄a: sicut si solus hō est compositus ex aīa intellectiua ꝛ corpore: ğ oē sic cōpositū est hō. q̄re ꝛc. ¶Et qꝛ ista ꝓpositio solus pr̄ est deus ꝛ alia omnis ī q̄ ponitur consimilis dictio exclusiua/accipitur cōmuniter ꝛ intelligiẗ in sensu illo in q̄ teneẗ ipsa exclusiua dictio exclusiue: ideo absolute ꝛ simpliciẗ est dicendum ꝙ non est vera: sed falsa ꝓpositio supradicta. ¶Hec de primo.

Quātum ad secundum consimiliter est dicendum sicut dictum est ad primū: veȝ ꝙ ista ꝓpō sola trinitas est deus: est vera si sola teneatur p̄cisiue: qm̄ constat ꝙ trinitas est deus p̄cise seipsa. si autē teneaẗ exclusiue non videtur esse vera: quoniam vt apparet ex regula allegata in articulo precedenti ista ꝓpositio sola trinitas est deus mō p̄exposito intellecta infert istam vlem de terminis transpositis omnis deus vel oē qḋ est deus est trinitas: sȝ hec est falsa. non em̄ pater est trinitas nec filius nec sp̄us sanctus: cum deus vere dicatur non tm̄ de trinitate tota: sed etiam de ꝑsona qualibet ꝑ se sumpta ergo ꝛc. ¶Sȝ contra regulā supradictam instaẗ: ꝛ ꝙ nō sit vniuersaliter vera ꝓbatur: quoniam non seq̄tur/tātū necessariū de necessitate est verum: ergo omne verum de necessitate est necessariū. ¶Ad hoc respōdeẗ ꝙ regula illa est vera qn̄ exponentes exclusiuam sunt ꝯuertibiles cum ipsa. quādo aūt aliqua expōnēs non est ꝯuertibilis nec regula illa est vniuersalis: sicut declaraẗ ī exemplo ꝓposito. exponens em̄ predictam exclusiuaȝ tm̄ necessariū de necessitate est verum/q̄ quidem expōnēs est ista nihil aliud a necessario est de necessitate verum/non est conuertibilis nec simpliciter vera: ꝛ ideo non seq̄tur: tm̄ necessarium de necessitate est verū/ğ omne verū est de necessitate necessariū: sed debet inferri: ergo omne qḋ est de necessitate verum est necessariū. In ꝓposito aūt oēs exponentes istam exclusiuaȝ sola trinitas vel solus pater ē deus sunt simpliciter ꝯuertibiles: ꝛ ideo hic tenet rl̄a. ¶Sȝ nunq̄d salteȝ ista propositio/trinitas est solus deus/pōt cōcedi vt vera? ¶Ad hoc respondet August. lib. 6. de trinitate secūdū ꝙ magister recitat in litera/ita dicēs. Trinitatem dicimus deū solū q̄uis semper sit cum spiritibꝰ animabus sanctis: sed solum dicimꝰ quia non aliud q̄ ipsa trinitas deus est. non em̄ illi cū illa deus sunt vel aliq̄ alia: sed ipsa trinitas tantū non illi vel alia deus est. Hec August. Ex q̄bus habetur ꝙ si per istam/trinitas est solus deus/intelligatur ꝙ non aliud q̄ trinitas vel ꝑsona aliqua trinitatis est deus/vel ꝙ trinitas est deus tantuȝ non aliquid ab ea distinctum/potest ꝯcedi propositio lȝ impropria tanq̄ vera. si autem per eā intelligaẗ ꝙ trinitas est deus solitarius qḋ ꝛ magis per eam intelligi daẗ vt sic ꝓpositio non est vera. ¶Sic ad questioneȝ. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. non enim vt dictum est hec est vera simpliciter/sola trinitas est deus. esto etiam ꝙ esset vera non sequereẗ ꝙ ista esset vera/solus pater est deus: nisi illo mō q̄ in precedentibꝰ est ostensum.

CIrca distinctionē vigesimamsecundā in qua magister determinat de quibusdam noībus q̄bus deꝰ est a nobis nominabilis: ꝛ hoc in ḡnali ostēdens quomō deus ipse diuersimode ꝛ diuersis noībus noīatur: Quero primo: vtrum deus sit nominabilis aliquo nomine sibi imposito a viatore? ¶Et videtur ꝙ sic: quoniā de facto deus nominatur multis nominibus sibi a viatore impositis: sed talia noīa viator ad deū significandum imponere non potuisset nisi deus ipse eis noīabilis extitisset. ergo ꝛc. ¶Cōtra: qꝛ oē illud cui potest ab aliquo nomē imponi potest ab ipso conceptu aliquo sibi ꝓprio intelligi sed deus nō est sic ab intellectu viatoris intelligibilis. ergo ꝛc. ¶Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo em̄ p̄mittā de nominibus quandam cōmunem distinctionem. Secūdo dicam ad questionem.

Quantum ad primum distinctio communis de nominibus premittenda est: ꝙ noīm alia sunt prime ꝛ alia secunde impositionis. Nominū prime impositionis alia sunt prime ꝛ alia secunde intētionis. Nomina prime impositionis ꝛ etiaȝ prime intentionis dicunẗ esse illa q̄ significant res veras extra animam existentes vt hō angelus color ꝛ corpus. illa aūt dicuntur esse prime īpositionis ꝛ secūde intentionis q̄ significant ꝯceptꝰ mentis ꝛ pro eis supponunt: non aūt ꝓ rebus extra animam talium ꝯceptuum obiectis. ꝛ talia noīa sunt predicabile vle genus species differentia diffinitio ꝛ diffinituȝ licet quodlibet istorum possit supponere non tantum ꝓ conceptu mentis: sed etiā pro voce. non tm̄ em̄ conceptꝰ mentis sed etiaȝ oratio vocalis dicitur diffinitio: ꝛ nomē etiā diffinituȝ ac vle cū sit p̄dicabile in ꝓpōne vocali sicut conceptus in ꝓpositione mētali. Noīa autem secūde impositionis dicūtur esse illa que significant non res extra signatas nec earum conceptus in anima existentes: sed voces rerum significatiuas vel vocū significatiuarū ꝯditiōes siue ꝓprietates: cuiusmodi noīa sunt nomē verbum pticipiū casus numerus ꝛ similia proprietates nominum importantia. non aūt de numero talium videtur esse ꝓpō: quoniā ꝓpositionum alia est vocalis ꝛ alia mētalis: ꝛ ideo propositio non tantum dicitur de voce complexa: sed etiam de conceptione seu intellectione similiẗ complexa in mente formata. Unde posset dici ꝙ nominū alia significant res extra que ita sunt signata ꝙ non signa/vt homo lapis ꝛ similia. ꝛ talia dicūtur nomina prime intētionis ꝛ prime impositionis. Alia autem sunt q̄rum significata sunt aliorū signa ita ꝙ simul sunt significata ꝛ signa: alia tamen a significatis suorū signorum. ꝛ ista sunt in duplici differentia. alia enim sunt que tantuȝ significant conceptū īportatū vt conceptus vel actus intelligendi vel intellectio sensatio ꝛ similia nomina quorum signata sunt precise res existentes in anima: q̄ quidē sunt signa existentiū in re extra. Alia aūt sunt que tātū significant voces rerum significatiuas vel earuȝ ꝓprietates vt illa de q̄bus est exēplificatū supra: q̄ dn̄r noīa scđe īpositiōis. Alia aūt tertio sūt q̄ significāt tā voces q̄ cōceptus vt diffinitio ꝛ diffinitū ꝓpositio p̄dicabile ꝛ vle. Alia aūt sūt q̄ significāt tria oīa supradicta veȝ tam res q̄ earum conceptus ꝛ voces significatiuas vt qualitas

ens ꝛ aliud omne trāscēdēs. tam albedo em̄ vel alia oīs qualitas in re extra significata q̄ eius cōceptus q̄ vox significatiua dicitur qualitas ꝛ ens ac aliud quodcunq̄ transcēdens puta vnū verum ꝛ bonū. ¶Ex p̄dictis pōt concludi falsam esse opinionē quorūdā dicētiū ꝙ omnis vox significatiua signat primo mentis conceptū: et scđo rem extra eius obiectū. quoniā vt apparet ex dictis aliqua sunt nomina que ita significāt rē cōceptā ꝙ nō eius conceptū vt hō ꝛ angelus. Alia que ita significāt conceptum ꝙ nō significāt obiectū per eū app̄hensum: vt intellectio ꝛ sensatio. Alia aūt sunt q̄ significāt vtrūq̄ istorum tam conceptū videlicet q̄ eius obiectū eque primo vt qualitas ꝛ ens. ergo falsum est dicere omnē vocē significare primo mentis cōceptū ꝛ secūdario rē extra que est eius obiectū. ¶Consequētia est euidēs. sed antecedens probatur. quoniā omnis vox potest supponere in ꝓpōne vocali pro suo significato. sed nec homo nec angelus nec alia aliqua vox q̄ est significās rē extra vt significatiue sumpta potest supponere nisi pro re extra: nec intellectio vel sensatio nisi ꝓ actu siue cōceptu in anima existente. q̄litas autē ꝛ ens vel aliud omne transcēdēs potest supponere ꝓ vtroq̄ istorꝫ indifferēter: quoniā tam res extra q̄ eius cōceptus in anima affirmatur siue dicitur qualitas et ens ꝛ aliud omne transcendēs. ergo ꝛc. ¶Nec valet si instetur de ista ꝓpōne/homo est species/vel aīal est genus: ī qua homo nō supponit nec aīal ꝓ re extra. quoniā in tali ꝓpōne homo nō accipitur significatiue. non enim supponit pro suo significato: sed tantummodo ꝓ seipso. ¶Ex quo sequitur corollarie: ꝙ licet cōceptus mētis dicatur vere genꝰ vel species quia p̄dicabilis ī ꝓpōne mētali sicut vox in ꝓpōne vocali: nō tamē in ista ꝓpōne vocali/homo est species/p̄dicatū qḋ est species verificatur nec affirmatur de ipso mētis conceptu sed tantū de voce significāte: quoniā nullius ꝓpōnis p̄dicatū verificatur nec affirmatur ī ipsa ꝓpōne/nisi vel de eius subiecto supponēte pro seipso: vel de alio a subiecto si subiectū supponit ꝓ eo. sed huiusmodi ꝓpōnis vocalis/homo est species/subiectū nō potest supponere ꝓ mētis cōceptu: quia nec significat eū. nullus autē terminus potest supponere nisi vel ꝓ seipō vel ꝓ suo significato. ergo ꝛc. ¶Sed cōtra hoc arguitur: ꝛ ꝓbatur ꝙ omnis vox significet mētis conceptū. Primo ꝑ illud ph̄i dictum in p̄mo peri hermenias: quia voces sunt signa earū q̄ sunt in anima passionū. Secūdo quia scđm Priscianū/nihil aliud est esse partē orationis q̄ mētis ꝯceptū significare. Ex quo seq̄tur ꝙ omnis pars orationis significat conceptū mētis quare ꝛc. Tertio. quia voces sunt inuente ad exprimēdū mētis ꝯceptū. sed illud significāt etiā p̄mo ꝓpter qḋ exprimendū sunt inuēte. ergo ꝛc. ¶Ad primū respondetur ꝙ ph̄s p̄cise intendit dicere ꝙ voces ꝛ mētis conceptus quos ibi vocat passiones sunt signa eiusdē rei ordinata: quia cū res prius cōcipiatur q̄ ad ipsam significandum nomē ipsi imponatur: ꝑ ꝯsequēs prius res ipsa ꝑ conceptū q̄ ꝑ vocē significatur. ꝛ quia vox est signū rei posterius p̄supponēs conceptū vt signū eiusdē rei prius: ideo dicitur ꝙ vox significat hoc est dat intelligere ꝛ supponit seu exigit ꝯceptū/quo mediāte est imposita ad significādū. non autē ph̄s intēdit dicere ꝙ voces significent passiones seu mētis cōceptiones vt ipsarū ꝓpria significata: alias ꝯtradiceret sibiipsi cū in multis locis dicat cōtrariū veȝ ꝙ vox significat rē non aūt eius ꝯceptū: vt quādo dicit pluries ꝙ diffinitio est oratio siue sermo indicās tātūmodo quidditatē siue essentiā rei. constat em̄ ꝙ conceptus rei in mēte formatus nō est essentia seu q̄dditas eius: nec ꝑ ꝯn̄s importatur scđm ph̄m ꝑ sermonē diffinitiuū. quare ꝛc. ¶Ad scđm respōdetur ꝙ ꝯceptus mētis aliquādo appellatur omne cognitū ab intellectu et hoc modo vocando mētis conceptū obiectū intellectum est verū illud Prisciani dictū: veȝ ꝙ oīs pars orationis significat mētis ꝯceptū non ꝓprie veȝ ꝓ actu in mēte existēte vt accidens in subiecto/modo quo est hic sermo de ipō/sumptū: sed vocādo mētis ꝯceptū obiectū cōceptū. quare ꝛc. ¶Ad tertiū negatur illḋ qḋ assumiẗ in maiore. non em̄ oēs voces sunt inuēte nec institute ad exprimendū mētis cōceptū: sed alique ad exprimēdum ipsos mētis cōceptus vt intellectio ꝛ sensatio: alie ad exprimendū affectiōes: vt ista vox amor vel odiū/ꝛ alie passiōes cōsequētes p̄dictas affectiōes sicut gaudiū vel letitia ꝛ tristitia/delectatio ꝛ dolor: que ꝓprie ꝑtinent ad sensitiuā sicut letitia ꝛ tristitia ad ītellectiuā. alie ad exprimendū res extra: vt homo vel angelus ꝛ substantia. et alie ad exprimēdū voces: vt nomē verbū ꝛ oīa alia secūde impositionis. alie aūt voces institute sunt ꝛ inuēte ad exprimendū vle ꝛ differenter oīa supradicta vt ens ꝛ alia omnia transcendentia vt dictum est supra. quare ꝛc. ¶Hec de primo.

Quātum ad secūdū vbi est respondēdum ad quesitū: pono quatuor ꝯclusiones. ¶Prima est ꝙ deus est noīabilis noībus impositis ad eū significādū a quolibet hominū cōprehēsorū. ¶Hec est euidens. quia quilibet beatorum intelligit distincte et clare deum/nec minus homo cōprehēsor q̄ viator potest formare vocale signū: sed omnis potens distincte intelligere aliquod obiectū ac formare vocale signū potest ipm̄ īponere ad significandū obiectū distincte app̄hēsum vbi iam sit ab alio impositū/ꝙ si sic: potest vti eo vt signo talis signati ad qḋ significanduȝ est impositum. ergo ꝛc. ¶Scđa cōclusio est: ꝙ etiā deus est noīabilis noībus impositis ad eū significandum a viatore. ¶Hec ꝓbatur sic ab vno doctore. si viator nō posset instituere seu īponere nomen aliquod ad significandū diuinā essentiā/hoc nō esset nisi quia nō posset distincte ītelligere ipsam. sed hoc nō obstat quia vox aliqua potest aliquid distīcte significare qḋ nūq̄ p̄fuit distincte intellectum: sicut apparet de ista voce/homo/que distincte significat omnē hominē tam p̄sentē q̄ futurū: cū tn̄ hō futurus nō fuerit distincte intellectꝰ ab imponente ipsam ad significādū. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia nisi aliquid posset distīctius significari q̄ intelligi/cū substantia nō intelligatur a nobis nisi in cōceptu entis cōmuni: ꝑ ꝯn̄s nullū nomē impositū a viatore posset significare aliquā rē de genere substātie distincte qḋ est falsum. quare ꝛc. ¶Sed ista ratio accipit dubium veȝ ꝙ nō oporteat ad aliquid distincte significandū siue ad nomē distincte significās imponēdū ipȝ esse distincte intellectū. sicut em̄ nullus pōt nomē aliquod īponere ad significādū aliquid nō p̄intellectū/ita nec ad significādū distincte nisi distincte p̄intellectum. nō em̄ magis absolute significatū oportet esse intellectum q̄ distincte significatū distincte intellectū. sed cōstat ꝙ nullus pōt nomē aliquod ad significādū imponere nisi rem absolute ꝛ simpliciter intellectam. ergo nec distincte nisi distincte intellectam. ¶Cōfirmatur. quia nūq̄ hec vox homo potuit imponi ad significādū magis istā rē q̄ aliā: vt omnē hominē q̄ lapidē: ꝛ lapis ecōuerso ad significādū magis lapidē: nisi aliquis cōceptus fuisset habitus ꝓprius homini quo nō intelligebaẗ lapis ꝛ alius ꝓprius lapidi quo hō nō p̄fuit intellectus. sicut em̄ hoc nomen substantia significat īdistīcte hominē ꝛ lapidē: ꝛ hoc nomē ens qḋlibet ens tam substātiā q̄ accidēs similiter indistīcte: ita ꝛ omne aliud nomen indistincte ista omnia īportaret nisi nomina ad significādū imponēs ipsa significata distīcte intelligeret. quare ꝛc. ¶Nec valet illud qḋ arguiẗ quādo dicitur ꝙ hoc nomē homo significat distincte omnem

homine. quia hoc falsum est. non enim hoc nomen homo imponitur ad significādum distincte aliquem hominem singularem sed indistincte: sicut ens significat qlibet sic muliter indistincte. quare ꝛc. ¶ Ad cōfirmationē dico q falsum accipit quādo dicit q substantia nō est cōceptibilis a nobis nisi in ꝯceptu cōmunis entis. omnis enim ille cōceptus est substātie ꝓprius quo ita cōcipitur substantia ipsa q non aliquod accidēs. ꝓ conceptū eius cōmunē entis non magis substātia intelligitur q̄ accidēs/nec accidens q̄ substātia ecōuerso. sed aliquis cōceptus est possibilis viatori quo ita cōcipitur substātia q nō accidēs sicut ꝛ aliquis quo ecōuerso ita intelligitur accidens q nō substātia. ergo ꝛc. ¶ Et ideo est aliter probāda conclusio supradicta q hoc. quia omnis distincte intelligens rē aliquā ꝛ vocem formare potens/potest vocem ipsam a se formatā imponere ad significandū rem distincte ꝓintellectam: sed viator potest deum distincte intelligere/ ꝛ voces diuersas formare. ergo ꝛ ipsas ad eum significādum imponere. ¶ Minor quātum ad secūdā partē: videlicet q viator possit voces diuersas formare/ē euidēs. ¶ Prima pars videlicet q viator possit deum distincte intelligere/probatur: quia illud hic voco distincte intellectum qē solū est p actum aliquē apphensum nullo alio apphē so per ipm. ¶ Hoc apparet. ideo enim hominis ꝯceptus dicitur indistinctus quia p ipsum nō magis nec distincte cōcipitur vnus homo singularis q̄ alius: sed quilibet indistincte. ꝛ p contrariū ideo sortis cōceptus est distinct⁹ quia ita p ipsum intelligitur vnus homo singularis vel ipse sortes q nō aliquis alt⁹: sed viator potest habere et habet cōceptū quo ita intelligit deum tantū q non aliquod aliud ens creatū. ergo ꝛc. ¶ Minor apparet. quia potens diligere aliquod obiectū ablq; altquo cōdilecto potest ipsum intelligere ablq; alio intellecto: sed viator potest super omnia deū diligere ꝓpter seipsum: cuius dilectionis actus solus deus est obiectum nō aliquod ens creatū. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia viator super omnia deū diligens ꝓpter se pintelligit ipm eē taliter diligendū alias talis dilectio nō esset virtuosa nec moraliter perfecta nisi eam ꝓcederet notitia dictatiua ipsi cōformis. sed per talem dictatiuā notitiā qua deus ꝓintelligitur ꝛ dictatur vt sup oīa diligēdus/nō intelligit nisi deus. q̄ ꝛc. ¶ Preterea ad idem arguitur. quia viator formatꝛ formare potest tales ꝓpositiones in mēte/deus est īfinitus deus est obiectum beatificū ab omni re creata distinctū: et similes: de quorū subiecto quero an sit ꝯceptus solius dei an nō/sed eius ꝛ alicuius alterius entis creati? Non potest poni secūdū: quia tunc quelibet ꝓpōnū taliū esset falsa. ergo relinquitur primū q̄ est ꝓpositū: scz q viator potest habere cōceptū dei ꝓpriū quo intelligit ipsuz: qui conceptus nullius obiecti alterius esse potest. quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia sic distincte intelligens aliquā vnā rem q nō aliquā aliam vel vtrāq; distincte intelligens potest nomen imponere ad significandū ita vnam q nō aliam: vel etiā diuersa nomina: vel idē ad significandum vtrāq;: sed viator potest vt dictum est deū distincte intelligere p conceptū ipsi ꝓpriū. ergo ꝛc. ¶ Tertia cōclusio est: q ettam angeli ꝛ anime separate possunt formare signa rerum non tamen sensibilia sicut homo sine assumpto corpore. ¶ Hec apparet. quonia tam angeli q̄ anime separate possunt mutuo sibi loqui/et vnus angelus dicitur illu nmare ꝛ docere alium. sed omnis alteri loquens ipsum illuminans ꝛ docens causat aliquid. nō potest autem angelus nec anima separata causare ī aliquo alio a se cui loqr̄ actum aliquem intelligēdi nec aliquid aliud preter tale aliquod spirituale nō sensibile signum rerū de quib⁹ loquitur expressiuū vt in secūdo prolixius ostendetur. ergo ꝛc. ¶ Sed nunquid angeli vel anime separate possunt signa huiusmodi ab eis formabilia ad significandū imponere? ¶ Ad hoc dicēdum est q nō: supposito q signa huiusmodi significent illa que significant a natura. nec enim signa naturalia significant ex impositione aliqua: sicut intellectio vel sensatio vel species non significāt illa que representant ex impositione: sed naturaliter ex seipsis. si autem possunt aliqua signa formari ab eis sicut a nobis que non sint signa aliquoꝝ determinata/ nec aliquid significent a natura: possunt vtiq; talia imponere ꝛ instituere ad significandū. de hoc autez quid sit verius apparebit in secūdo prolixius: vbi agetur de locutione angelorum. ¶ Quarta ꝛ vltima cōclusio: q signa a viatoribus imposita possunt esse eiusdē rationis in essendo cum signis impositis ab hominibus comprehensoribus: nō autem cum signis angelorum vel animarum separatarum in essendo: sed tantummodo in significādo. ¶ Hec apparet quantum ad primam partē: quoniam licet conceptus quo comprehensor intelligit deum sit alterius rationis ab illo quo viator intelligit eū tamen propter diuersitatem conceptuū signorum rerum naturalium non arguitur diuersitas vocum signorum earundem rerum ad placitum. omnes enim potentes formare huiusmodi sensibilia signa seu vocalia eadem possunt ipsa formare ad significandū quecunq; obiecta imponere nisi tam sint imposita licet obiecta huiusmodi sint diuersis ꝛ alterius rationis accidētibus intellecta: sed viatores ꝛ comprehensores homines possunt eadem signa sensibilia formare. non enim est verisimile quin beatus possit in patria verba vocalia eiusdem rationis formare que formauit ꝛ proferre nouit ī via. ergo ꝛc. ¶ Sed suppositio sicut ꝛ tenendum est q inter beatos homines fit sermo vocalis/nunquid omnes vtuntur eodem idiomate an diuersis in patria sicut fecerunt in vita? ¶ Ad hoc videtur probabiliter esse dicendum: licet non sit certū quia nec in scriptura expressum/ q idē sit idioma vocale omniū hominū beatorum. Si autem ponatur esse diuersuz ita q sint illa eadē idiomata/ ꝛ sic diuersa apud diuersos in patria que fuerunt apud eosdem in via: tunc non quilibet posset intelligere alium loquentem sensibiliter nisi deo supernaturaliter cuilibet omnia idiomata que in via non nouerat reuelante: sicut nec etiam si loquūtur eodem idiomate qō est probabilius/potest quilibet intelligere quēlibet nisi a deo supnaturaliter vel quo modocunq; aliter nouiter fuerit eruditus. quoniam aut vnicum omniū idioma est distinctum ab omnibus que fuerunt in via nota diuersis beatis: aut aliquod illorum. si primum: ergo cum illud nulli in via fuerit notum/ nec p consequens aliquis beatorum hominū potest intelligere ipsum nisi fuerit nouiter eruditus. si etiam ponatur secūdum: cum id non fuerit antea notuz omnibus sed quibusdam/nec in patria possunt ipsum intelligere illi qui non nouerant antea nisi etiā nouiter sint instructi. quare ꝛc. ¶ Secunda pars conclusionis predicte videlicet q signa angelorum vel animarum separatarum non sint in essendo sed in significādo eiusdem rationis cū signis vocalibus hominum comprehensorum vel viatorum/apparent: quoniam sensibile ꝛ insensibile non sunt eiusdem rationis in essendo licet in significādo/ si sensibile ꝛ insensibile sint signa eorundem obiectorum: sed signa quibus loquūtur angeli vel anime separate sunt insensibilia/eorundem tamen obiectorum significatiua quorum signa nostra vocalia sunt ad placitum significatiua. ergo ꝛc. ¶ Si ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet ex predictis q ratio illa falsum in minore accipit qñ dicit q deus non potest aliquo ꝯceptu sibi proprio intelligi ab intellectu viatoris.

Secundo quero vtrum nomina dicta propie de deo significēt aliquid qō formaliter sit ī ipso. ¶ Et videtur q sic. quonia deus dicitur ꝓprie et formaliter sapiens immortalis ꝛ ens: nō aūt leo nec vitis: sed tantū metaphorice. sic em scōm Augustinū in quodā sermone dicit vitis per similitudinē nō p ꝓprietatē. sed nisi nomina supradicta puta ens ꝛ sapiens importarēt aliquid qō formaliter sit in deo/nō ꝓprius nec magis formaliter q̄ alia dicerētur de eo. ergo ꝛc. ¶ Cōtra. quia qō significat aliquid distinctū a deo/nō importat aliquid qō formaliter sit ipso cū nihil distinctū a deo formaliter sit in eo. sed p̄dicta nomina importāt aliqua a deo distincta. ergo ꝛc. ¶ Respōsio. vbi sic procedam. ꝑmo enim excludam vnam opinionē. Secundo dicam aliter ad questionem.

Quantum ad primū est sciendum q

eorum que dicūtur de deo ꝓprie dimissis alijs que dicuntur de ipso transumptiue ꝛ similitudinarie/alia sunt nomina positiua omnibus ꝑsonis cōmunia: vt ens/ sapiēs intellectus/volūtas/memoria/ꝛ similia essentialia. alia sunt notionalia nō oībus personis cōmunia vt generatio actiua ꝛ passiua ꝛ spiratio. alia aūt sunt negatiua vt immortalis incorporalis vel īcorruptibilis ꝛ īfinitus. ¶ Nō dicitur aūt de ipso nomē aliquod priuatiuū. cuius ratio est: quia nomē priuatiuū ꝓprie sumptū est p̄cise illud qō negat habitū possibilē cuicūq; qō tali priuatiuo nomine nūcupatur: sicut apparet exemplū de ceco. nullus em nominaē cecus nisi cui est possibilis visus. sed deus non caret aliquo sibi possibili. ergo nec potest dici priuatus nec priuatiuo aliquo nomine nominatus. ¶ Hoc premisso et suppositio etiā q negatio nō est aliquid extra animā existens in illo de quo dicitur/nec p ꝑs est dubiū de noīb⁹ negatiuis an significent aliquid qō formaliter sit in deo cū illa que negant sint ipsi incōpossibilia: eoꝝ aūt negationes nō sint aliquid in re extra: quātū ad alia nosa positiua de quibus est questio/est opinio excludēda que ponit q deus nō dicitur sapiens sīue intelligens sīue volēs nec ens nec pater nec filius nec generās nec genit⁹ nec aliquod similū sīue eoꝝ que dicūtur essentialia sīue aliorum que dicūtur notionalia formaliter: sed tantum perfectionaliter. ¶ Pro ista conclusione vcz q nullum p̄dictorū dicatur de deo formaliter/arguitur. ꝑmo q nulla ratio cōtrahibilis est formaliter in deo. sed oīs ꝓfectio transcēdēs vt entitas vel sapientia ꝛ quecūq; alia/est talis ratio sic contrahibilis p rationes inferiores. ergo ꝛc. ¶ Secūdo. quia nihil abstractū ab vno se toto distincto ab alio in re extra est ī illo: sed omne qō attribuim⁹ deo abstrahim⁹ a creatura se tota ab ipso deo distincta. q̄ ꝛc. ¶ Tertio. quia in deo nō est formaliter nisi vnica sola ratio deitatis: qua quidem ipse ab omni alio est distinctus sed ratio deitatis cū sit a nobis intelligibilis nō est aliqua istarū transcēdentiū que a nobis intelligūtur ꝛ deo attribuuntur: ergo nec aliqua talū formaliter est in deo. ¶ Quarto. quia illa que scōm suas rationes formales distinguūtur manēt distincta vbicūq; formaliter existūt: sed huiusmodi perfectiones transcēdētes puta intellectus volūtas intellectio ꝛ volitio ꝛ alia sunt formaliter distincta: ꝛ in deo nō sic sunt distincta. ergo nec ī ipso sunt formaliter. ¶ Quinto. quia deus nō vult p intelligere: q̄ nec p aliquid ab ipso indistinctū: sed in deo velle ꝛ intelligere idē dicūt: ergo deus nō intelligit p ītelligere magis q̄ per velle/nec p velle vult magis q̄ per intelligere: sed si in ipso esset intelligere ꝛ velle formaliter/ vtiq; ipse p velle diligeret seu vellet/ꝛ p intelligēdi actū ītelligeret. ergo ꝛc. ¶ Sexto. quia continēs formaliter perfectionē duorum oppositorū nō est formaliter aliquod illorū: sed cū deus eodē actu velit ꝛ nolit/idem actus eius cōtinet perfectionē volitionis ꝛ nolitionis. ergo talis actus eius nec est formaliter volitio nec nolitio. ¶ Septimo ꝛ vltimo arguitur de notionalibus. quoniā vbicūq; est formaliter paternitas ꝛ filiatio ibi est actiua ꝛ passiua generatio a paternitate ꝛ a filiatione distincta. sed diuina paternitas ꝛ actiua generatio sunt idē sicut ꝛ filiatio cū gene ratione passiua. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia vbi est paternitas ꝛ generatio actiua/ibi paternitas est ꝓducta q ipsam generationē actiuā: sed diuina paternitas est simpliciter īproducta. ergo ꝛc. ¶ Secūdō/ videlicz q̄ dicatur p̄dicta omnia eminēter sīue perfectionaliter/ ꝓbat per Damasc. dicētē ꝓmo lib. sentētiarū. c. 4. q deus nihil est eoꝝ que sunt: nō vt sit nō ens sed sup omnia ens et sup ipsum esse ens. ¶ Cōtra opinionē istā arguo. Primo sic. deus aliter dicitur ens sapiens et similia q̄ dicatur lapis vel angelus et quodlibet alterū ens creatum sed si nō dicitur formaliter ens nec sapiēs seu intelligēs sed trīs perfectionaliter seu eminenter nō dicit aliter qōlibet istorum q̄ dicatur quodlibet ens creatū puta lapis vel angelus/ꝛ quodlibet aliorū entiū creatorū. ergo ꝛc. ¶ Minor ꝓbatur. quīa deus vt dicit ista opinio nō dicit ens nec sapiēs/nec aliquod aliorū transcēdētiū nisi trīs modo eminēter. sed cōsimiliter potest dici quodlibet ens creatū: quīa deum eminēter seu perfectionaliter esse aliqd nō est aliud q̄ ipsum esse perfectiozē illo. cōstat aūt deum esse eminētiozē seu perfectiozē nō trīs ꝑdictis que dicunt de ipso/supposito q deus nō dicatur aliquod talium formaliter: sed etiā omni ente creato. ergo ꝛc. ¶ Confirmaē quia constat q hec est vera/deus est eminētior sīue perfectior qualibet re creata. sed dicere deum esse eminēter qō libet ens creatū nō est aliud q̄ dicere ipm esse perfectiorem ꝛ eminētiozē omni ente creato. g̃ deus vere dicit eminēter quodlibet ens creatū. sed nō aliter scōm opinionē istam dicitur ens nec sapiēs seu intelligens nec̄ volens. ergo ꝛc. ¶ Preterea arguo sic ad idē. cū deus dicitur sapiens/aut sapiens supponit pro sapiētia increata vel p creata vel pro aliqua alia vtriq; cōi: vel p seipso vcz vt est tale p̄dicabile transcēdēs nō pro aliquo solo significato. sed nō potest dici q supponat vltimo modo videlz simpliciter pro seipso/modo quo hic supponit cū dicit q sapiētia est transcendēs. qñ sapientia vel entitas vt sic sumpta nō est aliud q̄ vox vel cōceptus mētis/sicut nec aīal qō dicitur esse genus. solus em terminus vocalis vel mētalis est p̄dicabilis nō res extra. p eū significata. ꝛ ita sapiens dictū de deo supponēs pro seipso nō est aliud q̄ talis terminus vocalis si p̄dicatur in ꝓpone vocalt vel mētalis si in ꝓpone mēteli. sed cōstat q ista proposito/deus est sapiens vel ens vel pater vel generans nō est vera aliquo eius termino supponēte p seipso: modo quo hec animal est genus vel homo est species/ est vera: sed p suo significato. quero tūc qō est istud significatū pro quo supponit huiusmodi p̄dicatū: ꝛ pro quo ꝓpō ipsa est vera? Nō potest dici q sit aliqd cōmune deo ꝛ creaturę. quia nihil est eis cōmune in re extra: vt etiā ponit opinio ista. ergo aut huiusmodi res significata p qua supponit sapiens vel ens de deo p̄dicatum est creata vel increata. si creata: ergo nō aliter dicitur ens nec sapiēs q̄ angelus vel lapis. nō em plus deus est eminēter sapientia accidētalis creata q̄ quecūq; alia creatura. si aūt dicaē q est res īcreata: ergo est deitas ipsa: ꝛ p ꝑs deus nō dicit de⁹ formaliter/sed eminēter: qō est abominabile ꝛ absurdū. quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia p̄dicatū huius ꝓpositionis in mēte formate/deus est ens vel sapiens/est cōceptus deo ꝛ creature cōmunis: cuius significatū nō potest esse aliqua res deo ꝛ creature ꝯmunis: quia talis re

est impossibilis: sed eius immediatū significatū seu obiectū per cū cognitū est deus ⁊ creatura. ergo cū ꝓpositio ista sit vera eius ꝑdicato supponente ꝓ suo significato aut supponit simul ꝓ deo ⁊ ꝓ creatura/aut tm̄ ꝓ creatura/aut tm̄ ꝓ deo. sed nō potest poni primū nec secundū quia si supponeret ꝓ deo ⁊ ꝓ re creata: ergo deus esset deus eminēter/⁊ quelibet res creata. si autē supponeret tm̄ ꝓ creata: ergo nō diceretur aliter ens vel sapiens q̄ angelus vel equus: que omnia sunt absurda. ergo relinq̄tur tertiū videlicet q̄ tm̄ supponat ꝓ deo. sed deus non potest dici eminenter sed formaliter omne illud q̄ dicit̄ de deo: ⁊ supponit tm̄ ꝓ deo magis q̄ dicatur deus eminēter ⁊ nō formaliter: quia licet cōceptus ille puta entis vel sapiētis et aliox transcēdētiū sit alius a cōceptu deitatis: non tm̄ supponit ꝓ alio obiecto significato: sed pro illo codē verificat̄ ꝓ quo supponit. ergo ꝛc. ¶ Preterea cū dicitur q̄ prima persona est pater: aut ītelligitur q̄ sit pater paternitate creata aut increata: et similiter secūda filia⁹ filiatione creata vel increata. si creata cōcedo q̄ ꝑma ꝑsona est pater/⁊ secūda filius eminēter/hoc est nobilior omni patre ⁊ filio creato. sed hoc modo nō magis vna ꝑsona potest dici pater nec filia⁹ q̄ alia: nec q̄ trinitas ipa tota. omnis em̄ divina ꝑsona et trinitas tota est incōparabiliter nobilior seu eminētior omni paternitate ⁊ filiatione creata sicut ⁊ quacūq; alia creatura. si aut̄ ītelligatur de paternitate ⁊ de filiatione increata/impossibile est dicere ꝑmā ꝑsonā esse patrē ⁊ secūdam filiū magis q̄ deū existere eminēter: cū talis paternitas ⁊ filiatio videlicet increata sit a deitate indistincta totaliter in re extra. quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia cuiuscūq; ꝓpositionis affirmatiue vere nō formaliter sed tātū perfectionaliter seu eminēter subiectū ⁊ ꝑdicatū supponūt ꝓ diversis realiter: sed huius ꝓpōnis/prima ꝑsona est pater/vel secūda filius/vel deus est ens/⁊ similiū subiectū ⁊ ꝑdicatum supponūt ꝓ eadē re significata ꝓ qua vnum vez ꝑdicatū de alio puta de subiecto veraciter affirmatur. ergo ꝛc. ¶ Maior apparet. quia sicut illud dicitur alterū virtualiter q̄ potest tm̄ efficere causaliter sicut sol dicitur virtualiter calidus: quia potest calorem efficere: ⁊ ꝓ ois cū nihil possit efficere semetipm̄: sed alterum ab ipo essentialiter distinctum: cuiuscūq; ꝓpōnis in qua vnum verificatur de alio isto modo/vt calidū de sole subiectū ⁊ ꝑdicatū oportet significare essentialiter distincta ⁊ supponere ꝑ eisdē rita ⁊ de omni ꝓpōne cuius ꝑdicatum verificatur de subiecto eminenter seu ꝑfectionaliter cōsimiliter est dicēdū. ⁊ ꝓpter consimilē rationē q̄m̄ nō minus q̄ est ꝑfectius altero oportet esse distinctū ab eo q̄ effectiuū principium alicuius distinguatur ab ipso cuius est principium effectiuū: ergo ꝛc. ¶ Hec de ꝑmo.

Quātū ad secundū vbi ad quæstionem

istam est aliter respondēdū: est sciēdum q̄ nomina posſtiua predicta dicta de deo significare aliquid q̄ formaliter sit i ipo/dupliciter potest intelligi. ¶ no modo q̄ eorum significatū sit in re extra aliquo modo distinctū a deo et tm̄ q̄ formaliter sit in ipo. ⁊ hoc modo acciperetur ꝓpie esse in: cū idē nō possit dici ꝓprie esse formaliter in se ipo. ¶ lio modo q̄ eorū significatū esset in re extra a deo totaliter indistinctū/nec ꝓ ois dicatur in ipo ꝓprie esse nisi eo modo quo quādoq; idē dicitur esse formaliter i se ipo vt humanitas i homine/deitas in ꝑsona/⁊ memoria ⁊ intelligētia ⁊ volūtas in divina essentia ⁊ etiā in ꝑsona. ¶ Secūdo est sciēdum q̄ aliquid potest formaliter dici tale dupliciter. ¶ no modo quia ꝓ vtrūq; vez ꝓ subiectuz ꝓpōnis ⁊ ꝓ ꝑdicatum idē importatur: ⁊ vnū verificatur de alio ꝓ codē significato totaliter ꝓ vtrunq;: vt cū dicit̄ homo est animal vel substātia. ¶ lio modo: quia licet subiectum ⁊ ꝑdicatū significēt distincta realiter: vnum tm̄ significatum est i alio actualiter: vt cum dicitur q̄ homo est albus. q̄m̄ aūt ꝓpōnis subiectū ⁊ ꝑdicatū significant diversa realiter quorum neutrum est in altero actualiter/nec ꝓpositio ipa affirmatiua ex talib⁹ terminis cōstituta potest esse vera formaliter.

His premissis: pono quatuor conclusiones.

¶ Prima est: q̄ ꝑdicabilia predicta vocalia vel mētalia ꝓprie dicta de deo significant aliquid distinctum a deo: q̄ formaliter sit in ipo. ¶ Hec est cuidēs. q̄m̄ ꝑdicabilia transcēdētia vt ens sapiens pater filius ⁊ similia nō significāt rē aliquā deo ⁊ creature cōmunē cū i nullo in re extra cōueniāt deus ⁊ creatura. ergo huiusmodi ꝑdicabilia significāt immediate ⁊ ꝑcise deū ⁊ creaturam: sed creatura que sola est distincta a deo nō est formaliter in ipo. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia licet omne transcendēs significet indifferēter deum ⁊ ens creatū: tm̄ nulla ꝓpositio affirmatiua in qua predicatur aliquis cōceptus transcēdēs de deo est vera nisi ꝑdicato ꝓ solo deo nō pro aliquo alio supponēte: sicut nec quando transcēdēs ꝑdicat̄ de aliqua creatura ꝓpositio est vera nisi ꝑdicato supponēte ꝓ sola re creata ipa: sed nullum transcēdēs dictū de deo supponēs tantū ꝓ eo significat aliquid distinctuz ab ipo ꝓ quo sit vera ꝓpositio. ergo ꝛc. ¶ Secūda conclusio est: q̄ huiusmodi ꝑdicabilia dicta de deo nō sunt vera de ipo formaliter illo secūdo modo ītelligēdo. ¶ Hec apparet ⁊ sequit̄ ex prima ꝑdicta. q̄m̄ illa ꝓpō est vera formaliter isto modo cuius subiectū ⁊ ꝑdicatū signāt distincta realiter quorum vnum est in alio actualiter: vt cum

dicitur/homo est albus: sed huiusmodi transcēdentia de deo dicta nō significāt aliquid ab ipso distinctū q̄ sit i eo vt dicit̄ ꝑcedēs conclusio. nihil em̄ est in deo distinctū ab eo nisi eo mō quo homo assumptus dicitur esse in verbo cū nec relationes originis sint distincte a diuina essentia in re extra: vt ꝓbatū fuit supra. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia huiusmodi predicabilia transcēdētia vniformiter ⁊ cōsimiliter ꝑdicātur de deo ⁊ de ente creato/siue de conceptu proprio dei/⁊ de alio conceptu ꝓprio entis creati: sicut omne vle de suis inferioribus: vt animal de homine et asino/⁊ homo de sorte ⁊ platone cōsimiliter ꝑdicatur. sed conceptus transcēdēs puta ens sic ꝑdicatur de ente creato puta de homine ⁊ de quocūq; alio q̄ nō verificat̄ de ipo ꝓ aliquo significato distincto ab eo q̄ formaliter sit in ipo. nec em̄ cū dicitur homo vel angel⁹ est ens/est sensus q̄ ens ꝑdicatū importet entitatem ab homine ⁊ ab angelo differentē/⁊ in vtroq; actualiter existētē: quia nec entis ꝛceptus/nec aliquis alius cōmunis significat aliquod vnum in re extra ꝑmune pluribus creaturis magis q̄ deo ⁊ creaturis: sed tm̄ cōcept⁹ entis importat deū immediate ⁊ quodlibet ens creatū: eum quecūq; creata realiter distincta sint se totis distincta nō in aliquo ꝑmuni eis conuenētia in re extra: vt alias ostēsum est. q̄ ꝛc. ¶ Ex hoc apparet improbabilitas ⁊ falsitas opinionis excluse in articulo ꝑcedenti dicētis: q̄ non ponētes aliquid vniuocū deo ⁊ creature nō possūt ponere aliquā istarum perfectionū trāscēdētium esse in deo formaliter. sed hoc possunt ponere illi qui cōcedūt aliquid esse vniuocū deo ⁊ creature. ¶ Hoc siquidē est falsum simpliciter. q̄m̄ aut opinio ista intelligit ꝓ huiusmodi trāscēdētia aliquas in re extra diversas: aut tm̄ diversos mētis cōceptus idē in re extra penitus ꝑportātes. Si primū: nullus potest ponere/nec intendit vel saltē nō debet intēdere/quia nec est possibile ponere talia in deo: cū oē q̄d est in ipo sit distinctū in re extra ab eo. Unde nec ponēs aliquid esse vniuocū deo ⁊ creature magis q̄ negās potest ponere q̄ in deo sint formaliter entitas memoria volūtas et alia tā q̄ in re extra tam inter se q̄ a deitate distincta: cū nec huiusmodi vniuocū sit nisi in ꝛceptu mētis/cuius obiectum sit significatū nō est aliquod vnū ꝑmune pluribus in re extra sed omnia insimul illa plura. ergo ꝛc. ¶ Si autē ꝓ huiusmodi transcēdētia ꝑcise intelligat diversos mētis conceptus idē penitus importātes: nec etiā vt sic aliquis siue ponat aliquid esse deo ⁊ creature vniuocū siue neget pōt ponere talia in deo formaliter existere: cū huiusmodi trāscēdētia nō sint aliud hoc supposito q̄ diversa i mēte existentia subiectiue: quorum significata prima ⁊ immediata sunt deus ⁊ creatura. ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est: q̄ ꝑdicta ꝑdicabilia positiua dicūtur de deo siue de eius cōceptu ꝓprio ⁊ sunt vera de ipso ꝓprie ⁊ formaliter primo modo ꝑdictoꝝ duorum accipiēdo aliquid formaliter esse tale. ¶ Hec apparet. et sequitur ex ꝑdictis. q̄m̄ ois illa ꝓpō affirmatiua est vera formaliter isto modo cuius subiectū ⁊ ꝑdicatū idē significant/⁊ ꝓ codē supponūt penitus in re extra. sed talis ꝓpō est omnis illa in qua ꝑdicatur aliquis conceptus trāscēdēs vt ens vel sapiens de cōceptu ꝓprio dei vel etiā de ꝛceptu ꝓprio entis creati: cū dicit̄/deus est ens vel homo/vel quecūq; alia res creata est ens. nūq̄ em̄ cōceptus entis nec aliquis alius vle supponēs ꝓ aliquo alio a significato cōceptus ipo inferioris ꝑdicatur de eo vez cōceptu inferiori. sicut aīal supponēs ꝓ asino nō potest verificari de homine: nec cōceptus hominis supponens ꝓ platone de sorte. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia vt dictū est ꝛceptus trāscēdēs significat tm̄ deum ⁊ ens creatū. ergo cum dicitur q̄ deus est ens/que ꝓpositio est vera eius vtroq; extremoꝝ supponēte nō ꝓ seipso sed ꝓ suo significato: aut ꝑdicatū qō est entis ꝛceptus/supponit tm̄ pro deo significato ꝓ conceptum ꝓprii veritatis huius ꝓpōnis subiectum: aut ꝓ ente creato: aut insimul pro vtroq;: videlicet ꝓ deo ⁊ pro creatura. sed nō potest poni scōm nec tertiū: quia vtroq; istoꝝ modoꝝ entis cōceptu supponēte in ꝓpōne ipsa ꝓ positio esset falsa: cū nec deus sit ens creatum tm̄ nec increatū insimul ⁊ creatum. ergo relinquitur primū: qō est propositū. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: q̄ ꝑdictoꝝ predicabiliū trāscēdētū aliqua dicuntur de deo siue de eius cōceptu ꝓprio formaliter primo modo ꝑ se. alia aūt licet dicātur de ipso formaliter modo ꝑpositio/non tm̄ per se primo modo. ¶ Hec ꝓbatur. q̄m̄ solus cōceptus ille est ꝑdicabilis de alio ꝑ se primo modo qui est eius diffinitiuus: quia vez habet poni in diffinitione siue descriptione ipsius. sed ꝑdictoꝝ ꝑdicabiliū de cōceptu dei proprio aliqua sunt diffinitiua ipsius: vt cōceptus entis ⁊ substātie. alia aūt non sunt eius diffinitiua vt personalia puta cōceptus paternitatis filiationis ⁊ passiue spirationis. null⁹ em̄ horū ꝛceptuū ponitur in diffinitione cōceptus proprii veritatis: licet idē cum ipso totaliter significet in re extra: vt ista omnia fuerūt in ꝑcedentibus declarata. ergo ꝛc. ¶ Sic ad quēstionem.

Ad primū illorum que in articulo pre

cedenti pro opinione alia adducūtur: quādo dicit̄ q̄ nulla ratio cōtrahibilis est in deo/ꝑcedo. sed quando addit̄ in minore ꝓ tam entitas q̄ omnis alia ꝑfectio transcendens est ꝛtrahibilis: si ꝓ entitate intelligas aliquid in re extra animam: dico q̄ falsum est. nihil em̄ est in re extra animā nisi tm̄ singulare se toto distinctū ab omni alio singulari. nullū autem tale est cōtrahibile. quare ꝛc. Si aūt ꝓ ens ⁊ per aliud omne trāscēdēs intelligas sicut debes nō aliquid aliud q̄ cōceptū existentē in anima subiectiue/cōcedo q̄ oīne trāscēdēs vt sic sumptū sicut ⁊ est sumendū/ est cōceptus contrahibilis q: ꝑmunis ꝑ alios inferiores cōceptus: nec aliquod trāscēdēs sicut nec aliquod aliud vle est in deo nec in aliquo alio ente creato nisi tm̄ in anima vt accidēs in subiecto. nec tm̄ ex hoc sequitur quin deus sit formaliter ens: quia nec deū nec aliquō aliud ens creatū esse formaliter ens est tm̄ esse ens entitate tā q̄ aliquo differēte ab ipo ⁊ existētē in eo: sicut nec isto modo sortes est formaliter homo nec animal nec corpus nec substantia: cum nullū horū dicat aliquid distinctum a sorte existens in ipso vt dictū est supra. sed sortes dicitur formaliter homo corpus ⁊ substātia: quia est talis res qualis importat̄ per quēlibet istoꝝ cōceptuū ꝑdicabilium. ⁊ hoc modo deus ⁊ quodlibet aliud ens creatum est formaliter ens: nō aūt lapis vel angelus nec aliquod aliud ens creatū. ¶ Ad scōm dico q̄ se totis distincta in re extra possunt ꝙuenire in aliquo vno cōceptu eis ꝑmuni existētē in anima ab vno eoꝝ abstracto: alias nullum vle esset possibile: cum vle nō sit nisi cōceptus existēs in anima cōmunis singularibus distinctis se totis in re extra. ⁊ ideo falsum est illud q̄ accipit̄ in maiori quādo dicitur q̄ nihil abstractū ab vno cōuenit alteri se toto distincto ab ipso. a re em̄ nihil abstrahi dicitur nisi cōcept⁹ quo res ipsa concipitur. vnus aūt ⁊ idem conceptus/vt cōceptus animalis abstractus ab homine: cōuenit asino ab homine ipso in re extra se toto distincto: sicut ⁊ conceptus hominis abstractus a sorte cōuenit platoni a sorte se toto distincto. cōuenit dico non tā q̄ aliquid existēs in eo: sicut homini dicitur cōuenire albedo. hoc enim modo cōceptus nō cōuenit nisi creature intellectuali ꝛcipiēti sed cōuenit ipsi sicut obiecto q̄ eū cōcepto: modo quo cōuenit alteri a quo est abstractus. ⁊ ita in ꝓposito ꝛcept⁹ entis ⁊ alius oīs transcēdēs a creatura abstractus cōuenit isto mō deo licet ab ipsa creatura distincto ī re extra

se toto abstractus.quare ⁊c. ¶Ad tertiū apparet ꝙ ex falsa imaginatione ꝓcedit.imaginatur eī̄ rationē entis esse rationē aliquā in re extra vnā cōmunē oībus entibꝰ que sit obiectū ꝑcise intellectum ꝑ istū entis ꝯceptū.hoc aūt est falsum.obiectū eī̄ huius ꝯceptus nō est aliquod vnū cōe pluribus in re extra vt dictū est supra:sed sicꝫ oīa sicut obiectū ꝯceptꝰ aīalis est oē aīal singulare nō vnū aliqđ cōe eis oībus ī re extra.Et ideo ad ꝓpositū ꝯcedo illud in maiore assumptū:vcꝫ ꝙ in deo nō est nisi vnica ratio deitatis.ꝯcedo etiā ꝙ nec deitas nec aliqua alia res creata ab actu intellectus distincta est aliqđ transcēdēs nec ꝓ seipō supponēs:qꝛ trāscēdēs nō est aliud ꝙ̄ conceptus mētis de pluribus ꝑdicabilis vt supponēs nō simpliciter ꝓ seipō/sed ꝑsonaliter ꝓ quolibet illoꝝ suo significato.sicut eī̄ homo dicit̄ formaliter aīal:nō vt aīal supponit ꝓ seipso.hoc eī̄ mō aīal cū sit quidā vocalis terminus vel mētalis est ab omni hoīe essentialiter distinctꝰ sed vt supponit ꝓ re extra significata.ita ⁊ de ꝯceptu entis ⁊ de oī alio trāscēdēte ꝯsimiliter est dicēdū:vcꝫ ꝙ quilibet taliū ē ꝑdicabilis formaliter ⁊ ꝓprie de deo ⁊ de alio ente creato nō vt supponit ꝓ seipso/sed vt supponit pro suo significato.¶Et quādo addit̄ ꝙ ratio deitatis est a nobis īintelligibilis:Dico ꝙ falsum est:qꝛ īmo ratio deitatis est a nobis intelligibilis saltē ꝑ rationē entitatis ⁊ quācūqꝫ aliā trāscēdētē:ꝑ quā nō est intelligēdū vt accipit argumētū aliquod obiectū intellectū:sed ipm̄ intelligēdi actū:cuiꝰ obiectū est tā deus ꝙ̄ qđlibet ens creatū: vt supius fuit dictū.quare ⁊c. ¶Ad quartū/apparet ex dictis ꝙ nō ꝯcludit:quia falsum accipit ⁊ supponit.imaginatur eī̄ ꝯceptus hmōi trāscēdētes cōes oībꝰ significare diuersa in re extra in quolibet ente existētia:qđ falsum est.nō eī̄ significāt nisi īmediate qđlibet singulariū quibus cōceptus hmōi sunt cōes. Et ideo qn̄ dicitur ꝙ trāscēdētia sunt formaliter distīcta:puta intellectus/volūtas/⁊ alia:si ꝑ trāscēdētia diuersa intelligas sicut debes ꝯceptus diuersos cōes deo ⁊ creature/cōcedo tales cōceptus etiā realiter eē distinctos.si aūt intelligas tales trāscēdētes ꝯceptus significare diuersa ī re extra cōmunia oībus qbus ꝯceptus hmōi sunt cōes:sic ē falsuꝫ. hoc eī̄ mō ens verū vnū ⁊ bonū volūtas ⁊ ītellectus nō sunt formaliter distīcta:sed bn̄ alio mō possunt ꝯcedi formalit̄ eē distīcta:cū oī tn̄ idētitate coꝝ ī re extra quātū ad ipoꝝ significata:vt fuit alias in ꝑcedētibꝰ declaratū. ¶Ad qntū qlibi supra est respōsuꝫ.¶Ad sextū qn̄ dicit̄ ꝙ actus quo deus vult ꝯtinet ꝑfectionē actus volēdi et nolendi/cōcedo de actu volēdi ⁊ nolēdi creato:nō aūt de actu increato.nō eī̄ idē seipꝫ ꝯtinet eminēter:sed qđ est imperfectius ipso/⁊ ꝑ ꝯn̄s ab eo distinctum realiter. Ex hoc aūt non sequitur nisi ꝙ in deo non est velle nec nolle creatū formaliter/qđ constat esse verū.¶Ad septimū et vltimū dico ꝙ maior est falsa.nec eī̄ etiam in creaturis actiua generatio distiguitur a paternitate/nec passiua a filiatione vt alias prolixius est probatū.vel esto ꝙ maior assumpta sit vera de paternitate ⁊ de generatiōe ac filiatione creatis:nō tamen de diuinis. Si tamen per rationem istam velis probare ꝙ in diuinis non sit formaliter paternitas nec generatio tāꝙ̄ aliquid distinctū in re extra a diuina essentia/ꝯcedo.probatum eī̄ est in ꝑcedētibus ꝙ diuina essentia est ab omni relatiōe originis sicut a seipsa indistincta totaliter in re extra.qre ⁊c.¶Ad cōfirmationē ꝯsimiliter est dicendū:vcꝫ vel ꝙ maior est vlr̄ falsa/vel si alicubi est vera nō nisi ī creaturis: vel ꝙ vera est cōclusio quā infert vcꝫ in deo nō esse paternitatē nec generationē tāꝙ̄ aliq̄ distincta inter se/⁊ ab essentia ī re extra:cū hoc tn̄ stat ꝙ deꝰ vere ꝓprie ⁊ formaliter sit generans atqꝫ pater.¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionē vigesimātertiā ī qua magister determinat in speciali de tribꝰ diuinis nominibꝰ:vcꝫ de noīe persone/substātie/⁊ essentie: Quero primo: vtrū persona dicatur vniuoce de oībus personis tā creatis ꝙ̄ etiā increatis. ¶Et videt̄ ꝙ sic. qn̄ sicut conceptus entis se habet ad omnia entia:ita cōceptus ꝑsone ad omnē personā. sed conceptus entis sic se habet ad omnia entia ꝙ est vnus ⁊ vniuoce ꝑdicabilis de cōceptibus omniū:videlicet tam dei ꝙ̄ cuiuslibet alterius entis creati vt in ꝑcedētibus est ostēsum. ergo ⁊c. ¶Contra. quia omnia illa quibus est ꝯmune aliquid vniuocum de eis predicabile sunt in genere:cum tale commune vniuocū de pluribus ꝑdicabile videatur esse alicuius generis conceptus:sed nec deus nec aliqua persona diuina est in aliquo genere.ergo ⁊c. ¶Responsio.vbi sic ꝓcedā. Primo enim dicam ad questitum. Secūdo inquiram an persona dicatur ad se/an ad alterum.

Quantum ad primū est sciendum:ꝙ personam dici vniuoce de omnibus personis tā creatis ꝙ̄ increatis potest intelligi duobꝰ modis. Uno modo sic. ꝙ cōceptus ꝑsone significet aliquid in re extra cōmune personis oībus:qđ quidē sit eius primū ⁊ immediatū obiectū ab illis quibus cōuenit in re extra distinctū. Alio modo sic: ꝙ cōceptus ꝑsone non significet aliquod tale vnū nec ipm̄ respiciat vt obiectū:sed immediate ⁊ eque primo ac indifferēter quālibet ꝑsonarum increatarum ⁊ creatarum.

Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ¶Prima est:ꝙ persona nō dicit cōceptū vniuocum cōmunē personis creatis ⁊ increatis/ꝑmo modo intelligēdo. ¶Hec est euidens.quia se totis distinctis non potest esse cōmune aliquid in re extra: sed persona increata distinguit̄ se tota ab omni ꝑsona creata.ergo nihil in re extra vnū potest esse eis ꝯmune ⁊ intrinsecū:qđ quidē sit talis cōceptus persone cōmunis obiectum. quare ⁊c. ¶Confirmatur primo.quia nullus cōceptus etiā tantū creaturis pluribus ꝯmunis potest esse vniuocus isto modo:cū omnia creata realiter diuersa sint se totis distīcta in nullo eis cōmuni ac intrinseco conuenientia in re extra sed multo minus cōuenire possunt hoc modo ens creatū et increatū ꝙ̄ plura entia creata.ergo ⁊c. ¶Secundo.qꝛ nihil est intrinsecū deo nec in eo distinctum ab ipso.ergo omnis cōceptus ꝑdicabilis de eius cōceptu ꝓprio/verificabilis de eo nō ꝓ seipso sed ꝓ suo significato significat solum deū.⁊ si est cōmunis aliis significat etiā ens creatum: non autem aliquod vnū eis cōmune ⁊ intrinsecum. ¶Antecedēs ⁊ etiā ꝯsequētia est euidēs ex pluries declaratis in ꝑcedētibus. ¶Secunda cōclusio est:ꝙ nec etiā ꝑsona dicit ꝯceptū vniuocū modo ꝑdicto intellectū cōmunē personis tantūmodo increatis. ¶Hec ꝓbatur. quia nihil personis diuinis est cōmune in re extra nisi sola diuina essentia.sed ipsa est ab eis oībus ⁊ a qualibet ꝑ se sumpta indistincta totaliter in re extra. ergo persona nō dicit conceptū vniuocū cuius obiectū sit aliquid vnū personis omnibus intrinsecū ⁊ ab eis ī re extra distīctū. ¶Confirmatur. Primo.quia persona de solis personis diuinis ꝑdicabilis est cōceptus cuius obiectū immediatum est quelibet personarū:sicut ⁊ cuiuscūqꝫ alterius cōceptus cōmunis pluribus obiectū immediatū est quodlibet illorū.nō enim potest esse vnicum:cum pluribus nō possit esse aliquod in re extra vnum cōmune intrinsecum

ac ab eis distinctū vt fuit in precedētibus declaratū/et est etiam in secūdo prolixius declarandū.ergo ⁊c.¶Secūdo.quia ꝑsona de solis diuinis personis ꝑdicabilis nō potest dicere aliquid cōmune eis nisi essentiā diuinā.sed diuina essentia est ab eis indistincta totaliter in re extra vt hic suppono ex dictis in ꝑcedentibus.ergo ⁊c.¶Tertia cōclusio est:ꝙ ꝑsona dicit cōceptū vniuocū secūdo modo acceptū cōmunē tribus personis diuinis. ¶Hec ꝓbat̄. qꝛ omnis ꝯceptus vnus cōmunis pluribus vt obiectis per eū īmediate ⁊ indifferenter intellectis est vniuocus: sed talē cōceptū dicit ꝑsona.importat siquidē vnum conceptū cōmunē tribus diuinis ꝑsonis ꝑ eū intellectis:de quarū cōceptibus ꝓpriis est ꝑdicabilis ꝑ se primo:dicendo ꝙ pater/filius/⁊ spiritus sanctus est ꝑsona. ergo ⁊c. ¶Minor ē euidēs. qn̄ vniuoca sūt:quoꝝ nomē est ꝯmune ⁊ ratio substātie scd̄m illud nomē est eadē/hoc est conceptus:qui vcꝫ cōceptus vnus nō dicitur cōmunis pluribus vniuocatis nisi vt obiectis ꝑ eū primo ⁊ immediate intellectis:⁊ eodē nomine scꝫ ꝯceptū istū eis impositū nūcupatis. ¶Minor videlicet ꝙ ꝯceptus ꝑsone sit vnꝰ et distinctus a cōceptibus ꝓpriis ꝑsonarū diuinarū pōt probari ꝑ rationes illas oēs vel saltē ꝑ aliquas earum quibus fuit probata supius vnitas cōceptus entis communis oībus:vt ꝑ illā rationē doctoris subtilis de cōceptu certo ⁊ dubio.qn̄ intellectus creatꝰ potuit ante incarnationē dei filii esse certus ꝙ aliqua ꝑsona diuina esset incarnanda:dubitans an ꝑma an scd̄a an tertia. sed cōceptus certus siue certificans intelligentē est aliquis vnus ⁊ distīctus ab omni alio nō sic certo nec certificāte ipm̄.ergo ⁊c.¶Cōfirmatur.qꝛ oē ꝑdicabile de pluribus scd̄m idē nomē ⁊ scd̄m eādē diffinitionē est vniuocū ⁊ vniuoce ꝑdicabile de eisdē.sed ꝑsona sic est ꝑdicabilis de tribus ꝑsonis diuinis.ergo ⁊c. ¶Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est:ꝙ ꝑsona dicit cōceptū vniuocū modo secūdo ꝑexpositū intellectū ꝯmunē oībus ꝑsonis tā increatis ꝙ̄ creatis. ¶Hec apparet/⁊ ꝓbari potest ꝑ eandē rationē ꝑ quā ꝓbata est tertia cōclusio supradicta.¶Cōfirmatur. qꝛ sicut cōceptus entis communis oībus se habet ad oīa:ita et conceptus ꝑsone ad omnē personā: sed conceptus entis est respectu omniū sic vniuocus ꝙ omnia respicit vt sua obiecta ꝑ ipm̄ indifferenter ⁊ vniformiter intellecta nō aūt aliquod vnum eis cōmune sed simul oīa:de quoꝝ omniū cōceptibus ꝓpriis est ꝑdicabilis.ergo ⁊ de conceptu ꝑsone respectu omniū ꝑsonarū ꝯsimiliter est dicēdū. quare ⁊c. ¶Sed circa ista aliqui querunt. ¶Primo an etiā relationibus originis sit aliquis cōceptus vniuocus ⁊ cōmunis de eis seu de earū cōceptibus ꝓpriis ꝑdicabilis. ¶Scd̄o:an conceptus diuine essentie sit vniuocus ꝑdicabilis de ꝑsonis. ¶Tertio.an deus ⁊ quelibet persona possit dici substātia. ¶Quarto.an cōceptꝰ substantie sit vniuocus ⁊ vniuoce ꝑdicabilis de ꝑsonis/supposito ꝙ dicatur de eis. ¶Ad primū dico ꝙ sic.quia ꝓprietates ꝑsonarū relatiue sunt idem in re totaliter cū ꝑsonis/⁊ qlibet est vere ⁊ pōt dici ꝑsona:⁊ ecōuerso ꝑsona pōt dici ꝓprietas relatiua.vere eī̄ paternitas est pater ac ꝑsona/⁊ ecōuerso pater siue ꝑsona patris dicitur vere paternitas siue actiua generatio ⁊ relatio que est ꝯmunis oībus relatiuis ꝓprietatibꝰ seu ꝑsonis. ¶Ad scd̄m aliqui dicūt ꝙ cōceptus essentie nō est ꝓprie vniuoce ꝑdicabilis de ꝑsonis.qꝛ vniuocus ꝯceptus ꝓprie sumptꝰ significat aliqđ numeratū ī suis vniuocatis.essentia aūt nō numerat̄ in ꝑsonis.quare ⁊c.¶Sed sic dicētes irrationabiliter loquūt̄.qn̄ licꝫ essentia sit vnica/persone tn̄ sunt plures:qbus oībus cōceptus essentie est cōmunis ⁊ de ꝯceptu ꝓprio cuiuslꝫ ꝑdicabilis.sed hoc sufficit ad cōceptū ꝓprie vniuocū:cū nec aliqs ꝯceptus vniuocꝰ cōis pluribus obiectis ꝑ eū intellectis significet aliqđ numeratū ī ipsis distictū ab eis:sed tn̄ ipsa numerata.nec eī̄ cōceptus hoīs significat nisi singulares oēs hoīes numeratos.sed cōceptus essentie īportat diuersas ꝑsonas realiter/⁊ ꝑ ꝯn̄s nūeratas.ergo ⁊c. ¶Et ideo aliter est dicēdū videlicet ꝙ conceptus diuine essentie est vere et proprie vniuocus ⁊ vniuoce ꝑdicabilis de pluribꝰ distinctis non essentialiter sed realiter:vcꝫ de ipsis ꝑsonis essentialiter indistinctis. ¶Cōfirmat̄.qꝛ si ꝑ īpossibile oēs hoīes singulares essent essentialiter vnus hō:nō minus īmo magis nūc ꝙ̄ tūc cōceptus hoīs esset vniuocus/et vniuoce ꝑdicabilis de oībus hoībus singularibꝰ essentialiter indistinctis.ergo ⁊c. ¶Ad tertiū dicēdū est ꝙ tā deus ꝙ̄ qlibet ꝑsona diuina dicit̄ substātia nō a substando accidentibus/sed a per se essendo dicta. ¶Ad quartum est dicēdū de cōceptu substātie cōsimiliter sicut de cōceptu essentie fuit dictū.qꝛ tn̄ substātia scd̄m ꝙ ꝓprie dicit̄ ⁊ sonare videtur accipitur a substando qđ nō cōuenit deo/ideo prius essentia ꝙ̄ substātia noīatur. ¶Hec de primo.

Quātū ad secundū vbi est videndū an diuina ꝑsona sit ad se an ad aliud/est sciēdū ꝙ refert dicere ꝑsonā vel quodcūqꝫ aliud esse ad alterū ⁊ ad aliud.qn̄ alter vel alius īportat tn̄ diuersitatē realē.aliud aūt diuersitatē essentialē.vn̄ qlibet ꝑsona diuina licet dicat̄ eē et sit alia vel altera a reliqua:nō tn̄ aliud.qꝛ licet sit īter ipsas diuersitas realis:tn̄ est inter eas idētitas seu vnitas essentialis. Personā autē diuinā eē ad alterū vel ad aliud dupliciter potest intelligi. Uno mō ꝙ sit ad aliud vel ad alterū aliquo mediāte ab oī persona differēte:ita ꝙ hoc ꝑdicatū ad aliud vel ad alterū significet aliquid ī re extra ab vtroqꝫ extremoꝝ distīctū:a quo ī ꝑsona existēte ipsa ꝑsona sola denoīet̄. Alio modo ꝙ ꝑsona dicat̄ ad aliud vel ad alterū nō ꝑ aliquid sibi appositū/sed per se ipsam:vcꝫ quia est illud a quo est alterū ab ea tn̄ realiter vel aliō ab ea essentialiter distīctū:ita ꝙ hoc ꝑdicatū ad aliud vel ad alterū dicat ꝑcise duo extrema distincta in re extra quorum vnū est ab alio nō aliquid ab eis distinctū/vcꝫ ab ipsa ꝑsona ⁊ ab illo alio a ꝑsona distincto. a se aūt dicit rē vnā tn̄ nō plura quoꝝ vnū sit ab alio.

Hoc premisso: pono quatuor conclusiones. ¶Prima est: ꝙ persona diuina nō est ad alterū vcꝫ ad ꝑsonā aliā/primo modo hoc intelligendo. ¶Hec apparet.qn̄ in diuinis non est maior pluralitas ꝙ̄ trinitas distīctoꝝ in re extra vt hic suppono ex dictis supra sed si vna ꝑsona diceretur ad aliā seu referretur ad eam isto modo vꝫ mediāte aliquo diuerso a personis oībus in re extra: tūc sequeretur ꝙ esset maior pluralitas ꝙ̄ trinitas in diuinis.ergo ⁊c.¶Confirmatur.quia relatio qua vna persona dicitur ad aliā vt paternitas vel generatio actiua qua pater refertur ad filium/nō magis distinguitur a personis quarū vna refertur ad aliā/ꝙ̄ essentia.sed ipsa diuina essentia est vt ꝓbatū est in ꝑcedentibus idem in re extra totaliter cum personis.ergo ⁊c.¶Secunda cōclusio est ꝙ nec diuina persona dicitur ad aliud vcꝫ ad ens creatū ab ipsa essentialiter distinctū primo modo ꝑdicto.¶Hec apparet.quoniā ꝑ hoc ꝙ deus creaturā ꝓducit nihil ipsi nouiter aduenit. sed quia creatura a deo producitur deus ꝓprie ad eā dicitur seu refert̄.ergo hoc videlicet deum esse seu referri ad ens creatū:nō dicit aliquid ab vtroqꝫ distinctū.¶Confirmatur.quia nihil fuit ab eterno nisi solus deus:qui nō fuit ab eterno sed tantū ex tempore ad creaturā relatus.sed dei ad creaturā vel econuerso creature ad deum nullum est mediū ab vtroqꝫ distinctum quo vnū referatur ad alterū:quia nec isto modo vnū creatorum refertur ad alterū vt alias prolixius est probatum.ergo ⁊c. ¶Tertia conclusio est:ꝙ ꝑsona

te vnum realiter referatur ad alterū/ apparet. quia oīi
actu rationis circūscripto vniformiter sicut posito vnū
album est tale ⁊ tantum quale ⁊ quantum est alterum
vnum est alterius principium productiuuz ⁊ sic de quo
libet aliorum. ergo nullum realiter relatorum/ puta si
milium vel equaliū vel quorumlibet aliozuz/ dicitur ad
alterum propter actū aliquē rationis. quare ⁊c. ¶ Sic
ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet so
lutio ex predictis.

Secundo quæro. vtrum relatio
nes iste communes: videlicet similitudo idē
titas ⁊ equalitas sint ī diuinis relatiões rea
les: an tātummodo rationis. ¶ Et videtur
q̄ reales. q; omne quod est in diuinis est realissimum et
perfectum. sed iste relationes sunt in diuinis personis.
ipse enim diuine persone sunt realiter idem similes ⁊ eq̄
les. ergo ⁊ cetera. ¶ Cōtra. quia sole relatiões originis
sunt reales in diuinis: sed iste relationes communes
sunt a relationibus originis differentes. Ğ ⁊c. ¶ Respō
sio. vbi sic procedam: consimiliter sicut in alia questiōe.
Primo enim excludam vnam opinionem. Secūdo di
cam aliter ad questionem.

Quantum ad primum: opinio excludē

da est quoruūdam dicentium q̄ hmōi relationes cōmu
nes sunt reales ⁊ realiter in diuinis personis ⁊ in re ex
tra distincte ab eis. ¶ Qō p̄bant. q̄m ad relationē rea
lem tria sufficiunt: que omnia hic occurrunt. Quoruū pri
mum est q̄ eius fundamentum sit reale ⁊ etiam termi
nus sit realis: secundum q̄ extrema sint realiter distin
cta: ⁊ tertium q̄ relatio huiusmodi innascatur ex natu
ra rei. sed omnia ista concurrunt in proposito. constat
enim p̄sonas que sunt extrema istarum relationum esse
realiter diuersas ⁊ relationes istas ex natura rei innasci
inter eas. fundamētū etiā est reale ⁊ terminus/ vcz essen
tia quantitas ⁊ qualitas. est enim essentia fundamētuz
⁊ terminus identitatis: sua quantitas perfectionis eq̄
litatis: ⁊ qualitas similitudinis. que oīa constat esse
realia in diuinis. ergo ⁊c. ¶ Contra opinionem istā oī
no impossibilem ⁊ improbabilem arguo. Primo. quia
vt p̄batum est in p̄cedentibus inter nulla relata innasci
tur aliqua relatio tanq̄ res aliqua ab ipsis distincta qua
mediante vnum relatorum formaliter referatur ad al
terum: cum qōlibet referatur ad alterū p seipsum. Ğ fal
sum supponit ista opinio qñ dicit relationem realez in
nasci inter extrema ex natura rei. ¶ Secundo: q; videť
distinguere inter extrema relationis ⁊ fundamentuz ⁊
terminuz: cū tamen relationis extrema non sint aliud
q̄ fundamētū ⁊ terminus. illa enim dicūtur relatiōis
extrema quorum vnum refertur ad alterū: sed constat
secūdum ponentes hmōi relatiões esse ab extremis re
latis diuersas/ q̄ earuz fundamētū est immediate rela
tum ad terminum: sicut albuz similitudinis fundamen
tū dicit siť albo similitudinis termino. ergo ⁊c. ¶ Ter
tio. q; videtur innuere inter diuinaz essentiam ⁊ psonas
ac quantitatem seu gradum perfectionis ipsarum siue
essentie puta infinitatem esse diuersitatem aliquā in re
extra. hoc autem est falsum vt apparet ex sepe dictis in
p̄cedentibus. ergo ⁊c. ¶ Quarto. q; omnino est impossi
bile istas relationes puta idētitatem similitudinē ⁊ eq̄
litatē esse in psonis diuinis tanq̄ aliqua distincta in re
extra tam inter se q̄ ab eis: vt apparet ex illis octo incō
uenientibus q̄ sequūtur ad positionez istam explicatis
in octo conclusionibus positis in secundo articulo prime
questionis p̄cedentis dist. ex quibus ibi ista opinio ē ex
clusa. ergo ⁊c. ¶ Quinto. quia nihil in diuinis distin
ctum in re extra ab omnibus psonis est p̄ducens nec p
ductum nec p consequēs aliquid ab eis distinctum pōt
dici ex natura rei inter ipsas innasci. Ğ si relatiões hmōi
sunt distincte in re extra a psonis/ nō possunt innasci ex
natura rei in eis. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur primo. q; ni
hil est natum in diuinis nisi verbum tantum: nec p̄odu
ctum nisi ipsum ⁊ spiritus sanctus: sed iste relationes vt
dicit ista opinio distinguuntur ab omnibus personis in
re extra. ergo ⁊c. ¶ Sexto. quia non minus diuina sup
posita q̄ alia creata entia esse possunt ⁊ sunt seipsis ea
dem similia ⁊ equalia. sed nulla creata entia sunt nec es
se possunt eadem similia vel equalia nisi tantummodo
per seipsa. nec enim duo alba possunt esse similia nec eq̄
lia per nigredinem: nec per consequens per aliquā for
mam aliā magis q̄ sit nigredo ab eis diuersam: cuiť for
ma est similitudo ⁊ equalitas secundum ponentes rela
tiones istas communes esse in creaturis distinctas rea
liter ab extremis. magis enim distinguūtur illa que ge
nere q̄ que tantum specie distinguuntur. sed albedo ⁊ ni
gredo tantum specie: albedo autem ⁊ similitudo vel eq̄
litas vel identitas vt concedunt genere distinguuntur
ergo nullo modo alba possunt esse similia tali similitu
dine nec equalia tali equalitate: sed tantummodo p se
ipsa. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. quia magis illa que licz
realiter distincta tamen sunt vnum numero eius ab eis
omnibus indistinctum / sunt seipsis similia eadem ⁊ eq̄
lia: q̄ illa que ita sunt diuersa q̄ non sunt aliquod vnuz
numero ens; sed plura ⁊ essentialiter distincta. sed sup
posita diuina licet inter se realiter distincta / omnia ta
men sunt vna numero essentia: videlicet deitas ab eis
omnibus indistincta. omnia autem creata realiter distī
cta sic sunt essentialiter diuersa q̄ non sunt aliquid vnū
numero ab eis indistinctum: Ğ magis diuina supposita
q̄ alia quecūq; creata realiter distincta possunt esse et
sunt seipsis nullo mediante alio existente in eis eadem
similia ⁊ equalia: nec per consequens sunt in eis huius

modi relationes tanq̄ aliqua ab eis in re extra distincta sicut nec hoc modo sapiētia esse pōt in deo: cuȝ deus sit sapiens ꝑ seipsum. nō minus aūt ꝑ se vna ꝑsona est talis ⁊ tanta qualis ⁊ quāta est alia ⁊ cū eo vna essentia: q̄ q̄libet sit sapiēs semetipā. ꝗ ⁊c. ¶ Hec de p̄mo.

Quantum ad secundum vbi ē ad questionē istam aliter respondenduȝ / apparet ex precedentibus quid dicendum. constat enim ex predictis tam in p̄cedēti questione q̄ in alia distinctiōe / ꝙ in diuinis sunt hmōi relationes communes reales. intelligendo ꝑ relationem realē p̄cise ipsa realia extrema realiter seipsis relata: non aūt intelligendo per relationeȝ realem aliq̄d ab ipsis ꝑsonis relatis distinctū aliqualiter in re extra nec etiā aliquid secūdum rationem distinctum quo mediante vna ꝑsona ad aliam sit relata. ¶ Hoc app̄et. qm̄ constat ex fide omnes ꝑsonas lȝ inter se realiter distinctas esse vnam essentiam ab eis omnibus indistinctaȝ. Constat etiam vnam ꝑsonam nō esse perfectiorem alia sed omnes formaliter eque perfectas. qđ arguitur ex p̄mo. qm̄ eorū que sunt vna res seu essentia numero / vnū non potest esse perfectius nec imperfectius alio. Cōstat tertio quālibet ꝑsonarum esse talem qualis est alia: q2 omnes sunt intelligentes volentes omnipotentes eadem numero omnipotentia: ergo ipse sunt idem similes ⁊ equales p̄cise illo quo sunt vna essentia eque perfecta ⁊ vna est t alis qualis alia. ¶ Consequentia est euidēs. quia nec esse idem aliqua est aliud q̄ ipsa esse vnam eēntiam: nec similia aliud q̄ vnum eorum esse tale quale alteruȝ: nec equalia aliud q̄ vnum eorum esse tātum quātum est alterum. sed constat ꝙ diuine persone sunt vna essentia ī perfectione equales ⁊ similes non aliquo alio a seipsis. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q2 si ꝑsone diuine dicantur eedem similes ⁊ equales mediante aliqua relatione ab eis distincta: aut talis relatio est in eis: aut non. sed non potest poni primum: q2 nihil existens in personis est in re extra distinctum ab eis. nec secundum: q2 nullo mediāte ente reali vel rōnis separato a ꝑsonis ꝑsone ipse sunt eedem seu vna essentia nec in perfectiōe similes nec equales: sicut nec aliqua alia creata dicuntur eadeȝ similia ⁊ equalia. ergo ⁊c. ¶ Preterea ad idē potest argui sic. non minus diuine persone possunt eē ⁊ sunt eedem similes ⁊ equales sine identitate similitudine ⁊ equalitate ab eis differentibus in re extra vl̄ etiaȝ tm̄ in anima: q̄ vna earum dicatur ⁊ sit realiter producens ⁊ alia producta sine ꝓductiōe actiua ⁊ passiua ab ipsis ꝑsonis in re extra distīcta. sed hoc modo pater generat ⁊ filius generatur / pater ⁊ filius spirant ⁊ spiritꝰ sanctus spiratur: vcȝ sine omni ꝓductione actiua ⁊ passiua ab ipsis ꝑsonis in re extra vel quōcūq̄ aliter distincta: q2 vt alias ostensum est / si ꝓductiones actiue ⁊ passiue essent a ꝑsonis distincte esset in diuinis maior pluralitas q̄ trinitas: qđ est impossibile. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q2 sicut ꝑsonam esse producentem aliam non est aliud q̄ ipam esse a qua est altera: ⁊ quia a prima nullo alio mediante est secunda: ⁊ a prima ⁊ a secunda similiter nullo alio mediante tertia: ideo non pōt dici ꝙ actiua productio vel passiua sit aliquid a personis distīctū in re extra: ita ⁊ ꝓpter consimilem rationem in proposito consimiliter est dicenduȝ: vcȝ ꝙ cum ꝑsonas eē idē similes ⁊ equales non sit aliud q̄ ipas esse vnam essentiam consimilis ⁊ equalis perfectionis / qđ ꝑsonis cōuenit tātummodo ex seipsis: ꝑ consequens non potest dici ꝙ identitas similitudo ⁊ equalitas personarū sit aliquid ab eis distinctum. quare ⁊c. ¶ Ex predictis infero corollarie. ꝙ consimiliter est ad q̄stionem istā respōdendum: qua videlicet querit̄ de relationibus cōmunibꝰ: sicut ad illā q̄ queritur de relationibus originis: videlicet an sint relationes reales in diuinis. ¶ Hoc apparet. q2 vt dictum est tam iste relationes originis q̄ alie cōmunes sunt relationes reales in diuinis ⁊ etiam in creaturis: intelligendo per relatiōes reales ipa relata extrema realia: non auteȝ intelligendo per eas aliqua ab ipsis relatis distincta. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionē trigesimamsecundam in qua magister sententialiter īquirit primo an pater ⁊ filius diligant se spiritu sancto: Secundo an pater sit sapiēs sapientia genita: Quero de istis duobus. Et primo de primo: videlicet vtrum pater ⁊ filius diligāt se spiritu sancto. ¶ Et videtur ꝙ sic per magistrum in littera. ⁊ ꝓbat̄. quia pater ⁊ filius diligunt se amore: sed spiritus sanctus est amor. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia nulla persona diligit se nec alteram nec etiam aliquam reȝ creatam per aliquid a seipsa distinctum. sed constat ꝙ spiritus sanctus est a patre ⁊ a filio realiter distinctus. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim arguam contra vnum dicendi modum. Secundo dicaȝ aliter ad quesitum.

Quantum ad primum aliqui dicunt ꝙ ista propositio pater ⁊ filius diligunt se ⁊ alia spū sancto / est vera in hoc sensu / pater ⁊ filius spirant amoreȝ. potest enim aliquid denominari ab illo qđ procedit ab eo: sicut arbor dicitur florere floribus ab eo procedentibus: sed spiritus sanctus qui est amor procedit a filio ⁊ a patre. ergo ⁊c. ¶ Sed ꝯ istū modum dicendi arguit̄ dupliciter. Prīo. q2 si diligere secundum ꝙ sumitur notionaliter in proposito / esset idē totaliter qđ spirare / nō magis esset concedenda ista / pater et filius diligunt se spiritu sancto: q̄ ista / pater ⁊ filius spirant se spiritu sancto. sed constat ꝙ ista secunda non est vera sed falsa. ergo ⁊c. ¶ Secundo. quia pater diligit filium spiritu sancto. sed ꝯstat ꝙ pr̄ nō dicitur spirare filiū ipm̄ spū sancto. ergo patrem spiritu sancto diligere non est ideȝ qđ patrem amorem spirare. ¶ Confirmatur. quia etiā ista est vera: filius diligit patrem ⁊ seipsum spiritu sancto: cum tamen sit falsum dicere ꝙ filius spiret patrem ⁊ seipsum. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi supposita conclusione predicta: videlicet ꝙ sit vera propositio supradicta: est sciendū ꝙ patrem ⁊ filium diligere se spiritu sancto potest intelligi quadrupliciter. Uno modo ꝙ diligunt seipsos spiritu sancto causaliter: sic intelligendo ꝙ spiritus sanctus sit causa dilectiōis qua pater ⁊ filius se formaliter diligunt. Alio modo formaliter ⁊ hoc proprie vel appropriate ⁊ quarto modo consequenter siue consecutiue per modum signi dilectiōis seu termini. ¶ Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ ista propositio pater ⁊ filius diligūt se spiritu s. non est vera vt diligere accipitur personaliter pro spirare. ¶ Hec apparet. quoniam licet pater ⁊ filius spirent spiritum sanctum / non tamen spirāt seipsos: cum inter spirans ⁊ spiratum sit realis distinctio. non spirant etiaȝ spiritu sancto in ablatiuo: sed spiritum sanctum in accusatiuo. ꝗ diligere in ꝓpositione p̄dicta nō accipit̄ ꝑsonalr̄ sȝ eēntialr̄. ¶ Scđa ꝯclusio ē ꝙ ista ꝓpō pr̄ ⁊ filiꝰ diligūt se spū sctō / nō ē vā causalit̄

nec formaliter proprie. ¶ Hec apparet. qm̄ pater ⁊ filiꝰ non diligunt se formaliter nisi actu dilectiōis. sȝ nec spiritus sanctus est causa actus dilectionis qua pater ⁊ filius se diligunt: nec alicuiꝰ qđ sit in eis: sed magis ecōuerso ipse sanctus spiritus actum dilectionis quo diligit formaliter habet a patre ⁊ a filio originalit̄. nec spiritus sanctus est ꝓprie dilectionis actus quo se formaliter diligūt pater ⁊ filiꝰ: cū huiusmodi actus sit cōmunis ꝑsonis omnibus ⁊ ab eis totaliter indistinctus: spiritus sanctus autem sit a patre ⁊ a filio realiter distinctus. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ ista propositio sepe dicta est vera tertio modo vcȝ formaliter ⁊ appropriate. ¶ Hec apparet. qm̄ constat ꝙ quelibet diuina ꝑsona diligit se ⁊ alia formaliter dilectione. sȝ spiritꝰ sanctus est dilectio nō proprie sed appropriate: modo quo filius dicitur sapientia ⁊ pater potentia: ergo ita est vera ista / pater ⁊ filius diligunt se vel alia spiritu sancto: sicut ista / pater ⁊ spiritus ītelligūt filio. q̄re ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est. ꝙ ista propositio pater ⁊ filiꝰ diligunt se spiritu sancto / est vera etiā quarto modo: videlicet cōsequenter siue consecutiue: vcȝ q2 spiritꝰ sanctꝰ sequens patrem ⁊ filium est signum mutue dilectionis ipsoruȝ. ¶ Hec apparet. qm̄ sicut effectus cōmunis aliquarum plurium causarum ad eum concurrentium est signum nexus ⁊ concursus ipsarum: ita ⁊ spūs sanctus cū sit a patre ⁊ a filio ꝓductus dicit̄ vtriusq̄ nexus ⁊ signum ꝑfectiōis: cū semꝑ ꝑfectio ꝓducentis resplēdeat in producto. est etiā signū mutue dilectionis ipsorum ꝓ quanto voluntas est eius spiratiuum principium: sicut ⁊ memoria est principium verbi generatiuum sane hoc intelligēdo: mō vcȝ quo hoc debere ītelligi in dist. sexta fuit superius declaratū. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rōneȝ in pricipio apparet solutio ex p̄dictis. qm̄ licet vna persona non sit idem realiter cū altera: sed ab ea realiter sit distincta: omnes tamen sunt vna dilectio spiritui sancto non ꝓpria sed appropriata. ꝓpter qđ vt dictum est conceditur ⁊ admittitur propositio supradicta. quare ⁊c.

Secundo quero de secundo videlicet vtrum pater sit sapiens sapiētia genita. ¶ Et videt̄ ꝙ sic. q2 pater est sapiēs sapiētia: sed filius genitus est appropriate sapientia. ergo ⁊c. ¶ Contra. q2 sapientia diuina nō est gn̄ans nec genita: sed pater est sapiēs tali diuina sapiētia: q̄ videlicet nec est producens nec ꝓducta: ergo nō est veruȝ dicere ipsum esse sapientē sapiētia genita nec ꝓducta. ¶ Responsio. vbi ꝓcedendo consimiliter sicut in alia q̄stione primo excludam vnam opinionem. Secūdo dicā aliter ad questionem.

Quantum ad primum: opinio excludēda est cuiusdā dicentis primo ꝙ pater est sapiēs sapientia ingenita in sensu cōpositiōis ⁊ sapiētia genita ī sensu diuisionis. Scđo ꝙ filius est sapiēs sapientia ingenita in sensu diuisionis ⁊ sapiētia genita in sensu compositionis. ¶ Utrūq̄ istorum ꝓbat. Ad cuius euidentiam dicit: ꝙ ꝑ patrē vel filium esse sapientem sapientia genita vel ingenita in sensu ꝯpositionis / est intelligendū eiꝰ sapiētiā qua est sapiens esse in ipso genitā siue ꝑ gn̄ationem habitam: vel non genitam si dicatur sapiens sapiētia ingenita. Esse autem sapientē sapiētia genita ī sensu diuisionis est eius sapientiam esse nō in eo sed ī alio genitam siue ꝑ generationem acceptam. ¶ Ex hoc apparet primum. qm̄ constat ꝙ sapientia patris nō est genita in ipso sed īgenita: cū nihil ī patre sit genitū. sȝ licȝ sapiētia ī patre sit ingenita est tamē ī filio genita. q̄cq̄d enim habet filius / ꝑ generationem accepit. ꝗ hec est vera in sensu compositiōis / pater est sapiens sapientia ingenita: ⁊ ista in sensu diuisiōis / pater est sapiens sapientia genita. quare ⁊c. ¶ Scđm vcȝ ꝙ filius sit sapiēs sapientia ingenita in sensu diuisionis / ⁊ sapientia genita in sensu compositionis / probatur ex eodem. qm̄ constat ꝙ sapientia filii est ingenita nō in filio: sed in patre ⁊ ꝓ ergo ⁊c. ¶ Contra istum modum dicēdi arguo. qm̄ non magis sapientia diuina q̄ essentia est generans nec genita. sed constat ex determinatione ecclesie ꝙ cum diuina essentia nō sit generans nec genita / omnis ꝓpositio est falsa in qua immediate de ipa generans vel genita p̄dicatur. Dico autem immediate: q2 licet essentia non sit generans nec genita / est tamē ⁊ vere dicitur res que est generans ⁊ alia que est genita ⁊ alia que est spirata cum sit omnis persona diuina. ergo ⁊ de sapientia cōsimiliter est dicendum. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. q2 non magis aliqua ꝑsona potest dici sapiens sapiētia genita q̄ sapientia generante vel sapientia spirante vel spirata: cum nec magis sapiētia sicut nec essentia sit genita q̄ generans vel spirans vel spirata. sed cōstat ꝙ ista ꝓpositio pater vel filius vel spūs sanctus est sapiens sapiētia generante vl̄ spirante vel spirata / nō est vera nec reperitur in scriptura nec in sanctorum doctrina. ꝗ ⁊c. ¶ Nec valet illud quod arguitur quando dicitur ꝙ diuina sapientia licet sit in pr̄e ingenita ē tn̄ ī filio genita hec em̄ ꝓpō nō est vera. qm̄ oē genitū a gn̄ante realiter est distinctum: sed essentia filii nō est distincta realiter a patre: immo est totaliter idem cū eo licet filius a patre realiter sit distinctus: ergo nec sapientia magis q̄ eēntia patris est generans nec sapiētia filii generata. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia eadem numero ⁊ vnica essentia est omnium personarum: ergo si ipa vt est in vna persona est producēs / ⁊ vt in alia est ꝓducta / sequit̄ ꝙ vna ⁊ eadem res est ꝓducens ⁊ producta: nec ꝓducens distinguitur a producto realiter. qđ est falsum. quare ⁊c. ¶ Et quando dicitur ꝙ quicquid habet filius habet ꝑ generationem: Dico ꝙ hec est vera intelligendo ꝑ eam ꝙ filius ipe est generatus: non autem intelligēdo ꝙ filius habeat aliqua plura in re extra distincta que om̄ia sint generata: nec etiaȝ intelligēdo ꝙ omne illud quod est filiꝰ sit generatum. est enim diuina essentia que nec est generās nec genita nec spirata. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi ad quæsitum est aliter respondendum / licet appareat ex precedentibus quid dicendum pono tamen ad maiorem euidentiam quatuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ ista ꝓpositio / deus vel quelibet diuina persona est sapiens sapientia ingenita / est vera ⁊ catholice cōcedēda. ¶ Hec apparet. quia constat ꝙ hec est vera: quelibet persona diuina vel deus est sapiēs sapiētia: ⁊ ista / sapiētia qua deus est sapiens est ingenita. nec enim est producēs nec producta. omne autem non producens nec productum est ingenitum. ergo ⁊ ista / quelibet persona diuina vel deus est sapiens sapientia ingenita / est vera ⁊ catholice concedenda. ¶ Confirmatur. quia non minus est vera propositio p̄dicta q̄ ista: quelibet persona diuina est deitate ingenita. sed constat ꝙ ista est vera. tam pater enim q̄ filius q̄ sanctus spiritus est deus eadem numero deitate ingenita: cum non sit producens nec producta. ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ ista propositio nō est vera: aliqua persona diuina vel deus est sapiēs sapientia genita. ¶ Hec sequitur ex predicta. quoniā ista propositio pater vel filius vel spiritus sanctus est sapiens sapientia genita / infert istam / sapiētia diuina est

genita.sed hec est falsa.non em̄ est ꝓducens nec ꝓducta
vt dictum est:sicut nec essentia.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur.
q͛ aut sapiētia genita supponit ꝓ essentia:aut ꝓ perso
na. si pro essentia/ falsa est:cum essentia vt dictum est
nec sit ꝓducens nec ꝓducta:nec per consequens geni-
ta.si ꝓ persona/nec pater potest dici sapiētia genita sic
accepta magis ꝙ̄ filius:nec sapientia videtur posse ma
gis ꝙ̄ essentia supponere pro persona. essentia autē nō
īuenitur supponere ꝓ persona : alias nō negaretur ista
ꝓpositio/essentia producitur ⁊ producit.q̄re ⁊c. ¶ Ter
tia conclusio est. ꝙ ista propositio/pater ⁊ quelibet alia
persona diuina est sapiens sapientia que est res genita
est vera. ¶ Hec est euidens.q͛ diuina sapientia qua est
sapiens quelibet diuina persona est filius genitus.ergo
⁊c. ¶ Confirmatur.q͛ diuina sapientia qua est sapiens
omnis diuina ꝑsona est ipsa diuina essentia:sed diuina
essentia est res genita:cū sit quelibet persona diuina.ḡ
⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio ē. ꝙ similiter hec est ve
ra : quelibet diuina ꝑsona est sapiēs sapientia que ē res
generans ⁊ spirata. ¶ Hec ē euidens cōsimiliter vt p̄ce
dēs : vz quia diuina sapientia est omnis diuina perso-
na:⁊ per consequens pater generans:⁊ spiritus sanct⁹
spiratus:sicut filius generatus.quare ⁊c. ¶ Confirma
tur. quia non minus ꝓprie potest dici deus ⁊ quelibet
personaruꝫ sapiēs sapiētia q̄ est res generans ⁊ spirās
genita ⁊ spirata ꝙ̄ dicatur deus deitate que est res ge-
nerans ⁊ spirans genita ⁊ spirata.sed constat ꝙ secūda
ꝓpositio est vera.lꝫ enim diuina essentia nō sit generās
nec spirans nec genita nec spirata/ est tamen pater qui
generat/filius qui generatur/⁊ sanctus spiritus qui spi
ratur.vt habetur extra de summa trini.⁊ fi.ca.ergo ⁊c.
¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio di-
cendum est ꝙ licet filius sit appropriate sapientia nō
tamē dicitur sapientia genita:cū sapientia non sit geni
ta vt dictum est supra.quare ⁊c.

Circa distinctionē trigesi
mātertiam in qua magister deter
minat de comparatione ꝓprieta-
tum ad personas ⁊ ad essentiaꝫ:q̄
ro primo.vtrum ꝓprietates perso
nales diuine sint formaliter infini
te. ¶ Et videtur ꝙ sic.q͛ om̄e non
finitum est formaliter infinitū : si-
cut omne nō visibile est inuisibile. sed proprietates per-
sonales diuine non sunt finite:immo sunt nō finite:cum
sint a diuina essentia indistincte totaliter ī re extra : vt
probatum est supra in dist.secūda.ergo ⁊c. ¶ Cōtra.q͛
om̄e formaliter infinitum est ī qualibet personarum : sꝫ
nulla proprietas ꝑsonalis est in omnibus personis.er-
go ⁊c. ¶ Responsio.vbi sic procedam. Primo em̄ īqui
ram q̄d est aliquid esse formaliter īfinitum. Secūdo di-
cam ad quesitum. Tertio excludam circa dicta quod-
dam dubium.

Quantum ad primum dicitur ab aliq
bus ꝙ aliud est aliquid esse formaliter seu intrinsece et
aliud idētice infinitum.cum em̄ infinitas sit quidā gra
dus quidditatis:sicut ⁊ finitas alius ipsi oppositus:ꝑ
consequēs illud est formaliter infinitum cuius ista infi
nitas est gradus:sicut econtrario illud est finituꝫ qd ha
bet finitatem vt proprium gradum suum. tam finitas
enim a re cuius est ꝙ̄ infinitas ab illa cuius est distīgui
tur in re extra non vt formalitas seu quidditas a quid-
ditate:sed vt grad⁹ a sua ꝓpria quidditate . Esse ergo
formaliter infinitum vt dicunt ē habere infinitatē vt ꝓ
prium gradum suū. Esse autem idētice infinitum est es-
se idem cum quidditate cuius est huiusmodi infinitas.
Ex quo sequitur ꝙ om̄is quidditas cuius modus seu
gradus proprius est infinitas est formaliter īfinita.oīs
autem illa cuius modus seu gradus non est huiusmodi
infinitas:sed est idem realiter ⁊ identice cum formalit̄
infinito:vz cum quidditate cuius gradus est īfinitas
est identice infinita. ¶ Sed ista opinio deficit:q͛ falsuꝫ
fundamētū accipit quando dicit finitatem ⁊ īfinitateꝫ
esse aliqua positiua distincta ab eis quorum esse dicun-
tur aliqualiter ī re extra. ¶ Hoc siquidem simplicit̄ est
falsum vt in quadam questiōe superius ⁊ ī quodā Quo-
libet prolixius ē ostēsum.vt em̄ ibi est probatum oē fini
tum ꝑ seipsum ⁊ per suam rationem propriam qua est il
lud quod est nō per aliquid sibi additum est finitū. ⁊ si-
militer nihil dicitur esse īfinitum ꝑ aliquid sibiædituꝫ
positiuum:q͛ alias deus nō posset dici infinitus:cuꝫ nō
sit ī deo formaliter aliquid a se quomodocūꝗ ī re extra
distinctum.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur.quia si esse formalit̄
infinitum est perfectionis seu arguit perfectionem ī eo
qd sic dicitur īfinitum:cuꝫ perfectiori modo sit tale qd
est seipso tale ꝙ̄ qd est tale aliquo sibi apposito median
te:per cōsequēs deus ipse nō est ponēdus esse per aliqd
a se distinctum sibi additum infinitus:sed tātummodo
semetipso omni alio circūscripto.quare ⁊c. ¶ Quia ta
mē cōtra opinionem istam est argutum prolixi⁹ vbi su
pra: ideo ea hic omissa dico aliter conformiter supra-
dictis.

Ad cuius euidentiam pono quatuor cō
clusiones. ¶ Prima est. ꝙ īfinitum sumptum formalit̄
nō dicit aliquid ī re extra. ¶ Hec probatur.q̄m nec pri-
uatio nec negatio vt ab ipsa priuatiōe distincta est ali-
quid in re extra:sed īfinitū vt formalit̄ sumptū non dicit
aliquid positiuum : sed tātummodo negatiuum. ergo
⁊c. ¶ Maior est euidēs. Minor vz ꝙ īfinituꝫ formalit̄
sumptum dicat negationem/apparet.q̄m in hoc differt
priuatio ⁊ negatio:q͛ subiectum dicit̄ priuatum vt ad
aliquid quo caret ipsi possibile comparatuꝫ. negari au
tem dicitur ab aliquo qd nec est nec esse potest in ipso:si
cut hō dr̄ negari ab angelo.sed īfinitū de quocūꝗ dictū
est tale.est enim infinitum carens finitate:sicut inuisibi
le visibilitate.sed sicut nihil est inuisibile nisi cui repu-
gnat videri:ita nec infinitum nisi cui finitas est repu-
gnans.ergo ⁊c. ¶ Sed ad hoc respondetur ꝙ licet infi-
nitum vt formaliter sumptuꝫ ⁊ vltimate dicat finitatis
negationem sicut ⁊ similia similitudinis relationeꝫ:tn̄
vt formaliter ⁊ primarie acceptum dicit aliquid positi
uum/puta deitatis de qua dicitur gradum aliquē quā
titatis pfectionalꝭ:sicut similia ī albedine dicūt albedi-
nem isto modo vz primo:cum nō sint similia vltimo sili
tudine nisi q͛ primo sunt similia in albedine. ¶ Contra
q̄m sicut inuisibile preter negationem visibilitatis illud
p̄cise dicit qd est ratio repugnantie ne videri possit :ita
⁊ infinitum vltra finitatis negationem illud quo alicui
repugnat finitas:ratione cuius repugnantie de ipō di-
citur infinitum.sed sola deitas omni ab ea alio circum-
scripto est cui repugnat finitas.nō enim finitas ipsi re
pugnat sicut nec visibilitas vel corruptibilitas vel ma
terialitas propter aliquid ab ea distinctum:ergo infinit̄
tum vltra deum de quo dicitur non dicit aliquid positi
uum. ¶ Minor probatur.quia eo repugnat deo finitas
quo deus ipse vltra omnem proportionem excedit om̄e
possibile finitum ⁊ quo est impossibile ipsum esse fini-
tum:sed deus ratione sue deitatis excedit impropor-
tionabiliter omne possibile finitum : nec est possibi-
le immo simpliciter impossibile ipsum esse finitum.ip-
se enim ex seipso non ex aliquo sibi extrinseco ab eo

distincto est perfectissimus.ergo non magis infinitum
de deo dictū ꝙ̄ inuisibile vel incorruptibile dicit ī re ex
aliquid positiuum ab eo distinctum.quare ⁊c. ¶ Confir
matur.q͛ perfectius est illud cui ratione sui repugnat
omnis imperfectio ⁊ limitatio ꝙ̄ illud cui ex se nō repu
gnat:sed ratione alicuius ipsi extrinseci in eo intrinse-
ce non inclusi.sed nō est nec esse potest aliquid positiuū
qd possit esse perfectius deitate:ergo si deitas ex seipsa
nō excedit omne finitum nec ipsi repugnat:sed ratione
alicuius alteri⁹ in ipsa intrinsece non inclusi:nec illi ex
se poterit repugnare:nec per consequens poterit poni
ratio ꝓpter quā finitas ⁊ om̄is limitatio repugnat deo
per illud em̄ cui imperfectio ⁊ limitatio non repugnat
nō potest alicui repugnare.ergo ⁊c. ¶ Exemplum etiaꝫ
qd adducunt p̄dicto modo respondentes de albedine ⁊
de similitudine/est ad ꝓpositūꝫ ⁊ contra intentum eoꝝ.
q̄m sicut inter albedinem ⁊ similitudinem non est aliqd
mediuꝫ in re extra ꝑ qd alba dicantur similia:ita nec in
ter deitatem ⁊ infinitatē hoc est finitatis negationē est
aliquid in re extra/ratione cuius de⁹ dicatur esse forma
liter infinitus:ergo sicut duo alba dicuntur similia scdꝫ
eos fundamētaliter ⁊ primo albedine:formaliter auteꝫ
⁊ vltimo similitudine:ita ⁊ de deo ⁊ de infinitate in ꝓpo
sito est dicēduꝫ.quare ⁊c. ¶ Secunda conclusio ē. ꝙ in
finitum sumptum fundamentaliter non est aliquid nec
potest esse nisi sola quidditas deitatis. ¶ Hec apparet
⁊ sequitur ex p̄dictis.q̄m sicut illud solum est inuisibi-
le qd nō potest videri:incorruptibile cui repugnat corrū
pi:ita ⁊ illud solum dicit̄ fundamentaliter infinitū ꝑ se
ipsum qd ex seipso nō ex aliquo alio est impossibile fini
tum seu limitatū esse:sed solus deus ratione sue diuini-
tatis non ratione alicuius gradus ab eo distincti vt ima
ginantur alij est qd est impossibile esse finitum seu limi
tatū.ergo ⁊c. ¶ Prima pars minoris vz ꝙ nulli alteri
a deo repugnet finitas /est euidēs:cū qdlibet aliud sit fi
nitum. ¶ Secunda vz ꝙ deo repugnet seipso non aliq̄
alio mediāte/est ꝓbata in ꝯclusione alia p̄cedēti. ¶ Ex
p̄dictis potest inferri corollarie:ꝙ infinitum dictum de
deo nec p̄dicat de ipso:nec supponit in eo aliquid distin
ctum in re extra ab ipso. ¶ Hoc apparet.q̄m aut accipi
tur infinitū formaliter ꝓ finitatis negatione: vel funda
mētaliter pro eo cui repugnat finitas ipsa negata. Si
primo modo ꝯstat ꝙ nō est aliquid in re extra: sicut nec
aliqua alia negatio vt dicit prima ꝯclusio. Si scdo mo-
do : vt sic infinitū nō potest esse aliquid nisi deus cui so-
li ⁊ seipso repugnat omnis finitas ⁊ limitatio vt dicit
secūda conclusio. ¶ Tertia ꝯclusio est. ꝙ aliquid eē for
maliter infinitum non est ipsum esse aliquo informatuꝫ
nec alicui a se aliquo modo distincto coniunctū. ¶ Hec
apparet ex predictis.q̄m nihil est infinitum formaliter
nisi infinitate:sed infinitas non est aliquid positiuū ī re
extra distictū ab illo qd dr̄ infinitū.q̄m aut infinitas su
mitur formaliter:⁊ sic cum sit negatio pura nō est aliqd
in re extra:aut fundamētaliter:vz ꝓ illo cui repugnat
finitas sibi opposita affirmatio:⁊ vt sic nō ē aliqd distin
ctum ab illa re que dr̄ infinita.sed constat ꝙ nec aliquid
pōt sibi ipsi coniūgi realiter nec a se informari nec alij
negatiōi nec priuationi vniri.ḡ sequitur ꝓpositum : vz
ꝙ esse formaliter infinitū nō ē ipm esse aliquo īformatū
nec alicui positiuo a se aliquo modo distincto coniūctū.
¶ Confirmatur.q͛ aut per esse formaliter infinitum in-
telligis ipsum infinitum qd sumptū formaliter p̄dicat̄ :
aut illud ens de quo infinitū huiusmodi p̄dicatur. Si p̄
mo modo/tale infinitum nō est aliquid in re extra:cū sit
negatio pura:nec ꝑ consequens potest vniri alicui in re
extra formaliter. Si secūdo modo:illud quod sic dicit̄
infinituꝫ vz deus ipse nullo alio ꝗ seipso est formaliter
infinitus vt probatum est superius.ergo ⁊c. ¶ Ex predi
ctis apparet falsitas opinionis p̄dicte/dicentiuꝫ ꝙ eē
formaliter infinitum est habere infinitatē vt ꝓpriū ⁊ in-
trinsecum suum gradum. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio
est. ꝙ ꝓprie loquendo nihil in re extra potest dici forma
liter infinituꝫ. large tn̄ ⁊ vt cōmuniter accipitur/illud
esse dicitur formaliter infinitum cui repugnat omnis fi
nitas seu limitatio. ¶ Hec apparet. Prio quātum ad
primam eius partem.q̄m vt dictum est supra/infinitas
formaliter accepta nō est nisi negatio pura:sed negatio
non est aliquid in re extra.ergo ⁊c. ¶ Secūda pars ap-
paret.q̄m sicut illud dicit̄ esse formaliter inuisibile cui
repugnat videri:ita etiam formaliter infinitum vt dicit̄
de aliquo existente in re extra/nō est aliud ꝙ̄ esse exn̄s
cui omnis finitas seu limitatio est repugnans. ¶ Con
firmatur.q͛ cum dicit̄ ꝙ deus formaliter est infinitus.
aut intelligitur ꝙ deus ipse sit infinitus vt infinituꝫ su-
mitur formaliter ꝓ negatiōe finitatis:aut ꝙ est ens cui
repugnat finitas. Sꝫ primū nō potest dici:q͛ vt sic ꝓpo
sitio non ē vera.nec enim de⁹ dicitur formaliter esse nihil
sed infinitum vt sic sumptū nō dicit aliquid in re extra.
ergo relinquitur scdm qd est propositum:vz ꝙ aliquid
in re extra esse formaliter infinitum non est aliud ꝙ̄ esse
ens cui finitas est repugnās. Unde sicut aīal formalit̄
esse cecum nō est ipsum esse cecum sumptum formaliter
ꝓ suo principali significato:vz pro cecitate:cum talis
non sit aliquid in re extra:sed est ipsum esse ens videre
non valens:ita consimiliter suo modo in proposito est
dicendum. ¶ Ex p̄dictis apparet:ꝙ nulla est illa distin
ctio qua distinguitur ab aliquibus inter esse formaliter
⁊ esse identice infinitū.nō magis em̄ oportet distingui ī
ter esse formaliter ⁊ esse identice infinitū ꝙ̄ inter eē for-
maliter ⁊ idētice inuisibile.vnde sicut oē qd dicitur inui
sibile in re extra existens/est vniformiter inuisibile quia
vz non potest videri:ita ⁊ om̄e nō finitum est vniformi
ter infinitum.sicut em̄ nullum ens inuisibile est inuisibi
le propter aliquid positiuum ipsi additū:ita nec infini-
tum dr̄ aliquid nisi tm̄modo ꝓpter seipsum. quare ⁊c.
¶ Confirmatur.q͛ sicut se habet non angelus vel non
asinus ⁊ nō aliquid quodcūꝗ ab hoīe ad ipsum homi-
nem de quo dicitur : ita et infinitum ad deum . ¶ Hoc
apparet . quia sicut homo dicitur non angelus nec
quodcunꝗ aliud ab ipso : ita ⁊ deum dicere infinitum
non est aliud ꝙ̄ ipsum dicere non posse esse hominem
nec angelum nec aliquod aliud possibile ens finitum:
ergo non magis distinguendum est inter aliquid positi
uum esse formaliter et identice infinitum ꝙ̄ inter homi
nem ⁊ aliud quodcunꝗ esse non angelum ⁊ non quod
cunꝗ aliud a se formaliter ⁊ identice. ¶ Consequentia
est euidens.quoniam sicut nullum ens creatum aliō ab
angelo dicitur non angelus ⁊ non quodcunꝗ aliud a se
ipso nisi quia seipso est distinctum ab eo:ita nec aliquid
positiuum dicitur infinitum nisi quia ab omni finito pos
sibili seipso est distinctum.ergo omne positiuū quod di-
citur infinitum est vniformiter īfinitum:vz q͛ seipso ab
omni finito formaliter est distinctum.quare ⁊c. ¶ Sed
licet inter infinitum formaliter ⁊ identice nō sit distin-
guēdū:posset tamen distingui inter infinitum vt quiddi
tatiue ⁊ inter ipsum vt denominatiue acceptum.infini
tum enim vt quidditatiue sumptum est nihil : quia ne-
gatio finitatis.vt autem denominatiue acceptum est
omne illud in re extra positū cui repugnat finitas quā
negat infinitas.vnde illud est infinitum denominatiue
de quo dicitur infinitum quidditatiue non vt pro seipō
cum sit nihil:sed vt pro eo de quo dr̄ supponens. ¶ Con
firmat̄.quia cum dr̄ ꝙ diuina essentia est formalit̄ īfini-
ta nō aūt relatio origīs nisi q͛ ē cū ipā eēntia realr̄ eadē

aut hoc intelligit esse verum pro tanto qr diuina essen
tia est infinita infinitate ipsi vnita vt intrinseco ei⁹ gra-
du. non autez sic relatio est infinita. aut qr essentie ex se
repugnat omnis finitas nō aūt relationi nisi ꝑpter eēn
tiam. Sed nō potest poni primū ꝑpter duo. ¶ Primo.
qr illud non ē verum vt superi⁹ est probatū. Secūdo. qr
esto ꝙ esset verū/ex hoc nō sequeret ꝑpositū: vcz ꝙ ma
gis formaliter esset infinita essentia q̄ relatio ipsa. qm̄
cuz relatio sit essentie ⁊ ab ipsa ac eius infinitate cui est
etiam vnita realiter indistincta: ꝑ ɔn̄s non magis essen
tia erit infinitate hmōi formalit infinita q̄ relatio ipsa:
⁊ maxime cū etiā secundum ponentes hmōi infinitatē
infinitas sit essentie extrinseca: nec ꝑ ɔn̄s ꝑpter ipsam
essentia possit dici infinita nisi quia realiter ⁊ identice
ipsi vnita. quare ⁊c. ¶ Nec potest poni etiam secūdum
vcz qr essentie repugnat omnis finitas nō aūt relationi
qr hoc est falsum. qd em̄ nō potest esse aliquod ens crea
tum: nec potest esse aliquid limitatum. sed nulla relatio
originis potest esse aliquod ens creatuz siue sit ab essen
tia indistincta totaliter siue distincta aliqualiter in re
extra. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respō-
dendum ad quesitum dr ab eisdem quorum opinio est
exclusa in articulo precedenti/ ꝙ licet relationes ori-
ginis sint infinite negatiue hoc est nō finite: positiue ta-
men nec sunt infinite formaliter: nec finite. nec sequitur
si sunt non finite ꝙ sint infinite. qr nec finitum ⁊ infinitū
sunt immediata nisi vt ad ens aliquod determinatū qd
habet aliquem pfectionis vel impfectionis graduz tm̄
modo comparata. relationes aūt originis nec sunt pfe
cte: nec ꝑ ɔn̄s infinite: nec imperfecte: nec ꝑ consequēs
finite. ¶ Pro ista opinione arguit. Et primo ꝙ relatio
nes hmōi non sint finite: qr nihil imperfectū formalit
est deus realiter. sed quelibet relatio originis est deus
realiter: ergo non est imperfecta formaliter nec ꝑ ɔn̄s
finita: cum omne finitū sit formaliter impfectū. ¶ Con
firmatur. qr formaliter infinitū nō pōt esse idē cū aliquo
formaliter finito: sed diuina essentia q̄ est formalit infi-
nita est idē realiter cū omnib⁹ relationib⁹ originis. er-
go ⁊c. ¶ Scdō arguitur ꝙ non sint formaliter infinite.
Primo. qr oē formaliter infinitū est pfectio simpliciter
sed nulla relatio originis est pfectio simpliciter. qr si sic
nulla psona esset pfecta simplicit ⁊ totaliter: cū nō in q̄
libet immo nec in aliqua sit quelibet relatio originis. ḡ
⁊c. ¶ Scdō. qr nulla vna potētia potest habere plura
obiecta adequata: sed oē infinitū est obiectū intellecti-
ue ⁊ volitiue potētie adequatū: ḡ nō possunt esse plura
infinita. sed plura vtiq essent: si relationes infinite exi-
sterent: cū relationes ipse inter se realiter sint distincte.
ergo ⁊c. ¶ Tertio. qr plura infinita sunt meliora altero
eoꝝ tm̄modo ꝑ se sumpto: sed oēs tres psone simul sum
pte nō sunt meliores seu pfectiores q̄ vnica ꝑ se tm̄. er-
go ⁊c. ¶ Quarto. qr quorūcūq infinitoꝝ in diuinis vnū
pdicat de altero in abstracto. sed nulla relatio originis
pdicat de alia isto modo. nec em̄ paternitas est filiatio
nec passiua spiratio. ergo ⁊c. ¶ Sed ista opinio nō pōt
stare. qr accipit falsum ⁊ oīno irrationabile fundamētū
vcz ꝙ finitū ⁊ infinitū sunt aliqua positiua distincta ab
illis de quibus dicunt. hoc em̄ non est verum vt dictum
est. sicut em̄ de⁹ eo dicit infinitus quo ab omni finito i-
proportionabilit est distinctus: ita ⁊ quodcunq ab ipō
aliud ꝑ illud est finitum ꝑ qd ab ipso deo iproportiona-
biliter est excessum: sed omne aliud a deo iproportiona
bilit excedit ab eo quocunq alio circūscripto: ⁊ de⁹ ipm
excedit improportionabiliter similit per seipsum. ergo
⁊c. ¶ Confirmatur. quia qd potest esse ⁊ est tale seipso
nō debz nec pōt poni eē tale aliquo sibi apposito mediā
te. sed omne ens creatū potest poni ⁊ est finitū seipso: cū
sit finitū omni alio a se circūscripto. ergo ⁊c. ¶ Ex pre-
dictis apparet falsum esse ⁊ impossibile illud qd acci-
pit opinio ista: vcz ꝙ relatiōes originis nō sūt positiue ifi
nite formalit nec finite. qm̄ aut finitū ⁊ ifinitū accipiūt
fundamētaliter ꝓ rebus extra de quibus dicunt ⁊ pro
quibus supponūt: aut formaliter pro seipsis. Si primo
modo: sic finitū ⁊ ifinitū nō dicūt aliud q̄ creatū ⁊ icrea
tum. qr nec ens creatum est finitum nec increatū infini
tū fundamētaliter nisi tm̄modo semetipso. ergo dicere
ꝙ est aliquid in re extra qd nec est finitum nec infinituz
formalit nō ē aliud q̄ dicere ꝙ est aliquid puta relatio
originis que nec est creata: nec increata: nec de⁹: nec nō
de⁹: qd est abominabile ⁊ absurdū. Si aūt infinitū acci
piatur secundo modo vcz formaliter ꝓ seipso: qr finitū
nō accipitur formaliter aliter q̄ fundamentaliter: cum
suum significatū sit quōcūq accipiat qdlibet ens crea
tū: tūc finitū ⁊ infinitū vt sic sumptū opponunt nō ɔtra
rie nec priuatiue: sed ɔtradictorie: sicut hō ⁊ nō hō/ens
creatū ⁊ nō ens creatū. sed cōstat ꝙ de quocūq verifica
tur necessario ⁊ conceditur alterum cuiuscūq cōtradi-
ctionis extremū: ergo ⁊ finitū vel ifinitū vt sic acceptū
quare ⁊c. ¶ Assumptū vcz ꝙ finitū ⁊ infinitū formalit
sumptū nō opponant ɔtrarie/appet. qr infinitum vt sic
sumptū est mera negatio finiti ⁊ non est in re ex aliquid
positiuū: sz oīa ɔtrarie opposita sunt positiua. ergo ⁊c.
¶ Qr etiā non opponant priuatiue/ꝓbat. qm̄ negatio
affirmationis impossibilis ⁊ ipsa affirmatio non oppo
nuntur priuatiue sed contradictorie. ¶ Hec appet. per
hoc em̄ differt oppositio ɔtradictoria a priuatiua: quia
priuatio que est alterū extremuz oppositionis priuati-
ue est negatio affirmationis: puta habit⁹ possibilit abso-
lute subiecto: sicut se hn̄t vis⁹ ⁊ cecitas dicta de aīali. ne
gatio aūt que est extremū ɔtradictorie oppositionis re
spicit affirmationem impossibilem simpliciter ⁊ totali
ter subiecto cuicūq de quo dr ipsa negatio. sed sic est in
proposito de finito ⁊ de infinito vt formaliter sumpto: vi
delicet ꝙ finitū ꝑ infinitū negatū est ipossibile simplici
ter oī illi de q̄ dr ifinitū: sicut hō cuicūq qd est nō homo
ergo ⁊c. ¶ Ex hoc appet ꝙ cū inter ɔtradictoīs extre-
ma nullū sit nec esse possit medium de quo non dicatur
alterū extremoꝝ: ⁊ finitū ⁊ ifinitū sint ɔtradictoria rea-
liter licet videant esse priuatiue opposita vocalit: ꝙ oē
illud quod negatur esse formalit infinitū hz eē eo ipō fi
nitū: sicut oē qd non est non hō est necessario hō: ⁊ econ-
uerso nihil potest esse infinitū nisi non finitū: ⁊ oē nō fini
tū est necessario infinitū: qr nec ifinitū vt formalit sum-
ptū est aliud q̄ non finitū: cū nō sit nisi pura finitatis ne
gatio vt dictū est supra. ḡ ⁊c. ¶ Et qm̄ dicit opinio supra
dicta ꝙ finitū ⁊ infinitū nō sunt immediate opposita ni
si vt ad ens aliqd hn̄s aliquē pfectiōis vel impfectiōis
gradū tm̄modo compata: hoc dictum dupliciter deficit.
Primo. qr supponit falsū. Scdō. qr esto ꝙ hmōi supposi
tū esset verum ex hoc nō haberet intentuz. ¶ Primum
appet. qm̄ supponit ꝙ grad⁹ pfectionis ⁊ imperfectio-
nis sint aliqua eis opposita q̄ dicunt imperfecta forma
liter ⁊ perfecta ⁊ ab eis distincta aliqualiter i re ex. hoc
autem est falsum. nō em̄ de⁹ est pfectus formaliter ali-
quo alio q̄ seipso: nec aliquid ab eo distinctum dicit pro
pter aliquid sibi appositū impfectū. nō em̄ homo est ꝑ
fectior asino nec ipfectior āgelo nisi tm̄modo semetipso
quia impossibile est hominem nō esse asino pfectiorem
⁊ angelo imperfectiorē. nō esset aūt impossibile si homi
nis pfectio vl imperfectio esset gradus aliquis ipsi ex
trinsecus vt imaginatur ista opinio: cum talis gradus
haberet vt nunc suppono/ab homine realiter distin-

gui: ⁊ ꝑ consequens posset ab eo ꝑ diuinam potentiā se-
parari. ergo ⁊c. ¶ Secūdū/vcz ꝙ pdicto supposito licz
falso cōcesso adhuc nō habeat intētū ista opinio/vcz ꝙ
aliqd possit esse qd nec sit ifinitū formalr nec finitū/ap-
paret. qm̄ licet perfectio ponat aliqs gradus rei pfecte
nō tamē imperfectio debet poni aliquis talis gradus.
nihil em̄ est formaliter imperfectū: quia aliquo iforma-
tum vel quia positiuū aliquod sibi intrinsecū habēs se-
cū. oē em̄ positiuū est aliquo modo pfectū: cū cōcedatur
esse bonū. nō videt aūt rationabile ponere aliqd eē imp
fectum propter aliquod bonum ipsi coniunctum. ergo
si imperfectio ponatur aliqs talis gradus positiu⁹ erit
aliquod bonū: nec ꝑ ɔn̄s propter ipsuz poterit aliqd di-
ci impfectū formalit sed pfectū. ergo impfectio non pōt
dicere supra rem cuius est aliquid positiuum: sed tantū
modo negatiuū/vcz pfectionis remotionē siue negatio
nem/ vt negatio distinguitur a priuatione que est nega
tio habitus possibilis subiecto ꝓuato. ex quo sequit ꝙ
perfectū ⁊ imperfectū nō priuatiue sed contradictorie
opponuntur: nec ꝑ consequēs potest aliquid reperiri de
quo istorum alterum non dicatur/imperfectū vcz vel ꝑ
fectū: ⁊ per cōsequēs finitū vel infinitū. quare ⁊c. ¶ Si
tamē ista opinio ponēs aliqd esse qd nec infinitū est for
maliter nec finitū/acciperet formaliter infinitū vcz pro
finitis negatione pura quā dicit/tunc sic loquēdo de in
finito cōcedo ꝙ nec relatio originis nec ipsa essentia est
infinita formaliter nec finita: cuz infinitū vt sic sumptū
non sit aliquid in re extra: ⁊ ideo nulla res dicit isto mo
do formaliter nec identice infinita: cum nulla res pos-
sit cum nihilo esse idem. ¶ Et ideo quantū ad istum ar-
ticulū aliter est dicendū. ¶ Ad cuius euidentiā est sciē
dum ꝙ cū querit an relationes originis sint formaliter
infinite: aut per predicatū qd est infinituz intelligit ali
quid positiuū ab ipsis relationibus ⁊ a diuina essentia
aliquo mō in re extra distinctū: aut intelligit pcise ipsa
diuina essentia vt absolute sumpta que primo dicit infi
nita: aut intelligit tertio non aliqd positiuū: sed sola ne
gatio finitatis que potest supponere vel formaliter pro
seipsa vel fundamētalit pro quocūq ente in quo nō re-
peritur nec potest esse affirmatio sibi cōtradictorie op-
posita puta finitas ipsa. ¶ Primo mō accipiendo infi-
nitū/querere an relatio originis sit formaliter infinita ē
querere an sit a se ⁊ a diuina essentia distinctum aliqua-
liter in re extra. Secundo modo est querere an sit ipsa
diuina essentia. Tertio aūt modo an de ipsa dicat nega
tio finitatis vno modo istorum duorum modoꝝ: vel alio
vcz vt supponit pro seipsa vel pro omni alio positiuo cui
est impossibilis omnis finitas quam negat ipsa infini-
tas sic accepta.

Hoc pmisso pono quatuor cōclusiōes.
¶ Prima est. ꝙ nec alia relatio originis in diuinis nec
etiam ipsa diuina essentia est infinita formaliter nec
identice/ accipiendo infinitū primo modo. ¶ Hec pro-
batur. quoniā nec diuina essentia nec aliqua relatio ori
ginis est formalit aliquid in re extra nec ipsi idez qd ab
ipsa essentia ⁊ a relatione qualibet sit distinctum. sed in
finitū hoc modo sumptū supponitur esse distinctum ab
essentia ⁊ ab omnibus relationibus originis simul sum
ptis. ergo ⁊c. ¶ Maior est euidens. deus enim nō est ni-
si vna essentia vcz deitas ⁊ tres res vcz tres psone. ergo
nihil qd ab oībus istis est distinctuz formaliter est i deo
nec per consequens est identice deus. quare ⁊c. ¶ Con-
firmatur. qr nec deitas est nisi deitas ⁊ tres persone siue
relationes originis: nec econuerso tres persone seu rela
tiones originis sunt aliquid a seipsis distinctum nisi
deitas ipsa tantuz: supposito ꝙ deitas sit ab eis distin-
cta in re extra vt dicunt aliq. qd est falsum. ergo si infini
tum ab istis oībus est distinctum/non potest dici de ali-
quo istoꝝ tantū nec de oībus simul sumptis. ¶ Assum-
ptum vcz ꝙ deitas non sit nisi deitas ⁊ quelibet relatio
originis: nec econuerso ipse relationes seu persone sint
nisi deitas/apparet: quia vt probatum est in precedenti
bus nec infinitas dei est aliquid in re extra distinctum
a deo: nec finitas ab aliquo ente creato finito. itellect⁹
autē et alia dicta de ipso vt nunc suppono ex dictis in p
cedētib⁹ nō dicūt aliqua ab ipsa deitate distincta. ⁊ esto
ꝙ dicerent adhuc haberetur propositū/vcz ꝙ nihil exi
stens in deo formaliter nec identice potest dici infini-
tum sumptū pro gradu aliquo positiuo: cum tale sit im
possibile ex pdictis. vnde infinituz sic sumptum vcz pro
aliquo positiuo distincto in re extra aliquo modo a deo
est impossibile. Ex quo potest argui ad propositum sic
in forma: deus non est formaliter nec identice aliquod
impossibile: sed infinitum predicto modo sumptum est
impossibile. qd apparet: quia ɔstat ꝙ huiusmodi infini
tum non potest esse extra deum: cū nō possit esse creabi-
le nec creatum nec formaliter in deo: cum in eo nihil sit
necesse possit formaliter distinctum aliquo modo in re
extra a personis siue a relationibus originis: cum nec
alio a seipso deus sit formalit infinitus. quare ⁊c. ¶ Cō
firmatur. qr licet infinitum sumptū pro aliquo positiuo
distincto ab essentia sit possibile immo necessarium: sup
posito ꝙ relatio originis ab essentia distinguat forma-
liter in re extra: ⁊ ecōuerso hoc supposito infinitū distin
ctū ab omnibus relationibus originis sit etiam neces-
sarium/vcz ipsa essentia diuina: non tamen aliquod in-
finitum positiuū est possibile qd ab istis omib⁹ sit distin
ctum/videlicet ab essentia ⁊ a relationibus. nihil enim
ab istis omnibus est distinctum nisi quod est formaliter
finitum. ergo ⁊ ce. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ relatio
originis non est formaliter infinita vt infinitū sumit se-
cundo mō: vcz pro diuina essentia tātū. ⁊ hoc supposito
ꝙ relatio ipsa sit distincta ab essentia in re extra. ¶ Hec
apparet. quoniā qd ab aliquo est distinctū formaliter i
re extra: nō dicit formaliter esse illud. ergo si relatio ori-
ginis est distincta formaliter ab essentia in re extra / nō
est formaliter ipsa. quare ⁊c. ¶ Hoc modo etiā posset di
ci ꝙ diuina essentia non est infinita formaliter: accipiē
do infinitum pro relatione originis pro qua etiā potest
accipi cū ei oīs ānitas sit repugnās. ⁊ hoc modo posset
dici ꝙ ipsa diuina essentia non est formaliter sed iden-
tice infinita: quia est realiter relatio originis que est for
maliter infinita. sicut etiam ecōuerso potest dici ꝙ rela
tio originis non est formalit sed identice infinita: qr est i
distincta realiter ab essentia que est hoc modo formalit
infinita. sed sic non accipitur infinitū ab aliquo in ꝑpo
sita questione. ¶ Et si cōtra cōclusionē istam arguatur
quia si relatio originis non est formaliter infinita: ergo
finita: cum inter finitum ⁊ infinitum non sit mediū: nec
sit aliqd de quo non dicat alterū istoꝝ vt superius fuit
dictum: ¶ Respōdeo ꝙ verum est vt ista vcz finitum et
infinitū accipiunt ꝑprie vcz prout sunt ɔtradictorie op
posita: mō quo finitum ⁊ infinitum sumptuz pro illo cui
repugnat omnis finitas/opponūtur. nō sic autē in con-
clusione predicta accipitur infinitum: cum precise ꝓ di-
uina essentia vel tm̄ ꝓ relatione originis accipiat. licet
aūt diuina essentia sit infinita: non tamen omne infini-
tum est formaliter ipsa: nec ipsa est formaliter omne in-
finitum: supposito hoc qd tamē falsuz reputo: vcz ꝙ es-
sentia diuina sit distincta formaliter ab omnib⁹ relatio
nibus originis in re extra. supposito autem isto: nō ma-
gis sequit/relatio originis non est formalit infinita: er-
go est formalr finita: q̄ sequat/relatio originis nō ē for-

maliter essentia:ergo est formaliter finita.quia nec infinitum ab ipsa relatione negatum est vt supponitur nisi essentia.sed licet relatio nõ sit formalit /est tamẽ vt dicitur realiter ⁊ simpliciter ipsa essentia: qđ quidẽ esse nõ posset si finitum aliquid esset.quare ⁊c.¶Tertia conclusio est.ꝙ nec relatio originis nec essentia est formaliter infinita vt infinitum accipitur tertio modo:⁊ supponit tantũmodo pro seipso.¶Hec apparet:quoniam infinitum isto modo sumptum non est aliq̃d in re extra:cũ sit sola negatio finitatis.sed qđ nihil est non potest verificari de aliquo positiuo vt supponit tantũmodo pro se ipso/ vcʒ pro nihilo.nec enim hõ est non angelus nec ipẽ deus nõ homo magis q̄ homo/vt nõ homo accipit pro seipso/vcʒ pro negatione:sed tantũ vt supponit ꝓ quocunq̃ alio ab homine:⁊ nõ angelus pro omni alio ab angelo:⁊ sic de alijs.ergo nec essentia diuĩa nec relatio originis nec aliquid aliud possibile in re extra est formalit infinitũ:vt infinitũ supponit tantũmodo pro seipso/vcʒ pro negatione cuiuslibʒ finitatis.¶Confirmat.qr non magis deus potest dici hoc modo infinitus q̄ aer tenebrosus vel q̄ aliquis homo cecus:sed vt tenebrosum et cecum supponunt tantummodo pro seipsis vcʒ pro priuationibus puris /nõ possunt verificari magis q̄ nihil de aliquo positiuo.ergo nec infinitum vt sic sumptuʒ ꝓpter consimilẽ rationem.¶Nec valet:si contra hoc arguatur:ꝙ si deus non est formalit infinitus:ergo est formaliter finitus.qm̃ sicut ad aĩal non esse cecum non seq̃tur ꝙ sit videns:nisi cecus supponat pro animali cui nõ repugnat videre.si em̃ accipiat vt supponit tãtũ pro p̃uatione/nõ sequit aĩal non est cecũ:qr non est nihil seu priuatio:ergo est vidẽs.ita ɔsimiliter in ꝓposito nunq̄ non infinitũ infert finitum nisi ipsuʒ infinitũ negatũ sit fundamẽtaliter sumptum/vcʒ pro ente cui repugnat finitas.omne aũt qđ est nõ infinitũ sic sumptuʒ est finitũ sicut ⁊ ecõuerso omne nõ finitum est necessario infinitũ. nõ autem non esse infinitũ pro negatione sumptũ infert finitum:cuʒ nõ esse infinitũ sic sumptũ nõ sit aliud q̄ nõ esse formaliter nihil.quare ⁊c.¶Quarta ⁊ vltima conclusio est.ꝙ relatio originis in diuinis est formaliter infinita vt infinitũ accipit tertio modo/vcʒ pro negatiõe finitatis supponente pro quocũq̃ cui repugnat omnis finitas:quale est omne illud ens qđ nõ est finitũ.¶Hec appet.qm̃ sicut oẽ illđ ens dr̃ inuisibile qđ nõ põt videri: nõ vt inuisibile accipit seu supponit tm̃mõ pro seipso:puta pro negatione signata:sʒ vt supponit pro re cui repugnat affirmatio negata:vcʒ visio ipsa:ita consimiliter in proposito infinitum formaliter dicit esse illud cui repugnat omne finitũ:sic ꝙ non potest esse formaliter aliquod ens finitum.⁊ hoc vt infinitũ supponit nõ pro negatione finitatis/sed pro re cui omĩs finitas negata repugnat.sʒ cõstat ꝙ cuilibet relationi originis repugnat esse finitum.nulla em̃ relatio originis nec ꝑsona potest esse finita magis q̄ essentia.ergo ⁊c.¶Confirmat.qr sicut inter visibile ⁊ inuisibile corruptibile ⁊ incorruptibile vt ista accipiunt ɔtradictorie non est dare mediũ:nec est reperire aliq̃d de quo nõ dicat alterum predictorum vt inuisibile ⁊ incorruptibile supponũt non pro seipsis sed pro rebus quibus sunt incompossibiles opposite affirmationes negate:ita ⁊ de finito ⁊ de infinito modo p̃dicto accepto cõsimiliter est dicendũ.sed cõstat ꝙ nulla relatio originis est finita formaliter magis q̄ eẽntia.ğ est infinita.

Ex p̃dictis cõcludo corollarie.Prio ꝙ relationes originis sunt infinite ɔsilr̃ sicut essentia ipsa.diuina ⁊ non aliter.Secundo.ꝙ falsum est ⁊ omnino iprobabile dictũ quorũdã ponẽtiũ ꝙ ĩfinitas est causa propter quã in diuinis vnum predicatur de alio in abstracto/vt deitas de qualibet relatione originis:⁊ propter cõtrariam rationẽ nulla relatio originis potest de alia predicari.¶Primũ probat.quoniã vt patet ex p̃dictꝭ diuina essentia non dicit nec est formaliter infinita/vt ĩfinitum supponit pro aliquo ab ipsa distincto:sed tantũmodo vt supponit pro illo cui seipso repugnat omne finitum per ipsum infinitum predicatum negatũ.sed propter eandẽ rationẽ penitus relatio ipsa est infinita:vcʒ quia non minus ipsi q̄ essentie repugnat omẽ finitũ:cũ sit ab ea nõ minꝰ q̄ ab essentia distinctũ.ergo ⁊c.¶Cõfirmatur.quia sicut omnia alia a colorato ⁊ a lucido vt omĩa spiritualia licet diuersa vniformiter ⁊ propter eãdem rationẽ sunt inuisibilia:puta qr possunt nõ esse corporalit lucida nec actualit colorata:ita ⁊ quecũq̃ quãtumcunq̃ diuersa ab omnibus finitis alia vniformiter sunt ⁊ consimiliter infinita:si ab omni finito vniformit ⁊ equaliter sunt distincta.¶Hoc apparet.quia nec esse infinitũ est aliud q̄ ens cui repugnat esse finitũ:sicut inuisibile cui repugnat videri:⁊ non hõ ens cui repugnat homo.ergo sicut esse aliud ab homine vniformiter ⁊ similiter est non homo:ita ⁊ omne aliud ab omĩ finito cui equaliter repugnat esse finitũ est vniformiter ⁊ equalit infinitum.sed omnes relationes originis ⁊ essentia eq̃liter a finitis omnibus distinguuntur.ergo ⁊c.¶Preterea dicẽtes diuinã essentiã ⁊ relatiões originis eẽ difformiter infinita:qr essentia formalit ⁊ relatiões identice:hoc non ponunt/nisi qr supponunt essentiã esse infinitã aliquo alio a seipsa ⁊ relatiões:quia sunt vt dicũt idẽ realiter cũ essentia ipsa quã dicũt illo infinitatis gradu esse formaliter infinitam.sed vtrunq̃ istorũ est falsum. nec enĩʒ essentia est magis q̄ relatio aliquo alio a se formaliter infinita:cum talis eius infinitas non sit aliq̃d distinctũ ab essentia in re extra.nec relationes etiã originis dicunt esse identice infinite quia sunt ab ipa essentia realiter indistincte:sed tantũ qr sunt distincte essentialiter a qualibʒ re finita:sic ꝙ eis est impossibilis oĩs finitas.vnde si p impossibile ipse relatiões hmõi essent ab essentia distincte realit/nihilominꝰ essent formaliter infinite:dum tamen essent sicut ⁊ nunc sunt distincte a qualibet re finita.ergo ⁊c.¶Cõfirmatur.quia totalit ĩdistincta vniformiter sunt infinita vel finita.sed licet relationes originis inter se realiter sint distincte ab essentia:tamen sunt indistincte totaliter in re extra/vt probatum fuit supra in distinctione secũda.ergo ⁊c.¶Secundum corollariũ supradictũ probo.Primo.qr illud dictum illorũ supponit falsum/vcʒ infinitatẽ esse aliq̃d distinctũ ab essentia in re extra.Secundo.qr esto ꝙ hoc suppositũ esset verum adhuc non esset verum hoc qđ assumit/vcʒ ꝙ huiusmodi infinitas distincta ab essentia sit causa verificandi ipsam de relationibꝰ originis.quoniam qđ seipõ non aliquo mediante alio est realiter ab aliquo alio indistinctum/est illud per seipsum nõ ꝓpter aliquid sibi appositum ab eo aliquo modo distinctum. sed diuina essentia semetipsa quocũq̃ ab ea alio circunscripto.est a personis seu relationibus omnibus originis realiter indistincta.ergo et seipsa est quelibet relatio originis seu persona.quare ⁊c.¶Cõfirmatur. quia secundum eos ꝙ aliquid identificet sibi essentialiter illud quod ab ipõ est distinctum formaliter:hoc est perfectionis ex parte identitatis. sed nihil distinctum a diuina essentia in re extra potest esse perfectius ipsa. ergo nec infinitas si ponatur ab ea distincta poterit esse causa identificandi ipsam essentiã cum aliquo ab essentia ipsa distincto formaliter in re extra.

Et si queras:quare ergo magis essentia

predicat in abstracto de oĩbus personis siue relationibus originis q̄ vna ꝑsona de alia.¶Respõdeo.quia diuina essentia est realiter ⁊ totalit ĩ re extra ĩdistincta ab oĩbus personis inter se realiter distinctis:⁊ hec vcʒ idẽtitas essentie cum personis est causa propter quam est vera propositio affirmatiua ĩ qua p̃dicatur cõceptꝰ ꝓprius deitatis de cõceptibus proprijs ꝑsonarum vel relationum originis:⁊ per oppositum diuersitas relationum seu personarũ diuinarum inter se est ratio propter quaʒ cõceptus vnius personarũ siue relationũ originis non potest vere de cõceptu proprio alterius affirmari. ¶Confirmat.quia ĩ diuinis nõ sunt nisi tantũ tres res que sunt vnica res ⁊ simplicissima ab illis tribus realit ⁊ totaliter indistincta nõ aliquo alio a seipsa.si em̃ alio iam non essent ibi tantũ tres ⁊ vna a tribus ĩdistincta: sed esset ibi quartũ vcʒ ĩfinitas distĩcta tam a personis oĩbus q̄ ab essentia vt supponit ĩ re extra.ğ ⁊c.¶Preterea si infinitas sit distincta a diuina essentia in re extra:cum ipsa sit eadẽ realr cum relationibus originis seu personis: aut est cũ eis eadeʒ seipsa:aut aliquo alio mediante.Sed nõ potest poni secũdum:qr tunc esset ꝓcessus in infinitum in diuinis:qđ est impossibile ⁊ absurdum.ergo relinquit primũ.sed nihil a diuĩa essentia distinctum potest magis seipso esse a personis realiter inter se distinctis realr indistinctũ q̄ ipa essentia ꝑ se sumpta.ğ ⁊c.¶Cõfirmat.qr sicut tu queris quare diuĩa essentia predicatur de oĩbus personis ⁊ relationibus originis in abstracto magis q̄ vna relatio vl vna persona de alia:ita cõsimiliter potest a te queri quare ĩfinitas essentie predicat de qualibet relatione magis q̄ vna relatio originis vel ꝑsona vna de alia.ex quo em̃ vt dicis essentia predicatur de qualibet relatiõe originis in abstracto:qr est formaliter ĩfinita infinitate a se distincta oportet ꝙ huiusmodi ĩfinitas etiã sit vera de qualibʒ relatione originis in abstracto.sed cõstat ꝙ nõ potes dicere ꝙ p̃dicetur seu verificet de ea propter aliquid distinctum a seipsa:sed tãtum qr per se est ab oĩbus talibus relationibus originis seu ꝑsonis realiter indistincta.ergo cõsimiliter potest dici ꝙ cum nihil distinctũ ab essentia possit poni magis idem q̄ ipsa essentia cum relationibus originis seu ꝑsonis:nec per cõsequẽs aliq̃d ab essentia distĩctum est causa verificãdi ipsam essentiã de relationibus originis seu personis:sed tantũ iõ talis propositio affirmatiua est vera qr essentia est ab omnibꝰ relationibus originis ⁊ personis ĩdistincta totaliter in re extra.quare ⁊c.¶Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: dubiũ ex dictis in p̃cedentibus ortum ad qđ hic est respõdendũ est:quia si relatiões originis seu ꝑsone sint formaliter infinite:cum ipse sint plures qr tres ⁊ realiter distincte:per cõsequẽs sequitur ꝙ erunt plura infinita.sʒ infinitũ nõ videt esse nisi tantũ vnũ.ergo ⁊c.¶Ad hoc respõdeo.Ad cuius euidẽtiam est sciendũ:ꝙ sicut deus dicitur esse vnus essentialiter ⁊ trinus ꝑsonaliter:ita cõsimiliter oportet dicere cõsequẽter ꝙ est vnum infinitũ ⁊ trinum.cum em̃ infinitum vt ĩ precedẽtibus est ostẽsum nõ sit aliud q̄ illud qđ est ab omĩ finito distinctum:ꝑ ɔñs quot sunt ab omĩ finito distincta ipsiq̃ repugnantia /tot oportet ponere ĩfinita.sed tres sunt persone ab omĩ re finita distincte:quarum cuilibet repugnat omĩs finitas ⁊ limitatio.ergo ⁊ tria sunt etiã ĩfinita.que tamẽ tria sunt etiã vnicũ numero ĩfinitũ. nõ em̃ video magis esse incõueniẽs cõcedere esse trinũ ĩfinitum q̄ deum. ¶Et si dicat ꝙ licet deus cõcedat esse trinus nõ tñ dicũtur esse tres dij:sed solũmõ vnus deus:⁊ ita ɔsilr licet infinitũ cõcedat esse trinũ nõ tñ põt dici ꝙ sint tria nũero ĩfinita:¶Respõdeo ꝙ nõ est simile de deo ⁊ de ĩfinito quãtũ ad hoc.qm̃ deus dicit tantũ vnus propter essentie vnitatẽ pro qua supponit.infinitũ aũt põt supponere ⁊ supponit pro quocũq̃ distincto ab omĩ finito:sicut inuisibile pro omĩ alio a lucido ⁊ a colorato.sed nõ tm̃ essentia diuina sed etiã quelibet relatio originis vel persona esto ꝙ sit distincta ab ipsa essentia formaliter in re extra/est alia ab omĩ finito.ergo ⁊c.¶Tũc igitur quãdo arguitur ꝙ nõ est nisi vnicũ numero ĩfinitũ: Dico ꝙ verũ est essentialiter nõ tamẽ ꝑsonaliter ⁊ realiter modo quo vt apparet ex dictis in p̃cedẽtibus sequitur ꝙ sint plura ĩfinita.nõ em̃ opinio supradicta ponẽs relatiões originis ⁊ ꝑsonas esse formaliter ĩfinitas/ponit esse plura ĩfinita essentialiter sed tãtum ꝑsonaliter distincta:que oĩa dicit esse vnũ deũ essẽtialiter:⁊ ꝑ ɔñs vnicum ĩfinitũ.Nec oportet hic querere qđ querũt aliq̃:videlicet an illa oĩa que in diuinis esse dicũtur formalr ĩfinita/sint infinita eadẽ an alia ⁊ alia ĩfinitate.qm̃ ĩtelligẽdo ꝑ ĩfinitatem aliq̃d a re que dr̃ ĩfinita distinctum nec est ĩfinita vna nec alia ⁊ alia ĩfinitate:cum quodlibet sit ĩfinitũ seipso omĩ alio circũscripto.¶Sed cõtra hoc forsitã arguetur.qr qđ est vnicũ ens tm̃ est etiã vnicũ ĩfinitum:⁊ ecõuerso quecũq̃ multa ĩfinita sunt multa entia.sed nec relatiões originis nec persone sunt diuersa entia.ergo nec multa ĩfinita sed vnũ tm̃.¶Respõdeo: ꝙ aut per ens ĩtelligis diuinã essẽtiaʒ:aut relationem originis vel personam:aut aliq̃d distinctũ ab istis omĩbus ĩ re extra/vcʒ ab essentia ⁊ a personis.Si p̃mũ ɔcedo ꝙ sunt vnũ ⁊ nõ plura: sicut nec plura sed tm̃ vnicum ĩfinitum cõsilr modo sumptum.si secũdum/falsum est ⁊ erroneũ dicere ꝑsonas diuinas esse vnũ ens tãtuʒ. sicut em̃ sunt tres persone realiter distĩcte:ita ẽt tria entia:accipiẽdo ens pro persona.si autẽ tertio modo accipiatur ens/vcʒ pro aliquo distĩcto ab essentia ⁊ a personis seu relatiõibus originis:sic persone nec sunt plura entia nec vnum.¶Et si queratur quomodo plura ĩfinita realiter possunt esse vnicum ĩfinitũ ⁊ plura entia vnũ ens:¶Respõdeo ꝙ ita plura ĩfinita possunt esse vnuʒ ĩfinitum ⁊ plura entia vnum ens sicut plures res dicãtur esse ⁊ sunt vna res.sed cõstat ꝙ ĩ diuinis sũt tres res vcʒ tres ꝑsone q̄ q̄dcʒ sunt vnica ⁊ simplicissima res nõ aliqua illarum trium tm̃:sed deitas ipsa ab illis tribus ĩdistincta totaliter ĩ re extra.ergo ⁊c.¶Sic ad questionem.¶Ad primum illorum que pro opiniõe alia adducũtur ad probãdum ꝙ relatiões originis nõ sũt formaliter ĩfinite: Dico ꝙ falsa est minor que dicit ꝙ relatio originis nõ est perfectio simpliciter:vt videbitur ĩ alia questiõe.nec ex hoc vcʒ ꝙ relatio originis nõ est ꝑfectio simpliciter seq̃tur qđ ĩfertur:puta ꝙ nulla persona sit perfecta simpliciter.quoniaʒ licet ĩ nulla persona sit omnis relatio originis:tamẽ quelibet persona est essẽtia ab omĩbus personis seu relatiõibus originis realiter ĩdistincta.ad hoc autem ꝙ aliquid sit perfectum simpliciter ⁊ vniuersaliter sufficit ꝙ sit illud quod est omĩs ꝑfectio realiter.quare ⁊c.¶Ad secũdum:cõcedo ꝙ eiusdem potẽtie nõ possunt esse plura obiecta adequata sic ꝙ illa sint ita plura realiter ꝙ nõ vnum.infinita autem que hic ponũtur esse plura ⁊ distincta nõ sic sunt plura cum sint realiter vna res numero seu essentia ab eis indistincta que est intellectus ⁊ voluntatis obiectum huiusmodi adequatum.quare ⁊c.¶Ad tertium cõsimiliter est dicendum:videlicet ꝙ si ponerentur infinita plura que nõ essent vnum:talia vtiq̃ essent meliora eorum quolibet per se sumpto:nõ autem illa infinita que licet plura inter se sunt tamen vnicum ⁊ idem numero infinitum ab omĩbus simul ⁊ a quolibet per se sumpto realiter indistinctum.sed sic est in proposito.ergo ⁊c.¶Ad

quartum apparet ex dictis ꝙ falsum accipit in maiore. solū enī illud īfinitum predicatur de alio ī abstracto qd̄ est ab ipō realiter īdistinctuꝫ. sed relatiōes originis vel persone licet sint formaliter īfinite: tamē inter se realiter sunt distincte. quare ⁊c. ¶ Ad ratiōnē in principio apparet ex dictis ꝙ falsum accipit in maiori.

Secundo quero. Vtrum omnis relatio originis in diuinis sit perfectio simpliciter. ¶ Et videt̄ ꝙ sic. qꝛ qd̄ nō est perfectio simpliciter nō potest esse idē realiter cū aliqua perfectiōe simpliciter: sed quelibꝫ relatio originis est idem realiter cum diuīa essentia que est perfectio simpliciter. est etiā īfinita formalit̄ vt ptꝫ ex q̄stiōe alia ergo ⁊c. ¶ Cōtra, quia perfectio simpliciter est tātum illud qd̄ est in quolibet melius ipsum q̄ nō ipsum: sꝫ nulla relatio originis potest esse nisi tātum ī vna persona: nec per cōsequēs est ī qualibet ipsa melior q̄ nō ipsa: alias quelibet esset in personis omībus: qd̄ est falsuꝫ. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic procedam. Primo enī īquiram quid est perfectio simpliciter. Secūdo dicaꝫ ad questionem. Tertio excludam aliqua que possent argui cōtra solutionem.

Quantum ad primum dicit vnus doctor ꝙ perfectio simpliciter est omē illud qd̄ est in quolibet melius ipsum q̄ nō ipsum/hoc est q̄ quodcūqꝫ ipsi īncompossibile. non tamē sic intelligēdo ꝙ ipsuꝫ sit melius quocūqꝫ alio a se: quia tūc nō esset nisi tantū vnica perfectio simpliciter vcꝫ ipse deus. ¶ Qꝫ autem hoc modo sit ītelligēdum dictuꝫ Ansel. vcꝫ ꝙ perfectio simpliciter est illud qd̄ est melius ipsum ī quolibet q̄ nō ipsuꝫ hoc est q̄ quodcūqꝫ ipsi īcōpossibile: probat doctor iste ex duabus maximis: quaruꝫ prima vt dicit est ꝙ omīs perfectio que est ī deo formaliter est melior quacūqꝫ que nō est ī eo formaliter. ¶ Hec apparet. quia alias deus posset esse melior seu perfectior supposito ꝙ ipsi deficeret aliquid qd̄ est in quolibet ipsum melius. hoc autem est falsum. ergo ⁊c. ¶ Secūda est. ꝙ omēs perfectiōes simpliciter sunt compossibiles. ¶ Hec apparet. quia omnes sunt ī deo: cum ipse deus simpliciter ⁊ vniuersalit̄ sit perfectus. sed nō possent omēs esse ī eo nisi omēs essent compossibiles. ergo ⁊c. ¶ Ex his arguit sic ad propositum iste doctor. omē quod deo repugnat est incompossibile perfectioni simpliciter. hoc apparet ex secunda maxima supradicta. sed omē qd̄ est perfectio simpliciter est melius quocūqꝫ qd̄ deo repugnet/vt apparet ex prima maxima. ergo omīs perfectio simpliciter est melior quocūqꝫ sibi incompossibili. ¶ Preterea arguit sic ad idem. omīs perfectio que est ī deo est melior quocūqꝫ sibi īcompossibili: sed omīs perfectio simpliciter ē in deo. ergo ⁊c. ¶ Sed hic modus dicēdi multipliciter deficit. ¶ Primo siquidem deficit: quia ī descriptiōe p̄dicta quam de perfectiōe simpliciter ponit/cōtradictoria seu īcompossibilia accipit quādo dicit ꝙ perfectio simpliciter est qd̄ est melius quocūqꝫ sibi īcompossibili nō tamē quocūqꝫ a se distincto. qm̄ cōstat ꝙ omē alicui incompossibile est distinctum ab eo: ⁊ ecōuerso omē distinctum ab aliquo est impossibile esse ipsuꝫ vt ab eo distinctum. ergo omē qd̄ est melius quocūqꝫ sibi incōpossibili/est melius quocūqꝫ a se distincto: ⁊ ecōuerso omē qd̄ est melius quocūqꝫ a se distincto est melius quocūqꝫ sibi īcompossibili isto modo. ¶ Cōfirmatur. quia cum dicit ꝙ perfectio simpliciter est melior quocūqꝫ sibi īcompossibili: aut accipit īcompossibile pro illo qd̄ nō potest eē essentialiter illud qd̄ est perfectio simpliciter: aut pro illo qd̄ nō potest esse simul cum eo realiter: vel pro vtroqꝫ istorum. sed quocūqꝫ istorum modorum accipiat nihil est alicui īcompossibile aliquo istorum modorum nisi qd̄ ē ab eo distinctum. vnde licet nō omē ab aliquo distinctuꝫ sit sibi īcompossibile omī modō/tamē ecōuerso omē alicui īcompossibile est ab eo distinctum. omē etiam ab aliquo distinctum est īcompossibile esse ipsum. ergo omne melius quocūqꝫ sibi incompossibili/est melius quocūqꝫ a se distincto. ¶ Cōsequentia est euidens. qꝛ īcompossibile perfectioni simpliciter quo ipsa perfectio simpliciter dicitur esse melior/nō potest dici illud qd̄ non potest esse simul cum ea realiter: qꝛ nihil est alteri īcompossibile isto modo. ergo habet poni esse illud qd̄ nō potest esse ipsa perfectio simpliciter: nec cum ea esse vnuꝫ essentialiter. sed omne alteri incompossibile isto modo est distinctū ab eo: oīa etiā distīcta sunt sic incōpossibilia: vcꝫ ꝙ vnum nō potest esse alterum. ergo si perfectio simplicit̄ est melior quocūqꝫ sibi īcompossibili/per ꝯn̄s etiam est melior quocūqꝫ a seipsa distincto sic ꝙ nō potest existere idem secum. quare ⁊c. ¶ Preterea si perfectio simpliciter est tātuꝫ illud qd̄ est melius quocūqꝫ sibi īcompossibili/sequitur ꝙ nulla sit perfectio simpliciter in creatis. sed cōsequēs videtur īconueniēs. ergo ⁊ antecedēs. ¶ Cōsequētia apparet. qm̄ nullū ens creabile nec creatum esse potest melius quocūqꝫ sibi īcompossibili: cum omī creato possit fieri aliud simile ⁊ equale in perfectione: cui tamē est īcompossibile qꝛ ab eo realiter est distinctum: nec per cōsequēs potest esse ipsuꝫ. quare ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. quia iste intellectus huius hominis qui secūdū sic opinantem est perfectio simpliciter: ita est īcompossibilis intellectui alterius hominis sicut asino ⁊ econuerso. non enī est possibilius vnū intellectū esse aliū ītellectum q̄ asinū. sed vnus intellectus creatus nō est melior alio eiusdem rationis cum eo. ergo si nihil est perfectio simpliciter nisi qd̄ est melius quocūqꝫ sibi īcompossibili: nec intellectus erit perfectio simpliciter: nec voluntas nec aliqd̄ aliud in creatis. ¶ Nec valet si dicat̄: ꝙ hic intellectus non est perfectio simpliciter vt hic intellectus modo quo est distinctus ab alio intellectu: sed vt intellectus absolute sumptus: quoniam ī re extra nō est nisi iste singularis ⁊ alius intellectus. nec enī intellectus vt vniuersalis est aliqd̄ extra aīam subiectiue sed tantum in aīa sicut omē aliud vl̄e. qd̄ autem est tantum in anima non potest esse melius quocūqꝫ sibi īcompossibili: nec per cōsequens esse perfectio simpliciter sic descripta. ergo ⁊c. ¶ Secūdo deficit ista opinio ī predictꝫ maximis seu regulis quas ponit: ⁊ etiā ī ratiōib9 quas ex eis elicit ⁊ ad probandum propositum adducit. qm̄ in omnibus istis supponit esse in deo aliqua ab ipā diuina essentia distincta ī re extra ⁊ a relationibus originis seu personis, que q̄dem diuersa ⁊ multa ī diuina essentia existentia ⁊ personis oībus communia vt ītellectus voluntas ⁊ alia attributa / vocat perfectiōes simpliciter. hoc autem est īpossibile ⁊ absurdum: vt ī precedētibus est ostensum. ⁊ ideo si per perfectionem simpliciter ītelligat ista opinio aliqd̄ a diuīa essentia ⁊ a psonis distinctum formal̄r ī re extra: nulla pfectio simplicit̄ sic accepta formalit̄ est ī deo: cū deus ab oī tali perfectione realiter ⁊ essential̄r sit distinct9: ⁊ nō possit distigui essentialiter ab aliquo qd̄ formal̄r sit in eo. Et ideo p̄ma eius regula ī qua dicit ꝙ pfectio simplicit̄ q̄ est ī deo formal̄r ē melior quacūqꝫ q̄ nō est ī ipso formal̄r: si p pfectionē simpliciter accipiat seu ītelligat diuinā essentiā vel relationē originis/qd̄ tn̄ nō facit/cōcedo ipsam: qꝛ nec hoc est aliud q̄ dicere deū esse pfectiorē quocūqꝫ alio ab ipso. si aūt p pfectionē simplicit̄ ītelligat sicut ⁊ facit aliqd̄ a p̄dictis oībus distinctū: vcꝫ ab essentia ⁊ a relationib9 originis: falsa est regula quaꝫ ponit: qꝛ falsum accipit: cū nulla talis pfectio in deo sit: nec p cōsequēs pfectior aliquo alio nec imperfectior esse possit. ¶ Nec valet ratio quā ad eius probationem adducit: quia ipsa diuina essentia ⁊ quelibet relatio originis est melior simplicit̄ ⁊ improportionabiliter quocunqꝫ alio nō existēte in deo nō autē aliqd̄ aliud a predictis: quia nec aliquid aliud formaliter est in deo. quare ⁊c. ¶ Secūda regula quaꝫ ponit/ ꝯsimiliter est falsa totaliter accipiēdo pfectiōes simpliciter sicut ipse accipit: vcꝫ pro aliqꝫbus distinctis formaliter in re extra a diuina essentia ⁊ a relationibus originis ac psonis. hoc enī modo sumpta pfectio simpliciter nulla est cōpossibilis alteri: quia nullū realiter et essentialiter distinctoꝝ est cōpossibile alteri: sic ꝙ possit realiter esse ipsum. sed omnes pfectiōes simpliciter sic accepte sunt secūdum euꝫ formaliter distincte: nec vt sic sumpte sunt nec esse possunt in diuinis/sed tantūmodo in creatis. ergo ⁊c. ¶ Ad probationem predicte regule quādo dicit ꝙ oēs perfectiones simpliciter sunt in deo cōcedo loquēdo de pfectionibus simpliciter infinitis q̄les sunt eēntia diuīa ⁊ relatiōes originis: nō aūt accipiendo pfectionē simpl̄r pro aliquo alio ab istis: cuꝫ nihil aliud sit nec esse possit simpliciter perfectuꝫ: sed potius īperfectū: quia creatum ⁊ limitatū. ¶ Et quādo arguit̄ ꝙ deus est vniuersaliter pfectus: Dico ꝙ verum est sed ex hoc nō sequit̄ ꝙ in ipso sit oīs perfectio simpliciter: nec etiā aliqua sic accepta vcꝫ vt a predictis omnibus est distincta: cum nulla talis perfectio possit esse in vniuersaliter sed tantū in partialiter ⁊ secūdū quid perfecto. nec enī deus dicit̄ vniuersalit̄ pfectus ꝓpter multitudinem diuersarū pfectionū: cū sit pfect9 tantūmō semetipso quocūqꝫ alio circūscripto. qd̄ enī est talibus diuersis perfectionib9 sibi additis pfectum vniuersaliter nō potest esse perfectū simpliciter ⁊ essentialiter: sed magis secundum q̄d ⁊ quasi accidētaliter: modo quo deus nō est ponēd9 pfect9. q̄re ⁊c. ¶ Ad p̄mū qd̄ arguit quādo dicit ꝙ omne repugnās deo est incōpossibile perfectioni simpliciter/cōcedo intelligendo per pfectionem simpliciter solum illud qd̄ est in deo seu est ipē deus realiter: qd̄ q̄dem tantū ⁊ nihil aliud est melius quocūqꝫ sibi incompossibili. ¶ Et quādo addit in minore ꝙ omīs pfectio simpliciter est melior quocūqꝫ qd̄ deo repugnat cōcedo ipsam pfectionē simpliciter accipiēdo cōsimilit̄ vcꝫ pro illo qd̄ est in deo formaliter seu est ipse deus realiter. sed ex istis p̄missis sic intellectis cōclusio que seq̄t̄ nō est alia q̄ ꝙ deus ⁊ q̄cq̄d formal̄r est in ipso est quid melius quocūqꝫ alio ab eo: de qua nūq̄ aliquis dubitauit. quare ⁊c. ¶ Ad secundū consimiliter est dicendū: qꝛ nihil ab essentia ⁊ a relationibus originis distinctuꝫ formaliter in re extra est in deo: quodlibet aūt horum que omnia sunt vnum realiter cōstat esse melius quocunqꝫ alio qd̄ impossibile est esse aliqd̄ istorum nec eis aliquo modo idem. quare ⁊c. ¶ Et ideo quantū ad istuꝫ articulum aliter est dicendū. Ad cuius euidentiā est sciendū ꝙ perfectio simpliciter pōt accipi duplicit̄/vcꝫ quidditatiue vt est ī re extra: ⁊ significatiue seu repn̄tatiue vt est ī mēte vel etiā vt dicit̄ de voce. ⁊ hoc scd̄o mō pfectio simpliciter sumpta est signū perfectionis simpliciter p̄mo modo sumpte/vcꝫ q̄ est in re pro qua ⁊ potest supponere ⁊ per consequens differt ab ea essentialiter ⁊ totaliter sicut signum distinguitur a signato.

Hoc premisso pono duas cōclusiones.

¶ Prima est. ꝙ pfectio simpliciter primo modo sumpta est sola illa res que est melior omni alia possibili ab ea essentialiter distincta sibiqꝫ incōpossibili. ¶ Hec nō pōt probari demōstratiue. qm̄ diffinitio dicens q̄d nōis nō est demōstrabilis de noīe diffinito: sed illud qd̄ accipit ista cōclusio esse pfectionē simpliciter/nō est aliud q̄ diffinitio exprimēs significatū huius nominis pfectio specificati p hoc aduerbiuꝫ simplicit̄. ergo ⁊c. ¶ Minor vcꝫ ꝙ hoc qd̄ in conclusione ista exprimit̄ sit pfectionis simplicit̄ significatū ostenditur ex vsu doctorū hoc modo vtentium: ⁊ sic ipsum accipientium: sicut apparet p Ansel. monol̄. xvi. vbi vt predictuꝫ est superius/pfectionē simplicit̄ accipit isto modo/vcꝫ pro illo qd̄ in quocūqꝫ est melius ipsum q̄ nō ipsum. sed cōstat ꝙ non potest accipi hic non ipsum negatiue seu contradictorie qꝛ sic omē ens esset pfectio simpliciter: cum quodcunqꝫ sit melius sua negatione sicut ens nō ente. ergo accipitur hic nō ipsum positiue seu cōtrarie: vcꝫ p quocunqꝫ alio positiuo ente ab illo qd̄ dicit̄ esse pfectio simpliciter sibi incompossibili: quia non potest esse ipm̄ nec cū eo aliquod vnum. ex quo sequitur ꝓpositū/vcꝫ ꝙ pfectio simpliciter vt ab Ansel. accipitur non est aliud q̄ res extra que melior est seu pfectior omni alia possibili ab ea distincta sibiqꝫ incōpossibili: quia nec non ipm̄ est aliud q̄ quodcunqꝫ ab eo qd̄ dicitur pfectio simplicit̄ distinctū. sed cōstat ꝙ pfectio simplicit̄ sic accepta habet esse aliquod in re extra. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc concludo corollarie ꝙ pfectio simpliciter sic accepta ⁊ ab Ansel. descripta non est nec esse potest aliquid nisi deus: quoniā solus deus est seipō melior ⁊ improportionabiliter pfectior quocunqꝫ alio qd̄ non est ipm̄: nullū autem aliud ens creabile potest esse melius q̄ non ipm̄ positiue acceptum: hoc est q̄ quodcūqꝫ aliud positiuū ab eo realiter distinctuꝫ. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. quia nullū ens a deo aliud potest fieri pfectius omni alio ab eo possibili eiusdem cum eo nec alterius speciei. quia esto ꝙ aliquid posset a deo fieri infinitū adhuc illud si fieret nō esset melius quocūqꝫ alio possibili positiuo: cum posset aliud fieri sibi equalis pfectionis licet nō pfectius eiusdem specifice rationis: ergo siue nō ipsum in descriptione pfectionis simpliciter positum accipiat̄ vniuersaliter p omni alio a pfectione simpliciter tam increato vcꝫ q̄ creato/siue tātūmodo p creato/nihil a deo distinctum in re extra pōt esse pfectio simpliciter sic accepta. ¶ Ex hoc apparet falsum esse dictū cōmuniter loquentiū: ponentiū ꝙ huiusmodi trāscēdētia: puta ens/intellectus/sapiētia/et alia similia de deo dicta sūt pfectiōes simpliciter. hoc siquidem nō est veruꝫ loquēdo de pfectione simpliciter dicto mō. Qd̄ probo: qm̄ cum dicit̄ ꝙ sapiētia est pfectio simpliciter: aut sapiētia que in ista ꝓpositiōe subijcitur supponit p aliquo creato vel p increato vel p cōmuni ab vtroqꝫ abstracto. si pro sapientia creata/ꝓpositio est falsa: quia nec sapiētia creata nec aliqua alia res creata est melior quacunqꝫ alia re ab ipā: nec p ꝯn̄s pōt esse perfectio simpliciter sic accepta. si autē supponit p sapientia increata/talis sapientia est ipsa diuina essentia: que quidem bene est pfectio simplicit̄: qꝛ melior q̄cunqꝫ alia re ab ea: nō tn̄ est pfectio simpliciter alia a iustitia volūtate intellectu ⁊ ab alijs trāscendētibus que ab eis etiā pfectiones simpliciter ꝯcedunt̄. quoniā aut alia omnia a sapiētia supponunt p eodē p quo sapientia/vcꝫ p essentia diuina: aut pro alio realiter ab ipā. si pro alio/nullū eorū potest dici pfectio simpliciter ꝓpter rationē p̄dictam/vcꝫ qꝛ nullū a deo realiter distinctū est melius quocūqꝫ nō ipso. si aūt supponūt p eodē/ꝯcedo ipsa esse nō pfectiones pluralit̄ sed pfectionē simpliciter singularē vnicam realiter indistinctā. Si aūt dicat̄ ꝙ sapiētia de qua p̄dicat̄ pfectio simpliciter supponit pro aliquo cōmuni increate sapiētie ⁊ create: sic etiā falsa est ꝓpositio ꝓpter duo. Primo. qꝛ vt sic sapiētia supponit p illo qd̄ nō est aliqd̄ ī re extra sed tm̄ subiectiue in aīa. sed ꝯstat ꝙ tale qd̄ vcꝫ est ī ītellectuali creatura

vt accidēs ĩ subiecto / nõ potest esse pfectio simpliciter. Secundo. q2 esto ꝙ tale esset in re extra: puta in omnibus singularibus / vt aliq̄ imaginant / adhuc non posset esse pfectio simpliciter: cũ nõ esset melius omni alio a se vniuersalit. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmat. q2 si sapiētia vt trãscēdens est aliq̄d in re extra / aut igit vna nũero in oĩbus / vcȝ tam in diuinis q̃ in creatis de q̃bus dicit: aut alia ⁊ alia in diuersis. Sed nõ potest poni p̄mũ. Primo. quia nihil existēs vnum numero in re extra aĩam est in pluribus numero distinctis nec predicabile de eis: nec p̄ consequēs vniuersale sed singulare. Secundo. quia si in diuinis ⁊ in creaturis esset eadē numero sapiētia / aut ipa esset eadem realiter cum increata sapiētia ⁊ creata / aut distincta realiter ab vtraq̧. Sed nõ potest poni primũ. qm̃ cum sapientia increata sit ipsa diuina essentia / si aliquid vnũ numero in re extra esset ab ipsa increata sapiētia ⁊ creata realiter indistinctũ / ipsa diuina essentia ⁊ accidētalis creatura qualis est oĩs sapiētia creata essent vnũ ⁊ idē numero in re extra: qđ est impossibile ⁊ absurdum. ergo ⁊c. ¶ Nec potest dici secũdo ꝙ hmõi sapientia transcendēs vna numero sit distincta realiter ab increata sapientia ⁊ creata. Primo: q2 impossibile est eē aliq̄d in re extra distinctũ realiter a deo ⁊ a quolibȝ ente creato: cũ omne a deo distinctũ necessario sit creatuȝ. Secũdo. quia nihil a deo distinctum est realiter in ipso. ergo nec transcendens sapientia que ab ipso ponit realiter esse distincta / potest esse in deo: nec etiã videt esse ĩ aliquo ente creato: quia tũc sequeret ꝙ esset in ipso duplex sapientia / vcȝ transcēdens ⁊ creata sub ea contēta quarũ neutra diceret de altera. ꝗ ⁊c. ¶ Si autē dicat. ꝙ sapientia transcēdēs nõ est in re extra vna numero in omnibus: sed alia in vno ⁊ alia in alio: hoc poni non potest: quoniã tũc sapiētia transcēdens non esset aliud q̃ omnes simul sumpte singulares sapiētie in re extra: cũ nulla sapiētia sit in aliquo singulari exterius existente nisi sapientia singularis: sed hoc est falsum: quia sapientia transcēdēs sicut ⁊ omne aliud transcēdens est vlr̃e de pluribus predicabile. est em̃ sapientia transcēdēs tam de increata sapiētia q̃ de creata p̄dicabilis: plura autē singularia distincta essentialiter in re extra non sunt vlr̃e p̄dicabile de aliquo singulari. ergo ⁊c. ¶ Confirmat. q2 si transcēdens sapientia nõ est aliqua vna numero sed omnes simul in re extra / aut est ĩcreata sapiētia ⁊ creata / aut alie ab istis: quarũ vna est in sapiētia increata et alie in sapientijs creatis diuerse vcȝ in diuersis. Sed nõ potest poni primũ. q2 tunc transcēdens sapiētia nõ posset predicari de aliqua sapientia singulari increata vcȝ vel creata: magis q̃ deus de aliqua re creata. nec etiaȝ secũdũ potest poni eadem ratiõe. ergo ⁊c. ¶ Sic igitur apparet: ꝙ nõ est verũ illud ꝯmune dictũ / vcȝ ꝙ transcēdentia omnia deo ⁊ creaturis cõmunia / vt ens / sapientia ⁊ alia sunt pfectiones simpliciter: cũ nullũ talium vt supponēs simplicit p̄ seipo modo quo est transcendens sit aliquid in re extra sed tm̃ cõceptus in aĩa: vt autem supponit psonalit pro aliquo in re extra existente sicut supponit sapiētia cũ dicit ꝙ est ĩfinita vel ꝙ domin9 sapientia fundauit terrã: stabiliuit celos prudētia: vt sic nõ est trãscēdēs: cũ sit a diuina essentia ĩdistincta. Supponit aũt sapientia simplicit cũ dicitur ꝙ est vniuersale omnibus cõmune de deo ⁊ de creatura predicabile. ⁊ vt sic est transcēdēs nõ existēs aliquid in re extra: sed tãtum in anima vt accidēs in subiecto: nec per consequēs est perfectio simpliciter.

Secunda conclusio est. ꝙ perfectio simpliciter secũdo mõ / vcȝ significatiue sumpta potest dici quodcũq̧ p̄dicabile de pfectione simplicit p̄rio mõ predicto sumpta / siue de cõceptu quocunq̧ pro ipsa supponēte. ¶ Hec appet. q2 oĩe tale p̄dicabile est signũ perfectionis simplicit p̄dicto modo vcȝ q̄dditatiue accepte natũ pro ea supponere ĩ affirmatiua p̄põne. sed pfectio simplr̃ isto mõ vcȝ significatiue accepta nõ est aliud q̃ tale signũ pfectionis simplr̃ q̄dditatiue accepte. ꝗ ⁊c. ¶ Hoc mõ posset intelligi ⁊ exponi vulgaris opinio dicentiũ: ꝙ oĩa trãscēdētia sunt pfectiones simplicit / vcȝ q2 sunt signa diuine essentie nata p̄ ipsa supponere in p̄positione affirmatiua / vt cũ dicit ꝙ deus est ens / intellectus / volũtas / sapiētia: ⁊ similia: que q̄dem oĩa sunt vera p̄dicatis trãscendētibus supponētibus nõ p̄ seipsis simplr̃ sȝ p̄ deo psonaliter. Et hoc mõ etiã posset dici sicut ⁊ cõmuniter dicit / ꝙ ista omnia trãscēdentia sunt diuerse pfectiões simpliciter nõ q̄dditatiue q2 hoc modo nec sunt diuerse nec vnica: sed significatiue / vcȝ q2 sunt pfectiõis simplr̃ q̄dditatiue sumpte signa diuersa. ¶ Ex quo apparet: ꝙ oẽs dicentes trãscendentia esse pfectiones simpliciter vel pfectionē simplicit esse alibi q̃ ĩ deo vel aliam q̃ deũ / vlr̃ verum nõ dicũt vel pfectionē simpliciter improprie ⁊ equiuoce accipiũt / vcȝ scđo modo p̄dicto. ¶ Hoc appet. quoniã aut intelligũt ꝙ p̄dicta transcendētia sint pfectiones simplr̃ p̄mo mõ / vcȝ quidditatiue / aut secundo mõ vcȝ significatiue. Si p̄mo mõ / falsum accipiunt: cũ nullũ taliũ sit aliq̄d in re extra. Si secundo modo / vt sic impropriissime accipit ⁊ equoce pfectio. si enim aliq̄d quia pfectionis signum ideo dicitur pfectio: quodcunq̧ signũ põt etiã dici esse suũ signatum qđ tñ non est veruȝ. aliud em̃ est dicere aliq̄d significare aliud ⁊ esse eius signũ: ⁊ aliud esse ipsum signatum. licȝ enim ista vox homo sit rei composite ex aĩa ⁊ corpore signum / nõ tamē est res ipsa signata. sed nõ minus quodcunq̧ trãscendētiũ vt simplicē suppositionem habētiũ est ab oĩ pfectione simplr̃ ⁊ ab oĩ re alia existēte extra aĩam realiter distinctũ q̃ vox ipsa ad placitũ significans distinguat a re significata. ergo licet trãscendētia hmõi de deo p̄dicabilia quia ⁊ p̄ ipo supponibilia in p̄positione mētali possint dici signa pfectionis simplicit vcȝ dei qui est eorũ obiectũ / nõ tamē nisi improprie ⁊ equiuoce pfectiones simplicit debent dici: cũ pfectio simplr̃ p̄prie sumpta nõ sit vt dictũ est nisi illud qđ est melius quocunq̧ alio ab ipo distincto: quale nõ est transcēdēs aliquod: cũ nec trãscēdēs sit aliud q̃ terminus vocalis vel conceptus mentis existens in anima vt accidens in subiecto. quare ⁊c. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secundum est opinio cuiusdã doctoris dicētis: ꝙ pfectio simplr̃ põt accipi q̄druplr̃. Uno mõ vt pfectio simplr̃ idē sit qđ pfectio vlr̃ vt pfectio simplr̃ sic accepta dicat oĩs pfectio. Alio mõ põt sumi pfectio simplr̃ p̄ illo qđ est melius ipm̃ q̃ nõ ipm̃ / vt eã describit ⁊ accipit Ansel. Tertio mõ p̄ pfectiõe suprema oĩ alia pfectiori. Quarto mõ p̄ pfectiõe sine oĩ imperfectione. ¶ Tunc hac distinctiõe p̄missa dicit: ꝙ relatio originis nõ est pfectio simplr̃ aliquo p̄moꝝ triuȝ modoꝝ. Quarto aũt mõ ⁊ vltimo accipiẽdo pfectionē simplr̃ põt vt dicit teneri p̄babilit vna pars vel alia: videlicet vel ꝙ sit vel ꝙ nõ sit pfectio simplr̃ sic accepta. ¶ Primũ p̄bat. qm̃ si relatio diceret pfectionē simplr̃ p̄mo mõ / hoc est vlr̃ / nulla psona eēt pfecta simplr̃: cũ in nulla sit oĩs relatio originis: nulla etiã esset pfectio simpliciter alia a relationib9 originis: qđ est falsum. ¶ Secũdo etiã mõ sumẽdo pfectionē simplr̃ / appet ꝙ nõ est pfectio simplr̃: q2 cõstat ꝙ nec filiatio in patre nec paternitas ĩ filio est melior q̃ nõ ipa. ¶ Nec tertio mõ: q2 cõstat ꝙ pfectio absoluta qualis est essentia ē melior q̃ pfectio relatiua qualis ē oĩs relatio originis, ergo ⁊c.

¶ Secũdũ vcȝ ꝙ quarto modo accipiẽdo pfectionem simplicit possit teneri vna pars vel alia: vcȝ affirmatiua vel negatiua / p̄bat adducẽdo rationes p̄ vtraq̧ parte⁊ soluẽdo eas. ¶ Sȝ ista opinio videt irratiõabilr̃ quãtum ad cõtenta in ipsa oĩa supradicta. Et ideo p̄mo arguo cõtra distinctionē istam quã ponit de pfectiõe simplicit. Deficit em̃ quadruplicit. ¶ Primo siquidez deficit. q2 p̄mo mõ illoꝝ quatuor quos enumerat non põt accipi pfectio simpliciter. qm̃ aliud est dicere pfectiões simpliciter pluraliter / ⁊ aliud pfectionē simpliciter singulariter. sed pfectio illa p̄mo mõ vcȝ vniuersalit sumpta est vt ipemet ponit omnis pfectio. oẽs aũt pfectiones nõ sunt vna perfectio: sicut nec omnes hoĩes vnus homo. ergo ita improprie distinguit pfectionē simpliciter qui dicit ipsam esse vno mõ oẽm pfectionē: sicut ille qui distinguẽdo hominē singularē diceret ꝙ hic homo vcȝ sortes est vno modo oĩs homo. ¶ Cõfirmat. quia cũ dicit ꝙ pfectio simplicit põt accipi p̄ pfectione quacũq̧ vlr̃: aut accipit omnē pfectionem generaliter / aut tãtũ pfectionē omnē simpliciter. si p̄mo mõ: falsuȝ accipit euidēter: q2 perfectio simpliciter nõ est oĩs pfectio vniuersaliter. nulla em̃ pfectio alia a pfectiõe simplicit est perfectio simplicit. Si scđo modo: sic cõcedo ꝙ est aliq̄ pfectio simpliciter: puta diuina essentia: que realiter est oĩs pfectio simplr̃: q2 est tres relationes originis / quaꝝ quelibet vt dicet est pfectio simplicit: nec aliq̄d aliud ab istis põt dici pfectio simpliciter. Et ideo nõ est veruȝ illud qđ doctor iste subdit: cũ dicit ꝙ nulla pfectio simpliciter nec etiam ipsa diuina essentia est pfectio simpliciter isto modo / vcȝ omnis pfectio. q2 immo oĩs diuina essentia est oĩs pfectio simpliciter: licet non oĩs pfectio vniuersaliter: immo nec aliqua alia a pfectione simplr̃ cũ ipa nõ sit nec esse possit aliquod imperfectũ realiter quale est omne aliud a pfectiõe simplr̃. quare ⁊c. ¶ Secũdo deficit p̄dicta distinctio: q2 oẽs aliȷ̃ tres modi vltimi accipiẽtes pfectionē simplr̃ coĩcidũt in idē totaliter nec differũt nisi verbalit. qđ appet. qm̃ nihil est nec esse potest meli9 quocũq̧ nõ ipo siue a seipo alio: nisi qđ est supremũ ⁊ vltimate pfectum: ⁊ p̄ ꝯñs ab omni imperfectione alienũ. ⁊ ecõuerso oĩe summũ seu supremũ est sine omni pfectione ⁊ melius quocũq̧ qđ nõ est ipsuȝ nec aliq̄d idē cũ eo. qđ dico p̄pter relatiões originis seu psonas diuinas: quarũ vna licet nõ sit alia: omnes tamen sunt vna essentia ab eis realiter indistincta. omne etiaȝ ab impfectione qualibet alienũ est summũ seu vltimate pfectũ: cũ oẽ aliud citra summũ sit impfectũ: ⁊ p̄ ꝯñs oĩe tale ab oĩ impfectiõe distinctũ est melius oĩ alio a se qđ nec est ipsuȝ nec aliq̄d vnũ secũ. licet em̃ nulla relatio originis sit melior alia / nihilominus tñ quelibet ē suprema: q2 licȝ vna nõ sit alia oẽs tñ sunt vna essentia. ¶ Ex q̄ appet p̄rio: ꝙ tria p̄dicta q̄ accipit iste doctor: videlicet esse melius oĩ alio mõ p̄dicto / esse summũ siue supremũ / ⁊ ab oĩ impfectione alienũ totalit in ideȝ coincidũt ⁊ penit9 idē dicũt. quare ⁊c. ¶ Ex p̄dictis scđo apparet: ꝙ nõ potest stare illud qđ addit soluẽdo ad q̄stionē secũdũ p̄dictã distinctionē: cũ dicit ꝙ relatio originis nõ est pfectio simpliciter p̄mis tribus modis: sed quarto mõ potest dici ꝙ sic. ista enīȝ duo sunt incõpossibilia / vcȝ ꝙ aliq̄d sit ab omni imperfectiõe alienũ: ⁊ nõ sit summũ nec melius quocunq̧ sic alio ab eo ꝙ nec est ipsum nec aliq̄d vnũ secũ. omne enim citra pfectissimũ ⁊ supremũ est impfectũ: cum sit finitũ ⁊ limitatuȝ. nihil enim est a perfectissimo qđ est deus realiter distinctum nisi finitũ ⁊ limitatũ: ⁊ p̄ ꝯñs impfectũ. ergo econuerso: omne ab oĩ impfectione alienum et ab omni impfecto realiter distinctũ est summũ ⁊ melius quocunq̧ alio qđ nec est ipsum nec realiter vnũ secũ. quare ⁊c. ¶ Ex hoc tertio apparet etiã nõ eē verũ illud qđ addit opinio ista cũ dicit ꝙ essentia diuina quia absoluta est melior q̃ relatio originis q̄ est pfectio relatiua. qm̃ oĩe impfectius est imperfectũ: sed ĩ diuinis nec est nec esse potest aliq̄d imperfectũ: ergo nec impfectius. ¶ Cõfirmat. q2 licet diuina essentia sit melior quocũq̧ alio ab ipsa realiter: nõ tamē potest eē melior seu pfectior nec impfectior aliquo qđ est realiter ⁊ totaliter idem secum. sed relatiões oẽs originis sunt ĩdistincte ab essentia totaliter in re extra: vel saltē realit secũdũ oẽs: cũ quelibet sit realiter verus deus. ergo sicut deus nõ est pfectior nec impfectior seipso: ita nec in eo est aliquid seu ipse nõ est aliq̄d quod ipo pfectius nec imperfectius dici possit. quare ⁊c.

Ad primum q̄d arguit quando dicit ꝙ si relatio originis esset pfectio vlr̃ tunc nulla psona eēt pfecta: nec eēt aliq̄ alia pfectio a relatiõib9 originis: Dico ꝙ si p̄ perfectionē vlr̃ intelligat oẽs pfectiones gñaliter tam supremas q̃ alias / nec essentia nec relatio nec simul oĩa q̄ sunt in diuinis sunt pfectio simplicit seu vlr̃ isto mõ. q2 vt sic / pfectio vniuersalit nõ est aliud q̃ omnia simul sumpta tã ĩcreata vcȝ q̃ creata. si aũt p̄ pfectionē vniuersalit intelligat omnē pfectionē simplicit ⁊ nullã aliam: sic dico ꝙ diuina essentia ⁊ quelibet relatio originis potest dici pfectio vlr̃. ipsa em̃ essentia est realiter oĩs pfectio simplicit: cũ sic oĩs relatio originis et nulla alia sit nec esse possit pfectio simplr̃ nisi essentia diuina ⁊ quelibet relatio originis seu psona. quelibet etiã relatio originis est diuina essentia q̄ est oĩs alia relatio originis: licet vna relatio originis nõ sit alia. ꝗ ⁊c. ¶ Nec sequit vt apparet qđ in ratione infert / vcȝ ꝙ nulla psona esset pfecta vniuersaliter si relatio esset pfectio simpliciter. qm̃ licet in nulla psona sit oĩs relatio / q̄libet tñ psona est essentia q̄ est realiter oĩs relatio originis: ⁊ p̄ ꝯñs oĩs pfectio simplr̃: cum sola diuina essentia ⁊ relatio originis seu psona sit pfectio simpliciter. Omne aũt illud est perfectũ vniuersalit qđ est res que est omnis pfectio simplicit. quare ⁊c. ¶ Aliud aũt qđ infertur: vcȝ ꝙ tunc nõ esset aliqua pfectio simplicit alia a relationibus originis: cõcedo ꝙ nulla est alia ab eis realiter distincta. nec em̃ diuina essentia est ab eis distincta in re extra. nihil autē distinctũ ab ipsa ⁊ a relationib9 originis est pfectio simpliciter: vt dictũ est supra. ergo ⁊c. ¶ Ad secundũ quãdo dicit ꝙ paternitas nõ est in filio melior q̃ filiatio / cõcedo. sed ex hoc nõ sequit ꝙ paternitas nõ sit pfectio simpliciter ⁊ filiatio similiter. qm̃ de ratione pfectionis simplr̃ non est ꝙ sit melior omni a se distincto vlr̃: q2 tunc nec deitas esset pfectio simpliciter secũdũ opinionē illoꝝ qui ponũt ipsam distinctã esse ab oĩbus relationib9 originis ĩ re extra: cũ nõ possit poni melior ipsis relationibus originis ab ea realiter indistinctis. nõ em̃ realit ĩdistinctoꝝ vnũ põt esse pfectius alio sed sufficit ꝙ pfectio simplicit sit melior omni alio a se distincto essentialiter: sic ꝙ nec est realiter ipsuȝ nec aliquid idē secum. nec em̃ vna relatio originis est pfectior alia. nec tñ ex hoc seq̄t ꝙ nõ sit pfectio simplicit: q2 oẽs licet inter se realit sint distincte: tñ sunt essentialr̃ indistincte. sunt enim vna res ab eis oĩbus indistincta. taliũ aũt vnũ nõ põt esse pfectius q̃ alteruȝ: q̄libet tñ relatio est melior seu pfectior omni alio ab ipsa essentialit distincto: qđ q̄dē nec est realit ipa nec essentialiter vnũ secũ: quale est qđlibet ens creabile vel creatũ: ⁊ ideo vere est pfectio simplr̃. hoc em̃ modo vt dicet infra debet intelligi illud dictũ Ansel. dicētis vt recitatũ est superi9 ꝙ pfectio simplicit est illud qđ in quocũq̧ est melius q̃ nõ ipm̃ hoc est q̃ qđcũq̧ alterũ qđ sic ab eo essentialiter est distinctũ ꝙ nec est ipsum nec aliq̄d idē secum. ¶ Ad

tertiū qñ dicit ꝙ pfectior est seu melior pfectio absoluta ꝙ relativa: Dico ꝙ nō est verū loquēdo de pfectione relativa q̄ est ab absoluta totaliter in re extra vel saltez realiter indistincta. nullū em̄ realiter pfectius est realiter aliq̄d a se impfectius: nec ecōuerso imperfectius est perfectius. sed diuina essentia est realiter q̄libet relatio originis: ⁊ ecōuerso q̄libet relatio originis est ipsa essentia. ergo ⁊c. ¶Et ideo quantū ad istū articulū aliter est dicendū. Ad cuius euidentiā est sciendū: ꝙ pfectio simpliciter est secūdū Anselm. vt p̄dictū est qō est melius ipz ꝙ nō ipsum. hoc aūt vez aliq̄d esse melius ipm ꝙ nō ipz hoc est ꝙ quodcūq; a se distinctū/triplicīt pōt intelligi Uno mō ꝙ sit melius ꝙ quodcūq; a se quomōcūq; distīctū. Alio mō ꝙ sit melius ꝙ quodcūq; a se realiē tātuz distinctū. ⁊ tertio mō ꝙ sit melius ꝙ quodcūq; a se sic est sentialiē distinctū ꝙ nec est ipsum nec aliq̄d vnū secum ab vtroq; indistinctū. ⁊ ita secūdū hoc aliq̄d esse pfectio nē simplicīt pōt intelligi triplicīt. Uno modo: ꝙ est melius omni a se quōcūq; distincto in re extra. Alio mō: ꝙ est melius quocūq; a se distincto realiē tm̄. Et tertio mō quia est melius quocūq; a se distincto essentialiter.

Hoc p̄miſſo pono quatuor cōclusiōes.

¶Prima est. ꝙ nec diuina essentia nec aliqua relatio originis est pfectio simplicīt primo mō sumpta: suppositō ꝙ ipsa essentia sit distincta a relationibus originis aliqualiē in re extra. ¶Hec apparet primo quantū ad primā partē/vez de diuina essentia. qñ omnia illa quorū vnū est pfectius alio realiter sunt distincta. sed essentia diuina est ab omni relatione originis realiter indistincta. ergo nō est pfectior ꝙ sit ipa. quare ⁊c. ¶Nec valet si dicaē ꝙ vnū formaliter distinctor licet realiē indistinctoū pōt esse pfectius alio. qñ hoc est falsum ⁊ maxime in illis formaliter distinctis: quoz nullū est imperfectū: cū oē impfectius alio sit imperfectū. sed diuina essentia ⁊ relationes oēs originis sunt hmōi. nullū em̄ horū est impfectū. ergo nec alio impfectius esse potest. ¶Cōfirmaē. quia magis distīguunē illa quorū vnū est alio perfectius ꝙ illa quorū neutrū pōt esse alio pfect⁹ nec impfectius. sed diuine pſone quarū vna nō potest esse alia pfectior realiter sunt distincte. ergo multo magis essentia ⁊ relatio originis distīguunē suppositō ꝙ essentia sit pfectior ꝙ relatio ipa. hoc aūt est impossibile. ergo ⁊c. ¶Preterea nullū impfectū: nec p cōsequēs imperfectius potest eē essentialiē ⁊ realiter verus deus. ſz quelibet relatio originis ⁊ pſona est vere deus. ergo nulla relatio originis seu pſona diuia est aliq̄d deo ipfect⁹ nihil em̄ deo impfect⁹ est essentialr deus. ¶Cōfirmaē. qz nō videē magis immo min⁹ esse p̄cedendū ꝙ aliq̄d deo impfectius in re extra sit deus ꝙ ꝙ in creaturis aliq̄d impfectius alio sit illud. sed ꝓstat ꝙ in creaturis nihil impfectius aliquo est illud quo dicit esse impfect⁹. ergo³ multo min⁹ in diuinis. quare ⁊c. ¶Scōa pars cōclusionis p̄dicte vez de relationibus/appet tā ex medio supradicto ꝙ ex alio. qñ ipe relationes nō tātū nō sunt meliores seu pfectiores essentia: sicut nec essentia ipsa eis: sed nec etiā vna earū est pfectior alia a qua tm̄ realiē est distincta. licet em̄ diuina relatio sit melior quocūq; a quo sic distīguit ꝙ nec est ipsum nec essentialiter aliq̄d vnū cū eorū nec est meliore essentia a qua vt supponit distīguit in re extra formalr: nec alia relatione a qua sic distīguit realiē ꝙ est ipa. qñ licet nō sit ipa/est tm̄ aliq̄d vnū cū ea: vez essentia ab eis oībus realr indistincta. nullū em̄ taliū licet inter se realr distinctor pōt esse alio pfect⁹ nec impfect⁹. ergo ⁊c. ¶Secūda ꝯclusio est. ꝙ diuina essentia est pfectio simplr scōo mō sumpta/non aūt relatio originis. ¶Hec appet. qñ ꝓstat ꝙ diuina essentia est melior improportionabilr quocūq; alio a quo distīguit realiē: nō aūt relatio originis: cū vna nō sit pfectior alia a qua tm̄ realr est distincta. ergo ⁊c. ¶Cōfirmaē. qz cū in diuinis sint tres res q̄ sunt vna ⁊ simplicissima res vez essentia ab eis realiē indistincta: p ꝙs nihil est ab essentia realiē indistinctū nisi tm̄mō ens creatū. ille aūt tres res ab ipsa essentia realiē indistincte nō tm̄ ab oībus creaturis sed etiā inter se licet differenter tm̄ realiē distīguunē. Dico aūt differenē: qz licet vna pſona vel vna relatio originis nō sit alia/oēs tm̄ sunt realiter vna essentia. sic aūt ab oībus aliis realiter distīguunē ꝙ nō sunt nec esse possunt essentialr cū eis vnum aliq̄d in re extra. quare ⁊c. ¶Tertia cōclusio est ꝙ oīs relatio diuīa originis est pfectio simplicīt tertio modo supta. ¶Hec appet. qñ licz nulla originis relatio sit pfectior alia a qua tm̄ realiē est distincta: cū oēs sint vna essentia ab eis realiter indistincta: q̄libet tm̄ est melior q̄cunq; a se sic alio ꝙ nō est ipsa nec cū ea res aliqua velet sentia indistincta: cū nec aliq̄d sit sic ab eis indistinctuz: nisi ens creabile vel creatū. ergo ⁊c. ¶Quarta ⁊ vltia cōclusio est. ꝙ q̄libet relatio originis ē ꝓprie pfectio simpliciter. ¶Hec ꝓbaē. qñ oīs pfectio sic suprema ꝙ nulla est possibilis superior ea est. ꝓprie pfectio simpliciter sed talis est quelibet relatio originis. nisi em̄ esset talis nō esset deus: cū solū vltimate pfectū cui repugnat oīs ē pfectio sit de⁹. ℊ ⁊c. ¶Cōfirmaē: qz illud est repugnat oīs ipfectio est ꝓprie pfectio: ſz cuilibet relationi originis repugnat oīs imperfectio: alias posset stare cū aliqua imperfectione: qō est falsum. ergo ⁊c.

Ad rationem prędictam respondet doctor ille cuius fuit opinio vltimo recitata/dicens ꝙ licz illud qō sic est summa perfectio seu ideꝫ ipsi ꝙ includit eā p identitatē sit perfectio simplr: nō tm̄ illud qō includit in eo qō est summa pfectio. qz hoc nō argut pfectio nē ex parte inclusi: sed ex parte includētis. sed sic est in proposito: ꝙ vez relatio est diuina essentia ꝓpter ipsius essentie perfectionē infinitā ꝓpter quā includit identice eam: puta relationē ipsam. sic autem includi in alio nec est perfectionis nec imperfectionis in incluso sed in includente solo. quare ⁊c. ¶Ad confirmationem etiaz secundo respondet negando maiorem. dicit enim ꝙ oīs imperfectio potest repugnare non tantum perfectioni sed etiam rationi neutre que videlicet nō est perfectio nec imperfectio. quoniam aliud est vt dicit non perfectio ⁊ aliud imperfectio. perfectio enim ⁊ non perfectio sunt contrarie opposita: ⁊ ita oportet de quolibet alterum concedere. perfectio autem ⁊ imperfectio non sunt contradictorie sed priuatiue opposita: sicut visus ⁊ cecitas. ⁊ ideo sicut nō omne illud cui repugnat videre est cecum: cum videre possit repugnare propter repugnantiam subiecti: sicut lapidi repugnat tam visus ꝙ cecitas: nec cecitas repugnat ipsi propter inexistentē affirmationem: sed propter subiecti carentiam: consimiliter in proposito: quia diuina relatio non est subiectum perfectionis nec imperfectionis: sicut nec lapis cecitatis nec visionis: ⁊ ideo repugnat ipsi oīs imperfectio non propter oppositam affirmationem seu habitum inexistentem: videlicet propter perfectionem: sed quia nec ē habitus nec priuationis subiectū aptū. quare ⁊c. ¶Sed prima solutio non valet. ꝓmo quia vt dictū est in precedentibus essentia non est perfectior seu melior ꝙ relatio. vnde nec relatio est idem cum essentia tā ꝙ cum perfectiori se/cum perfectius ⁊ imperfectius vl non perfectum non possint realiter esse idem. ¶Secūdo. quia omnino est absurdum dicere ꝙ non est perfectiōis aliquid esse a diuina essentia realiter indistinctū

¶Tertio. quia falsum est illud qō accipitur: videlicet ꝙ relatio includitur i essentia idētice ⁊ non includit ipam. quoniam aut per vnum istorum includere alterum intelligit vnum esse realiter alterum: aut aliquid aliud. si aliquid aliud/nec essentia includit relationem nec ecōuerso relatio includit essentiam. si autē per vnum includere alterum intelligit vnum esse alterum: cum vniformiter relatio sit essentia sicut essentia relatio econuerso/p consequēs non magis relatio in essentia ꝙ econuerso essentia in relatione idētice includet. quare ⁊c. ¶Et quā do dicit ꝙ essentia propter suam perfectionē infinitam includit identice relationem: si per perfectionem huiusmodi infinitam intelligit aliquid distinctum in re extra ab ipsa essentia/non est verum: cum essentia sepsa nullo a se alio mediante sit relatio/⁊ econuerso relatio sit essentia similiter semetipsa. quare ⁊c. ¶Alia etiam solutio per quam soluitur confirmatio / non potest stare: immo videtur totaliter impossibilis ⁊ absurda. ¶Primo. quia supponit falsum: videlicet ꝙ perfectio ⁊ imperfectio vt accipiuntur in proposito/priuatiue non contradictorie opponūtur. quoniam sicut finitum ⁊ infinitum sunt contradictorie opposita vt fuit ostensum in questione alia ita perfectum ⁊ imperfectum. quod apparet. quoniam cū dicitur ꝙ deo ⁊ relationi diuine repugnat omnis imperfectio/ nō ē aliud ꝙ dicere ꝙ ipsi repugnat quodlibz ens finitum. quia impfectum ⁊ finitum sicut pfectū ⁊ infinitū fundamētaliter sumpta pemtus idem dicūt. nihil enim est perfectum nisi infinitum/ ⁊ omne infinitum est perfectum: sicut econuerso omne finitum est impfectum et omne impfectum finitum. ⁊ ita cum nihil a deo aliud sit pfectum nec infinitum/sed finitum ⁊ impfectuz: solus autē deus sit perfectus ⁊ infinitus/p consequēs pfectuz et impfectum nō aliter in proposito opponūtur ꝙ deus et nō deus: inter que est oppositio contradictoria nō aliqua priuatiua. quare ⁊c. ¶Confirmatur. quia pfectum dictum de deo nō dicit aliquid distinctum ab eo. nec enim dei perfectio est aliquo modo in re extra distincta ab eo. sed impfectum seu impfectio que dicitur repugnare deo et cuilibet relationi originis/ꝑcise negat hoc qō dicit pfectio. ergo tātum negat deum ⁊ omne qō est realiter verus deus. ex quo sequitur propositum: vez ꝙ perfectum et impfectū in proposito nō sunt aliud ꝙ deus ⁊ nō deus quare ⁊c. ¶Ex hoc apparet ꝙ etiam solutio ista falsum accipit: quando addit ꝙ diuine relationi repugnat oīs imperfectio nō propter pfectionē oppositaz sed propter subiecti carētiam: vez quia ipsa relatio nō potest esse subiectum pfectionis nec impfectionis: sicut nec lapis visionis nec cecitatis. hoc enim dictum falsum existit/⁊ ex falsa imaginatione procedit. imaginatur enim ꝙ pfectio ⁊ impfectio sint aliqua distincta ab eis quorum sunt / siue que pfecta ⁊ imperfecta existunt aliqualiter in re extra. hoc autē nō est verum nec loquēdo de pfectione ⁊ impfectione extrinseca: modo quo dicitur ꝙ albedo ⁊ omnis forma accidētalis est pfectio subiecti: ⁊ forma substātialis pfectio materie. de tali autem pfectione nō est hic sermo/sed de essentiali seu intrinseca a re pfecta totaliter in distincta. nihil enim est hoc modo pfectum quia pfectionis/nec impfectum quia impfectionis subiectum: cū idē nō sit sui ipsius subiectum. propter qō si ideo relatio non potest esse pfecta nec impfecta quia nō est pfectiōis nec impfectionis subiectum: consimili ratione nec diuina essentia erit pfecta nec impfecta/nec p consequēs infinita formaliter nec finita cum non sit subiectum alicuius perfectionis nec imperfectionis a se distincte aliqualiter in re extra. omne enim taliter perfectum/videlicet quia sue perfectionis subiectum/ esset formaliter impfectus. quare ⁊c. ¶Confirmatur. quia licet diuina essentia conceda

tur esse cōmuniter omniū relationū originis fundamētū scōm ponētes ipsas relationes eē distinctas ab ipsa diuina essentia in re extra: nō tm̄ essentia concedit esse sicut nec est pfecta aliqua relatione originis mediāte/sed tm̄ modo semetipsa. nullū em̄ seipso pfectū pōt eē pfectū qz est alicuius alterius fundamētū vel subiectū. quare ⁊c. ¶Hec de secundo.

Quantū ad tertiū & vltimū arguitur cōtra oīa supradicta. Et primo ꝓtra p̄mā ꝓclusionē scōi articuli p̄cedētis. qñ simplr ⁊ totaliter pfectio vel pfectū omni mō est pfectio simplr seu pfectū. sed tam diuina essentia ꝙ relatio originis est totaliter pfectio: cū ipsi repugnet omnis impfectio ⁊ quicūq; impfectionis mod⁹. ergo ⁊c. ¶Preterea arguit ꝙ essentia sit pfectior ꝙ relatio/⁊ p ꝙs pfectio simpliciter illo modo. ¶Primo. qz oportet ponere vnicū ens supmū ⁊ vnā pfectionē numero esse omnib⁹ aliis eminētiorē. sed hoc nō ponit/imo negat p̄dicta ꝓclusio: cū dicat tres relationes originis esse cū essentia pfectionis equalis. ergo ⁊c. ¶Secūdo. qz diuina essentia est idē cum omnibus relationibus originis naturaliter: nō autē relationes ipse inter se: imo realiter sunt distincte. sed si essentia nō esset pfectior ipsis omnibus relationibus/nō magis posset esse cum eis idem ꝙ relationes ipse inter se. ergo ⁊c. ¶Tertio. quia si relationes sunt equalis pfectionis cū essentia: tūc sequit ꝙ q̄libet pſona sit tam ꝓpter essentiā ꝙ ꝓpter relationē equaliter infinita. ⁊ ita cū pſone p relationes realiter sint distincte/sicut ꝙ p essentiā sunt idē/ita possunt dici plura entia eque perfecta. qz oīa infinita ⁊ distincta realiter sint vnū. hoc aūt nō est verū. ergo ⁊c. ¶Secūdo arguit ꝓtra scōaz ꝓclusionē. qñ qō est pfectio simpliciter aliquo modo quo nō est pfectio simpliciter aliquid ab illo distinctū pfect⁹ est aliquo modo ꝙ illud. sed diuina essentia vt dictū est/nō est pfectior relatione. ergo quomōcūq; essentia est pfectio simpliciter/ ⁊ relatio ipa. q̄re ⁊c. ¶Tertio arguitur cōtra tertiā ꝓclusionē. qñ licet q̄libet relatio vt est essentia sit melior quocūq; a se alio illo modo: nō tm̄ vt ab essentia est distincta. quia alias seq̄ret ꝙ essent tria distincta realiter omnibus aliis meliora: qō videē esse falsum cū nō sit nisi vnicū numero infinitū. q̄re ⁊c. ¶Quarto arguit ꝓtra quartā ꝓclusionē. qñ nihil est ꝓprie pfectio simpliciter nisi qō est oī a se distincto realiter melius seu pfectius vl. sed diuina relatio nō est oībus a se distinctis realiter melior seu pfectior: cū oēs diuine relationes originis seu pſone distincte inter se realiter sint equales. ergo ⁊c. ¶Preterea si diuina relatio eēt ꝓprie pfectio simpliciter/ nulla pſona eēt pfecta vl: cū in nulla sit oīs relatio originis. sed ꝙs est falsum. ergo ⁊ aīs.

Ad ista per ordinem. Ad primū cōtra primam cōclusionē concedo ꝙ omne totaliter pfectum est omni modo pfectionis pfectum. ⁊ ita tam essentia ꝙ relatio est pfectio omni modo quo pōt esse pfectio: non autē eo modo quo nō esset pfectionis sed magis impfectionis. sed si diuina essentia sic esset pfectio simpliciter ꝙ esset melior ipsa relatione a qua est indistincta realiter/hoc esset imperfectionis tam in essentia ꝙ etiam in relatione ipsa. omne enim imperfectius est imperfectū. ergo si essentia esset relatione perfectior/ipsa relatio existeret imperfecta: quare ⁊c. ¶Hoc etiam secundo esset imperfectionis in essentia. ꝙ enim aliquid sit realiter aliquid imperfectum non potest esse sine imperfectione in ipso. sed diuina essentia est realiter quelibet relatio. ergo ipsa esset aliqualiter imperfecta si relatio ipsa ab ea realiter indistincta existeret imperfecta. hoc autem esset si foret imperfectior ꝙ essentia. ergo ⁊c.

¶

¶ Consimiliter dico de vna relatione ad aliam comparata. videlicet q si vna foret pfectior ꝙ alia quelibet existeret imperfecta. quoniam constat q illa que esset impfectior existeret imperfecta. illa etiam alia ea perfectior nō posset esse perfecta: quoniā nihil perfectius aliquo potest realiter esse illud. sed talis relatio perfectior alia esset perfectior etiā diuina essentia/ nec p cōsequēs esset ipsa: qđ est impossibile. quoniam oē perfectius vno equalium seu equaliter perfectorum/ ⁊ alio. sed omnis relatio originis est cum essentia ciusdē ⁊ equalis pfectionis. ergo si vna foret perfectior alia/ esset etiam perfectior ꝙ diuina essentia/ nec p cōsequēs esset ipsa. falsitas consequētis est euidēs. ergo ⁊c. ¶ Ad alia quibus probatur qđ ⁊ a multis conceditur/ q diuina essentia sit relatione pfectior. Ad primū si intelligatur cū dicitur q est dare vnicum ens supremū q sit dare tale ens vnicum omni modo sic q nullo modo huiusmodi vnicum ens supremū sit realiter aliqua plura inter se realiter distincta: dicēdus est q vt sic nō est verum nec catholice dictum/ esse aliquod tātum vnicum ens supremū. quoniam solus deus est ens supremū: qđ licet sit vnū essentialiter/ est tamē plura hoc est plures res seu persone distincte realiter. ⁊ hoc modo et nō alio est intelligēdum esse vnicum ens supremū: vez qđ licet sit vnū ens in se essentialiter: nō tamē excludit a se omnē pluralitatē vniuersaliter: sed tātum pluralitatē seu diuersitatē essentialiter distinctorum: nō autē pluralitatē realiter diuersorum ⁊ essentialiter eoūdē: imo talem pluralitatē necessario importat seu talis pluralitas est huiusmodi vnicum ens supmū. sed nullum idē realiter cum ente supmo potest esse impfectius ipso. ergo oportet ponere tot supma quot sunt inter se distincta realiter sed ab ipso supmo indistincta/ qualia sunt omnia tria diuina supposita. ⁊ ita nō est inconueniēs: immo est necessarium ponere plura suprema realiter diuersa/ sed essentialiter indistincta: immo est magis inconueniēs ⁊ simpliciter impossibile ponere vnicum ens supremū: videlicet diuinam essentiā que sit plura realiter distincta: quorum nullum sit supmū nec formaliter infinitum: cum nullum nō supmum possit esse idē realiter cum supremo/ nec per cōsequēs esse ipsum. sed quelibet relatio originis est diuina essentia suprema: cum sit ab ipsa realiter indistincta. ergo ⁊c. ¶ Ad secundū dicēdum q licet diuina essentia sit ab omnibus relationibus seu personis realiter inter se distictis realiter indistincta: ex hoc nō sequitur q sit perfectior eis: immo potius contrarium vez q nō sit perfectior: cum perfectius non possit esse ab imperfecto ri se realiter indistinctum/ nec p consequens esse ipsum sicut essentia diuina est qlibet relationū. ¶ Et si queras causam quare magis essentia est idem cum relationibus ꝙ relationes ipse inter se: Dico q causa huius nō est maior perfectio ꝙ essentie/ ⁊ minor relationū: cum ad hoc se queretur oppositum vez q essentia non esset realiter idē cum relationibus. nec causa huius est aliqua essentie perfectio ab ipsa essentia distincta: cum nihil sit distinctū in re extra ab ea aliqualiter qđ sit ipsa. ex quo sequitur q nihil quomodocūq distinctum a relationibus ⁊ ab essentia potest assignari istius idētitatis esse cū relationibus ipsis causa. vnde q diuina essentia sit a tribus realiter distinctis realiter indistincta/ nulla potest esse causa nisi qz essentia diuina est talis essentia. Unde q̄re huiusmodi causam/ est querere q̄re deus est trinus ⁊ vnus trinus vez personaliter ⁊ vnus essentialiter: cuius nulla potest a nobis causa assignari nisi quia deus est deus. q̄re ⁊c. ¶ Ad tertium dicūt aliqui q sicut in creaturis differētia relationis non est relatio cum genus non predicetur de differētia/ nec p ois est ens: cū supmū vre qđ est ens non descendat in īfima nisi p genera intermedia nec tamē ex hoc sequit q differētia sit nihil: esto q nō p̄dicetur aliquid de ea nisi ipsa tantummodo de seipsa: qz est simpliciter simplex. ita cōsimiliter in proposito: cum quelibet originis relatio i diuinis sit simpliciter simplex sicut relationis differētia in creatis/ p consequēs nō debet dici nec cōcedi esse ens: vt ab essentia est distincta: cū de simpliciter simplici nō p̄dicetur aliquid nisi ipsuz tantummodo de seipso. nec p consequēs oportet concedere q relationes diuerse sint entia: sed tantum q sunt vna essentia que cum eis est ens vnicum ab eis omnibus indistinctū. ¶ Sed ista solutio multipliciter vetatur. Primo quia falsum supponit: vez q ens p̄dicatum de alio dicat aliquid in re extra distinctum ab eo inclusum in ipso. q enim hoc nō sit verum/ sepe alias est ostēsum. ¶ Secūdo quia relatio originis non est simplicior ꝙ diuina essentia. ita enim est simpliciter simplex essentia sicut relatio. ergo si ideo relatio vt distincta ab essentia nō debet dici ens quia est simpliciter simplex: de quo nō p̄dicatur nisi ipm tantummodo de seipso/ nec essentia etiam diuina poterit dici ens propter consimilem rationē. ⁊ ita nō magis diuerse psone/ licet sint vna essentia/ poterunt dici entia cū ꝙ diuersa. ¶ Nec valet illud qđ dicit de differētia in creatis: quia falsum supponit: videlicet q species/ genus/ ⁊ differētia significent in eodem individuo distincta aliqua in re extra. hoc enim nō est verū vt in secundo pbabitur: ⁊ etiam in p̄cedētibus est probatū. quare ⁊c.

Et ideo ad rationem p̄dictam est aliter respondēdum/ concedēdo primo q quelibet persona ita est īfinita ⁊ perfecta proprietate relatiua sicut essentia: cum nec inter essentiam ⁊ relationem sit distinctio aliqua in re extra. non tamen sic intelligendo q persona sit ab istis vez ab essentia ⁊ a relatione distinctum aliquid in re extra. ¶ Et quando infertur q tunc plures persone ita poterunt dici plura entia eque perfecta quia infinita: sicut vnicum ens: Respondeo. q aut per ens tu intelligis personam aut essentiam aut aliquid in re extra distinctum ab essentia ⁊ a personis. Si primū: concedo q sunt plura entia infinita. hoc est plures psone realiter distincte ⁊ formaliter infinite. Si secundum: dico tunc q non sunt plura entia/ sed tātum vnū. si autē ponatur tertium: vez q ens supponat pro aliquo alio taz a personis ꝙ ab essentia/ nec persone sunt vnicuz ens nec plura/ nec etiam ipsa diuina essentia: cum non sit nisi vnica res que est tres res. ⁊ sicut ipse relationes originis vel persone possunt dici vnum ens ⁊ plura realiter secūdū q ly ens predicatum potest supponere differēter/ vez pro essentia vel pro personis seu relationibus originis: ita consimiliter ipsa diuina essentia potest dici vnum ens quia vna essentia: ⁊ plura quia plures persone realiter inter se distincte. vnde nec diuina essentia nec relationes originis nec persone videntur debere dici tantum vnum ens nec tantum plura: sed vnum simul ⁊ plura. quare ⁊c. ¶ Ad secūdum qđ arguitur contra secundam conclusionem/ dicēdum est q licet diuina essentia sit ab omnibus relationibus originis realiter indistincta: ex hoc non sequitur vt dictum est q ipsa sit perfectior eis. ⁊ ideo licz essentia dicatur perfectio simpliciter isto modo: videlicet quia melior quocunq alio realiter a se: per hoc non est perfectior nec ex hoc dicitur propie perfectio simpliciter: sed quia est melior omni a se sic realiter alio q nec est ipsa nec aliquod vnum secum. hoc autem conuenit omnibus relationibus originis. ¶ Tunc igitur ad rationē in forma: quādo dicitur q illud qđ est pfectio aliquo modo quo nō est perfectio alteruz/ est perfectius aliquo modo illo: potest dici. Primo q hoc est verum si illud quod dicitur perfectio illo modo sit vt sic propie perfectio: sic intelligēdo

q ille modus sit in ipso aliquid perfectius ꝙ sit in alio quod illo modo nō dicitur sed alio esse perfectum. sed nō sic est in ꝓposito de relationibus originis ⁊ essentia. quare ⁊c. ¶ Secūdo potest dici aliter q relatio originis et essentia nō sunt in re extra duo aliqua nec plura distincta vt patuit supra/ nec per consequēs est intelligēdū essentiam esse perfectiorez simpliciter aliquo modo/ quo nō relatio originis: tanꝫ ista vez essentia ⁊ relatio sint duo: de quorum vno predicetur perfectio simpliciter tali modo/ ⁊ negetur ab altero. sed quia hoc qđ dico essentia importat nō tantum vnam relationem originis sed omnes simul que sunt vna res seu essentia nō alio ꝙ seipsis. paternitas aūt vel filiatio ⁊ passiua spiratio significāt vnū tātum illoꝝ. ideo hoc qđ dicitur in conclusione illa debet intelligi esse verum. q̄re ⁊c. ¶ Ad tertiuz contra tertiam conclusionē apparet solutio ex predictis. iam enim ostēsum est quomodo relationes originis possunt ⁊ debent dici plura formaliter infinita ⁊ vnū numero infinitū. nec oportet querere an sint infinita eadē infinitate an alia ⁊ alia: cū infinitas nō sit ab eis nec ab essentia distinctum aliquid in re extra vt dictum est in alia questione. inquātū tamē sunt vnū infinitū qđ est essentia/ sunt vna infinita te hoc est ipsa essentia vnū. vt aūt sunt plura īfinita/ hoc est plures relationes infinite possunt dici pluribus infinitatibus infinite/ quia seipsis a suis infinitatibus indistinctis. ¶ Et quādo ꝓmittitur q licet relatio vt essentia sit melior quocūq a se alio illo modo nō autē vt absentia est distincta: Dico q relatio nō est aliquid distictū ab essentia in re extra. omni etiā modo ⁊ scōm totū illud qđ est formaliter est perfectior omni ente creato incomparabiliter. nisi enim vt scōm se sumpta esset melior quocunq alio a se nō posset cum diuina essentia realiter esse idem. quare ⁊c.

Ad primum contra quartam conclusionem negandum est illud quod assumitur in maiori. ad hoc enim q aliquid sit perfectio simpliciter nō requirit q sit melius quocūq a se distincto formaliter. quia tunc essentia nō esset perfectio simpliciter: supposito q a relatione esset distincta formaliter in re extra. nec requiritur q sit melius quocūq a se distincto realiter vniuersaliter sed taliter vez essentialiter: modo quo illa sunt distincta quoꝝ vnū nō est alterum/ nec aliquid vnū cum eor. cuius contrariū est in proposito de relationibus originis ⁊ personis. Et q sic necessario sit dicendū/ apparet ex dictis: quoniā suprema perfectio qualis est diuina essentia non potest realiter esse idē nisi cū suprema perfectione. oīno enim videtur esse irrationabile dicere essentiā diuinā que est infinita perfectio ⁊ suprema esse aliquid realiter cum aliquo qđ non est infinita perefectio nec supma: cū omne tale sit imperfectum/ nec p cōsequēs possit esse a diuina essentia perfectissima realiter indistincta. sed diuina essentia est tres res: vez tres relationes originis seu personе que sunt inter se distincte realiter ⁊ equales. & ⁊c. ¶ Ad vltimū apparet q illa cōsequētia est neganda. quoniam licet in nulla persona sit omnis relatio originis que est pfectio simpliciter: quelibz tamē persona est essentia q̄ est ab omnibus relationibus originis realiter indistincta ⁊ etiam totaliter in re extra. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. qz ad hoc q aliquid sit perfectio simpliciter ⁊ vniuersaliter nō requiritur nisi q ipsuz sit supma perfectio: que est oīs perfectio realiter. sed sic est in ꝓposito. diuina eīa essentia est realiter omnis relatio originis seu persona/ etiam scōm illos qui ponūt inter ista vez inter essentiā ⁊ psonā seu relationē originis esse diuersitatē aliquā in re extra. nō eīa requiritur scōm istos q pfectio simpliciter sit formaliter omnis perfectio: cū scōz eos diuina essentia quā constat esse perfectissimā ⁊ perfectionē simpliciter/ nō sit formaliter aliqua relatio originis: cū vt dicūt ab eis oībus sit distincta formaliter in re extra. quare ⁊c. ¶ Et si dicatur q licet essentia nō sit formaliter oīs perfectio est tamē in ipa omnis perfectio: ⁊ ideo potest dici pfecta: nō autē aliqua relatio originis seu persona: cū nec sit formaliter omnis pfectio: nec in̄ea sit omnis perfectio puta omnis originis relatio. ¶ Respōdeo q relatio nō est in essentia cū sit ab ea indistincta totaliter in re extra. et esto q sit distincta ab ipsa ⁊ sit in ea/ adhuc essentia propter eam nō ē perfectior nec pfecta. Nec est intelligēdū relationē esse in essentia vt perfectionē in suo perfectibili cum omne tale vez pfectibile p alterum sit de se aliqua liter impfectum. nō ergo potest intelligi p relationē esse in essentia aliud ꝙ ipsam essentiam esse relationē. sed nō magis realiter essentia est relatio originis seu psona ꝙ econuerso ipsa relatio originis seu psona sit essentia: esto q vnū horū puta relatio ab essentia distinguatur formaliter in re extra. ergo nō magis nec aliter vt videtur relatio est formaliter ī essentia ꝙ ecōuerso essentia in relatiōe originis vel psona. q̄re ⁊c. Concesso tñ isto: vez q relatio est in essentia/ potest saluari q tā essentia ꝙ relatio ⁊ psona est pfectio simpliciter ⁊ pfecta vīr. quoniā omnis relatio seu psona est essentia in qua est vt dicitur vīr. omnis relatio que est oīs pfectio simpliciter. sed oē tale potest dici pfectum vīr: vez illud qđ est res seu essentia que est p fectio omnis simpliciter. ergo ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex supi⁹ sepe dictis. vel potest dici licet in idē redeat cuz p̄dictis/ q p fectio simpliciter est illud qđ in quolibet est melius vel ipsum vel illud qđ est realiter ipsum ꝙ nō ipsum/ qđ vez ab eo realiter est distinctum. sic autē est ī proposito. quoniaz licet relatio ipsa: supposito vt supponit ratio q ab essentia formaliter, sit distincta in re extra/ non sit melior in quolibet supposito ꝙ alia relatio: est tamen essentia q̄ est realiter quelibet relatio seu persona melior seu perfectior ꝙ nō ipsa/ hoc est ꝙ alia res quecunq ab ea distincta. quare ⁊c.

Circa distinctionē trigesimāquartā in qua Magister cōparat personas diuinas ad essentiam tā quātum ad realem: idētitatem ꝙ etiā quantū ad p̄dicationem: Quero primo vtrum diuine persone sint idem cū essentia totaliter ī re extra. ¶ Et videtur q sic. quoniā nō magis persona ꝙ relatio originis est distincta ab essentia in re extra. sed relatio originis est indistincta ab essentia totaliter in re extra vt ꝓbatū est ī distinctione. 3. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia vnū realiter non potest esse a pluribus distinctis realiter indistinctū totaliter in re extra. sed diuina essentia est tātū vna. persone autem sunt multe realiter ⁊ distincte. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim excludam vnam opinionem. Secundo dicam aliter ad questionem.

Quantū ad primum: opinio excludēda contra quā tā alias in p̄cedentibus est argutum/ est quoꝝdam dicētiū q̄ psona distinguit ab essentia in re extra. ¶ Pro qua opinione arguit. Primo. quia persona vna opponitur alteri relatiue: non autem essentie: nec distinguitur ab ipsa sicut vna persona ab alia est distincta ergo persona ⁊ essentia nō sunt idē totaliter in re extra. ¶ Consequētia probatur per ꝓbm dicentem. 5. topicoꝝ. q illa nō sunt inter se cadē quoꝝ opposita sunt distincta. ¶ Scōo. q̄ paternitas accidit essentie non autē patri-

ſicut nec filiatio filio nec paſſiua ſpiratio ſpiritui ſancto cum tamē omnia accidāt eſſentie. ergo perſona ⁊ eſſentia nō ſunt idē totaliter ī re extra. ¶ Cōſequētia ꝓbaꝫ. per eūdem phm dicētem vbi ſupra: ꝙ quorum accidētia nō ſunt eadem/nec ipſa ſunt eadem. ¶ Tertio. quia perſona eſt principium ꝑſone vt pater filij: non aūt eſſentie. nō eñ eſſentia producit nec ꝓducitur ſed ꝑſona. ergo ꝑſona nō eſt ab eſſentia totaliter indiſtincta. ¶ Cōſequētia ꝓbatur ꝑ phm dicentē: ꝙ quorū cauſe nō ſunt eedem vel effectus nec ipſa inter ſe. ¶ Quarto. quia eſſentia reperitur in qualibet perſonarū: nō aūt aliqua relatio originis. ergo diſtinguitur ab omni relatione originis in re extra/⁊ per ꝯñs a perſona. ¶ Prima ꝯña ꝓbatur ꝑ phm dicentem vbi ſupra: ꝙ illa omnia ſunt diſtincta quorum vnū eſt in aliquo ſine alio. ¶ Secunda conſequētia apparet. quia perſona includit relationem. ergo ſi relatio ipſa nō eſt idem cū eſſentia/nec ꝑſona. ¶ Quinto. quia omnia illa ſunt diſtincta quorum effectus formales ſunt diſtincti. ſed eſſentia et relatio originis ſunt huiuſmodi: quia effectus formalis eſſentie eſt dare eſſe vnū: relationis aūt dare eſſe diſtinctū. ergo ⁊c. ¶ Sexto. quia eſſentia eſt cōmunicabilis omnibus perſonis: non autem aliqua relatio originis nec ꝑſona. ergo oportet ꝙ inter iſta ſit aliqua diuerſitas in re extra. ¶ Conſequētia probaꝫ. quia ſicut ſeꝑatio poſſibilis aliquorum ſimpliciter arguit diuerſitatē ſimpliciter inter ipſa: ita ſeparatio aliquorū ſcđm quid arguit diuerſitatē ſcđm quid inter ea. ſed eſſentia cū ſit in omnibus perſonis quib⁹ eſt cōmunicabilis/ſeparatur ſcđꝫ quid a qualibet relatione originis in ꝑſona: vt in patre a filiatione: in filio a paternitate: ⁊ ī ſpiritu ſancto a paternitate ⁊ a filiatione. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia vna perſona refertur realiter ad alteram: non aūt ad eſſentiam/nec eſſentia ad perſonam. ergo ⁊c. ¶ Et ſi queratur ab iſtis quomodo iſta diſtinguantur videlicet eſſentia ⁊ perſona: Dicūt ꝙ nō realiter. ſunt eniꝫ idem idētice ⁊ realiter/ſed diſtinguūtur formaliter in re extra. ¶ Primū. vꝫ ꝙ ſint idem idētice probant dupliciter. Primo videlicet quia eſſentia eſt formaliter infinita. ſed omnia in diuinis ſunt idem idētice quorum vtrūq; vel alterum extremorum eſt formaliter infinitum. Scđo quia vnū horꝫ predicatur de alio in abſtracto. omnis eñ perſona diuina eſt eſſentia ſeu deitas ipſa. ſed illa omnia ſunt idem idētice quorū vnū predicatur de alio in abſtracto. ergo ⁊c. ¶ Scđꝫ: videlicet ꝙ ſint idem realiter/probant. quia nō eſt maior diuerſitas inter eſſentiam ⁊ perſonam ꝙ̄ inter eſſentiam ⁊ relationem. ſed eſſentia ⁊ relatio originis ſunt realiter indiſtincta. ergo ⁊c. ¶ Tertiū: videlicet ꝙ formaliter diſtinguantur/probaꝫ. quia illa omnia quorum ſunt diuerſe diffinitiones formales formaliter ſunt diſtincta. ſed talia ſunt eſſentia ⁊ perſona. ī diffinitione enim perſone ponitur eſſentia ⁊ relatio: nō aūt in diffinitione eſſentie. ergo ⁊c.

Contra opinionē iſtam arguo. Primo

quia ponit incōpoſſibilia: vꝫ aliqua eſſe plura in re extra ⁊ diſtīcta formaliter: ⁊ tamē eſſe eadē realiter. omnia enī diſtincta in re extra ſic realiter ſunt diſtīcta ꝙ vnum nō eſt alterum nec aliquod eſſentialiter vnū ſecum in creatis. in diuinis autē realiter diſtincta vt ſuppoſita ſunt vnum ab eis indiſtinctū. nō tamē vnū eorū eſt realiter alterum cum ab eo realiter ſit diſtinctum. nec poteſt reperiri minor diuerſitas inter aliqua in re extra diſtincta ꝙ̄ ſit inter diuina ſuppoſita: que tamē realiter conſtat eſſe diuerſa. ſed ſcđm opinionē iſtam eſſentia ⁊ perſona ſunt diuerſa aliqua in re extra. ergo realiter ſunt diſtīcta. hoc aūt ponere eſt impoſſibile. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia quecūq; res plures in re extra diſtincte ſunt realiter diuerſe. hoc apparet. quoniā impoſſibile ē reperire plures res ⁊ diuerſas minus diſtinctas ꝙ̄ diſtinguātur ille que ſunt eſſentialiter numero vnū ab eis totaliter indiſtictū ſed tales quales ſunt ꝑſone diuine realiter ſunt diſtīcte. ergo ⁊ oēs alie. ſed ſi ꝑſona ⁊ eſſentia diſtinguūtur in re extra ipſa ſunt res diuerſe. oē eñ poſitiuū dicitur res et ens: ⁊ diuerſa poſitiua quātūcūq; modicū in re extra diuerſe res: cū etiā ꝑſone q̄ ſunt vnum numero ab eis oīb⁹ indiſtinctū ſint plures res. nulla aūt poſitiua in re extra diuerſa poſſunt minus dici plures res ꝙ̄ illa q̄ ſunt vnū numero ab eis oībus indiſtinctū. cōſtat aūt ꝙ ſi eſſentia et ꝑſona ſint diſtincta formaliter in re extra/ipſa ſunt nō tm̄ vnū ſed plura poſitiua. nō eñ vnū ⁊ idē eſt vt ſic diſtinctum a ſeipſo aliqualiter in re extra. ergo ⁊c. ¶ Preterea ſecūdo. quia cū tm̄ ſint tres res in diuinis/oīs opinio ponens plures eſt impoſſibiꝉ. ſed talis eſt opinio ſupradicta. qm̄ cū vt dictū eſt/omnis diuerſitas in re extra inter aliqua ſit realis/ꝑ ꝯñs quot ponūꝫ ī re extra diſtincta tot ponūꝫ res. ſed opinio iſta ponit plura ꝙ̄ tria eē diſtincta in diuinis aliqualiter in re extra. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia oēs rationes pro ipſa adducte probant inter eſſentiam ⁊ perſonam eſſe diuerſitatē realem vt apparet per ſingulas diſcurrendo. quoniā vna perſona opponitur realiter alteri: ⁊ diſtīguitur realiter ab ipſa/nō aūt ab eſſentia: paternitas ⁊ omnis alia relatio accidit realiter eſſentie: nō aūt ꝑſone: vna perſona eſt realiter principiū alteri⁹/nō aūt eſſentie: eſſentia repiꝫ realiter ī qualibet perſonarū: nō aūt aliqua relationū. ergo ꝑſona eſt diſtīcta realiter ab eſſentia. ¶ Cōſequētia ꝓbaꝫ ꝯſilr̄ ſicut ꝓbanꝫ ꝯſequētie quatuor primarū rationū. nō magis eñ tenet ꝯña ibi ꝙ̄ hic. q̄re ⁊c. ¶ Cōſilr̄ pōt argui ex quinta ratione. qm̄ oīa illa realiter ſunt diſtīcta quorū effectus formales realiter ſunt diſtīcti. ſed dare eē vnū et dare eſſe diſtīctū que ſunt effectus eſſentie ⁊ relationū formales vt accipiꝫ realiter diſtinguūtur: ſuppoſito ꝙ formaliter diſtinguātur ī re extra vt dictū eſt ſupra. ğ ⁊c. ¶ Preterea ex ſexta ratione ſimiliter idē arguiꝫ. qm̄ eſſentia eſt realiter cōmunicabilis oīb⁹ ꝑſonis. nō aūt aliqua relatio originis/nec perſona. ğ eſſentia eſt diſtincta realiter a ꝑſona. ¶ Hec ꝯña ꝓbari pōt ꝯſilr̄ ſicut illa. qm̄ qñ diciꝫ ꝙ ſeparatio poſſibilis ſimpliciter aliquorū arguit diuerſitatē ſimpliciter corꝫ/aut ꝑ ſeꝑationē ſimpliciter intelligiꝫ ꝙ vnū poſſit eē ſine alio exiſtēte/vel eē in aliquo ſine eo ibi licet alibi exiſtēte. Si p̄mo mō/talis ſeꝑatio nō eſt poſſibiꝉ in diuinis. Si ſcđo mō/talis ſeparatio eſt de facto inter eſſentiā ⁊ ꝑſonā: ſuppoſito ꝙ diſtinguātur in re extra. qm̄ eſſentia eſt ī oībus ꝑſonis: nō aūt aliqua relatio originis. ſed ſic ſeparata realiter ſūt diſtīcta: lꝫ nō ſimpliciꝫ: vocādo diſtīcta ſimpliciter diſtincta eſſentialiter: quo mō diſtīguūtur illa oīa quorum vnū nō eſt alterū/nec aliquod vnū cū eo. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatio etiā quā vltimo adducit idē arguit. qm̄ ſi vna ꝑſona refertur ad alterā nō aūt ad eſſentiā/ergo eſſentia ipſa realiter diſtīguitur ſi diſtinguiꝫ a ꝑſona. ſicut quia albedo vna per ſimilitudinē realiter referꝫ ad aliā albedinē/nō autē ad nigredinē/arguitur ꝙ albedo ab ipā nigredine ſit diſtincta. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad ſecundum articulū: vbi

eſt ad q̄ſtionē iſtā aliter reſpōdēdū: Dico ꝙ nullo mō eſſentia diſtīguiꝫ ī re extra a ꝑſona magis ꝙ̄ a ſeipā. qm̄ ſola diuina ſuppoſita ſunt diſtīcta realiter. nō aūt eſt īter plura ī diuinis aliq̄ diuerſitas ī re extra: cū oīa diuerſa ī re extra ſint realiter diſtīcta: vt alias oſtēſum eſt/nec poſſint plura ꝙ̄ tria diſtīcta eſſe realiter ī diuinis. ſed ſi eſſentia diuina eſſet diſtincta ab omnibus perſonis in re extra: nō ſola tria diuina ſuppoſita eſſent diſtīcta. ergo ⁊c.

¶ Confirmatur. quia nullū in re extra diſtinctorū eſt alterū in re extra. ſed oēs diuine perſone ſunt vna eſſentia numero in re extra. ergo ipſa eſſentia eſt a ꝑſonis indiſtincta totaliter ī re extra. ¶ Maior apparet. qm̄ nō magis aliquod diſtinctorū in re extra eſt alterum: ꝙ̄ vnū eorum diſtinctorum quelibet inter ſe diſtincta: ſunt tamen vnū omnia. ſed licet diuine perſone ſint vna res: tm̄ quia inter ſe realiter diſtinguūtur/vna nō eſt realiter alia. ergo nec omnes nec aliqua eſt eſſentia in re extra: ſuppoſito ꝙ eſſentia ſit diſtincta a ꝑſonis omnibus in re extra. ¶ Preterea ad idem arguo ſic. nō magis vna res a tribus diſtincta aliqualiter in re extra eſt aliqua illarum ꝙ̄ vna earum ſit altera. ſed omnes diuine perſone ſunt tres res diſtincte: quarum vna non eſt alia cum ſit ab ea diſtincta. ergo ſi diuina eſſentia eſt ab eis omnibus in re extra diſtincta/nec ipſa eſſentia erit aliqua perſonarū. hoc autem eſt falſum. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quoniā nō minus vnū a tribus eſſentialiter indiſtinctis diſtīctū eſt diſtinctū a quolibet eorū/ſuppoſito ꝙ ſit diſtinctum ab eis omnibus in re extra: ꝙ̄ vnū eorum ab alio. ſed equaliter diſtinctorum nō magis vnū poteſt eſſe alterum ꝙ̄ aliquod alterū alterū. ğ ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia nō minus quelibet perſona eſt deus ſeipā/ꝙ̄ ſit homo ſeipſo ſortes et quilibet homo alius ſingularis/nec per cōſequēs magis deitas eſt diſtincta ab aliqua perſonarum ꝙ̄ humanitas ab aliquo homine ſingulari. ſed homo quilibet ſingularis eſt homo ſeipſo: ſic ꝙ eius humanitas eſt ab ipſo indiſtincta totaliter in re extra. ergo ⁊ deitas a perſonis. ¶ Nec valet ſi dicatur ꝙ non eſt ſimile. ꝙ deitas eſt vna numero omniū perſonarum: non autē eſt vna humanitas omniū hominū. quia cōcedo ꝙ nō eſt ſimile quātum ad hoc/nec hoc accipit ratio: ſed quātum ad aliud vꝫ quantū ad idētitatē deitatis cū omnibus ꝑſonis/et humanitatis vnius cū vno homine ſingulari: cū nō magis aliq̄s ſingularis homo ſit homo ſeipſo nullo mediāte ipſi addito ab eo diuerſo: ꝙ̄ ſit deus ſeipſa quelibet ꝑſonarum. quare ⁊c. ¶ Preterea ad idem arguo ſic. licet diuina eſſentia non producat nec producatur: tamē ipſa eſt oīs perſona que producitur ⁊ producit. vt habetur extra de ſum. tri. ⁊ fi. cath. ſed non eſſet ſi ab omnibus ꝑſonis diſtincta ī re extra exiſteret. quoniam improducēs et improductum a producente ⁊ a producto diſtinctum in re extra: nō minus ab eis diſtinguitur ꝙ̄ vnum producentium ⁊ productorum eſſentialiter eorūdem ab altero ſit diſtinctum. ſed perſone diuine eſſentialiter indiſtīcte/quarum prima eſt producens ſecūdā/⁊ prima ⁊ ſecunda tertiam/ſic ſunt diſtincte realiter ꝙ vna nō eſt alia. ergo nec aliqua perſona eſſet eſſentia ſi eſſentia ipſa foret ab eis in re extra diſtincta: ſicut illud qđ nō producitur nec producit/ab illis quorum alia producunt ⁊ alia producūtur. hoc autem eſt impoſſibile. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia ſi eſſentia eſſet diſtincta a perſonis omnibus ī re extra/in diuinis eſſet quaternitas: vꝫ ꝑſonarum ⁊ eſſentie diſtincte ab omnibus perſonis vt ſupponitur in re extra. hoc autem eſt impoſſibile. ergo ⁊c. ¶ Cōſequētia eſt euidens. quia quodcūq; ab aliquibus in re extra diſtinctū ponit cū eis innumerum: cū etiam vna perſona licet eadem eſſentialiter cuꝫ alia ponat numerū cū ea. quare ⁊c.

Ad illa quæ arguuntur pro opinione

alia. ¶ Ad primum concedo ꝙ vna perſona diſtinguitur realiter ab alia ⁊ opponitur ipſi relatiue quia vna eſt ab alia. quod tantū eſt intelligendum per oppoſitionem huiuſmodi relatiuam. nō autē diſtinguitur ab eſſentia nec ipſi opponitur relatiue. nō tamē ex hoc ſequitur qđ infertur: vꝫ ꝙ perſona ſit diſtincta ab eſſentia ī re extra. quoniā licet eſſentia nō ſit diſtincta a ꝑſona/nec ipſi relatiue oppoſita/eſt tamē res que eſt diſtincta a ꝑſona: ipſiq; relatiue oppoſita: cū ſit tres perſone quarum vna eſt originaliter ab alia ⁊ ab ea realiter diſtincta. q̄re ⁊c. ¶ Ad ſcđm qñ dicitur ꝙ pater accidit eſſentie/non aūt patri: dico ꝙ falſuꝫ eſt ſi ꝑ paternitatē ītelligaꝫ aliquid in re extra diſtinctū ab eſſentia ⁊ a ꝑſona. pater eñ paternitas ⁊ deitas idē dicūt in diuinis totaliter in re extra. ⁊ eſto ꝙ nō eſſent idē pater ⁊ paternitas: tm̄ conſtat ꝙ deitas eſt pater ⁊ paternitas. et ideo ſi paternitas accidit deitati/accidit etiā rei que eſt deitas. ⁊ ſi non accidit patri/nec rei que eſt deitas. quare ⁊c. ¶ Ad tertiū dicēduꝫ eſt cōſimiliter ſicut ad primū: vꝫ negando conſequētiā propter rationē p̄dictā: vꝫ quia licꝫ eſſentia nō ſit ꝓducens nec ꝓducta/eſt tm̄ ꝑſona que eſt producēs ⁊ producta: qđ non eſſet ſi ab ea diſtincta exiſteret in re extra. Et ideo quādo dicitur ꝙ perſona eſt p̄ncipiuꝫ ꝑſone/nō aūt eſſentie: Dico ꝙ cum eſſentia nō ſit aliud ꝙ̄ omnis ꝑſona/ꝑ ꝯñs eoipſo quo vna ꝑſona eſt principiū alterius eſt p̄cipiū illius rei q̄ eſt eſſentia: cū ipſa eſſentia ſit ꝑſona producēs ⁊ ꝓducta. quare ⁊c. ¶ Et ſi q̄ratur quare ergo eſſentia nō diciꝫ ꝓducere nec ꝓduci: Ad hoc reſpōſuꝫ eſt ſupra in diſtīctione. 9. ¶ Ad quartū cōſimiliter eſt dicēdū: vꝫ negādo ꝯſequētiā. quia quādo diciꝫ in antecedente ꝙ eſſentia repiꝫ in oībus ꝑſonis: nō aūt aliq̄ relatio originis: ſi ꝑ iſta puta ꝑ eſſentiā ꝑſonā ⁊ relationē originis intelligūt diſtīcta aliqua in diuinis: quorū vnū puta eſſentia ſit in ꝑſonis oībus: nō aūt relatio originis: ſic eſt falſum. ſi aūt ꝑ eſſentiā eſſe in oībus ꝑſonis intelligatur ꝙ oēs ꝑſone ſunt vna eſſentia ab eis indiſtincta totaliter ī re extra/⁊ ꝑ iſtam relatio originis puta paternitas non eſt in oībus ꝑſonis/intelligatur ꝙ paternitas nō eſt oīs ꝑſona: ſic vtraq; pars antecedētis p̄dicti eſt vera. nec tamen ſequitur qđ infertur: vꝫ ꝙ eſſentia ſit diſtincta a ꝑſona. quoniam licet vna relatio originis ſeu ꝑſona puta paternitas vel pater nō ſit omnis ꝑſona/eſt tamē res ſeu eſſentia que eſt omnis perſona: qđ nō eſſet ſi ab ipā eſſentia diſtincta exiſteret in re extra: ſicut nec vna perſona ē alia quia eſt diſtincta ab ipſa. quare ⁊c. ¶ Ex predictis apparet ꝙ non valent conſequentie primarum quatuor rationū nec probationes earum. quoniā phs ꝑ illas oēs conſiderationes intēdit probare ſeu inueſtigare diuerſitatem realem ⁊ etiam eſſentialē: que non eſt poſſibilis inter eſſentiam ⁊ perſonam: ſed tātum inter vnam rem creatam ⁊ aliam. ad quarū diuerſitates inueſtigādas ſe extendūt predicte philoſophi cōſiderationes. nō autē habent locum in propoſito. quia nec phs nouit qđ confiteꝫ catholicus: vꝫ vnam rem increatam eſſe tres ⁊ tres eſſe vnam ab eis omnibus indiſtinctam. quare ⁊c. ¶ Ad quintum apparet ꝙ ratio illa multipliciter deficit. Primo. quia falſum eſt qđ videtur ſupponere: vꝫ effectum formalē eſſe aliquid ab ipſa forma diſtinctum. nō eñ eſſe album eſt aliquid ab albedine diſtinctum cauſatū in ſubiecto qđ dicitur eſſe album. Secūdo. quia eſto ꝙ hoc eēt verū/⁊ ꝑ cōſequēs illa maior aſſumpta: vꝫ ꝙ illa omnia ſint diſtincta quorum effectus formales ſunt diſtīcti: minor que ſub ea accipitur non eſt vera. non enim eſſe vnuꝫ eſt aliquid diſtinctum ab eſſentia nec eſſe diſtinctum a relationibus originis: nec vnū eſt effectus eſſentie nec diſtinctum relationis originis. licet enim diuerſitas ſit in relationibus originis ſeu perſonis ⁊ vnitas ī eſſentia: nō tm̄ magis diuerſitas ⁊ vnitas diſtinguunꝫ in ꝓpoſito ꝙ̄ eſſentia ⁊ ꝑſona. q̄re ⁊c. ¶ Ad ſextū apparet ſolutio ex p̄dictis. quoniam iſta/eſſentia eſt ꝯmunicabilis omnibus perſonis/eſt vera in ſenſu conſimili in quo iſta/eſſentia ē in oībus perſonis: videlicet quia eſt omnes perſone ⁊ ab oībus indiſtincta. iſta aūt/relatio originis nō eſt cōicabilis: eſt vera ſi ſic ītellecta/relatio originis puta paternitas

non est oĩs ꝑsona.sed nõ sequitur:essentia est oĩs ꝑsona/ nulla ꝑsona est alia ꝑsona.ꝙ essentia distinguit̃ a ꝑsona. ĩmo magis sequit̃ ꝯtrariũ. vꝫ ꝙ essentia nõ sit distĩcta a ꝑsona aliq̃ in re extra.qm̃ si essentia eẽt distĩcta ab oĩ ꝑsona nõ esset aliq̃ ꝑsona: sicut nec vna ꝑsona est alia q̃ est distincta ab ea.q̃re ⁊c. ¶Ad ꝯfirmationẽ dico ꝙ ꝑ essentiã ad quã nõ dicit̃ referri ꝑsona nec distingui ab ea non est intelligẽdũ aliq̃d distinctũ a ꝑsonis omnibus in re extra/sed tm̃ ꝑ essentiã ẽ intelligẽda oĩs diuina ꝑsona vt sunt alia simul sũpta.⁊ hoc mõ ẽ verũ ꝑsonã nõ referri ad essentiã.q̃ nulla ꝑsona refert̃ realiter ad oẽm ꝑsonã/nec distinguit̃ ab oĩ ꝑsona: sed tm̃ vna ꝑsona ab alia nõ aũt a seipsa.vnde ꝙ nõ referat̃ essentia ad ꝑsonã: nec ꝑsona ad essentiã:hoc est q̃ essentia est oĩs ꝑsona:quarũ pluriũ ꝑsonarũ cũ q̃bꝰ est idẽ ipsa essentia/vna refert̃ ad aliã non aũt ad essentiã:sicut nec idẽ ad seipm̃. ¶Ad illud quo ꝓbãt ꝙ sunt idẽ idẽtitate / si ꝑ idẽtitatẽ idẽticã ĩtelligãt idẽtitatẽ summã qua q̃libet est idẽ sibi: sic cõcedo. si aũt aliquã minorẽ ista cũ q̃ stat aliqua diuersitas in re extra:dico ꝙ falsum est: cum oĩs talis diuersitas sit realis:q̃ poni nõ põt inter essentiã ⁊ ꝑsonã. ¶Et quãdo dicit̃ ꝙ illa oĩa in diuinis sunt idẽ idẽtice quorũ vtrũq; vel alterũ est formaliter infinitũ:Dico ꝙ hoc est falsum.q̃ ꝑsone diuine sunt formaliter infinite vt ꝓbatũ est in alia distinctione:nec tñ sunt idẽ idẽtice inter se cuꝫ realiter sint distincte: nisi voces idẽtitatẽ idẽticam idẽtitatẽ essentialẽ.quare ⁊c. ¶Ad aliud quãdo dicit̃ ꝙ illa oĩa sunt idẽ idẽtice quorũ vnũ p̃dicat̃ de alio in abstracto:Dico ꝙ hoc est falsum.q̃ ĩmo illa oĩa quorũ vnum p̃dicatur de alio essentialiter/sunt distincta: accipiendo predicatũ ⁊ subiectũ ꝓprie ꝓ partibus ꝓpõnis. si autẽ predicatũ ⁊ subiectũ ꝓpõnis accipiãtur large ⁊ improprie/ vꝫ ꝓ rebus taliũ ꝑtiũ significatis/sic nulla ꝓpositio ĩ qua p̃dicat̃ vnũ ĩ abstracto de alio est vera nisi vtriusq; vꝫ tã subiecti q̃ p̃dicati ꝓpõnis significatũ sit vnicum ⁊ penitus indistinctũ.⁊ ideo ꝙ ista ꝓpõ/ deitas ẽ paternitas/sit vera:hoc est quia ꝑ deitatẽ ⁊ ꝑ paternitatẽ importatur vnũ ⁊ idẽ totaliter in re extra.alias si aliquo modo ꝑ ista importarẽtur diuersa: ꝓpositio esset falsa sicut ⁊ ista pater est filius.quare ⁊c. ¶Ad aliud quo arguitur ꝙ sunt idẽ realiter:concedo/ ⁊ ex hoc vt patet ex dictis in p̃cedẽtibus sequitur ꝙ sint idẽ totaliter ĩ re extra.quare ⁊c. ¶Ad vltimũ quo ꝓbatur ꝙ distinguãtur formaliter in re extra quia habẽt diuersas diffinitiones formales: Dico ꝙ falsum est si ꝑ huiusmodi diuersitatẽ diffinitionũ intelligatur aliqua diuersitas ex parte rei ꝑ diffinitiones huiusmodi importate siue signate. si autẽ ꝑ huiusmodi diuersas diffinitiones intelligãtur nõ aliqua diuersa significata in re extra: sed tantum diuersi mẽtis conceptus qui sunt in anima vt intellectarũ rerũ signa:vt sic eiusdẽ rei penitus indistincte possunt esse diuerse diffinitiones. nec diuersitas diffinitionũ sic intellectarũ arguit aliquã diuersitatẽ rerũ significatarũ: quia licet cõceptus quo concipitur deus sit alius ab illo quo cõcipitur esse pater:nõ tñ res concepta ꝑ vtrũq; significata est alia ⁊ alia sed eadẽ ⁊ indistĩcta totaliter in re extra:sicut oĩno eadẽ qualitas est obiectũ actus visiõis coloris ⁊ visionis albedinis/licet vna visio ab alia realiter et essentialiter sit distincta.quare ⁊c. ¶Sic ad q̃stionẽ.

¶Ad rationẽ in principio dicẽdum ꝙ maior assumpta est ab omni catholico neganda.quoniã nisi vnum posset esse a pluribus distinctis realiter indistinctũ totaliter ĩ re extra: nec tres persone diuine realiter distincte essent vnus deus seipsis:nec esset tantum trinitas sed quaternitas in diuinis: que omnia ⁊ plura alia que sequerentur/ constat catholico esse impossibilia ⁊ absurda. quare ⁊c.

Secundo quæro: vtrum relationes originis in diuinis sint idẽ totaliter cum ꝑsonis. ¶Et videtur ꝙ sic.quia nõ magis est idẽ essentia q̃ relatio originis cum ꝑsona.sed essentia ⁊ persona sunt idẽ totaliter in re extra vt apparet ex alia questione.ergo ⁊c. ¶Cõtra.quia vna persona dicitur relatiue ad alteram.refertur eñ ad eam realiter:nõ aũt refertur ad relationẽ/nec vna relatio refertur ad aliam vt paternitas ad filiationẽ.sed paternitas est qua pater refertur ad filiũ/⁊ filiatio qua refertur ad patrẽ filius ecõuerso.ergo oportet esse inter ꝑsonã ⁊ relationẽ diuersitatẽ aliquam in re extra. ¶Responsio. vbi sic procedam. Primo enim dicam ad quesitũ. Secũdo soluam ad vnum dubium.

Quantũ ad primũ: est opinio aliquorum dicẽtium ꝙ persona diuina distinguitur in re extra tam a relatione originis per se sumpta q̃ etiam ab ipsa cũ essentia simul sumpta:nõ tamẽ realiter/ĩmo sunt idẽtice idẽ oĩa ista:sed distinguũtur tãtũ formaliter. ¶Quod probãt. Primo.quia idẽ omnino nõ cõstituit semetipꝫ. sed relatio ⁊ essentia constituũt personam.ergo ⁊c. ¶Secundo.quia idẽ nõ presupponit seipsum nec est prius nec posterius semetipso.sed persona presupponit relationẽ ⁊ essentiam sicut constitutum sua constituẽtia/⁊ per consequẽs est eis posterior.ergo ⁊c. ¶Tertio.quia essentia ⁊ relatio sunt primo diuersa in quibꝰ nõ potest fundari vnitas.sed vnitas fundatur in personis.ergo oportet personam esse aliquid ab essentia ⁊ relatione distinctum q̃d sit vnitatis huiusmodi fundamẽtũ. ¶Quarto. quia scd̃m Augustinuꝫ omne relatiue dictum est aliquid excepta relatione.sed vna ꝑsona dicitur relatiue ad aliã.ergo est distincta a relatione. ¶Sed ista opinio est ĩpossibilis vt appet ex dictis in alia q̃stione ⁊ etiã in diuersis locis superius. ponit enim hec opinio vt sepe in p̃cedẽtibus est ostẽsum/maiorẽ pluralitatẽ q̃ trinitatẽ distinctorũ realiter in diuinis/ ac ꝑsonas diuinas non esse simplices sed cõpositas:cũ ponat quãlibet ꝑsonarũ esse ex diuersis in re extra distinctis realiter cõstitutã/⁊ oẽ taliter ꝯstitutũ sit realit̃ cõpositũ.⁊ alia multa ad positionẽ istã sequũt̃ que sunt ĩcõueniẽtia ⁊ absurda.quare ⁊c. ¶Et ideo quãtum ad istũ articulũ aliter est dicẽduꝫ: vꝫ ꝙ nulla est inter relationẽ originis ⁊ ꝑsonã sicut nec inter relationẽ ⁊ essentiam/nec inter personã ⁊ essentiam diuersitas in re extra:ĩmo ista omnia puta ꝑsona vt pater/relatio vt paternitas / ⁊ essentia vt deitas sunt noĩa oĩno synonyma idẽ totaliter in diuinis significãtia in re extra:cũ nec in diuinis aliqua possit esse diuersitas nisi tm̃ inter ꝑsonas adinuicẽ cõparatas. ¶Ad primũ q̃d arguitur in cõtrariũ:quãdo dicitur ꝙ idẽ nõ cõstituit realiter seipsuꝫ/ cõcedo.⁊ ideo falsuꝫ est q̃d accipitur ĩ minore. quoniã ꝑsona tũ quia est simplicissima:tum quia etiã est ab essentia et a relatione indistincta totaliter in re extra/ nullo modo potest dici ex essentia ⁊ relatione realiter constituta. ¶Ad scd̃m cõsimiliter est dicẽdũ:vꝫ ꝙ falsuꝫ accipitur similiter in minore.nõ eñ ꝑsona supponit essentiã ⁊ relationẽ magis q̃ ecõuerso.quia nec ex eis cõstituitur vt in ratione ista supponitur.quare ⁊c. ¶Ad tertium dico ꝙ falsuꝫ est q̃d in maiore accipitur/⁊ etiã q̃d in minore si intelligatur vt sonat.nõ enim idem est primo diuersum nec aliquo modo in re extra distinctum seu differens a seipso nec fundatur etiam in seipso. sed essentia ⁊ relatio sunt vnum ⁊ idem in re extra: vnitas etiam personarum est ab ipsis personis totaliter indistincta. ergo nec essentia et relatio originis sunt primo diuersa: vt accipitur in maiori / nec vnitas personarum fundatur in eis: vt

accipitur ĩ minore.quare ⁊c. ¶Ad quartũ quomodo sit intelligẽdum illud dictũ Augustini/alias est ostẽsuꝫ vꝫ in distinctione.30.questione scd̃a. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum:dubium excludẽdũ est an relatio originis p̃dicetur de diuina essentia in abstracto. ¶Ad hoc dicũt aliqui ꝙ sic/ concedẽtes cum hoc ꝙ relatio ipsa est distincta ab essentia in re extra. ¶Sed hic modus dicẽdi est impossibilis.qm̃ nullum distinctorũ in re extra est alterũ in re extra:sicut nec vnũ essentialiter distinctorũ est essentialiter alterum/nec realiter distinctorũ est realiter alterũ. ergo sicut q̃ vna persona est distĩcta realiter ab alia nõ est ipsa/ita nec relatio erit essentia ĩ re extra si ab ipsa distĩguit̃ ĩ re extra. ¶Cõfirmatur.quia cũ dicitur ꝙ relatio p̃dicat̃ de essentia in abstracto:aut accipit̃ p̃dicari ꝓprie/vt est p̃dicati q̃d est pars ꝓpõnis: aut denoĩatiue vt est rei significate per talẽ partẽ ꝓpõnis que est eiꝰ p̃dicatũ. Si primo modo:sic constat ꝙ nec essentia de relatione seu ecõuerso relatio de essentia nec aliq̃d aliud de alio p̃dicat̃ nisi vocalis terminꝰ vel mẽtalis puta ꝯceptus vt sepe dictũ est ĩ p̃cedẽtibꝰ. si scd̃o modo: nõ põt ꝓpõ esse vera/ supposito ꝙ relatio differat ab essentia in re extra.oĩs eñ ꝓpõ vocalis vel mẽtalis affirmatiua cuiꝰ termini vꝫ subiectũ et p̃dicatũ in abstracto accepti significant diuersa in re extra/est falsa ipsis terminis ꝑsonaliter supponẽtibꝰ ꝓ suis significatis: nõ aũt simpliciter pro seipsis.ergo ista ꝓpõ affirmatiua/deitas est paternitas/cuiꝰ termini supponũt pro re significata/ eẽt falsa si significatum vnius esset distinctũ a significato alterius in re extra.quare ⁊c. ¶Et ideo aliter ad istud dubiũ est dicẽdum: vꝫ ꝙ vt p̃dicari dicitur de p̃dicato/ ⁊ subijci de subiecto: ꝓpõnis eñ subiectũ subijcitur ⁊ p̃dicatũ p̃dicatur:vt sic relatio sumpta pro re signata nõ p̃dicat̃ de essentia cõsimili modo sumpta/nec de ipsa relatione essentia ecõuerso. vt autẽ p̃dicari dicitur de re ꝑ p̃dicatũ signata ⁊ subijci de re per ꝓpõnis subiectũ similiter importata.vt sic vtiq; relatio p̃dicat̃ de essentia ĩ abstracto/ ⁊ de relatiõe essentia ecõuerso:vt relatio ⁊ essentia accipiũtur ꝓ re increata significata. ¶Primũ horũ apparet dupliciter. Primo. quia nihil est p̃dicatum ꝓpositionis nec subiectum vt p̃dictum est nisi vocalis terminus vel mẽtalis.sed nec essentia diuina nec relatio originis est talis terminus:sed res extra ꝑ ipsam significata.ergo ⁊c. ¶Secundo.quia vnũ ⁊ idẽ nõ est ꝓpositiõis subiectum ⁊ p̃dicatum:immo omnis ꝓpositionis subiectũ ⁊ p̃dicatũ sunt distincta realiter cũ sint diuersi mẽtales termini vel vocales. sed diuina essentia ⁊ relatio originis sumpta ꝓ re significata sunt vnum ⁊ idẽ totaliter in re extra. ergo nõ possunt eẽ subiectum ⁊ p̃dicatum/nec ꝑ ꝯñs potest vnũ p̃dicari de alio isto modo. ¶Ex hoc sequitur scd̃oꝫ: vꝫ ꝙ vt p̃dicari et subijci dicũtur de re ip̃a ꝑ ꝓpositionis subiectum ⁊ p̃dicatũ significata/relatio p̃dicat̃ de diuina essentia: hoc est omnis illa ꝓpositio affirmatiua est vera cuius termini sunt cõceptus deitatis ⁊ relationis originis:quorum vnus p̃dicatur de alio:nõ pro seipsis eis supponẽtibus: sed pro re ꝑ eos significata.quoniã omnis illa ꝓpositio affirmatiua est vera cuius termini quorũ vnus affirmatur de alio idẽ significãt in re extra.⁊ hoc ipsis terminis supponẽtibꝰ nõ materialiter pro seipsis sicut supponũt in ista ꝓpositione/homo est vox:sed ꝓ re ꝑ eos significata.sed res significata ꝑ cõceptũ deitatis/⁊ ꝑ cõceptũ relationis originis est vnica ⁊ indistincta totaliter in re extra.ergo ⁊c. ¶Sed cõtra hoc arguit quidã doctor. Primo.quia q̃d p̃dicat̃ de aliquo in abstracto/ p̃dicatur de ipso scd̃m suã rationẽ formalẽ.q̃ oẽ q̃d ꝯuenit alicui vt ĩ abstracto sumpto cõuenit ipsi scd̃m suã rationẽ formalẽ. sed relatio originis puta paternitas vel q̃cũq; alia scd̃m rationẽ suã formalẽ non est essentia.ergo ⁊c. ¶Scd̃o.q̃ si paternitas vltimate abstracta eẽt essentia/oĩs paternitas esset essentia/ꝯñs est falsum.ergo ⁊c. ¶Cõsequẽtia ꝓbat̃.q̃ q̃d cõuenit alicui ĩ abstracto ꝯuenit ipsi sub reduplicatione vt reduplicatio est nota p̃cisionis. ergo si paternitas est deitas: ⁊ paternitas inquãtũ paternitas est deitas. sed si paternitas inquãtũ paternitas est deitas/oĩs paternitas est deitas. ¶Tertio. q̃ si paternitas est deitas:aut inquãtũ paternitas/aut ĩquãtũ hec paternitas.sed nõ primũ: q̃ tũc oĩs paternitas eẽt deitas/q̃d est falsum.ergo relinquit̃ scd̃m.sed deitas est extra rationẽ paternitatis:ergo ꝑ ꝯñs paternitas vltimate abstracta non est deitas:cũ vltimate abstractũ sit sine omni eo q̃d est extra rationẽ suã formalẽ acceptuꝫ. ꝙ ⁊c. ¶Quarto.q̃ si paternitas vltimate abstracta esset essentia ipsa esset formaliter essentia.sed hoc est falsuꝫ: cũ ratio formalis paternitatis sit alia a rõne formali deitatis.ergo ⁊c.

Sed ista non sunt realiter sed tantum vocaliter cõtra p̃dicta vt apparet euidẽter discurrẽdo ꝑ singula. ¶Ad primũ eñ qñ dicit̃ ꝙ relatio originis s̃m suã rationẽ formalẽ nõ est essentia:Dico ꝙ falsum ẽ. qm̃ per rationẽ formalẽ rei non põt aliquid aliud intelligi q̃ conceptus diffinitiuus vel quicũq; alius exp̃ssiuus sui. sed cõceptus deitatis licet diuersus realiter ⁊ essentialiter a conceptu relationis originis puta paternitatis/tñ nec p̃dicat̃ affirmatiue de ipso/ eis ambobus supponẽtibus ꝓ suo significato:cũ ipsorũ significatũ sit vnicũ ⁊ indistinctũ totaliter in re extra.sed paternitatẽ scd̃oꝫ suã formalẽ rationẽ eẽ deitatẽ nõ est aliud q̃ cõceptũ deitatis dici de conceptu paternitatis:vtroq; eorũ supponẽte nõ ꝓ seipso sed ꝓ suo significato.ꝙ ⁊c. ¶Cõfirmat̃. quia aut ꝑ rationẽ formalẽ pat̃nitatis ĩtelligis ipsaꝫ pat̃nitatẽ diuinã absolute sumptã:aut aliq̃d ab ea distĩctũ puta mẽtis ꝯceptũ ꝑ q̃d ĩtelligit̃ ꝙ deus ẽ pater. Si p̃mũ cũ paternitas diuina s̃m se sit ab essẽtia in re extra totaliter indistĩcta/ꝑ ꝯñs scd̃m suã rõnẽ formalẽ est ipsa. si aũt dedt̃ scd̃m/tũc q̃ro q̃d intelligis qñ dicis ꝙ paternitas non est scd̃m suã rationẽ formalẽ essentia. aut eñ ꝑ hoc intelligis ꝙ talis ratio formalis paternitatis vel cuiuscũq; alteriꝰ relatiõis originis nõ sit ip̃a diuina essentia ĩ re extra:nec eiꝰ formalis rõ sumpta ꝯsĩr ꝓ ꝯceptu: vel ꝙ ratio formalis deitatis nõ dr̃ de rõne formali p̃rnitatis vt vtraq; istarũ rõnũ seu mẽtis cõceptionũ supponit ꝓ vtriusq; significato. Si primũ/ hoc nihil ad ꝓpositũ/nec de hoc apud aliquẽ est aliq̃d dubiũ. cõstat eñ ꝙ nec deitas est cõceptus mẽtis nec vnꝰ ꝯceptus est alius ab ipso realiter distĩctus sicut distĩguit̃ ꝯceptꝰ pat̃nitatis a ꝯceptu deitatis: licꝫ vnicũ sit vtriusq; obiectũ ⁊ totaliter ĩdistĩctũ. Si aũt ponas scd̃oꝫ:hoc ẽ euidẽter falsũ. q̃ quorũcũq; ꝯceptuũ quãtũcũq; diuersorũ oĩno idẽ importãtiũ ĩ re extra vnꝰ est p̃dicabilis de alio: vtroq; eorũ supponẽte nõ ꝓ seipso sed ꝓ suo significato. sed ꝯceptꝰ deitatis ⁊ cõceptus paternitatis licet inter se sint distincti/sunt tamẽ signa eiusdẽ rei. ꝑ vtrunq; eñ ĩportatur idẽ oĩno indistinctũ totaliter in re extra.ergo ⁊c. ¶Ad scd̃m nego ꝯñaꝫ.non eñ magis sequit̃ ꝙ oĩs paternitas sit deitas si paternitas est deitas:q̃ sequat̃ ꝙ oĩs sapiẽtia sit deitas si sapientia est deitas.sed constat ꝙ diuina sapientia est deitas:non tamẽ omnis sapiẽtia est deitas. ergo ⁊c. ¶Confirmatur.quia subiectum huius ꝓpositionis/paternitas est deitas / est ꝯceptus nõ cuiuscunq; paternitatis sed increate/indistincte a significato p̃dicati q̃d ẽ cõceptꝰ deitatis.sed significata subiecti ⁊ p̃dicati istius/oĩs p̃rnitas est deitas sũt distĩcta essentialit̃.ergo

licet prima propō sit vera/nō tñ secūda.qre ꝛc.¶ Ad ꝓ-
bationē ꝯcedo ꝙ paternitas diuina inquātū paternitas
diuina est essentia:non autē paternitas inquātū pater-
nitas vniuersaliter sumpta.quia nec aliqua alia pater-
nitas nisi sola diuina est essentia. de illa aūt paternitate
cū reduplicatiōe sumpta verificaṫ essentia seu diuinitas
ipsa:de qua vt absolute sumpta ē vera/nō aūt de aliqua
alia de qua absolute sumpta nō ē vera. ꝛ iterū sequitur/
paternitas diuina inquātū paternitas diuina ē essentia
ergo oīs paternitas est essentia.ḡ ꝛc.¶ Ad tertiū ꝯsiliṙ
est dicēdū.nec valet illud qđ arguiṫ in cōtrariū qñ diciṫ
ꝙ heceitas ē extra rationē paternitatis.nec eñ diuina
paternitas nec aliq̄ res alia ēt creata ē hec formaliṫ vt
sic arguētes imaginaṫ aliquo mediāte alio a seipsa.qre
ꝛc.¶ Ad q̄rtū qñ diciṫ ꝙ paternitas nō ē formaliṫ dei-
tas/aut ꝑ istā ꝓpositionē negatiuam intelligiṫ aliqua
diuersitas in re extra inter significatū subiecti ꝛ p̄dicati
ipsius:aut nō:sed tm̄ īter eius subiectū ꝛ p̄dicatū. si po
naṫ primū:dico ꝙ ꝓpō ista negatiua ē falsa/ꝛ ei opposi-
ta affirmatiua vera/vꝫ ista:paternitas est formaliter es-
sentia.si aūt detur scđm/sic cōcedo qꝛ paternitas nō est
formaliter seu in primo modo deitas:quia ꝑ istā ꝓpōnē
a. est formaliṫ seu in primo mō dicēdi.b.intelligiṫ ꝙ ipm
b.p̄dicatū sit ꝯceptus diffinitiuꝰ istius.a.in ista aūt pro
positiōe licꝫ ꝯceptus deitatis ꝛ paternitatis sint peni-
tus eiusdē rei significate:nō tñ vnus ē alṫius diffinitiuꝰ
nec ī diffinitiōe rei vt significate ꝑ vnū istoꝝ ꝯceptuū ca
dit seu ī cludiṫ ꝯceptus aliꝰ/nec ecōuerso: vt hoc magis
fuit declaratū supꝰ ī distīctiōe octaua q̄stiōe de attribu
toꝝ distīctiōe.sed hoc mō intelligēdo vnū nō p̄dicari for
maliter de alio/falsū ē illud qđ assumiṫ cū diciṫ ꝙ si pa
ternitas vltimate absoluta eēt essentia ipsa eēt formali
ter essentia.qꝛ ad hoc ꝙ vnꝰ ꝯceptꝰ sit p̄dicabilis affir-
matiue de alio sufficit ꝙ sit vnū ꝛ idē vtriusq; significatū
nō oportet aūt vnū eē alṫius diffinitionē.q̄re ꝛc. ¶ Sic
ad q̄stionē.¶ Ad rōnē in p̄ncipio: dico ꝙ nō magis nec
aliter pater distinguiṫ a filio q̄ paṫnitas a filiatiōe/ nec
magis res īportata ꝑ patrē q̄ ꝑ paternitatē referṫ:cum
sit eadē totaliter in re extra.quare ꝛc.

CIrca distinctionē trige
simāquintā: in qua Magister de-
terminat de dei sciētia vt scđm se
absolute accepta: Quero vtrū in
deo sit sciētia.¶ Et videtur ꝙ sic.
quia in omni sciēte est sciētia: sed
deus est sciens oīa.ergo ꝛc.¶ Cō
tra.quia idem nō est in seipso. sed
scientia dei est ab eo totaliter indistincta.ḡ ꝛc.¶ Respō
sio.vbi sic procedā.Primo eñ inquirā an deus intelli-
gat omnia etiā a seipso alia. Scđo dicā ad q̄situ:vꝫ an
in eo sit sciētia.Tertio inquirā an ipsiꝰ scientie obiectū
adequatum ꝛ primū sit eius essentia.

Quantum ad primum: dimissa opinio
ne Cōmētatoris erronea ponētis ꝙ deus nō est intelli-
gēs alia a se:quā opinionē erroneā ipse ꝯmētator īponit
pho.12.metaphysice commento.51.constat secūdū veri
tatē catholicā ꝙ deus intelligit omnia:licet sit dubiū
an hoc possit demōstratiue probari. Ad qđ dicit quidā
doctor/ꝙ sic.ꝓbat aūt ipse hoc demōstratiue vt dicit q̄-
drupliciter.¶ Primo.quia obiectū oē qđ habet verius
esse in aliquo eius rep̄sentatiuo q̄ in seipso /veriꝰ cogno
scitur in illo q̄ in seipso.sed omne ens creatū verius esse
habet ī diuina essentia eiꝰ rep̄sentatiua q̄ in seipso.ergo
verius cognoscitur in essentia rep̄sentante ab intellectu
cuius essentia est obiectū q̄ in seipso . sed diuina essentia
est intellectꝰ diuini obiectū.ergo ꝛc.¶ Scđo. qꝛ impos-
sibile est ꝑfecte cognosci vnum aliquod continēs alterū
eminēter nō cognito illo qđ eminēter cōtinetur in ipso.
sed diuina essentia cōtinet eminēter quodlibet ens crea-
bile vel creatū:ꝛ constat ꝙ cognoscitur ꝑfecte a diuino
intellectu.ergo ꝛc.¶ Tertio.quia omnis intellectus co
gnoscens causam vt causa est /necessario cognoscit eius
effectum.sed intellectus diuinus cognoscit se vt est cau-
sa omniū.ergo ꝛc.¶ Quarto. qꝛ intellectus cognoscēs
aliquod obiectū ꝑfecte cognoscit omne demōstrabile de
ipso.sed deus cognoscit ꝑfecte essentiā suā de qua est de
mōstrabile ꝙ est maior seu ꝑfectior qualibet creatura.
ergo ꝛc.¶ Sed iste rationes nec demōstratiue nec etiā
probabiliter seu topice ꝯclusionē ꝓbāt seu inferunt quā
intēdūt:vt apparet ꝑ singulas discurrēdo.¶ Ad primā
eñ dico ꝙ maior est dubia ꝛ minor falsa.non enim est eui
dens rē aliquam cognosci posse aliquo alio a se mediāte
esto ꝙ ī illo verius esse habeat q̄ in seipsa: cū ad hoc ꝙ
rēs intelligatur sufficiat ītellectus:ꝛ maxime talis qua
lis est increatus qui nullo a se alio indiget ad aliquid
agnoscēdum.ergo de tali intellectu nō potest probari ꝙ
aliquid aliud a se intelligatur.quia illud tale intelligibi
le habꝫ eē in alio verius q̄ habeat in seipso. ¶ Cōfirma
tur.quia nō magis vnum intelligibile probatur intelligi
posse ꝑ alterum intelligibile in quo habet verius esse q̄
in seipso: q̄ probetur vnū sensibile posse sentiri per al-
terum in quo habet esse verius q̄ in seipso.sed constat ꝙ
vnum sensibilium nō sentitur ꝑ alterum in quo illud ha-
bet verius esse: sicut nigredo nō videtur per albedinem
ea perfectiorem . ergo licet diuina essentia sit perfectior
qualibet creatura/ꝛ ex hoc oporteat ītelligi illud assum
ptum in ratione illa:vꝫ in diuina essentia creaturā ha-
bere esse verius seu perfectius q̄ in seipsa:ex hoc non se-
quitur ꝙ per ipsā sit intelligibilis aliqua res creata.ex
quo apparet primū:vꝫ ꝙ maior illa est dubia.¶ Secū
dū/vꝫ ꝙ minor sit falsa/ apparet.quoniā aut intelligit
ꝙ creatura habet esse formale ꝛ quidditatiuū qđ est ve-
rius ꝛ ꝑfectius formaliter in diuina essentia q̄ in seipsa
aut tantum virtualiter.sed vtroq; horum modorū minor
illa est falsa.quoniā nec esse quidditatiuū creature cuius
libet est in diuina essentia formaliter/nec in ipsa creatu-
ra virtualiter.nō eñ deus est formaliter ens creatū:nec
aliquod ens creatum est virtualiter seipsum:cum non sit
suijpsius principiū productiuū.ergo nullo modo est verū
dicere aliquod ens creatum esse in deo verius q̄ ī seipso.
¶ Confirmatur. quia nihil est in deo formaliter ab ipso
distinctum realiter:sed esse quidditatiuū omne creatum
est ab ipso totaliter distinctum. ergo nō est formaliter in
eo sed tantū virtualiter:vꝫ quia eius virtute fit ꝛ sub-
sistit/nec aliter potest fieri nec manere. sed hic nō videṫ
magis posse dici ꝙ creatura habeat in ipso verius esse
q̄ in se:q̄ ꝙ lumen solis habeat esse verius in sole q̄ in se
ipso/ꝛ species in obiecto q̄ in seipsa/ꝛ vniuersaliter oīs
effectus a sua causa depēdēs in fieri ꝛ in esse in sua cau-
sa q̄ in seipso.ergo ꝛc.¶ Preterea quādo dicitur ꝙ es-
sentia est rep̄sentatiua creature:hoc esto ꝙ sit verum/nō
tamē est ꝑ se notum:īmo negaretur ab alijs tenentibus
oppositum.¶ Confirmatur.quia aut intelligitur ꝙ es-
sentia ipsa est rep̄sentatiua naturaliter creature:qꝛ est ī-
tellectio eius. actus aūt intelligendi est naturaliter re
presentatiuus obiecti.aut aliquo alio modo puta sicut
species precedens actum representat obiectum.Si pri-
mo modo/ petitur principiū ꝛ assumitur dubiū.¶ Pri
mum apparet.hoc enim est qđ queritur:vꝫ an diuina es
sentia sit intellectio creature. non enim queritur an de-
us intelligat creaturam intellectione a se distincta in se
existente:modo quo intelligit omnis intellectus crea-

tus.hoc eñ modo ꝯstat catholico deum non intelligere
se nec alia:cū oīa intelligat ꝛ velit per se nullo actu a se
distincto alio mediante.ergo ꝛc.¶ Secūdum vꝫ ꝙ assū
ptum istud sit dubium/apparet.qñ deus non vult nec in
telligit necessario nisi tñ se.alia aūt omnia vult ꝛ intelli
git contingēter vt postea videbitur:ꝛ etiā a doctore illo
cuius sunt rationes predicte concediṫ.sed si diuina essen
tia esset intellectus cuiuslibet creature:eque necessario
diuinꝰ intellectus intelligere videretur quamlibꝫ rē cre
atam sicut suam essentiam.ḡ ꝛc. ¶ Si aūt secūdo modo
intelligaṫ essentiā diuinam esse creature representatiuā
hoc nō videṫ verum : vel saltē nō est ꝑ se notū.ḡ ꝛc.¶ Ad
secundum apparet euidenter ꝙ falsū accipit in maiori.
qñ ad perfecte cognoscendū deum non est necessarium ī
telligere aliqđ ens creatum.sed qđlibet ens creatum cō-
tinetur eminenter in diuina essentia vt accipiṫ in minore.
ergo ꝛc.¶ Cōfirmatur.quia deꝰ cognoscit se necessario
ꝛ ꝑfecte: alia autem oīa contingenter:ꝛ per ꝯñs pōt ipa
non intelligere . ergo ad ꝑfecte deum intelligēdum non
oportet intelligere aliqđ ens creatum.ḡ ꝛc.¶ Preterea
qñ dicitur in minore ꝙ diuina essentia continet eminenṫ
qđlibet ens:aut intelligitur ꝑ deum ꝯtinere alia eminen
ter ipm cōtinere ea formaliṫ aut virtualiter:aut ipm esse
eminentiorem seu ꝑfectiorem alijs ꝛ coꝝ principium ꝓ-
ductiuum ꝛ ꝯseruatiuū.sed nō potest intelligi primo mō
non eñ ens creatum est in deo formaliter.ḡ habet intelli-
gi secundo vel tertio mō.sed hoc mō omnis causa secūda
equiuoca continet suum effectum:nec tñ ad eam ꝑfecte ī
telligendum est necessarium intelligere ipm.ḡ ꝛc. ¶ Ad
tertiū apparet ꝙ minor negaretur ab alijs.qñ sicut nō
potest intelligi similitudo nec aliqua alia relatio nisi ītel
lectis extremis relatis:cum nec relatio dicat aliud q̄ re
lata:ita nec causa nec effectus cū vtrūq; horum sit relati
uum/nisi intellectis duobus a quorum vno est alterū effe
ctiue.ergo negātes deum intelligere ens creatum ab eo
effectū dicerent ꝯñter ꝙ licet deus seipꝫ intelligat vt ta
le ens absolutum ab oīm alio distinctū:non tñ vt est alio-
rum principium effectiuum.quare ꝛc. ¶ Ad quartū ꝯsi-
miliṫ est dicendum negando maiorē.nō eñ vt dictum est/
ad deum ꝑfecte intelligēdum oportet intelligere aliquid
ab eo distinctū:ergo si aliq̄d sit de ipso demonstrabile qđ
connotat seu importat aliquod ens creatū/nō oportet co
gnoscentem deum perfecte cognoscere tale demōstrabile
de ipso ꝑfecte cognito.quare ꝛc.

Alius dicit aliter:videlicet ꝙ non potest
ꝓbari ꝑ rationē naturalē ꝙ deus intelligat oīa alia a se
potest tñ ꝓbari ꝙ intelligit aliq̄/esto ꝙ non oīa. ¶ Pri-
mum ꝓbat.qꝛ non potest ꝓbari deū intelligere alia a se
nisi qꝛ est causa eorum/sed per rationē causalitatis nō ꝓ
batur deum esse cognoscentem nisi suū in mente effectuꝫ
a se immediate ꝓductum.hoc autē mō nō pōt ꝓbari deū
esse causam oīm.ergo ꝛc.¶ Secundum vꝫ ꝙ ꝓbari pos-
set deum cognoscere aliqua a se alia:ꝓbat per contrariā
rōnē.vꝫ qꝛ ꝓbari potest deū esse cām īmediatā aliquoꝝ
entium creatoꝝ:ꝛ si non oīm.sed oīe illud deꝰ intelligit
cuius immediata causa existit.ḡ ꝛc. ¶ Maior probatur
qꝛ ꝓbabile est ꝙ aliq̄d sic dependeat a primo ente ꝙ non
posset manere posito per impossibile ꝙ ens primum de-
strueret.sed oīe tale a quo alterū sic dependet habet rō-
nem cause respectu ipsius.ergo ꝛc. ¶ Minorē ꝓbat.qñ
non est ꝓbabile ꝙ primum efficiens non cognoscat illđ
qđ producit.tūc eñ nisi cognosceret ꝓduceret ꝛ nesciret
quid ꝓduceret.ergo ꝛc.¶ Sed nec iste modus dicendi ē
rationabilis.Primo:qꝛ nulla appet ratio quare magis
deus possit intelligere vnū aliquod q̄ quodcūq; alterū
ens creatum.qñ cum sit oīps potest per seipm immedia
te oīe possibile producere ꝛ productum destruere. sed iō
arguitur vt conceditur ꝙ cognoscat aliquod ens creatū
quia immediate causat ipsum . constat aūt ꝙ deus illud
qđ creauit antea nouit q̄ creauerit:ꝛ per ꝯñs quia cau-
sare potuit non quia causauit arguitur ꝙ ipꝫ immedia-
te intellexerit.ḡ ꝛc.¶ Secundo:qꝛ non magis ex īmedia
ta q̄ ex mediata dei causalitate arguitur ꝙ deus sit co-
gnoscens alia a seipso.oīno eñ est inconueniens pone-
re primam causam causare immediate vel mediāte alia a
se ꝛ ignorare seu non intelligere illa q̄ causantur ab ea.sꝫ
deus est oīm causa immediata vel mediata.ḡ ꝛc.¶ Con-
firmatur. qꝛ deus non dicitur esse causa aliquoꝝ effectuū
mediata sic ꝙ non attingat ipsos īmediate.oīs eñ effe
ctus est ab eo immediate. sed solum ex hoc diciṫ esse cau
sa aliquorum immediata ꝛ alioꝝ mediata:qꝛ aliqua sunt
tñ ab ipso nō ab aliq̄ alio vt incorruptibilia.alia aūt sūt
non tñ ab ipso sed etiam ab aliqua causa secunda vt cor
ruptibilia.sed licet ad ista ꝛ non ad alia agat causa secun
da:non tñ prima attingit remotius ista vꝫ corruptibilia
q̄ alia.ḡ ꝛc.¶ Ex p̄dictis apparet ꝙ non valent rōnes
eius. Ad primam eñ concessa maiore appet ꝙ minor est
falsa.qñ vt dictum est/ deus oīm effectuū est causa imme
diata.ꝛ licet alioꝝ sit causa mediata mō p̄expositō:nō tñ
magis ꝓbatur deum oportere cognoscere illa q̄ sunt ab
ipso solo q̄ alia q̄ sunt ab eo ꝛ a causa secunda alia effecti
ua.ergo ꝛc.¶ Cōfirmatur.qꝛ nec etiam videtur posse ꝓ-
bari deū esse causam īmediatā magis alicuius effectuū
q̄ alioꝝ oīm.quare ꝛc.¶ Ad secundū ꝯsimiliter est dicen
dum.qñ illa maior non videtur vera. non eñ magis ali-
quoꝝ effectuum q̄ oīm videtur posse ꝓbari deū esse cau
sam immediatam.¶ Et qñ ꝓbatur:qꝛ illius deus est cau
sa immediata qđ non posset manere deo ꝑ impossibile nō
existente/ꝯcedo.sed tunc dico ꝙ vniformiter qđlibet ens
creatū est tale.non eñ magis potest esse nec fieri sine deo
vnum aliqđ q̄ qđlibet alterum ens creatū:vel esto ꝙ sit
possibile:non tñ est demōstrabile:vꝫ ꝙ magis necessario
vnum ens creatum q̄ alterum sit depēdens a deo. quare
ꝛc.¶ Et ideo ad ꝓbandum hoc/vꝫ deū alia a se intelli-
gere/est aliter arguēdū.Et primo arguo ꝙ deus oīa alia
a se in esse posita intelligit.Secūdo ꝙ etiā possibilia nū-
q̄ in esse posita nec ponēda pōt intelligere.Tertio ꝙ nō
necessario sed cōtingēter ea intelligit. ¶ Primū probo
sic.omnis causa libere ꝛ contingenter agens est cogno-
scens ꝛ volens omnia q̄ est agēs libere seu producens . sꝫ
deus est causa effectiua oīm effectuum libere ꝛ mere ꝯtin
genter.ḡ omnes ꝑintellexit ꝛ voluit anteq̄ ꝓduceret ī re
extra.¶ Maior ē euidēs:quia nec libertas secūdū oēs
seu ꝯtingentia effectuū libere ꝓductoꝝ habet ortū nisi
a volūtate cause cuius solius dicitur esse libertas ꝛ con-
tingētia.nec eñ agens effectum suū non intelligēs nec
volens ē ipsum libere nec cōtigēter ꝓducēs/vt apparet
de oīi naturali agēte in cuius ꝑtāte non ē effectꝰ suspē-
sio existente ꝓximo sibi passo:nec ꝑ ꝯñs agit libere:sed
quantum ē ex se necessario ad effectū.sꝫ cōstat ꝙ omnis
aliquid volēs ē ipsum intelligēs:ḡ causa prima libere ꝛ
cōtingēter agēs ē effectum intelligēs.¶ Cōfirmatur.qꝛ
causa libere agēs nō magis ꝓducit vnū q̄ alterum effe-
ctuū sibi possibiliū/nisi quia magis vult vnum q̄ alterū
ꝛ iō se determinat contingēter ad ꝓducēdū magis vnū
q̄ alterū. qđ non faceret nisi effectum ad quē se determī
nat intelligeret.non eñ qđ non intelligit pōt quis velle
nec se ad ipm magis q̄ alterum ꝓducēdum determinare
sꝫ constat ꝙ causa libere ꝛ contingēter agēs ꝓducit vnū
effectum ꝛ non alium eq̄ tñ possibilē sibi.ḡ ꝛc. ¶ Minor
probatur:ꝛ primo quo ad primam eius partē:vꝫ ꝙ deꝰ
sit causa effectiua omnium effectuū.Primo:qꝛ prima cā
plus influit seu agit ad effectuꝫ quēlibꝫ q̄ scđa. sꝫ hoc ve

rum non esset nisi ad omnem effectum cause secunde age
ret.ꝗ ⁊c.¶ Secundo. quia causa totalis alicuius effect⁹
virtualiter contētiua pōt in illum effectū oīm causa alia
circūscripta.sed nulla causa secunda potest in effectū ali
quem sine prima.¶ Hoc probatur.quia potens in effectū
aliquem per seipm̄ non īdiget aliquo determināte eum
ad ipm̄ puta ad hunc effectū magis ꝙ̄ alium ꝓducendū
sed nulla causa secūda naturaliter agens potest ad effe-
ctum aliquē agere nisi determinata a prima eā contingē
ter determināte nūc ad istū effectum nūc ad aliuꝫ ꝓducē
dum.sed constat ꝙ naturalis causa agens non libere sed
modo nature est ex se īdeterminata ad diuersos effectus
eiusdem rōnis vt ignis ad diuersos ignes:ad quos nō po
test ex se determinari vt vcꝫ nunc ꝓducat istum ignem ⁊
postea alium magis ꝙ̄ econuerso:⁊ tamen sic facit de fa-
cto.ergo hoc est qꝛ est sic ab aliqua causa alia puta a pri
ma determinata . constat enī ꝙ non potest simul produ-
cere omnes effectus sibi possibiles:sed nūc istos ⁊ postea
alios successiue.nec ex se potest determinari ad producē
dum nūc magis istum ꝙ̄ alium:ergo oportet ꝙ prima cā
sit eam determinans:⁊ per ꝯn̄s cum ea agens.nō magis
autem causa scđa libere agens ꝙ̄ alia naturalis potest ī
effectum aliquem per se tm̄mō sine prima.ergo ⁊c.¶ Cō-
firmatur.quia nullus effectus semel in esse posit⁹ est ite-
rum reparabilis seu ꝓducibilis per naturam vcꝫ ab aliq̄
causa secunda:sed tantū a prima.sed esset: si aliqua causa
secunda esset sine prima sibi coagente alicuius effectus
sibi possibilis productiua.ergo ⁊c.¶ Mīor probaꝛ. quia
effectus cause secūde postꝙ̄ productus ⁊ destructus nec
est magis nonens nec īpossibilior fieri ꝙ̄ prius anteꝙ̄ es
set productus.causa etiam secunda potens in aliquem ef
fectum/⁊ in quēcunqꝫ alium eiusdē rationis ꝙ̄tū est ex se
sicut subiectuꝫ receptiuum vnius forme ⁊ cuiuscunqꝫ al-
terius eiusdem rōnis.ꝗ ꝙ causa secunda puta ignis pri
us produxerit istum ignem quem destructum non possit
iterum producere:sed tm̄ alium cum illo eiusdem ratio-
nis antea non ꝓductum:hoc habet esse qꝛ sic fieri est de-
terminatum a prima causa sine qua concausante secūda
non potest in aliquem effectū vt magis prolixe in quarto
in materia de resurrectione postea ostēdetur.ꝗ ⁊c.¶ Se
cunda pars minoris p̄dicte:vcꝫ ꝙ prima causa sit causa
aliorum a se oīm nō necessario sed ꝯtingenter ⁊ libere ꝓ
ductiua/probabitur ꝓlixe in pria dist. scđi.vt enī ibi dice
tur/sicut est impossibile ꝓductuꝫ aliqđ necessariū esse cō
tingenter ꝓductū:ita est impossibile effectum aliquē cō
tingentem esse ⁊ non esse possibileꝫ/ necessario esse factū.
sed omnia a deo alia sunt contingentia esse ⁊ non esse pos
sibilia:ergo impossibile est ipsa esse necessario a pria cau
sa.quare ⁊c.¶ Confirmaꝛ.qꝛ si pria causa necessario age
ret ad extra cum ipsa sit oīpotēs ad agendum nullo alio
a se egens nec impedibilis ab aliq̄ in agendo:per ꝯn̄s se
queretur ꝙ nihil fieret contingenter: sed oīa necessario
euenirent:⁊ alia multa incōueniētia in secūdo explicāda
prolixius seqrētur.quare ⁊c.

Ex prædictis apparet secundum pro-
bandum: videlicet ꝙ deus possit intelligere oīa etiaꝫ
possibilia nunꝙ̄ in esse posita nec ponenda . qm̄ sicut cau
sa libere agens arguiꝛ suum effectum actu volens ⁊ co-
gnoscens:ita ⁊ potens libere agere arguiꝛ ex hoc qđ pōt
velle ⁊ cognoscere effectū quē pōt ꝓducere.sed sicut oīs
effectus est a deo libere ⁊ contingenꝛ productus:ita ⁊ oē
possibile est ab ipso contingēter ⁊ libere producibile. nul
lum enim esse possibile ⁊ non esse/est necessario producibi
le:nec per ꝯn̄s modo nature sed libere a prima causa.qm̄
licet effectus contingēs sit a causa secūda aliqua per mo
dum nature vt ignis ab igne:non tm̄ potest esse a prima.
ratio cuius est:quia qđ est ab aliq̄ non impedibili modo
nature/necessario est ab ipso sic ꝙ nō potest non esse.non
sic autem necessario sed contingenter est ab aliquo agen
te modo nature impedibili ab alio quale est oē agens
aliud citra primum:ergo lꝫ causa secūda possit agere mō
nature:⁊ sic agat ad effectum simpliciter contingentem
esse ⁊ non esse possibilem:non tm̄ prima.quare ⁊c.¶ Con
firmatur.quia eque est inconueniens ponere deum aliqđ
posse producere qđ non pōt intelligere:sicut ponere ipm̄
aliqđ actu ꝓducere qđ non est ab eo actualiter ītellectū
sed hoc est inconueniens.ergo ⁊c. ¶ Tertiū ⁊ vltimū vcꝫ
ꝙ deus non necessario sed contingenter alia a se intelli-
git/ꝓbatur.quia nō magis necessario deus alia a se ītel
ligit ꝙ̄ vult.sed alia a se non necessario sed mere contin-
genter vult.possibilium enī alia vult fieri ⁊ alia non. nec
illa autē q̄ fiunt vult necessario fieri : nec alia q̄ nō fiūt
vult necessario non fieri/cum nec minus illa possent fieri
ꝙ̄ alia.ergo ⁊c.¶ Confirmatur.quia possibiliū illa q̄ sūt
facta vel fienda deus intelligit vt sic videlicet vt facta
actualiter vel fienda.alia autē nec facta vcꝫ nec fienda ī
telligit aliter vcꝫ vt possibilia:nunꝙ̄ tm̄ in esse posita nec
ponenda.sed nec ista nec alia sic necessario intelligit sed
contingenter: cū et facta ꝯtingenter sint facta ⁊ futura
contingenter similiꝛ non necessario sint futura ⁊ alia non
preterita nec futura possint esse futura:⁊ per ꝯn̄s vt sic ī
tellecta.quare ⁊c.¶ Nec tamen quia contingēter deus
alia a se intelligit arguiꝛ esse mutabilis magis ꝙ̄ quia cō
tingenter agit.vnde non magis deus arguiꝛ mutat⁹ qꝛ
nouiter aliqđ ītelligit/ꝙ̄ qꝛ nouiter aliqđ agit.⁊ ita sicut
ab eo totaliter immutato ponitur effectus ī esse de nouo
ita ⁊ nouiter in esse positus est ab eo īuariato nouiter vt
in esse positus intellectus.non enī deus intelligit esse qđ
non est sicut nec non esse qđ est.⁊ ita effectus nouiter ī eē
positus est a deo vt existēs actualiter nouiter intellect⁹
nec tm̄ deus est in aliquo immutatus.quare ⁊c.¶ Hec de
primo.

Quantum ad secundum : vbi est respō
dendum ad quesitum/videlicet an in deo sit scientia:est
sciendum primo:ꝙ sciētia dupliciꝛ accipiꝛ.Uno modo ꝓ
habitu vt distincto ab actu : et alio modo pro actu. et vt
sic dupliciꝛ/vcꝫ proprie vno modo pro notitia comple-
xa seu pro actu assentiendi intellectus causato mediāte
conclusione aliqua demonstrata:de qua sciētia fuit dictū
in prologo hui⁹ libri.Alio modo accipitur sciētia large
pro oīm notitia euidente.¶ Secūdo est sciendū ꝙ sciē-
tiam aliquo p̄dictorum modoꝝ acceptam esse in deo/pos
set dupliciꝛ intelligi.Uno mō ꝙ esset in eo tanꝙ̄ aliqđ in
re extra distinctum ab eo:mō quo accipitur ꝓprie aliqđ
esse in aliquo.non enī proprie aliquid dicitur existere in
seipso. Et alio mō ꝙ sit in ipso non tm̄ vt aliqđ distinctuꝫ
ab eo.sed qꝛ deus est sciens seipō: ideo īproprie dr̄ ꝙ sciē-
tia est in eo sicut humanitas in sorte:qꝛ sortes est homo
similiter nō alio formaliter ꝙ̄ seipso.¶ His premissis ap
paret qđ sit ad quesitum dicendum.constat enī prīo:ꝙ in
deo non est sciētia aliquo p̄dictoꝝ modorum accepta ac-
cipiendo aliquid esse in alio proprie primo mō:sed scđo
modo.Secūdo ꝙ nec etiam isto mō est in eo sciētia sum-
pta pro habitu sed ꝓ actu vcꝫ ꝓ notitia euidēte nō ꝓ no
titia complexa seu actu assentiēdi creato mediante con-
clusione aliqua demonstrata. ¶ Primum apparet . qm̄
vt dictum ē in articulo p̄cedēti deus intelligit alia a se:ꝗ
est in ipso notitia vel secuꝫ omnino eadē vel distincta ab eo
aliqualiter in re extra.sꝫ non potest dici ꝙ huiusmodi ei⁹
notitia sit ab eo distincta:ergo in ipso ē notitia accipien-
do esse in/secūdo modo : non proprie prīo mō.¶ Cōsequē
tia est euidēs.non enī magis aliqs potest eē intelligens
sine intellectuali notitia ꝙ̄ albus sine albedie.¶ Assum
ptū vcꝫ ꝙ dei notitia nō sit ab eo ī re extra distīcta/appa
ret.¶ Primo quia omnis intelligens isto modo vcꝫ medi-
ante notitia a se distincta est imperfecte intelligens . ꝑ-
fectius enī est tale qđ est tale seipso ꝙ̄ illud quod est tale
mediante alio a se distincto:sed deus est ꝑfectissime oīa
intelligēs.ergo ⁊c.¶ Secūdo:qꝛ in diuinis vt sepe argu
tum ⁊ dictum est in p̄cedentibus/nō est aliqua diuersitas
nisi personarū tm̄mō in re extra/cū oīs in re extra diuer-
sitas sit realis:que non est possibilis in diuinis nisi tātū
inter personas.ergo ⁊c.¶ Tertio:qꝛ intelligens notitia
a se distincta sic est imꝑfecte ⁊ notitia imꝑfecta ītelligēs
ꝙ non omnia eadē notitia intelligit sed alia ⁊ alia noti-
tia est in ipso respectu diuersoꝝ obiectorum.nulla enī no
titia ab intelligente distincta est eque cum substantia in
telligētis illimitata:nec per ꝯn̄s potest esse vna oīm ab
ipso intelligibiliū:nec etiam talis notitia ab intelligen-
te distincta est ab eius volitione indistīcta.sed notitia di
uina est oīm vna ⁊ ab eius volitione indistincta totaliter
in re extra.eodem enī actu a se indistincto vult ⁊ intelli-
git oīa.ꝗ ⁊c.¶ Quarto:quia oīs notitia intellectua
lis ab intelligente distīcta est aliquo modo eius ꝑfectio.
sed nihil a deo distinctū potest esse eius ꝑfectio cū de⁹ sit
perfectissimus nō aliquo alio ꝙ̄ seipso.ꝗ ⁊c. ¶ Secundū
vcꝫ ꝙ nec modo predicto sit scientia in deo sumpta pro
habitu nec pro actu complexo mediante cōclusione de-
monstrata causato/seqtur ex primo p̄dicto: qm̄ oīs talis
scientia sic accepta est imꝑfecta ⁊ ab illo in q̄ est realiter
distincta.sed diuina scientia est ꝑfecta ⁊ ab eo vt dictum
est indistincta totaliter in re extra.ꝗ ⁊c ¶ Confirmatur.
quia in eo qđ est actus purus non est aliqua potētia nec
habitus:sed deus est act⁹ purus ⁊ īpermixt⁹.ꝗ ⁊c. ¶ Ex
hec sequitur ꝙ scientia qua deus dicitur cognoscere oīa
est notitia actualis euidens ⁊ ꝑfecta oīm vna ⁊ a se tota
liter indistincta.¶ Cōtra ista possent moueri aliqua du-
bia q̄ omitto:quia alias in precedentibus sunt soluta vt
in dist.octaua in q̄stione de attributorū distīctiōe.¶ Hec
de secundo.

Quantum ad tertium est opinio aliquo
rum dicentium ꝙ diuina essentia est adequatū obiectum
sue scientie ⁊ primū primitate ꝑfectionis ⁊ adequatiōis
non aūt aliqđ cōmune sibi ⁊ aliis. ¶ Primum vcꝫ ꝙ sit
primum primitate ꝑfectionis/ꝓbant:quia qualem ordi-
nem haberent aliqua si distiguerenꝛ realiter in aliq̄/cōsi-
milē habent distincta formaliter in eo.sed si diuina essen-
tia ⁊ alie ꝑfectiones attributales q̄ sunt in deo distingue
rentur realiter/essentia ipsa esset perfectior aliis realiter.
ergo ⁊ nūc distincta ab eis formaliter est eis oībus ꝑfe
ctior consimiliter vcꝫ formaliter. ¶ Secūdum vcꝫ ꝙ sit
primum obiectum primitate adequationis:probatur.qꝛ
illud est primum obiectum ista primitate diuini ītellect⁹
ad qđ primo terminatur eius intelligēdi actus:⁊ per qđ
intelligit alia omnia ipse de⁹.sed diuina essentia ē hmōi.
sicut enī oīs actus intellectus creati terminatur prīo
ad ens : ita et actus intellectus diuini ad suam essentiā
alia omnia p̄sentantem.ergo ⁊c.¶ Tertiū vcꝫ ꝙ nihil cō
mune diuine essentie ⁊ aliis possit esse ei⁹ obiectū primū
probatur.qꝛ oē tale obiectu:est potentie motiuū ⁊ qđ-
libet sub ipso contentū/sicut apparet de colore ⁊ de oī
sub eo ꝯtento visus motiuo.sed non oē ꝯtentū sub ente
communi deo et creature est motiuum potētie intellecti
ue icreate nec etiā create.ꝗ ⁊c.¶ Sed opinio ista deficit
ꝙ̄tuꝫ ad tria oīa supradicta q̄ ponit.vnde prīo arguo ꝯ
primum:qm̄ eiusdē ad se non potest esse aliquis ordo per
fectionis:sed diuina essentia sua sapiētia ⁊ alia oīa at
tributa que dr̄ de ea important penitus idem secum ⁊
indistinctum totaliter in re extra vt probatū est supra in
dist.octaua.ergo ⁊c.¶ Confirmatur.qꝛ cū oē imperfe-
ctius sit imꝑfectū:per ꝯn̄s vbi non est nec esse potest ali
qđ īꝑfectū nec imꝑfectius.sed in diuinis nihil potest esse
imperfectū:ergo esto ꝙ attributa essent distīcta a diuina
essentia in re extra/adhuc non essent īperfectiora ea:nec
per consequens essentia prima eis primitate ꝑfectionis.
¶ Nec valet ratio q̄ adduciꝛ.qm̄ falsum in ipsa supponi
tur:vcꝫ ꝙ essentia ab attributis sit distincta formaliter ī
re extra.quod etiam si verū esset adhuc essentia ꝑfectior
eis poni non posset cum nihil imꝑfectū sit in deo:⁊ omne
imꝑfectius sit vt dictū est aliqualiter īꝑfectū. quare ⁊c.
¶ Secundo arguo contra secundū:vcꝫ ꝙ essentia non sit
primū obiectū primitate adeq̄tiōis. qm̄ qđ diciꝛ isto mō
vcꝫ adeq̄te primum obiectū alicuius potentie/est p̄dica-
bile de quocūqꝫ apprehensibili ab illa potentia:sicut co-
lor vel lux vel vtriqꝫ cōmune diciꝛ primū obiectū potētie
visiue:qꝛ oē visibile est coloratum vel lucidum:nec pōt
aliqđ videri qđ sit ab vtroqꝫ istoꝝ distinctum.sed ꝯstat ꝙ
diuina essentia nō dicitur de quocūqꝫ a diuino intellectu
apprehenso/cum vt dictū est deus intelligat non tm̄ se sꝫ
etiam alia ꝯtingētia creabilia ⁊ creata.ergo ⁊c.¶ Cōfir
maꝛ.qꝛ nihil extra obiectum adeq̄tū alicuius potētie cō
tentum potest ab illa potentia apprehendi. idem etiā est
obiectū adeq̄tū intellectus ⁊ voluntatis dei. sed constat
ꝙ deus ītelligit ⁊ vult alia a sua essentia.ergo ⁊c. ¶ Nec
valet ratio q̄ arguitur qm̄ diciꝛ ꝙ diuina essentia est ob-
iectum ad qđ terminatur primo actus intelligendi diui-
nus.quoniam aut intelligis ꝙ ad ipsam termineꝛ primo
primitate adeq̄tionis:⁊ sic accipis falsum ⁊ petis princi
piū.hoc enī est qđ q̄ritur ⁊ negaꝛ.cū enī ad oē obiectuꝫ
intellectū dicaꝛ terminari actus intelligēdi:⁊ nō sola di-
uina essentia sed alia omnia creata sint a diuino intelle-
ctu intellecta:per ꝯn̄s non solum ad diuinam essentiam
terminatur actus intelligēdi.aut prīo primitate ꝑfectio
nis: qꝛ vcꝫ essentia ipsa est obiectū ꝑfectius oīm alio ab
ea distīcto:⁊ sic ē verū sed nihil ad ꝓpositū.q̄re ⁊c.¶ Cō
firmatur.qꝛ cum diciꝛ ꝙ actus intelligendi primo termi
natur ad essentiaꝫ:aut ītelligiꝛ ꝙ sic terminaꝛ primo ad
essentiam ⁊ non ad alia/quia essentia per se intelligiꝛ a di
uino intellectu non auteꝫ alia sed ꝑ accidēs:mō quo sub
stantia diciꝛ per accidens sentiri: accidēs aūt per se.aut
ꝙ vtrūqꝫ hoꝝ vcꝫ tam essentia ꝙ̄ ens creatū intelligitur
per se:lꝫ prius essentia ꝙ̄ alia. sed nō potest poni primuꝫ
qm̄ tunc seqreꝛ ꝙ non plus deus intelligeret alia a se ꝙ̄
visus videat substantiā:qđ est falsū.Nec scđꝫ.⁊ esto ꝙ po
natur adhuc habetur intentū.¶ Primū apparet.qm̄ si-
cut coꝝ q̄ simul videnꝛ ⁊ quoꝝ qđlibet per se a visu attin
gitur ⁊ ab alio distinguiꝛ neutrū prius ꝙ̄ alterum videri
diciꝛ:ita nec prius ītelligi vnum ꝙ̄ alterū eoꝝ q̄ simul in-
telliguntur ⁊ ab intellectiua potētia attinguꝛ. sed de⁹
simul quia ab eterno/se ⁊ alia oīa ītellexit.ergo ⁊c.¶ Se
cunduꝫ vcꝫ ꝙ esto ꝙ vnū hoꝝ esset prius ⁊ aliud posteri⁹
intellectū/adhuc habereꝛ intentuꝫ vcꝫ ꝙ diuina essentia
non esset adequatū obiectum/apparet.qm̄ nec prius nec
posterius potest esse intellectum qđ est extra obiectum ī
tellectus adeq̄tū/sicut nec visum qđ nō est lucidū nec co
loratum.q̄re ⁊c.¶ Tertio arguo cōtra tertiū:⁊ ꝓbo ꝙ ī-
mo aliqđ cōmune deo ⁊ creature est obiectū diuini intelle
ctus adeq̄tū.qm̄ potentia apprehensiua pluriū distincto
rum nullū eorum sed tm̄ oībus commune ⁊ de eis p̄dica-
bile habet ꝓ adequato obiecto/sicut nullus color singu-
laris sed cōis omnibus ⁊ de eis p̄dicabiꝛ dicitur adeq̄tuꝫ
obiectum visus.sed tam essentia increata ꝙ̄ alia oīa crea
ta sunt a diuino intellectu apprehēsa/vt dictuꝫ ē:ergo nō
aliquod istoruꝫ:sed ens oībus commune ⁊ de eis p̄dica
bile debet dici diuini intellectus adequatum obiectum.

¶Confirmatur.qr idem est obiectũ adequatũ intellect⁹ creati ꝛ increati:cũ oẽ apprehensum ab vno sit apphẽsibile ab alio.sed obiectũ adequatum intellectus creati non est ens increatum nec ens creatũ tm̃: sed vel vtrũqꝫ horum vel ens in cõi de omnibus predicabile ꝛ omnib⁹ commune.ꝗ ꝛc.¶Nec valet rõ que adducit. falsum eñi est qđ accipit qñ dicitur ꝙ obiectũ adequatũ est potẽtie motiuum:nec ꝑ hoc esto ꝙ esset verum/ꝓbatur ꝓpositũ videlicet ꝙ diuina essentia sit intellectus diuini adequatum obiectũ.qñ non magis diuina essentia ꝙ̃ aliqđ aliđ est diuini intellectus obiectum motiuũ: cum intellectus diuinus sit simpliciter immobilis ꝛ indistinctus ab ipsa essentia totaliter in re extra.quare ꝛc.

Et ideo quantum ad istum articulũ aliter est dicendum.Ad cuius euidentiam est sciendũ.Primo:ꝙ diuinam essentiã esse obiectũ diuine notitie primũ primitate ꝑfectionis potest dupliciter intelligi.Uno mõ ꝙ essentia ipsa sit ꝑfectior aliis omnib⁹ obiectis creatis tm̃.Alio mõ ꝙ sit ꝑfectior tã illis creatis ꝙ̃ aliis in ipsa existentibus increatis.¶Secundo est notãduꝫ ꝙ aliqđ esse obiectum potẽtie intellectiue primuꝫ primitate adequationis non est aliud ꝙ̃ ipm posse ab intellectu intelligi ꝛ nihil aliud ꝑter ipm.sicut eñi esse intellect⁹ obiectũ non est aliud ꝙ̃ ipm esse intellectũ:ita nec esse intellect⁹ adeqtũ obiectũ est aliud ꝙ̃ ipꝫ esse intellectũ ꝛ nihil aliđ preter ipm.sicut sonũ esse obiectum auditus adeqtũ ẽ sonum posse audiri ꝛ nihil aliud ꝑter ipꝫ:ꝛ ens esse obiectũ intellectus adeqtũ est oẽ ens posse intelligi ꝛ nihil aliđ preter ipsum.lꝫ autem oĩbus q̃ sunt obiecta alicui⁹ potẽtie conceptus aliquis sit cõmunis de coꝝ ꝯceptibus propriis predicabilis:vt cõceptus entis de oĩbus aliis:tñ hoc accidit illis vt sunt potentie obiectũ. esto eñi ꝙ nullus esset ꝯceptus cõis omnibus de eis ꝑdicabilis/adhuc nihilominus posset dici ꝙ ens est obiectũ adequatũ intellectus/supposito ꝙ sit mõ/ꝛ sonus auditus/esto ꝙ nihil esset omni sono cõmune ꝛ de eo ꝑdicabile.¶His premissis apparet quid sit hic dicenduꝫ.ꝯstat eñi primo ꝙ diuina essentia non est obiectũ diuine scientie primum primitate ꝑfectionis respectu aliquoꝝ intelligibiliũ obiectoꝝ increatoꝝ in ipsa formaliter existentiũ.Secũdo ꝙ ẽ primũ ista primitate respectu alioꝝ creatoꝝ vel creabilium oĩm.nec de hoc est dubium.Tertio ꝙ nõ est obiectum primũ primitate adeqtionis.Quarto ꝙ idẽ est obiectũ primum ista primitate vcꝫ adeqtionis intellectus creati et increati.¶Primũ apparet ex dictis.qñ vt dictũ ẽ/nulla perfectio increata est a diuina essentia distincta sed ideꝫ cũ ea totaliter in re extra. sed idem nõ põt dici ꝑfectius nec imꝑfectius semetipso.ꝗ ꝛc.¶Confirmatur.qr essentia diuina non est ꝑfectior seipsa:sed tam sapiẽtia ꝙ̃ oĩs alia ꝑfectio increata est eque idẽ cũ essentia sicut ipsa sibi ꝛ qđlibet aliud sibiipsi.ergo ꝛc.¶Secũdum vcꝫ ꝙ diuina essentia sit primũ obiectũ primitate ꝑfectionis respectu oĩm aliorum ab ipsa distinctorum in re extra/est euidens.quia nihil ab ea nisi tm̃ ens creatum distinguit in re extra.sed nulli est dubium ipam esse iproportionabiliter eminentiorem omnibus creaturis.ergo ꝛc.¶Confirmatur.qr si aliqđ preter ens creatũ esset distinctuꝫ ab ipsa diuina essentia ĩ re extra:hoc magis videret esse relatio originis ꝙ̃ aliqua ꝑfectio attributalis. sꝫ relatio omnis originis ꝛ persona/vt apparet ex ꝑcedentib⁹/est ideꝫ cũ ea totaliter in re extra.ergo ꝛc.¶Tertiũ vcꝫ ꝙ essentia diuina non sit obiectũ primum primitate adequationis scientie increate nec etiam create/apparet.qñ vt dictum est/aliqđ esse obiectum intellectus adeqtũ est ipm esse intellectũ ꝛ nihil aliud ꝑter ipm.sed diuinus intellectus non tm̃ intelligit essentiam suam increataꝫ: sed etiã quamlibet rem creatã:sicut ꝛ oĩs creatus intellectus potest intelligere tã deũ ꝙ̃ quodlibet ens creatũ.ꝗ ꝛc.¶Cõfirmat.quia nõ magis aliquod vnũ singulare intelligibilium pluriũ ab eodẽ intellectu potest dici eius adequatũ obiectũ/ꝙ̃ aliquod qđcunqꝫ vnum sensibilium ab aliqua potentia sensitiua dicatur eius adequatum obiectũ. sed cõstat ꝙ nec aliquis singularis color potest dici obiectũ adequatum visus: nec aliquod aliud singulare vnũ sensibile obiectũ adequatũ alicuius potentie sensitiue.ꝗ nec deus cũ sit ens singularissimũ ꝛ tñ numero vnicũ põt dici intellectus adequatum obiectũ.¶Quartũ ꝛ vltimuꝫ vcꝫ ꝙ idẽ sit obiectũ adequatũ intellect⁹ increati ꝛ creati/apparet.qñ oẽs ille potentie apprehensiue habent idem obiectũ adequatũ a q̃bus eadẽ totaliter cognoscũt sic ꝙ q̃cqđ est vni notum potest alteri esse notũ:ꝛ ecõuerso nihil põt cognosci ab vna qđ nõ possit cognosci ab altera. sed intellectus increatus ꝛ creatus sunt tales potẽtie.constat eñi intellectuꝫ esse cognitiuũ tam dei ꝙ̃ cuiuslibet entis creabilis ꝛ creati:tam affirmationis ꝛ habit⁹ ꝙ̃ negationis ꝛ priuationis:nec per ꝯñs aliqđ est intelligibile ab intellectu increato qđ nõ sit intelligibile a creato.ergo ꝛc.¶Confirmatur.quia si intellectus increatus ꝛ creatus haberent obiecta adequata diuersa:aut hoc esset/qr nihil apprehensũ ab vno posset cognosci ab alio: ꝛ per consequens coꝝ obiecta adequata forent dispata:sicut obiecta visus ꝛ audit⁹:aut q̃a aliqđ non tñ oẽ posset cognosci ab vno qđ non ab alio:ꝛ per consequens coꝝ obiecta essent diuersa sicut superi⁹ ꝛ inferius:mõ q̃ sunt distincta obiecta adequata intellect⁹ ꝛ sensus/cum oẽ sensibile sit intelligibile sed non econuerso.sed cõstat ꝙ neutrum istoꝝ põt poni in ꝓposito/cũ vt dictũ est oẽ intellectuꝫ a deo possit intelligi ab intellectu creato.ergo sicut quia oẽ intelligibile est volibile arguit esse idẽ obiectũ adequatum intellectus ꝛ volũtatis:ita ꝯsimiliter ĩ ꝓposito potest argui idem esse adequatum obiectũ intellect⁹ increati ꝛ creati ꝓpter ꝯsimilẽ rationẽ.quare ꝛc.

Sed tunc est hic dubium quid sit huiusmodi adequatũ obiectũ vtriusqꝫ intellectus/increati vcꝫ ꝛ creati.Ad hoc dicunt aliqui ꝙ nihil vnum potest poni tale obiectuꝫ cõe ad oĩa intelligibilia: qr cõmunissimum qđ potest a nobis apprehendi est ens vniuocum oĩ et soli enti reali.sed vltra entia realia sunt intelligibilia entia rationis.ergo ꝛc.¶Sed hoc non videtur esse dictum rationabiliter.qñ ens diuisibile in ens in aĩa ꝛ in ens extra aĩam est cõmunius ente illo qđ est solũ cõmune entibus realib⁹:sed tale ens illo magis cõmune est intelligibile.ergo ꝛc.¶Cõfirmatur.qr hoc qđ dico intelligibile ꝛ volibile est cõmunius ente ꝑdicabili tm̃ de entibus realibus:cum illud sit commune istis ꝛ aliis. sed ipm est cognoscibile.ergo ꝛc.¶Alii dicũt ꝙ obiectũ intellect⁹ adequatum est illud qđ ꝑdicat in q̃d de oĩbus: ꝛ cum hoc addũt ꝙ ens est obiectum adequate motiuum ipsius: qr quelibet entitas est motiua intellectus ꝑ naturã ꝓpriã.¶Sed sic dicentes videntur ponere ꝛ concedere incõnexa.quoniam cũ dicũt ens esse obiectũ adeqte motiuum intellectus/aut accipiũt ens cõe ad entia realia ꝛ ad entia ratiõis possibilia ꝛ impossibilia:aut vt est commune solũ entibus realibus.si primo mõ/constat ꝙ tale ens nõ potest poni adequate motiuum intellectus/cũ non oẽ sub eo cõtentum sit motiuũ.non eñi ĩpossibilia vel figmẽta negatiões vl' priuationes possunt mouere intellectuꝫ per suam ꝓpriã naturã / cũ nullam habeant naturam.si autem accipiat ens scđo modo constat ꝙ tale ens nõ est intellectus adequatuꝫ obiectũ cũ alia preter ꝙ̃ sub eo cõtenta sint intelligibilia.ergo ꝛc.¶Et ideo ad istud dubiũ aliter est dicendum.¶Ad cuius euidẽtiam est sciendum

ꝙ dupliciter potest intelligi aliquid esse intellectus vel cuiuscũqꝫ alterius potentie apprehensiue adequatũ obiectum.vno mõ qr ipm ꝛ nihil ab eo distinctũ est intelligibile: modo q̃ si intellectus diuinus nõ posset intelligere alia a se/diuina essentia diceret esse eius adequatum obiectũ.Alio modo:qr ipꝫ est intelligibile ꝛ oẽ ab eo distictũ per ipm significatũ ꝛ nõ aliqđ aliud: vcꝫ qđ non est ipsũ nec eius significatũ:modo quo si visus ꝑciperet coloris vel lucis conceptum oĩbus visibilibus qualitatib⁹ cõeꝫ ꝛ de eorũ conceptibus propriis ꝑdicabilẽ/diceret ꝙ tale commune esset eius adequatũ obiectũ.hoc autem nõ facit.non eñi visus est ꝑceptiuus nisi alicui⁹ singularis sensibilis qualitatis:ꝓpter qđ commune oĩbus sensibilib⁹ non potest dici obiectum sensus adequatũ isto modo.Ex quo sequtur:ꝙ cum dicit colorẽ vel lucẽ vel cõe vtriqꝫ esse obiectum adequatũ visus/habet intelligi alio mõ/vt vcꝫ tertio modo dicat obiectũ apprehẽsiue potentie adequatum illud quod lꝫ non possit ab illa potentia apprehendi significat tñ oĩa ab ipsa apprehensibilia adequate.nihil enim esse potest actus videndi obiectum nisi quod est per conceptum coloris vel lucis/vl' per conceptum communem vtriqꝫ istorum signatum. ¶Hoc premisso apparet q̃d ad ꝑdictũ dubiũ sit dicendum.cõstat eñi primo ꝙ nec diuina essentia nec aliqđ intelligibile vnũ qđ ẽ signatum nõ signũ põt dici obiectum intellectus adeqtuꝫ aliquo ꝑdictoꝝ modoꝝ acceptũ.¶Secũdo:ꝙ nihil vnũ intelligibile signatũ nec signum põt dici obiectũ intellectus adequatum primo nec scđo mõ sumptum triũ ꝑdictoꝝ.¶Tertio:ꝙ qđcũqꝫ vnũ positiuum vel priuatiuuꝫ signatum vel signũ est intellectus obiectũ lꝫ non adequatum.¶Quarto ꝛ vltimo ꝙ illud signũ qđ est aliorũ oĩm intelligibiliuꝫ a seipso/est obiectũ intellectus adequatũ secũdo modo triũ ꝑdictoꝝ acceptũ.¶Primũ istorũ vcꝫ ꝙ nullũ vnũ signatũ sit intellect⁹ adeqtũ obiectũ aliquo trium ꝑdictoꝝ modoꝝ/apparet:qr constat ꝙ lꝫ quodlibꝫ tale sit intelligibile:nõ tamẽ ꝑcise:cũ sit intelligibile qđlibet alioꝝ.ergo non põt esse obiectuꝫ intellect⁹ adequatũ primo mõ. nec secũdo:qr qđ est illo mõ adequatũ obiectum supponit esse scđm se intelligibile ꝛ signũ oĩm intelligibiliũ aliorũ.hoc aũt dicitur esse signatũ ꝛ non signũ ergo ꝛc.¶Nec tertio mõ:quia illud etiã est signũ omniũ apprehẽsibiliũ ab illa potẽtia cuius dicitur esse obiectũ adequatum. ergo ꝛc.¶Secũdum videlicet ꝙ nec signatũ vnũ aliquod neqꝫ signum potest dici intellectus adeqtum obiectũ primo nec tertio modo sumptũ/apparet.quoniam oẽ vnũ signatum vel signũ est intelligibile: nõ tñ adequate vel ꝑcise:cũ etiã alia oĩa sint intelligibilia.sed qđ est obiectũ intellectus adeqtũ primo modo est intelligibile adequate seu ꝑcise.obiectũ aũt adeqtũ tertio mõ diceretur illud qđ non esset intelligibile:sed signũ oĩm intelligibilium. quale signũ poni non põt cũ qđcunqꝫ possibile sit intelligibile.ergo ꝛc.¶Tertium vcꝫ ꝙ oẽ vnũ positiuum vel priuatiuũ signatuꝫ vel signũ sit intellect⁹ obiectum est euidẽs ex ꝑdictis. qñ vt dictũ est/aliqđ eẽ obiectũ intellectus non est aliud ꝙ̃ ipm esse vel posse esse intellectum.qđ eñi est actu intellectum est actu eius obiectum.qđ potest esse intellectum põt esse eius obiectuꝫ. sed oĩa sunt intellecta ab intellectu increato/ꝛ intelligibilia ab intellectu creato.ergo ꝛc.¶Quartum ꝛ vltimum vcꝫ ꝙ signum aliorũ oĩm a se intelligibilium signatiuũ sit obiectũ intellectus adequatũ scđo predictorum modorum acceptũ/apparet.qñ hmõi tale signũ est intelligibile scđm seipsum ꝛ aliorum oĩm intelligibiliũ signatiuum.sed hoc ꝛ nihil aliud est obiectum intellectus adeqtũ in scđo modo sumptum:modo quo habet poni intellectus obiectum adequatũ.cũ nec primo nec secundo nec aliquo alio modo ab isto aliqđ vnum obiectum possit dici esse intellectus obiectum adequatum.ergo ꝛc.¶Et si queratur quid sit huiusmodi vnum intelligibile signum aliorum a se oĩm intelligibilium signatiuum. Ad hoc dicendum est ꝙ tale signum est tam vocalis termin⁹ ꝙ̃ mẽtalis de omnibus intelligibilib⁹ predicabilis:vt hic terminus vocalis intelligibilis ꝛ concept⁹ in mente formatus eorundẽ quorum est signum ad placituꝫ hic vocalis terminus intelligibilis naturaliter expressiu⁹ siue signatiuus.omnis eñi mentis conceptus est naturale signum nõ ad placitum vt vocalis suoꝝ omnium obiectorum. sicut aũt hic terminus vocalis intelligibilis significat oẽ qđ potest intelligi/ita est aliqs cõceptus in mente eorũdem omnium signum naturale.ꝛ tã conceptus iste ꝙ̃ terminus vocalis ꝑdictus est obiectum intellectus adeqtũ preexposito modo sumptũ.qñ tã ens extra animam ꝙ̃ in aĩa ꝙ̃ qđcunqꝫ positiuum vel priuatiuum est ꝑ vtrũqꝫ istorum signatum.ergo ꝛc.¶Sic ad questionẽ.¶Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis.

Secũdo quæro:vtrum ideę sint in mente diuina per quas omnia contingẽtia ab eterno fuerint ipsi nota.¶Et videtur ꝙ sic.qñ scđm August. in libro.83.q̃stionũ q.46. tanta est vis in ideis vt nemo possit esse sapiens sine eis.sed deus est artifex sapientissimus:ergo sunt ĩ ipso idee non respectu sue essentie:quia nihil distinctũ ab essentia est ratio cognoscendi diuino intellectui ipsaꝫ.ꝗ respectu omniuꝫ alioꝝ.¶Contra:qr sicut deus eodẽ actu intelligendi ĩtelligit se ꝛ alia:ita ꝛ eadem est sibi ratio intelligendi oĩa.sed ipse non intelligit suam essentiam per ideam aliquã ab ea distinctam.ergo nec aliquã rem aliã creabilẽ vel creatã.¶Responsio.vbi sic ꝓcedam. Primo eñi ostendam quid sit idea.Secundo inquirã an idee sint in mente diuina.Tertio supposito ꝙ sic dicam ad q̃d ponunt in ipa.Quarto ꝛ vltimo inquiram/an deus ꝑ hmõi ideas intelligat oĩa a se alia.

Quantum ad primum:dicit quidam in primo suo dist.ista.q.5.ꝙ idea non habet quid rei sꝫ noĩs tantum.est eñi nomẽ connotatiuũ vnũ significãs ꝛ aliud connotans.potest auteꝫ vt dicit sic describi idea vt dicat ꝙ idea est aliquid cognituꝫ a principio effectiuo intellectuali ad qđ ipm intellectuale principium actu aspiciẽs potest aliquid in esse reali ꝓducere. Ex ista descriptione infert iste primo ꝙ diuina essentia nõ est idea. Secundo ꝙ nec aliquis respect⁹ eius ad aliquã rem creatam.Tertio ꝙ idea ẽ ipa creatura vt a deo cognita.¶Primũ vcꝫ ꝙ diuina essentia non sit idea/probat.qr idee sunt plures secundũ Augustinum dicentem ꝙ alia ratione conditus est hõ ꝛ alia equ⁹:sed diuina essentia est vnica. ergo ꝛc. ¶Confirmatur.qr idea habet esse in mente diuina tãtuꝫ obiectiuum:sed diuina essentia non habet tm̃ tale esse. ꝗ ꝛc.¶Secũdũ vcꝫ ꝙ nec respect⁹ aliqs eius ad creaturã sit idea/ꝓbat.qr si sic:aut respect⁹ hmõi esset realis : aut rationis. sed non realis:qr dei ad creaturam nõ est aliqs respectus talis salteꝫ scđꝫ multos. nec rationis:qr respectus rationis non põt esse exẽplar entis realis:sed idea est exemplar creature.ergo ꝛc.¶Tertium vcꝫ ꝙ idea sit ipsa creatura intellecta/probat.quia ipsi conuenit vt dicit tota descriptio supradicta. ipsa eñi est cognita ab intellectuali actiuo principio vcꝫ a deo:q̃ q̃dem deus ipaꝫ cognoscens ad eã aspicit vt rõnabiliter ꝓducat.nã quãtũcunqꝫ deus cognosceret suã essentiam nisi cognosceret producibilẽ creaturã ignoraret ꝛ non rõnabiliter ꝓduceret eam:nec per ꝯñs per ideam.¶Confirmatur.quia illud q̃ ꝑcognito potest cognoscens rationabiliter ꝓducere oẽ ab eo ꝓducibile quocũqꝫ alio circũscripto siue no

precognito:⁊ quo non precognito quocūqꝫ alio cognito non potest aliqd rationabilit̄ ꝑducere/est vere idea ⁊ exēplar producibilis. sed posito per impossibile ꝙ deus cognosceret creaturam ⁊ non essentiam suam rationabilit̄ posset ꝑducere eam si haberet potentiam ꝑductiuā:nō autem sic rationabiliter ꝑducere posset si suā essentiā cognosceret sine ipsa cognita creatura.ergo ipsa creatura cognita vere dicitur esse idea. ¶ Sꝫ predicta oīa videt̄ur esse dubia. Et primo descriptio idee p̄dicta non videt̄ ꝯueniens. Primo:qꝛ idea dicitur esse in oī intellectu aliquid intelligente:⁊ maxime si intelligat mediāte aliquo exemplari rep̄sentatiuo obiecti intellecti.sed nō omnis talis intellectus est obiecti intellecti cuius habet in seipso ideā factiuus.ergo ⁊c. ¶ Secūdo:qꝛ obiectū cognitū non videtur esse idea:sed poti⁹ ideatū.qm̄ idea est exemplar seu idolum obiecti intellectui rep̄sentatiuū:qđ non oportet esse intellectum ad intelligendum obiectum per ipsum rep̄sentatum:qꝛ nec intellectus intelligit speciem intelligibilem nec sensus ꝑcipit speciem sensibilem rep̄sentantē obiectum/sed obiectum rep̄sentatū ipm̄ qđ pōt dici ideatum:cum idea non sit nisi ideati ⁊ species sit exēplar seu speculū ei⁹ rep̄sentatiuū.g̊ ⁊c. ¶ Tertio:qꝛ aut huiusmodi cognituꝫ qđ dicit̄ esse idea secundū istū/est aliquid a cognoscente ⁊ a re producibili vel producta respectu cuius dicitur esse idea distinctum:aut non. Sed non potest poni primū. qm̄ nihil a deo distinctum ē eternum sed oēs creature lꝫ ex tp̄e ꝑducte/fuerūt tm̄ ab eterno a deo intellecte.ergo tale esse intellectū non fuit aliqd a diuina intellectione/nec per consequens a deo distinctuꝫ. ergo nec idea eterna est aliud q̄ diuina essentia:qđ tm̄ negat opinio ista. ¶ Secundo arguo cōtra omnia illa tria q̄ post descriptionem idee ponit. Et primo cōtra primuꝫ primo:quia qđ est exēplar rei possibilis artificialiter ꝑducibilis pōt dici vere idea ipsi⁹. sed diuīa essentia dicit̄ esse modo inferius explicando exemplar omnium possibilium.ergo ⁊c. ¶ Secūdo:qꝛ idea vt ponit opinio ista ē creatura ipsa vt a deo cognita:sed tale cognitum est a diuina cognitione seu essentia indistinctum totaliter in re extra:qꝛ omē eternum est a deo totaliter indistinctum:sꝫ huiusmodi esse cognitum est eternum.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur.quia aut creatura vt a deo cognita dicit diuinam cognitionem tantum in re extra/aut vltra ipsam importat creaturam scd̄m esse reale quod habuit postq̄ ꝑducta fuit:aut secūdum aliquod aliud esse ab isto ⁊ ab esse increato distinctuꝫ. Sed non potest poni secūdū:qꝛ idee vt dicis sunt eterne. creatura autem secūdum esse tale reale ex tempore.nec tertium/qꝛ hoc supponit falsum: vcꝫ ꝙ sit aliquid distīctū a deo ⁊ ab esse reali producto cuiuslibet creature:nec huiusmodi esse etiam tale si esset existeret idea:quia nec esset a deo intellectum:qđ solum dicitur eē idea.nullum em̄ deus eē creature ab eterno intellexit nisi illud qđ postea ꝑductū fuit.ergo relinquit̄ primum:vcꝫ ꝙ per huiusmodi esse intellectū nō potest intelligi aliquid a deo intelligente distinctū.quare ⁊c. ¶ Secundo arguo contra secundum.qm̄ qñ dicis ꝙ nec respectus aliquis dei ad creaturam est idea: aut intelligis aliquem esse respectum dei ad creaturaꝫ/aut nō.si non:g̊ nō magis oportet dicere talem respectuꝫ non esse ideā q̄ nihil.qđ em̄ omnino nihil est/idea poni nō potest. si autem sit respectus aliquis dei ad creaturam/falsum est dicere ipsum non esse ideā:supposito dicto tertio qđ ꝯcedis:vcꝫ ꝙ idea sit creatura vt a deo cognita.omē em̄ ens vel absolutum vel respectiuuꝫ factum seu creatum est a deo cognitū.ergo si omnis creatura cognita est idea:⁊ respect⁹ hmōi si ponatur. ¶ Confirmatur. quia aut per istum dei ad creaturam respectum intelligis precise extrema vcꝫ deuꝫ ⁊ creaturam:aut aliqd ab eis distinctum ꝑ se vnum sed quocunqꝫ istorum posito sequit̄ ꝙ respectus hmōi sit idea/si opinio tua est vera. g̊ ⁊c. ¶ Minor probatur. qm̄ idea vt ponis non dicit aliquid per se vnum:sed plura simul:vcꝫ creaturam a deo cognitam. sed si respectus dei ad creaturam dicit p̄cise extrema/per cū importātur illa eadem p̄cise que importat idea.ergo ⁊c. ¶ Si aūt respectus hmōi sit aliqd per se vnum ab extremis distīctū cum illud tale sit a deo intellectū:⁊ omne ens creatuꝫ vt a deo intellectum vt dicit ista opinio sit idea:per ꝯñs sequitur ꝓpositum/vcꝫ ꝙ licet respectus hmōi vt absolute sumptus/ vel etiam vt in esse positus non sit idea sicut nec aliqua alia creatura:est tm̄ idea vt a deo īntellect⁹ sicut qđlibet aliđ ens creatū.q̄re ⁊c. ¶ Tertio arguitur contra tertium.qm̄ idea vt dictum est supra est exemplar seu speculum rep̄sentatiuum ideati. sed creatura secūdū nulluꝫ eē suuꝫ distinctū a diuina essentia est exemplar sui. ergo nec ipsa vt cognita/intelligēdo per hmōi esse cognitum aliqd in re extra a deo cognoscente distinctum/ pōt dici nec esse idea. ¶ Minor apparet. qꝛ idea est distincta ab ideato respectu cuius dicit̄ esse idea sicut exēplar ab exēplato.non em̄ idem dicitur esse exemplar nec idea sui ipsius.sed creatura secūdum totum suum esse a deo distinctum est a seipsa vt ꝑducta totaliter indistīcta. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur.qꝛ aut creatura a deo cognita ab eterno secundū huiusmodi esse cognitum est eadem penitus cū ipsa ꝑducta ex tempore in re extra:aut non. sed non pōt dici ꝙ non sit eadem:qꝛ tunc seq̄retur ꝙ nulla creatura producta fuisset preintellecta sed aliqd aliud ab ipsa puta tale esse cognitum eternuꝫ qđ dicitur esse idea.hoc autem est euidēter falsum:⁊ esto ꝙ esset verum/ adhuc creatura secundum esse huiusmodi intellectū ab eē suo realit̄ distinctuꝫ non posset dici idea ipsius creature in re extra ꝑducte. qm̄ ideatuꝫ est obiectum intellectum.nec aliqd dicitur idea nisi respectu rei alicuius intelligibilis vel intellecte.sed si hmōi esse cognitum sempiternuꝫ est distinctum a cognitione diuina ⁊ a qualibet re increata secūdum suum esse tale/nulla creatura secundū tale esse ē nec esse potest intellecta a deo.ergo nec respectu eius pōt dici esse aliqua idea in ipso. ergo relinquit̄ primum/ vcꝫ ꝙ creatura a deo cognita ab eterno non importat p̄ter diuine cognitionis actum aliqd ab ipsa secundū suum esse reale distinctum:nec per consequēs potest poni idea/cuꝫ ideꝫ non sit suiipsius exemplar aliquod nec idea.q̄re ⁊c.

Et ideo quantum ad istum articulū aliter est dicendum. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendū ꝙ idea proprie sumpta de q̄ hic queritur/ non est aliud q̄ exemplar artificis in quo ipse artifex aspicit exēplatum qđ ꝑducere intendit:sicut idea domus fiende a domificatore est illud quo domificator domum ipsam fiendam exterius intuetur.hoc aūt non potest esse domus:sed vel ei⁹ intellectualis notitia vel species representatiua. ¶ Primum vcꝫ ꝙ domus vt a sua notitia distīcta nō sit idea/ apparet.qm̄ si sic:q̄ro qualis domus est ista q̄ dicitur esse idea.aut em̄ est domus realis exterius fienda:aut iam facta:aut dom⁹ mētis q̄ est illi⁹ real̄ rep̄sentatiua.sꝫ primū non potest poni:tum qꝛ domus illa est ideatum non idea cum sit effectus artificis videlicet ipsius domificatoris. idē aūt non est idea ⁊ ideatū respectu suiipsius.tum quia idea precedit in artifice effectum ideatū ab eo exterius producendū.nec potest poni secundum intelligēdo ꝑ domum mentis aliquid distinctū a domo reali ⁊ ab eius notitia actuali ⁊ habituali:tum qꝛ talis domus non est:tuꝫ qꝛ esto ꝙ esset/idea poni non posset. ¶ Primū vcꝫ ꝙ non sit domus vt sic sumpta/ apparet.qꝛ domus nō est aliud q̄ domus intellecta vel species ei⁹ rep̄sentatiua vel notitia aliqua:sed domus intellecta est domus exterius ꝑducenda non aliqua alia ab illa.non em̄ domificator p̄intelligens domū intelligit domuꝫ aliquam nisi illam quā postea exterius operat̄.nec scd̄m aliqđ aliud esse ipsam intelligit nisi secūdum illud secūdum qđ eā postea in re extra producit.ergo ⁊c. ¶ Secūdum vcꝫ ꝙ esto ꝙ dom⁹ preintellecta esset aliquid a domo exteriori ⁊ a notitia interiori distinctum/talis domus nō posset dici idea/apparet.qꝛ idea dom⁹ fiende in re extra est per quā cognoscit̄ ab artifice ipsiqꝫ obiicit̄ domus ipsa.sed si huiusmodi domus mentis seu domus cognita esset distincta tam a domo exteriori q̄ ab eius notitia ⁊ specie interiori/ ꝑ eā nullo modo cognosceret artifex domuꝫ extra.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄.qꝛ idea in mente artificis semꝑ respicit illud cui⁹ est vt obiectum ab artifice intellectum.sed per huiusmodi domū mentis distinctam vt supponitur a domo extra ⁊ ab omni notitia/non cognoscitur dom⁹ extra. ergo nec huiusmodi domus intra pōt dici eius idea/supposito ꝙ sit talis videlicet a domo exteriori ⁊ a notitia interiori distincta.

Ex istis contra predicta superius infero corollarie. Primo ꝙ diuina essentia est idea omniū aliorum vt est notitia ipsorum. Secundo ꝙ idea in mente diuina est vnica. Tertio ꝙ nulla creatura vt in mente diuina est eius idea. ⁊ hoc intelligendo per creaturam in mente diuina positam seu a deo cognitam aliquid distinctum a deo ⁊ a creatura ipsa vt posita in re extra. Quarto ꝙ nec etiam potest dici idea creatura ipsa vt posita ī re extra. ¶ Primum istorum videlicet ꝙ diuina essentia sit idea omnium aliorum vt est notitia eorum/apparet. quoniam idea vt dictum est supra/ est exemplar representans artifici effectum ab eo ꝑducibilem in re extra.ergo illud precise est idea artificis increati qđ est exēplar omnium sibi possibiliuꝫ representatiuū.sed hoc non est aliđ q̄ essentia ei⁹ sola non vt absolute sumpta:sed vt est omnium actualis notitia.si enim diuina essentia per impossibile non esset notitia sed ab ipsa esset distincta/non esset aliorum idea.⁊ ideo licet nūc sit notitia tam sui q̄ omniū aliorum:non tamen dicitur esse idea vt absolute sumpta hoc est vt est talis qualis per conceptuꝫ essentie siue substantie importatur:sed vt est notitia hoc est vt est talis q̄lis per conceptū notitie importatur.ergo ⁊c. ¶ Minor apparet.quoniam ꝯstat ꝙ notitia artificis dicit̄ exēplar operis ei⁹.nec em̄ exemplar domus potest dici nisi eius notitia actualis vel habitualis vt species aliqua eius representatiua.sed in proposito idea de qua loquimur non potest dici habitualis:quia nec talis notitia est in deo. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si contra hoc arguatur:qꝛ cuꝫ diuina essentia sit notitia non tm̄ aliorum a se sed etiam suiipsius: per consequens ipsa erit sui idea.quoniam nihil dicitur idea nisi respectu alicui⁹ alterius a se essentialiter distincti vcꝫ respectu effectus producibilis in re extra. q̄re ⁊c. ¶ Ex hoc apparet secundum vcꝫ ꝙ idea in mente diuina est vnica licet sit plurium ideatorum connotatiua quoniam constat ꝙ essentia diuina est vnica: ⁊ per consequens eius notitia cum sit ab ipsa indistincta totaliter ī re extra:ipsa tm̄ diuina notitia vt est creaturarum omniū connotat diuersa obiecta vcꝫ ipsa omnia entia creata cognita.sed diuina essentia vt est omnium effectuum notitia/est idea ipsorum vt dictum est supra.ergo ⁊c. ¶ Tertium videlicet ꝙ creatura vt a deo cognita non sit idea ⁊ hoc intelligendo per creaturam vt intellectam aliqd distinctum tam a deo q̄ etiam ab ipsa creatura vt posita in re extra/apparet ex omnibus supradictis. videlicꝫ Primo.quia tale esse creature est omnino īpossibile: vt dictuꝫ est. Secundo.quia esto ꝙ possibile esset/idea poni non posset vt probatum est. Tertio.quia idea in mente diuina est exemplar representatiuum omnium possibiliuꝫ. sed nihil a deo distinctum est tale exemplar in eo etiam alicuius possibilis fieri ab ipso.ergo ⁊c. ¶ Quartum et vltimum/videlicet ꝙ nec creatura etiam secūduꝫ esse qđ habet in re extra sit idea/ est certuꝫ ⁊ ab omnibus concessum. Primo qꝛ creatura ipsa vt sic sumpta est ideata respectu cuius dicitur esse idea:sed idem non est suiipsius idea vt argutum fuit supra. ergo ⁊c. Secundo.quia idea eterni artificis effectum producibilem semper intelligentis est eterna:sed creatura vt sic sumpta nō fuit eterna/cum ex tempore sit producta. ergo ⁊c.

Ad illa que contra ista superius sunt arguta: Ad primum quo probatur ꝙ idea non sit diuina essentia:quia idee sunt plures: ipsa autem diuina essentia est tantū vnica: Respōdeo ꝙ hoc nomē idea est nomē relatiuum siue connotatiuum:sicut etiam concedit ⁊ dicit ille qui sic arguit.sicut enim pater non importat tm̄ vnum sed duo: a quorū vno qđ et principaliter importat est vel fuit alterum:quod quidem est huius nominis secūdariū significatum: propter quod nunq̄ pater dicitur de vno nisi existente altero: duobus tamen existentibus vt duobus hominibus quorum vnus genuit alium pater nō dicitur de vtroqꝫ sed tantum de altero eorum/ videlicet de illo a quo fuit alius quem quidem importat principaliter: ita ⁊ de idea consimiliter quantum ad aliquid est dicendum.hoc enim nomē idea importat non tantum vnuꝫ sed plura:quorum vnum est exemplar representans alterum vel existens vel existere potens:quod quidem videlicet ipsum representatum secūdario ⁊ minus principaliter importat seu connotat: alterum vero videlicet exemplar principaliter. ⁊ ideo dicitur de ipso licet non vt absolute sumpto sed vt ad alterum comparato/ videlicet ad exemplatum possibile. ⁊ ideo sicut pater plurium filiorū licet sit vnicus materialiter seu substantialiter vel fundamentaliter:est tamen multiplex virtualiter: ita ⁊ exemplar plurium licet sit vnicum formaliter: dicitur tamen multiplex virtualiter. Et hoc modo potest intelligi illud verbum Augustini dicentis ꝙ alia ratione ꝯditus est homo ⁊ alia equus:si per istas rationes diuersas intelligat ideas.quoniaꝫ licet ipsa diuina essentia sit formaliter in se vnica:est tamen exemplar omnium seu notitia: et per consequens idea: nec per ꝯñs virtualiter est sic vnica: cū sit non vnius tantum sed plurium representatiua ⁊ causaliter ꝑductiua. ¶ Et ꝙ sic sit intelligendum istud Augustini dictum/apparet.qm̄ constat ꝙ sicut deus omnia intelligit per seipm̄: ita ⁊ ꝑduxit oīa q̄ ꝑduxit sine causa secūda aliqua mediante tm̄mō ꝑ seipsum nō ꝑ aliquid a se ⁊ ab effectu producto distinctum. g̊ ꝑ istas diuersas rationes seu ideas quibus mediantibus diuersa dicuntur esse a deo causaliter producta non possunt intelligi aliqua a deo ⁊ ab eius effectibus distincta aliqualiter in re extra. ¶ Cōfirmatur.qꝛ inter deum ⁊ eius effectum nullum potest eē medium ab vtroqꝫ distinctum nisi aliqua causa scd̄a respectu effectus producti ab ipsa nō tantum a prima.sꝫ causa secunda qua mediante prima dicitur agere ad aliqua non ē idea:ergo ꝑ istas diuersas rationes quibus diuersa condidit deus/ non potest intelligere Augustinus causas secūdas diuersas ad diuersos effectus cum prima causaliter concurrentes/supposito ꝙ per ipsas intelligit ideas.non potest etiam per eas intelligere aliqua alia distincta a deo ⁊ ab omni creatura posita in re extra:cum nihil tale sit possibile.ergo relinq̄tur ꝙ per huiusmodi rationes seu ideas diuersas quib⁹ vt August. dicit deus diuersa condidit/ non potest aliud ītelligere ipse Augu. q̄ ipsā diuinam essentiam:q̄ alia et alia dicit̄ non formaliter sed virtualiter:qꝛ non vni⁹ sed

alterius τ alterius:qꝛ vez oim possibilium est exemplar. et ideo deus dicit alia rōne facere hoiem τ alia equum.facit enim artificialiter hoiem per suam essentiam vt ē ei⁹ notitia seu exemplar:τ equuz per eandē vt est nō hois sz equi similiter notitia seu exemplar. si eni per impossibile deus cognosceret hoiem τ non equum/nihilominus posset rationabilit seu artificialiter ꝑducere ipm hoiem sicut τ econuerso posset producere equuz si ipm cognosceret τ non hominē.non autem illud artificialiter seu rōnabiliter ꝑduceret nec ꝑducere posset qd nō cognosceret. ergo hō nō est a deo rationabiliter seu artificialiter ꝑductus quia equ⁹ est ab eo cognitus:nec ecōuerso equus qꝛ hō est cognit⁹.sed qlibz effectus est a deo sic ꝑductus qꝛ p̄cognit⁹.ipsi autem effectus p̄cogniti sunt diuersi lz eorum precognitio sit vna ab ipsa diuina essentia īdistincta totaliter in re extra.quare τc. ¶ Ad ꝯfirmationem illaz quando dicitur ꝙ idea habet esse in mente diuina tm̄mō obiectiuū:Dico ꝙ falsum est: cum non sit aliud idea vt ꝓbatum ē q̄ essentia ipa diuina vt est notitia alioꝝ sicut ꝓbatum est supra.q̄re τc. ¶ Cōfirmatur.qꝛ aut per esse huiusmodi obiectiuum qd habet vt arguis idea in mente diuina/intelligis creaturam/aut ipam essentiā diuinā/aut aliqd distinctū ab vtroqꝫ istoꝝ.sed nō pōt poni tertium. qꝛ tale esse obiectiuū nō est:nec esto ꝙ esset/idea existeret vt est in p̄cedentibus ꝓbatū.nec p̄mū: quia nec creatura vt posita in re extra est idea:nec etiaz vt in mente diuina vt supra etiam est ꝓbatum.ergo τc. ¶ Ad aliud q̄ ꝓbatur ꝙ idea non est respect⁹ realis nec rōnis dei ad creaturaz/concedo intelligendo per talem respectum aliqd ab vtroqꝫ extremorum distinctuz:cū tale nō sit possibile: vel etiam intelligēdo per talem respectū aliqd a solo deo distinctum/cū nullū creatuz sit idea in mēte diuina. hui⁹ tamen cōtrariū haberet dicere iste q̄ sic arguit cū ponat creaturam esse ideam.Hoc eni supposito vez ꝙ creatura vt a deo intellecta sit idea/cum non minus respectus iste si est aliquid in re extra sit a deo intellectus q̄ quodlibz ens aliud absolutum:per ꝯñs nec minus respectus iste vt a deo intellectus potest dici idea respectu sui vt producti exterius in re extra:q̄ quodcunqꝫ absolutum aliud ens creatum vt supius est argutum. ¶ Ad vltimum quo arguitur ꝙ creatura vt intellecta sit idea:quia ipsi conuenit idee descriptio supradicta/apparet ꝙ non valet:tū quia descriptio illa vt argutum est supra / est inepta:nec per consequens sequitur ꝙ illud cui conuenit sit idea:tū quia nec etiam ipsi conuenit descriptio/intelligendo per creaturam intellectam seu per eius esse intellectum aliquid ab esse eius reali extra τ a diuina notitia distinctuz. nullum enim tale esse habet aliqua res creata:nec deus cognoscit esse creature nisi quod habet seu est formaliter in re extra.quare τc. Si autem per creaturam intellectam intelligas precise diuinam notitiam qua creatura ipsa denominatiue dicitur intellecta/ concedo ꝙ talis ē idea vt probatum est supra. ¶ Ad confirmationem cōsimiliter est dicendum/videlicet ꝙ creatura cognita accepta pro diuina notitia a qua ipsa denominatur cognita est per ideam connotata:cum in ordine ad ipsam diuina essentia dicatur idea:quia videlicz est eius notitia.τ hoc solum probat confirmatio illa: non autem ꝙ creatura sit idea.quando enim dicitur ꝙ illud est idea quo precognito potest cognoscens rationabiliter producere omne a se producibile: Dico ꝙ verum est intelligendo per precognitū ipsuz precognitionis actum qui dicitur idea in ordine ad suum obiectum ab eo denominatum.non autem intelligendo per precognitum aliquid ab actu precognitionis distinctū.Et ideo cōcedo qd additur postea videlicet ꝙ si per impossibile deus cognosceret creaturā τ non essentiam eius/rationabiliter posset ꝑducere eaz non autem si essentiam eius cognosceret τ non ipsam. ex quo seqtur non ꝙ creatura cognita intellecta tanq̄ aliquid a cognitione diuina distinctū sit idea:sed ꝙ ipamet diuina notitia ab essentia indistincta est idea creature non vt est essentie:sed vt est ipsius creature. τ hoc est qd superius dictum est:videlicet ꝙ ipsa diuina essentia ē idea vt est notitia nō qua ipsa est cognita sed quelibz alia res creata.q̄re τc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est vidēdū an idee sint in mente diuina/apparet ex precedenti articulo quid dicendum.quoniam aliquid esse in aliquo dupliciter potest sumi/vez proprie τ large.Proprie sumendo esse in aliquo nihil esse dicitur in seipso: sed tantuz large:modo quo diuina essentia esse dicitur in ꝑsona. ¶ Hoc supposito alias sepe dicto/apparet ex dictis in predicto articulo: Primo ꝙ idea sumpta pro suo principali significato non est in mente diuina primo / sed secundo modo accipiēdo aliquid esse in aliquo. Secūdo ꝙ idea sumpta pro secundario suo significato / qd tamen nō est idea sed potius ideatum/nullo mō est in mēte diuina formaliter: sed obiectaliter:mō q̄ cognitū obiectū dr esse in cognoscēte. Tertio ꝙ in mente diuina non sunt formalit plres idee sz tm̄ vnica ꝓ significato primario suo sumpta. Quarto ꝙ in ipsa mente diuina sunt plra ideata obiectiue:q̄ qdez ideata sunt per ideam ꝯnotata τ minus principalit seu secundario importata. ¶ Primū apparet.qm̄ vt probatuz est in articulo p̄cedenti idea p̄expositomodo sumpta non est aliud q̄ diuina mens seu essentia vt est creature notitia.sed idem non dicitur formaliter proprie sed large τ īproprie existere in seipso.ḡ τc. ¶ Secundum vez ꝙ secundarium ipsius idee significatum qd est ideatū/non sit formaliter in mēte diuina:sed obiectalit/ē euidēs.qm̄ sicut cognitum ab ītellectu creato et distinctum ac separatuz ab eo non est in ipso formalit sz tm̄mō obiectiue:ita nec creature ab intellectu īcreato cognite sūt magis realiter seu formalit in ipso q̄ essent si ꝑ impossibile nō essēt ab eo cognite:sed tm̄mō obiectiue:vt nō sit aliud creaturā esse in deo q̄ creaturam esse cognitā a deo: sicut nec colorem esse in visu est aliud q̄ colorē ipm actualiter esse visū. sz secundariū idee significatū est p̄cise quodlibz ens creatum a deo actualit τ eternalit intellectū. ḡ τc. ¶ Tertiū videlicet ꝙ in deo non sint formaliter plres idee sz tantuz vnica pro significato primario suo sumpta/appet. qꝛ idea vt sic sumpta non ē multiplex sed tantū vnica vez ipsa diuina essentia vt est oim aliorum notitia seu exēplar.q̄re τc. ¶ Quartum τ vltimū vez ꝙ in deo sint plura ideata q̄ sunt idee secundaria significata/apparet. qꝛ sicut vnuz correlatiuorum ē alterius secundarium significatum vt filius pr̄is τ pr̄ filij/ita cum idea τ ideatū sint duo correlatiua vnum puta ideatū ē ꝑ alterum cōnotatum τ eius secundarium significatū:τ ecōuerso.sz huiusmodi ideata sunt plura vez omnia creata : q̄ constat a deo esse cognita:τ ꝑ cōsequēs esse in ipso obiectiue vt cognitum in cognoscente.ergo τc. ¶ Ex predictis apparet ꝙ licet ideata sint consimiliter non tamē idee sed potius dissimilit in artifice increato τ in artifice creato. ¶ Hoc apparet. quoniā sicut effectus artificis creati qui ē ideatuz ipsi⁹ cum idea sit eius exēplar/ē distinctum realit ab ipso nec est in eo formaliter sz tantum obiectaliter vt cognitum ī cognoscēte/sicut apparet de domo facta a domificatore ꝑintellecta:ita ꝯsimiliter de oib⁹ creaturis respectu īcreati artificis ideatis ē dicēdum.sunt enim omnia ista ideata a deo suo artifice distincta τ in eo existētia vt obiecta cognita in cognoscēte.non sic autem similiter sed dissimiliter dicitur esse idea in artifice creato τ in artifice increato.quoniaz omnis idea artificis creati ē forma ali

qua puta actualis vel habitualis notitia ab eo essentialiter distincta.nec enim aliquis intellectus creatus intelligit se nec aliqua actualiter nec habitualiter per suam substantiam:sed per notitiam a se essentialiter distinctam in eo existentem vt accidens in subiecto. sz huiusmodi effectus artificis notitia actualis vel habitualis/puta species aliqua ei⁹ repsentatiua / dicitur idea. ergo τc. ¶ Nec sic autem est idea in mente diuina / vez tanq̄ aliquid distinctum ab ea:cum sit ab ipsa vt probatū ē realiter indistincta.quia nec deus artifex sempiternus intelligit se nec alia per aliquid a se distinctum:sed omnia intelligit actu vnica notitia a sua essentia indistincta.sed notitia producendi operis est idea artificis vel proprius ꝯconuerso notitia artificis est idea sui operis.ergo τc. ¶ Sed cōtra hoc qd hic supponitur/τ in p̄cedenti articulo est probatum/vez ꝙ idea creature sit diuina essentia/arguit quidaz in primo suo distin. trigesimanona.vbi ponit qd est in precedenti articulo reprobatum/vez ꝙ creatura secundum eē cognitum est idea qd quidem esse cognitum est aliquid ab actu diuine cognitionis τ per consequens essentie distinctum. ¶ Hoc autem probat primo.quia idem non potest esse necessarium τ contingens.sed actus intelligendi diuinus ē necessarius:cum sit idem qd deus.esse autem intellectum vel volitum creature est contingens:cum nulla creatura sit a deo necessario sed contingenter intellecta τ volita.ergo τc. ¶ Secundo.quia que non sunt inter se idez/ nec cum aliquo tertio.sed esse intellectum τ non intellectum volitum τ non volitum non sunt idez inter se.ergo nec cum actu.sed omne aliud a deo volitum τ intellectum ab ipso potest esse non intellectum nec volitum.ḡ τc. ¶ Tertio.quia illa non sunt idem:quorum vno immultiplicato alterum multiplicatur.sed esse intellectū a deo vel volitum τ actus diuine intellectionis vel volitionis sic se habēt ꝙ actu diuino īmultiplicato τ existēte vnico multa sunt a deo intellecta τ volita:τ per consequens esse intellectum τ volitum est multiplex non tantum vnicum.ergo τc. ¶ Tunc igitur dicit iste:ꝙ sicut ē duplex actio/vez transiens τ immanens:ita est duplex terminus aliquod esse habens:cum nulla sit actio sine aliquo termino posito in esse per ipsam.terminus actionis transeuntis vt creationis prime cause τ realis productionis secunde est res producta secunduz esse quod habet in re extra.terminus autem actionis immanētis qualis est intellectio est res intellecta secunduz esse aliquod diminutum obiectiuū qd habet in intelligente:τ tale esse cuiuslibet creature fuit eternum:cum quelibz creatura ab eterno fuerit diuinitus intellecta.non minus autem per diuinam intellectionem q̄ per nostram creatam potest capere obiectum intellectum esse aliqd diminutū ab actu intellectionis distinctum.sed per intellectionem creatam obiectum intellectum capit aliquod esse diminutum ab ipsa intellectione distinctū.qd apparet.quia esse hmōi intellectuz qd habet obiectum intellectum/est in ipso intellectu intelligente non subiectiue:sed obiectiue.intellectio autem ipsa est in eo subiectiue:cum sit in ipso sicut accidens in subiecto.quare τc. ¶ Ad huius intelligentiam/vez ad videndum quomodo esse intellectum est esse diminutum ab actu intelligendi distinctum / subdit ꝙ esse intellectum vel volitum dupliciter potest sumi.Uno modo vt esse intellectum est concretum ab intellectione τ eē volitum a volitione dictum:sicut ab albedine album.τ vt sic eē intellectum non distinguitur ab intellectione nec volitum a volitione:sicut nec aliquod aliud concretum ab abstracto suo:vt album ab albedine. Secundo modo pōt accipi precise pro substracto qd importat ab ipso actu denominato:τ vt sic est aliquid ab actu distinctum.huius modi enim esse substractum est esse diminutum factum seu formatum per ipsum actum:τ per consequens oportet ꝙ sit aliquid positiuum ab eo distinctum.

Sed hic modus dicendi est omnino impossibilis. Primo.quia ponit mlta entia existētia sempiterna/vez tot quot fuerunt a deo eternalit intellecta sed hoc est falsum τ contra sacram scripturam τ sanctorum doctrinā.ergo τc. ¶ Secundo.quia ponit aliquod ens factum qd nec est substantia nec accidēs.quoniaz illud qd nec ꝑ se potest subsistere/nec in alio subiectiue existere/nec substantia nec accidēs potest esse.sed huius modi esse intellectum cuiuslibet possibilium sempiternum nō pōt ꝑ se subsistere nec subiectiue in alio existere vt habet etiā ista opinio cōcedere.ergo τc. ¶ Tertio.qꝛ ponit duo gn̄a entium τ duo vniuersa:quorum vnum cōcedit eē eternum τ alterum habere principiuz.qd apparet.quoniam quot sunt entia realia quorum conceptus sunt decē gn̄a seu predicamēta/tot sunt vt dicit entia diminuta:que vocat esse vel entia obiectiua vel intellecta:quorum nullum potest poni in aliquo gn̄e seu predicamēto illorum decē realium.ergo vel horum omnium entium diminutorum /tamē positiuorum τ eternorum erit vnum genus gn̄alissimum siue p̄dicamētum qd nō erit p̄dicamētum substantie nec accidētis:cum nec aliquod istorum sit substantia nec accidēs:vel erunt decē p̄dicamēta istorum sicut sunt decē entium realium aliorum. ¶ Ex quo vlterius sequitur scdʒ/vez ꝙ habeat positio ista ponere duo vniuersa.quoniaz ꝑ vniuersum non est aliud intelligēdum q̄ vniuersitas omnium creatorū vnū habētium principiuz increatū.ergo quot ponūtur tales vniuersitates totalit distincte tot ponuntur vniuersa.sed positio ista ponit duas vniuersitates entium factorum:quorum nihil vnius ē aliquid alterius excepto increato principio vtriusqꝫ.ponit eniz vniuersitatē diminutorum entium eternorum:τ aliam realium ac tēporalium ꝑfectorum.ergo τc. ¶ Confirmatur.quia ꝑfectum τ imꝑfectum tēporale τ eternū totalit distinguuntur.sz opinio ista ponit vnū vniuersum imꝑfectuz seu diminutum τ eternū/puta vniuersitatē intellectorū:q̄ vt dicit sunt entia diminuta:tamē ꝑ actum intelligēdi diuinū in eē posita ab eterno/in eē inqt positiuo licz imꝑfecto τ ab actu ipso diuino distincto:τ ponit aliud vniuersum tēporale τ ꝑfectum:quia ex entibus realibus τ ꝑfectis non sic diminutis tēporalit cōstitutū.sz ista oīa τ multa alia q̄ ad istā positionē sequunt / sunt īcōueniētia τ absurda.ḡ τc. ¶ Preterea hmōi substractum ab actu ītellectiōis denoiatū qd vt dicit ista opīo ab actu ipso est distinctū/est ītelligibile a diuino intellectu:Imo τ ab eterno actualit ītellectū.qm̄ nō min⁹ de⁹ ītellexit illa q̄ ab eterno ꝑduxit:q̄ illa q̄ tēporalit ī eē posuit.sz oīa ex tēpore ab eo realit ꝑducta cōcedunt fuisse ab ipso eternalit intellecta.ḡ τ alia oīa ab eterno ꝑducta.sz hmōi substractū qd dicit intellectū τ est ab actu intellectionis denoiatū:est vt dicit opinio ista ꝑ actū ipsum intellectiōis diuine positū in eē qd habet eternalit seu ꝑductū.ḡ τ fuit a deo eternalit intellectū seu diuine intellectionis obtm̄. ¶ Tūc hoc supposito arguo vltra sic. aut huiusmōi substractū qd ē diuine ītellectiōis obtm̄ eternū ē ꝑ ipm diuīe intellectiōis actū in aliquo eē alio a se positu:aut nō.sz nō pōt dici ꝙ sic:quia tunc q̄rerē de illo in infinitum.cum enim illud eēt etiam diuine intellectionis obiectuz: ꝑ consequēs si oē obiectū intellectū eēt in aliquo eē a se τ ab actu distincto posituz /non eēt in talibus status sz processus in infinitum.hoc autē poni non pōt:ergo relinquit ꝙ licz hmōi substractū ꝑ

actum intellectionis diuine productum sit intellectū ꝛ eiusdem diuine intellectionis obiectum: nullum tamen consequitur esse per actum a se ꝛ ab ipso actu distinctuz sed nulla est maior necessitas vnum contingentium obiectorum ꝛ a deo factorum ꝑ alterum poni in aliquo eē per diuine intellectionis actum cuius dicitur esse obiectum. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia aut huiusmodi ens subſtractum actu diuine intellectionis ab eterno productum a quo denominatur ꝛ dicitur intellectum/est ipsi⁹ diuine intellectionis obiectum tantum: non autem aliquod aliud ens reale ab ipso distinctum: aut vtrunꝯ videlicet tam ipsum ꝑ quodlibet aliorum possibilium realium ex tempore productorum qō prefuit ab eterno eius obiectum. ſi non potest poni primum: quia tunc sequeretur ꝙ deus ab eterno non intellexisset aliquez realem effectum temporaliter producendum. hoc autem est falsum. ergo relinquitur secundum/vez ꝙ tam huiusmodi ens subſtractum diminutum per actum diuine intellectionis ab eterno productum ꝑ quodlibet aliorum realium temporaliter productorum fuit eiusdem intellectionis diuine obiectum: ꝛ per consequens ab eterno intellectum. sed propter nullum obiectorum realiter distinctorum intellectum dicitur alterum intellectum magis ꝑ econuerso. ergo cum huiusmodi ens subſtractum diminutum ab omni alio ente reali temporaliter producto totaliter sit distinctum: non magis propter huiusmodi ens subſtractum ab eterno in esse positum intellectum dicitur esse intellectuz ab eterno aliquod ens reale ex tempore producēdū: ꝑ econuerso ipsum ens subſtractum huiusmodi diminutum sit intellectum propter alia entia temporalia intellecta. ex quo sequitur: ꝙ non magis huiusmodi ens subſtractum est ponendum propter notitias aliorum: ꝑ alia propter ipsum. quare ꝛc.

Nec valent illa quę pro opinione ista superius sunt arguta/vt apparet discurrendo p singula. ¶ Ad primum enim concedo qō assumitur in maiore/ videlicet ꝙ ens contingens ꝛ necessarium non sunt idē. sed tunc nego minorem/quantum ad illam partem que dicit ꝙ esse intellectum vel volitum est contingens. hoc enim non est verum intelligendo per ens contingens aliquid positiuum in esse positum/ab ente necessario distinctum: cum nullum tale ens fuerit sempiternum: ꝛ omne a deo in re extra positum fuerit ab eterno intellectum ꝛ volitum. ¶ Et quando probatur per hoc ꝙ nulla creatura est a deo volita nec intellecta necessario sed contingenter/concedo. sed ex hoc non sequitur quod infertur: videlicet ꝙ esse intellectum vel volitum sit aliquod ens contingens ab actu differens. quoniam res a deo intellecta ꝛ volita ab eterno est illa eadē nō alia q̄ ex tempore est producta: illa aūt anteq̄ producta non erat aliquid quidditatiue: nec per cōsequens ens necessarium nec contingens. non enim sequitur/res est intellecta. ergo est. quare ꝛc. ¶ Et si vlterius arguatur: ꝙ si omnes res create fuerunt ab eterno contingenter intellecte ꝛ volite: ergo potuerunt non esse intellecte nec volite: nego consequentiam: intelligendo per consequens vez per res potuisse ab eterno non eē intellectas nec volitas/aliquid positiuuz ab actu diuino distinctū potuisse non esse/qō tamē de facto extitit ab eterno. hoc enim consequēs sic intellectū supponit falsum/vez ꝙ ens aliquod positiuū a deo distinctū fuerit sempiternū. ſi aūt ꝑ hoc consequēs/qō est creaturas potuisse non fuisse intellectas/intelligaꝫ nō ꝙ aliquid a deo distinctū nō esse potuerit qō fuerit: sed ꝙ creature ipse quelibet ab eterno nihil a deo distinctuz fuerint: tamē intellecte ꝛ volite fuerunt ꝛ nō intelligi potuerūt/ſic potest concedi consequētia: quia nec cōsequēs vt ſic intellectū arguit obiectum cognitū qō ꝛ potuit nō esse cognitū nec volitū/ab actu diuino eē distinctū aliq̄d positiuū. quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia ſi ex hoc ꝙ deus intelligit cōtingēter qō libet ens creatū/arguiꝫ ꝙ eē intellectū sit aliqō ens cōtingēs ab actu ꝛ ab obiecto differēs: cū eque contingenter intelligat hmōi esse intellectū diminutū a suo actu ꝛ ab omni ente reali extra distinctū: ꝑ consequēs sequiꝫ ꝙ respectu huius obiecti intellecti oportet ponere aliō esse intellectū ab actu distinctū ꝛ respectu illius alteruz ꝛ ſic in infinitū/vt superius est argutū. hoc autem poni non potest. ergo ꝛc. ¶ Preterea ſic de⁹ vult ꝛ intelligit omnia a se alia contingēter: ꝙ ſicut potuit vt arguis nō intelligere ea: ita ꝛ potuit intelligere vnū eorum ꝛ velle non intellecto aliquo aliorū ab illo essentialiē distincto rū. sed huiusmodi esse intellecta ꝛ volita eterna diminuta que ponis sunt distincta essentialiē ꝛ totaliē ab oīb⁹ creaturis ꝑductis tēporaliē in re extra: etiā magis incōparabiliē ꝙ vna creatura ab alia distinguaꝫ. ergo nō minus potuit deus ab eterno intelligere ꝛ velle omnes effectus temporaliter productos ſine talibus sempiternis existentibus entibus diminutis vel eis existentib⁹ nō intellectis: ꝙ vnum effectuū realiter producibiliuꝫ non intellecto nec volito aliquo aliorum. ergo ꝛc. ¶ Ad secundū quādo dicit ꝙ esse intellectū ꝛ nō intellectum vel volitū ꝛ non volitū / non sunt idē: concedo. intelligēdo per esse intellectum ꝛ volitū intellectionis ꝛ volitionis actum: ꝛ per non esse intellectum nec volitum negationem talium actuum. intelligēdo autem per esse intellectum aliquid ꝓter actum ab ipso actu distinctū/nihil fuit ab eterno intellectum. nec etiā ab intellectu creato intelligente obiectū aliquod non existens est aliquid intellectum: cum obiectū intellectum non ſit aliquid ab actu distinctū. Et ideo quādo additur ꝙ omne aliud a deo intellectū ab ipso ꝛ volitum potest esse non intellectum ꝛ nō volitū: falsum est ſi non intellectum ꝛ nō volitum negent actum. nō em̄ pōt nō esse huiusmodi actus diuinus. verum aūt est ſi negent obiectū ab ipso actu distinctum. sed nullum tale obiectum ab actu distinctū fuit a deo intellectū nec volitū ab eterno. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia non minus huiusmodi esse diminutū intellectū vel volitū sempiternū ab actu vt supponit distinctū pōt nō eē intellectū nec volitū ꝑ aliud quodcūꝫ ens reale ꝑfectū ab eo distinctū ꝛ ex tēpore productum. nec ꝙ cōsequēs magis tale ens diminutū esse ꝛ non esse intellectū vel volitū sunt idē ꝑ aliud quodcūꝫ esse ꝛ nō eē intellectū. ergo nō magis ratio illa probat ꝙ lapidē vel aliud quodcūꝫ ens creatū ab eterno eē intellectuz ꝛ nō eē intellectū distinguantur/ ꝑ hmōi ens diminutū eē intellectum vel volitum sempiternum ab actu diuino distinctum esse intellectum vel volitum ꝛ non eē intellectum nec volitum. ex quo sequitur/ſi ratio illa valet/ꝙ huiusmodi ens diminutum eternum non potest esse intellectum nec volitum ab eterno nisi mediante alio esse intellecto ꝛ volito: nec illud nisi alio mediante: ꝛ ſic in infinitum/vt superius est deductum: qō est euidēter falsum. ergo ꝛc. ¶ Ad tertium quando dicitur: ꝙ actu diuino existente vnico ꝛ immultiplicato multa sunt ab eo volita ꝛ intellecta: concedo ꝙ multa sunt numc ab eo intellecta ꝛ volita: quia omnia creata que tam inter se ꝑ ab actu vnico essentialiter sunt distincta. sed ista ab eterno intellecta et volita nec fuerunt multa nec vnum aliquid ab actu ipso distinctum: cum ab eterno nō fuerint in re extra aliquid sed ſint modo. quod autem nihil ē nec vnum nec multa nec cum ente idem nec ab eo diuersum realr eē pōt, ꝛc. ¶ Et ſi ꝓtra hoc arguas:

quia deus non intelligit nunc plura ꝙ intellexerit ab eterno: ꝛ ꝙ consequēs ſi plura intelligit modo/ꝛ plura intellexit etiam ab eterno. concedo ꝙ intellexit plura: sed non sequitur/ab eterno fuerunt plura intellecta. ergo ab eterno fuerunt plura: magis ꝙ sequatur/aliquod vnum est intellectum: ergo est. licet enim deus ab eterno intellexerit plura/tamen nullum illoꝝ fuit aliq̄d ab eo seu eius actu distinctum: nec cum eo idem: cum nihil fuerit in re extra. quare ꝛc. ¶ Ad aliud qō arguitur quando dicitur: ꝙ cum ſit duplex actio/videlicet ī manens ꝛ transiens/duplex terminus est ponendus: Dico ꝙ verum est: sed illud quod postea additur non est verū quando dicitur ꝙ intellectio et volitio est actio immanens. nō enim intellectio nec volitio intellectualis creature est actio īmanēs sed eius termin⁹: sane hoc intelligendo vt exponetur prolixius in secundo: nec per intellectionem vel volitionem intellectualis creature res ī tellecta vel volita accipit aliquod esse magis ꝑ sentionem accipiat esse aliquod res sensata. diuina aūt intellectio ꝛ volitio est ab essentia totaliter indistincta non tamen per rem illam increatam vt est intellectio: hoc est vt est talis qualis importatur per intellectionez ꝛ volitionem/capit aliquod esse aliqua res ab eo volita vel intellecta. quare ꝛc. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: dicit ille cuius opinio fuit in primo articulo impugnata in primo ſuo questione predicta: ꝙ idee in mente diuina ponuntur precise vt ſint quedam exemplaria ad que intellectus diuinus aſpiciens producat creaturas. quoniam secundum Augustinum propter hoc precise sunt ī deo ponēde idee: quia deus est rationabiliter operans. vnde Augustinus. Quis audeat dicere deum alia a ſe omnia irrationabiliter condidisse? ſi ad rationabiliter operantem non requiritur nisi virtus productiua ꝛ operatiua ꝛ exēplar ad qō aſpiciat in operando. ſi idee nō sunt ipsa virtus productiua vel creatiua producētis. ergo ſicut exemplaria sunt ponende. ¶ Sed hic mod⁹ dicendi non potest stare/quia falsum supponit: vez ꝙ idee sint aliqua in re extra a deo distincta. hoc enim nō est verum vt in precedentibus est probatum. ¶ Preterea licet artifex creatus indigeat exemplari ſui operis producendi: ad qō exemplar aſpiciens vel ad exemplatuz per ipsum/ſuum opus exterius operetur: cum nec ꝙ ſuā essentiam possit cognoscere seme ipsum nec aliqō aliorum: tamen de artifice increato qui perfectissimo aliter est dicendum. cum enim talis artifex ſit perfectissimus ꝛ p ſeipsum non per aliquid a ſe distinctū omnia cognoscēs per consequēs non est in eo ponendum exemplar aliqō ab ipso distinctum aliorum repſentatiuum: ad qō oportet ipsum respicere ad hoc vt rationabiliē aliq̄d operetur. qō em̄ potest rationabiliē agere p ſeipsum omni alio circunſcripto / nō indiget aliquo exemplari a ſe aliquo modo distincto. sed artifex ſempiternus cum ſit ex ſe perfectiſſimus / quia omni potēs ꝛ exemplar omniuz pōt rationabiliē in quodcunꝯ possibile p ſeipsum. ergo nec ad hoc vt agat rationabiliē/est ponēduz aliquod exemplar ab eo distinctum: nec ēt pōt poni. ¶ Confirmaꝫ quoniā nō magis in artifice increato pōt poni exēplar ab eo distinctum: ad quod aſpiciēs operetur vnū effectuz possibiliē ꝑ aliuz. sed ſi idee ſunt ī deo vt talia exemplaria ab eo distincta/ſunt effectus vel: cum oē a deo distinctum ſit ab ipso productū. ꝗ ſi respectu aliorum effectuū ab ideis ſunt in deo necessaria exēplaria ad ipsa ratiōabiliter opanda: ꝛ respectu talium exemplarium videlicet idearum/licet esse diminutum habeant ſium sempiternum/tamē a deo productum/ erunt alia exemplaria necessaria seu idee ad eas ſimiliter rationabiliter producēdas. hoc autem non potest poni: quia tunc esset in talibus exemplaribus seu ideis processus in infinituz: ſic ꝙ vnius idee esset alia ꝛ illius alia ſine fine. ergo ꝛ cet. ¶ Preterea arguo ſic ad idem. aut huiusmodi exēplaria a deo distincta que dicit iſte esse ideas/ſunt in deo quidditative: aut tantummodo obiective. ſed primum non potest poni: quia omne quod est iſto modo in deo est indiſtinctum ab eo: iſta autem exemplaria supponunt ab ipso esse distincta. nec ſecundum: quia ſolum illud dicitur esse obiectiue in intellectu diuino ꝛ in omni alio qō est intellectum ab eo. creature aūt ſecundum esse reale non diminutum ſed perfectum ſuum qō postea acceperunt / a diuino intellectu eternaliter intellecte fuerunt. ſed ipse ſecundum tale esse nō possunt dici ſicut nec ſunt exemplaria nec idee: ſz potius exemplata ꝛ ideata. nec enim effectus artificis est idea in mente eius ſeu exemplar ſed exemplatum vel ideatum: vt in primo articulo fuit dictum. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur, quia artifex nihil artificialiter nec rationabiliter operatur niſi quod preintelligit. ad hoc aūtē ꝙ omnia a deo artifice sempiterno ex tempore facta rationabiliter fuerint ab eo producta/non oportuit ipſum p̄intellexisse aliqua alia ab eis omnibus in re extra vel aliter quomodocūꝫ distincta. ſed huiusmodi exemplaria ponuntur tam a deo ꝑ ab omni effectu creato temporaliter ab eo distincta. ergo ipſa non oportuit preintelligi ad operandum rationabiliter alia ex tempore producenda. quare ꝛc. ¶ Preterea idea est exēplar artificis ipſi effectum ab ipō operabilē repreſentans. ſed licet tale exemplar in artifice creato ſit distinctum ab eo: ꝛ respectu diuerſoꝝ effectuum ipſi possibilium diuerſa exemplaria ſint in eo: non tamen hoc est verum de artifice increato: cum eius eēntia qua cognoſcit omnia/ſit exemplar vnicum omnium aliorum non aliquid ab eo distinctum. ¶ Ex quo sequitur ꝙ falsum est quod ponit iſta opinio/quando dicit: ꝙ idee in mente diuina ſunt exemplaria ad que deus aſpiciens operatur. non enim ſunt exemplaria ſed exemplata nec per consequens idee ſed ideata illa ad que artifex aſpiciens operatur: nec deus haberet aſpicere ad ipſas ideas ſi eſſent exēplaria ad rationabiliter agendum: quoniam artifex non operatur artificialiter nec rationabiliter quia reſpicit ad exemplar/ſed quia per exemplar reſpicit ad exemplatum: ſicut domificator non producit artificialiter domum: quia reſpicit ad exemplar ſeu ad ideam domus/ſed quia reſpicit ad domum ipſam. nec enim ad domum producēdam rationabiliter requiritur eius exemplar ſeu idea vt obiectum cognitum/ſz vt ſpeculum domus fiende repreſentatiuum: ſine quo domificator non posset intelligere ipſam domum. ergo ſimiliter in proposito est dicendum/videlicet ꝙ ſi idee eſſent in mente diuina exemplaria repreſentatiua effectuum possibiliuz/non oporteret deum ipſa intelligere ad alia rationabiliter producendum. quare ꝛ cetera.

¶ Confirmatur. quia ſi deus per impossibile non intellexisset eſſentiam ſuam/ſed tātum qualibet rem creatā adhuc fuisset oīa rationabiliter ꝛ artificialiter opatus; nō autem ſi econuerſo intellexisset ſeipſum ꝛ non aliq̄d aliorum. ergo ſi idee eſſent exemplaria ab artifice ꝛ ab eius opere distincta: non oporteret artificem cognoſcere ea ad rationabiliter producendum possibile ſibi op⁹ quare ꝛc. ¶ Et quando postea additur arguēdo: ꝙ ad rationabiliter operantē non requiritur niſi virtus ꝓductiua ꝛ exēplar ad quod aſpiciat opando: Dico ꝙ neutrum iſtorum requiritur: ſi per vtrunꝯ eorum intelligatur aliquid ab ipſo operante distinctum. nec em̄ virtus opatiua vel ſeu creatiua ē aliquid ī ipſo distinctū ab eo,

sed non magis deus artifex sempiternus requirit ad rationabiliter operandum exemplar aliquod ab eo distinctum q̄ virtutem huiusmodi creatiuam. sicut enim ipsa essentia est virtus productiua omnium: ita ꝛ exemplar eorundē oīm p seipm nō aliq̄ alio mediāte. q̄re ꝛc.

Aliter dicit ille cuius opinio fuit impugnata in secūdo articulo de illo esse diminuto: quod ponit. iste enim ponit in eadem questione primi q̄ idee sunt ponende in diuina mente non sicut rationes intelligendi alia: sed propter ordinem actuum vez operatiōis diuine immanētis ꝛ transeuntis. sicut enim in creaturis vbi operationes huiusmodi distinguuntur eorū termini sunt distincti: ita licet in deo sint indistincte: quia tamen actus diuinus licet realiter indistinctus contineteminenter huiusmodi duos actus/videlicet immanentem ꝛ transeuntem: habet enim circa quālibet rem creatam actum intelligendi ꝛ volendi qui est operatio immanens: ꝛ actum creandi qui est operatio transiens: quarum vtranq̄ operationū oportet aliquod habere obiectum. ꝛ quia operatio immanens est prior q̄ transiens: prius enim deus vult ꝛ intelligit q̄ producat aliquam rem creatam: ideo oportet hmōi diuine operatiōis immanētis prioris esse aliquod obiectuz prius obiecto operationis posterioris alterius transeūtis: ꝛ tale est obiectū secundarium prioris operationis terminatiuū. huiusmodi autē obiectum est quodlibet ens creatum secundum esse intellectum ꝛ diminutum: sicut secundum esse reale extra pfectum est operationis transeuntis puta creationis obiectū. sed entia hmōi vt sic cognita sunt idee. ergo idee nō ponuntur in mente diuina nisi q̄dam obiecta secundaria actus intelligēdi: ita q̄ lapis vt cognitus ꝛ p consequēs vt obiectuz diuini actus est idea ipsius lapidis vt lapis est terminus actionis trāseūtis realis/vez creationis: ita q̄ sicut operatio diuina immanēs est via ad eius operationē transeuntē: ita ꝛ terminus operationis immanētis est via ad terminum operationis transeūtis/qui terminus est res creata ꝛ posita in re extra. Ex quo infertur q̄ in deo sunt ifinite idee. quot em̄ sunt ab eo obiecta cognita tot sūt idee: cū quodlibet obiectū cognitū habeat propriā ideā in eo. sz deus intelligit infinita. ergo ꝛc. ¶ Hec vt dicit est intētio Aug. dicētis q̄ idee sunt forme rerū p̄ncipales atq̄ incōmutabiles: que diuina intelligētia continētur. ꝛ hoc vez ipsas ideas in diuina essentia cōtineri/est intelligēdum nō q̄ sint in ea formaliter: sed tm̄ p modum obiectorum.

seruante probabiē diffusius in secūdo. quare ꝛc. ¶Quarta z vltima conclusio est: q deum esse in oībus alio modo videlicet per operationem immanentem/videtur esse a nobis demōstrabile consimiliter sicut ipsum esse i omnibus per operationem transeuntē. ¶Hec apparet. quoniam ex hoc q deus est omnia alia a se operans z conseruans / sequitur vt videtur q ipse sit ea omnia intelligēs atq; volēs. non cūm deus agit ad extra aliquid necessario sed mere contingenter et libere. sed omne tale agens est suum effectum intelligens atq; volens. quare ꝛc. ¶Cōfirmatur. quia deuz esse in omnibus a se alijs ist⁹ modō non est aliō ꝙ oīa illa esse immanentis operationis eius vt intellectionis obiectum. sed constat omne ens esse intellectionis diuine obiectum. omnia enim creata sunt a deo intellecta z volita. qō z potest ꝓbari sicut dictum est z ꝓbatum supra in distinctione. 35. q. prima. ergo ꝛc. ¶Sic ad questionē. ¶Ad rationez in principio qm̄ dicitur q oē verum vel est per se notuz. ꝛc. Dici potest primo q ista propositio nō est vera vt fuit ostēsuz supra. i dist. scōa. q. ūrta nōm̄ oē verū ē p se notū aut demōstrabile ex p se notz saltem a nobis: nec ettam ab alijs: vt ibi ostēditur de oībus articulis. ¶Secundo maior predicta concessa potest dici ad minorem q immo deum esse vbicq; est notum ex fide videlicet ex sacra scriptura hoc in locis pluribus asserēte. Est etiā demonstrabile aliquo modo ipm̄ esse vbicq; videlicet duobus vltimis modis esto q non primo modo quare ꝛc. ¶Ad aliā rōnē factā in scōo articulo p ullis q̄ dicunt/ deuz esse vbicq; esse demōstrabile/apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem trigesimāoctauā in q̄ magister cōparat diuinā sciēnā ad res scitas z ecōuerso res ipsas scitas ad eius sciētiaz. Quero primo/vtrū omne possibile tam factū vel futurū ꝙ quodcunq; aliud nunq; fiendus fuerit eternaliter deo notū. ¶Et videt q sic. qm̄ secundū Auguſt. 5. super Gene. de⁹ non nouit facta aliter ꝙ fienda. ſz constat q omnem effectū in esse positum deus determinate cognoscit. ergo et sic ipsum cognouerat ab eterno. ¶Contra. quia qō est verum tantum indeterminate a nullo intellectu potest cognosci determinate. sed nullū ꝓtingēs anteq̄ in esse positū est determinate sed solū indeterminate verum. ergo ꝛc. ¶Responsio. vbi sic procedam. ¶Primo em̄ inquirā / an possibile non existens sit de facto ad alteram partem cōtradictionis determinatum: an non: z per cōsequens an sit an non sit determinate verum. Scōo dicam ad q̄situ/ vez an quodcūq; possibile z in esse positū fuerit determinate eternaliter deo notum.

Quantum ad primū est opinio quorundam dicentium q nullus effectus ꝓtingens futurus vt ad suā causam comparat⁹ est anteq̄ in esse posit⁹ ad aliquam ptez determinatus puta ad fieri vel ad nō fieri determinate: licet sub disiunctione sit determinatus ad alterā ptem istarū. q; aut fiet necessario: aut nō fiet. ¶Ex q̄ i ferē q istud principiū per se notū / de quolibz affirmatio vel negatio vra / aliter est verū i necessarijs z aliter in ptī gentibus. qm̄ in materia necessaria vna pars est determinate vera z altera simliē determinate falsa. cōsimiliter si fiat enunciatio de presenti vel de preterito vel etiam de futuro. nō sic autem est in materia de cōtingēti. qm̄ ibi licet quantuz ad presens z preteritum sit altera pars determinate vera z altera falsa: vt q hō est vel fuit albus vel non est nec fuit albus: tm̄ neutra pars de futuro est determinate vera nec falsa sed solū sub disiunctione. ¶Pro ista conclusione videlicet q nec veritas nec falsitas futurorum contingentiū sit determinata / arguitur primo. q; qō est indeterminatum ad vtrunq; oppositorum non est determinate verū nec falsum. sed oē possibile anteq̄ fiat ē indeterminatū ad vtrūq; oppositorū vez ad fieri z ad nō fieri: cuz possit fieri z non fieri. ergo ꝛc. ¶Secundo. quia non magis effectus possibilis q̄ sua causa est determinatus ad alterum oppositorum. ſz prima causa fuit ab eterno indeterminata ad ꝓducendū vel nō ꝓducendum qōcunq; possibile. ergo nullū possibiliū fuit ad alteram ptē cōtradictionis determinatū. ¶Tertio. quia qō precedit actionez cāe non est in eius potestate. sed si prima causa fuisset ab eterno determinata ad ꝓducēdū aliq̄ z ad non ꝓducēdū alia ꝓinde possibilia sicut illa talis determiatio p̄cederet actionē ipi⁹ p̄me cāe: g̃ nō eēt i et⁹ ptāte. hoc aūt nō pōt poni. g̃ ꝛc. ¶Quarto. q; aut hmōi determinatio effectus ad quē cā ipa ē determinata anteq̄ ꝓducat euz est effectiue a causa: aut nō. sed nō pōt pom primū: q; nihil fuit effectiue ab eterno a deo/cū tñ deus dicatur fuisse determinatus ab eterno ad omnē effectum. nec pōt dari secundū: vez q talis eius determinatio non fuerit effectiue ab ipso. quia tūc sequerē q non esset in et⁹ potestate. nihil em̄ est i potestate cāe nisi qō est effectiue ab ea. g̃ si determinatio hmōi non est a prima causa nec ē in potestate et⁹: nec per consequens effectus aliq̄s sequens ipsā. hoc autem est euidenter falsum. g̃ illud ex q̄ sequitur: vez q causa prima vel q̄cūq; alia sit determinata ad effectū aliquē anteq̄ ꝓducat ipsum. ¶Quinto. q; illud qō transit in p̄teritū non est in potestate agētis. sed si effect⁹ aliq̄s possibilis esset determinatus vel causa esset determinata ad eum/esset determinata determinatione transeūte i ꝓteritū. g̃ nec ipsa nec p ons effectus supueniens eēt in ptāte cause. qō est falsum. q̄re ꝛc. ¶Sexto. quia si talis determinatio poneret ante effectū in esse positū ꝓtingentē/seqūretur q nihil fieret contingenē sed omnia necessario euenirent. sed hoc est falsum. ergo ꝛc. ¶Cōsequentia ꝓbat. qm̄ omnis ꝓpositio ꝓditionalis vera est necessaria. ſz ista si oīa anteq̄ fiant sunt determinata a deo fieri oīa fient est cōditionalis: z ꝓbat q est vera. g̃ est necessaria. ex q̄ sequitur ꝙ oīa fiūt necessario/qō est falsū. q̄re ꝛc. ¶Octauo q; aut huiusmodi determinatio p̄me cause ad quodlibet sibi possibile esset determinatio scōm modum quo causa naturalis est ad suuz effectū determinata naturaliē: aut scōm modū q causa libere agēs est determiata ad effectū ab ea ꝓducibilē ꝓtingenter. si primo modo/ergo est necessaria: z per consequēs nullus effectus superuenīēs ꝓducitur contingenter sed necessario/qō est falsum. si autem est determinatio secundo modo/videlicet ꝓtingēter: ergo sequitur q causa ipsa non est determiata ad istā determinationē: nec p ons ad effectum ꝓsequentē eam/qō est ꝓpositum. quare ꝛc. ¶Sed quia opinio ista est omnino improbabilis: ideo arguē cōtra ipsā. ¶Primo sic. omnis cā libere agēs ꝓintelligēs omnes effectus sibi possibiles quorum vnū statuit ꝓducere z alterum dimittere/est determinata tam ad producenda possibilia ꝙ ad alia omittēda. ſz constat q prima causa ab eterno nouit omnia possibilia: quorum alia statuit ac voluit facere ex tempore sicut fecit/z alia omittere. ergo ꝛc. ¶Maior est euidens: quia nec tale agens videlicet artificiale esse determinatum ad effectum/est aliud ꝙ agens velle z statuere ꝓ-

nere in esse ipsum: sicut et esse determinatū ad nō agēdū
non est aliud q̄ ipsum nolle agere vel statuere non agere
quare ⁊c. ¶Minor quantum ad primam partem videlʒ
ꝙ de⁹ omnia possibilia nouerit/apparet ex dictis ī dist.
35. Alia aūt ps vcʒ ꝙ possibiliū alia facere ⁊ alia omit-
tere ab eterno statuerit ⁊ voluerit/apparet. quoniā ꝯstat
ꝙ deus illa q̄ fecit ab eterno ꝑintellexit. quero quomō:
aut enim intellexit ea vt fienda/aut non fienda/aut ab-
solute nec vt fienda nec vt non fienda/sed tm̄ vt absolute
fieri possibilia. sed nō potest dici ꝙ ea intellexerit vt non
fienda nec absolute tm̄ vt possibilia. sicut em̄ alia possibi
lia q̄ non sunt futura intellexit nō vt possibilia absolute
nec vt futura sed vt nō futura: ita ⁊ econuerso alia futura
intellexit vt futura ⁊ finaliter fiēda. sed nō magis ista q̄
alia non futura potuerunt ab eo intelligi vt futura: nec
fuerunt talia videlicet futura nisi quia ipsa ⁊ non alia ip
se fieri statuerit. non enim vnum possibilium fuit ab eter-
no futurum ⁊ alterum non futurum/nisi quia vnum fieri
et alterum non fieri fuit statutum ⁊ diuinitus ordinatuʒ.
ergo tam futura q̄ alia non futura fuerunt eternaliter
ordinata: et per consequens ad ipsa omnia fuit causa pri
ma ab eterno ad alteram partem determinata. quare ⁊c.
¶Confirmatur. qꝛ sicut nihil potest ab aliquo rationabi
liter seu artificialiter fieri nisi qđ ē ipsi absolute notū: ita
nec etiā pōt sic ab eo fieri nisi anteq̄ fiat sit ab eo ꝑcogni
tū vt fiēdū. sed prima cā fuit oīa ad extra rōnabiliter ⁊ ar
tificialiter opata. ergo ⁊ oīa q̄ fuit ex tempore opata fuerūt
ab ipsa precognita vt taliter operanda. sed ea sic non pre
cognouit nisi quia ea producere statuit: sicut nec alia nō
fienda sed fieri possibilia nouit vt non fienda nisi quia ip-
sa statuit non fienda: cum omnia possibilia/videlicet tā
fienda q̄ alia non fiēda fuerint equaliter fieri possibilia.
per consequens non magis ista q̄ alia fuerūt fienda: nec
vt talia apprehensa ab ipsa prima causa: nisi quia ista fie
ri ⁊ non alia causa prima omnipotens statuit ⁊ eternali-
ter ordinauit: et per consequēs ad hoc determinata fuit.
ex quo sequitur propositum videlicet ꝙ quodlibet pos-
sibilium fuit ab eterno ad alteram contradictionis par-
tem determinatum: aliqua videlicet ad fiēdum seu essen
dum ⁊ alia ad non fiendum vt omnia alia possibilia non
futura. ¶Preterea secundo ad idem sic arguitur. a cau-
sa libere agente ⁊ mere contingenter eque indetermina-
ta ad vtranq; partem contradictionis effectus sibi possi
bilis videlicet ad ipsum faciendum ⁊ non faciendū/non
potest prouenire effectus ipse determinate secundum al
teram istarum partium. nec enim effectus iste possibilis
cause equaliter sicut ille fit determinate ⁊ alius non fit
nisi quia sic ad hoc causa fuit determinata. sed constat ꝙ
effectuum possibilium alij fiunt ⁊ futuri sunt determina
te a causa prima. alij autem sunt nunq̄ fiēdi ab ea. ergo
hoc est: quia ad ista non facere ⁊ ad alia facere fuit causa
prīa ab eterno determinata. ¶Confirmatur. quia cōstat
ꝙ prima causa eorū que sunt possibilia alia intellexit vt
futura ⁊ fiēda/ ⁊ alia vt nunq̄ futura: nec per consequēs
fiēda. ⁊ sic ipsa ab eterno intellexit alia esse futura ⁊ alia
non ita. fuit etiam verum dicere ꝙ intellecta ab ea vt fu
tura siue fienda fient: ⁊ de alijs intellectis vt non fiendis
fuit similiter ab eterno ⁊ est modo verum dicere ꝙ non
fient. sed diuersitatis istius inter possibilia/ꝙ videlicet
alia preintelliguntur vt fienda ⁊ alia vt non fienda/non
potest poni ratio aliqua nisi quia prima causa sic prein-
telligens ipsa in cuius potestate sunt omnia est taliter li
cet contingēter determinata puta ad faciendū ista ⁊ ad
omittēdum alia lʒ possibilia sicut illa. ergo ⁊c. ¶Preterea
tertio arguo sic ad idem. nulla causa secunda est ad suū
effectum magis determinata q̄ prima. sed omnis causa
secunda est ad suum effectum anteq̄ ipsum ponat in esse
determinata. ergo ⁊ prīa. ¶Maior apparet. qm̄ ꝙ cau-
sa secunda sit ad effectum determinata non habet a seip
sa nec ab aliqua alia q̄ a prima. non enim hic ignis quan
tum est ex se est productiuus prius istius ignis q̄ alteri⁹
nec magis istius q̄ alterius ab alio igne producti: et ta-
men sic videmus esse de facto: videlicet ꝙ tam ignis q̄
omnis causa secunda alia naturalis sic est determinata
ad diuersos eiusdem rationis effectus ꝙ prius produ-
cit vnum q̄ alium: ⁊ ita producit vnum ꝙ nō potest pro-
ducere alium puta ab alio iam productum etiam postq̄
corruptum. ergo hoc est quia est determinata ab aliqua
causa: que qđē nō potest poni nisi prima: q̄ aliā vcʒ scđam
ad hoc non determinaret nisi ipsa ad idē determinata exi
steret. q̄re ⁊c. ¶Minor/videlicet ꝙ causa secūda sit deter
minata/apparet ex dictis. qm̄ ad sensum appet ꝙ diuer-
se cause ad diuersos agunt effectus: vt diuersi ignes ad
diuersos ignes. sed non magis iste ignis produceret istuʒ
ignem q̄ illuʒ quē ꝑducit alius ignis: nec econuerso ille
alius magis illum q̄ istum ab igne isto ꝑductum/nisi qꝛ
sic est quilibet determinatus: ⁊ constat ꝙ non ab aliquo
alio q̄ a deo. ergo ⁊c. ¶Confirmatur. qꝛ causa prima vt
ostendetur in secundo concurrit ad omnem effectū cuius-
cunq; cause secunde causaliter producendū: nec pōt ali-
qua causa secūda agere sine ipsa. sed nisi ipsa prima cau-
sa ad diuersos causarū secūdarū effectus determinata ex
isteret/vcʒ ad ꝑducēdū insimul cū causa secunda nūc istū
⁊ postea alium/non sic cū scđa ad agēdū cōcurreret sicut
facit vcʒ ad ꝑducendum determinate nūc istū ⁊ nūc aliū
effectū/ ⁊ coagendo diuersis causis secundis ad diuersos
ac determinatos effectus: vt isti ad causandum istuʒ ignē
⁊ non alium: ⁊ alteri econuerso ad causandum illum ma-
gis q̄ aliū. ergo ⁊c. ¶Preterea quarto arguo sic ad idē.
aut prima causa ab eterno anteq̄ aliquid fieret/voluit
fieri possibilia que sunt facta ⁊ futura omnia/ ⁊ noluit
fieri alia que non fient licet fieri possent: aut non magis
voluit fieri hec q̄ alia vcʒ fienda magis q̄ alia nō fiēda.
sed non potest poni secūdum: qꝛ tunc non magis fuissent
facta ista q̄ alia eque possibilia sicut ipsa: ⁊ ita vel omnia
possibilia fuissent facta vel nihil. non enim vnum possibi
lium magis q̄ alterū fieri potuit nisi quia sic de⁹ fieri vo
luit. ipse enim dixit ⁊ facta sunt/mandauit ⁊ creata sunt.
ergo relinquitur primū/vcʒ ꝙ facta ⁊ fiēda deus anteq̄
fierent fieri voluit: alia aūt nunq̄ fienda fieri noluit. qđ ē
propositum. quoniam artificem esse determinatū ad ꝑ-
ducendum istum effectum ⁊ ad nō ꝑducēdum alium/nō ē
aliud q̄ artificem ipsum statuere siue velle agere ad vnū
effectum ⁊ nolle agere ad alteruʒ. ergo ⁊c. ¶Confirma
tur. quia sicut artifex irrationabiliter ⁊ sine arte ageret
si aliquid faceret qđ ignoraret: ita ⁊ si aliqđ ab eo fieret
qđ ipse antea fieri non statuisset/talis effectus esset ca-
sualis ⁊ omnino inartificialis. sed nullus dei effectus q̄-
lis est quodlibet ens creatum vt ad deum comparatum
est talis effectus videlicet casualis nec artificialis. ergo
⁊c. ¶Et ideo quantum ad istum articulum aliter est di-
cendum. ¶Ad cuius euidentiaʒ est sciendum. ꝙ possibi
le eē determinatum ad alteraʒ contradictionis partem
videlicet ad fiendum vel non fiendum/est causaʒ eius vir
tualiter contentiuam esse determinatam ad ipsuʒ produ-
cendum vel nō ꝑducendū. qđ em̄ scđʒ se nihil ē/nec deter
minatū nec indeterminatū ꝑprie dici pōt. possibile aūt
anteq̄ fiat nihil ē. ergo ipm̄ scđm se nō dicit determinatū nec ī
determinatū: sʒ cā ad ipm̄. Cām aūt ad ipʒ ꝑducēdū vel
non ꝑducendum esse determinatā/pōt ītelligi dupliciter.
Uno modo ꝙ sit determinata ex seipsa. Alio modo ꝙ sit
determinata alio mediāte: puta vel ab alia causa vel me
diante aliquo actu ipsam determināte: vt creatura intel-
lectualis determinatur ad aliqđ agēdū ꝑ actū volēdi a

se distinctū. ¶Secundū ꝑmittendū est ꝙ determinatio
est duplex. est em̄ vna de possibili: q̄ aliqđ ē determinatū
ad posse tātū vel ad nō posse agere: vel ad posse agere ita
hoc ꝙ non aliud. ⁊ est alia determinatio de inesse: q̄ vide-
licet aliquid est determinatum de facto ad agere vel ad
nō agere: ex his tm̄ īdeterminatū indeterminatiōe de pos
sibili ad posse agere ⁊ nō agere. lʒ em̄ sit aliqđ determina
tus ad agere: nō tm̄ ꝑpter hoc est necessitatus: sʒ pōt age
re vel nō agere. ⁊ in ista indeterminatione de possibili cū
q̄ est determinatio de inesse/stat ratio ꝯtingētie. lʒ em̄ cā
sit de inesse siue de facto determinata ad vnū effectū sibi
possibilem ꝑducēdū ⁊ ad illū omittēduʒ: tm̄ qꝛ ⁊ illum ad
quem producendum est determinata potest omittere/et
alium quem statuit omittere potest producere: ideo con
tingenter producūtur q̄ ꝑducunt: ⁊ contingenter ēt alia
q̄ non producunt/sunt tm̄ possibilia/omittuntur.

His præmissis pono quatuor conclu-
siones. Prima est/ꝙ prima cā fuit determinata ab eter
no determinatione de inesse: nō autem determinatione de
possibili. sʒ hoc mō fuit īdeterminata ad oē possibile vcʒ
tam ad futurū q̄ etiaʒ ad qđcūq; aliud nō fiendū. ¶Hec
probat. ⁊ primo q̄tū ad primā ptē: vcʒ ꝙ fuerit determīa
ta determinatiōe de īesse ad oē possibile. qm̄ oīs causa li-
bere ⁊ ꝯtingenter agens est determinata tali determina
tione vcʒ de inesse ad ꝑducēdū illa que statuit produce-
re ⁊ ad nō ꝑducēdū sed omittendū alia sibi possibilia q̄
statuit omittere. sʒ prima causa est libere ⁊ contingenter
agēs ad extra ⁊ ab eterno nouit omnia possibilia: quorū
alia vt futura statuit ⁊ voluit producere ⁊ alia non/sed
omittere vt illa que nunq̄ fient. ergo ipsa fuit taʒ ad pos-
sibilia aliqua facienda q̄ ad alia non facienda sed omit-
tenda ab eterno de inesse determinata. ¶Maior est eui-
dens. quia nec causam agentem contingēter et libere ad
effectum determinatam esse/est aliud q̄ ipsam statuere
effectum producere vel non producere. ¶Minor/videli-
cet ꝙ prima causa ab eterno possibilia nouerit in distin-
ctione. 35. probata fuit. ꝙ autem possibilium quedam fie
ri voluerit ⁊ statuerit ⁊ alia fieri noluerit/apparet. quia
alias vt superius contra opinionem aliam est argutum
non magis ista possibilia fierent q̄ alia que nō fiunt: nec
magis que non fiunt omitterentur q̄ illa que fiunt: cum
omnia supponantur equaliter ⁊ vniformiter esse possibi-
lia: ⁊ illa que fiunt esse ab ipsa causa a qua nihil ad extra
est productum nisi qđ est ab ea preuolitum ⁊ fieri institu
tum. nec videtur esse dicendum ꝙ ipsa hoc videlicet ali-
qua fieri ⁊ alia nō fieri voluerit seu statuere inceperit: nec
per consequens ad ea videlicet sibi possibilia ab eterno
determinata fuerit. quoniaʒ sicut om̄ia facta simpliciter
⁊ inuariabiliter intelligit ⁊ vult esse facta: ita ⁊ non facta
sed fienda ⁊ alia non fienda consimiliter intellexit et vo
luit ab eterno: prima videlicʒ vt fienda ⁊ alia vt nō fiēda.
ergo ⁊c. ¶Secunda pars conclusionis predicte/videlicet
ꝙ non fuerit de possibili determinata sed indeterminata
indeterminatione que videlicet est ad posse agere et ad
posse non agere/apparet. quoniam omne potens agere
vel non agere esto ꝙ sit determinatum ad alterum horū
tantum videlicet ad agendum vel ad non agendum/dici-
tur esse indeterminatum isto modo videlicet indetermi-
natione de possibili: licet sit determinatū de inesse: sed pri
ma causa licet ab eterno aliqua fieri ⁊ alia nō fieri volue
rit: ⁊ per consequens de inesse ad omnia possibilia deter-
minata fuerit: tm̄ agere vel nō agere potuit. non em̄ aliqđ
possibile necessario ꝑduxit nec alterū necessario omisit
sed tā ꝑducta fuerūt ꝑducta q̄ omissa omissa mere libe
re ⁊ ꝯtingēter: cū nihil prīa cā omittat nec agat necessa
rio ad extra. ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur. qꝛ solū illđ est determi
natione de possibili determinatum ad agendū in cui⁹ po
testate non est nō agere: ⁊ ad nō agendū in cuius potesta
te nō est agere: sicut hoc modo ignis ⁊ omnis causa alia
naturalis scđa est determinata sibi relicta ad agendū cir
ca passum: dispositū sibi presens/ ⁊ ad non agēdū quādo
non habet passum/nec em̄ quantum ē ex se potest nō age
re habito passo nec agere sine ipso. sed prīa causa potuit
non producere qđcūq; possibile qđ produxit ad extra: ⁊
producere alia possibilia que non fecit. ergo ⁊c.

Secunda cōclusio est: ꝙ omnis causa se
cunda est determinata determinatione de inesse ⁊ etiam
determinatione de possibili vno mō ⁊ nō alio modo ad ef
fectum sibi possibilem ꝑducēdū. ¶Hec apparet: ⁊ prīo
quo ad primā eius ptē: vcʒ ꝙ sit determinata de inesse tā
ad illum effectuʒ quem ꝑducit q̄ ad aliū quē nō ꝑducit.
qm̄ nisi ad vnū producendū ⁊ ad alterum non ꝑducendū
determinata existeret/non magis vnum q̄ alterum pro-
duceret. sed constat sic esse de facto. hic em̄ ignis agit ad
istum igneʒ ⁊ non ad alium: ⁊ econuerso alius ignis agit
ad alium ⁊ non ad illū. quilibet etiam prius agit ad vnuʒ
⁊ post illuʒ ad alterum. voluntas etiam licet libere velit
⁊ per ꝯsequēs possit nolle vel non velle qđ vult: ita tm̄ vo
luntas ista elicit istum volēdi vel nolēdi actum ꝙ nō pōt
elicere alterum ꝑductū ab alia volūtate creata. ergo om
nis causa secūda tā vcʒ naturalis q̄ libera est ad effectuʒ
quem producit ⁊ ad non ꝑducēdum alium quē non ꝑdu
cit determinata. ¶Confirmatur. qꝛ nisi omnes cause se-
cūde essent ad diuersos effectus determinate/non magis
vna ageret ad vnū ⁊ alia ad aliuʒ q̄ ecōuerso: vt hic ignis
ad istuʒ ignem ⁊ alius ad aliū. sed constat sic esse de facto
ergo ⁊c. ¶Secunda pars conclusionis/vcʒ ꝙ etiam cau
sa secūda sit determinata determinatione de possibili ali
quo modo ⁊ alio modo non/ꝓbat. qm̄ ꝙ illa causa q̄ quā
tum est ex se equaliter posset in effectū ad quem non agit
sicut in illum ad quem agit sed non potest: hoc ē/qꝛ sic de
terminata est determinatione de possibili nō simpliciter
⁊ absolute cū ex se posset/sed tm̄ secunduʒ qđ: qđ arguit
quia de facto non pōt. sed omnis causa secunda taʒ natu
ralis q̄ libera est talis ꝙ videlicet quantum est ex se non
magis potest in effectum ad quem agit q̄ in aliū quē nō
ꝑducit: sicut ignis iste non minus posset in igneʒ ab alio
igne productum q̄ in illum queʒ producit: ⁊ tamen sic de
facto agit ad vnum ꝙ nec agit nec agere potest ad aliuʒ.
si enim indifferenter ad vtrūq; agere posset nō magis ad
vnum q̄ ad alterum ageret: cuius oppositū experimur.
ergo hoc est quia sic causa omnis secunda est determina
ta determinatione de possibili non simpliciter ⁊ absolute sʒ
aliqualiter ⁊ secunduʒ quid. ¶Confirmatur. qꝛ qđ deter
minatione de possibili est simpliciter ⁊ totaliter determi
natum ad agēdum istum effectum ⁊ ad non agenduʒ seu
producendum aliū/non potest non producere effectuʒ ad
quē ꝑducēdū ē simpliciter determinatū: nec ꝑducere illuʒ
ad quē nō ꝑducēdū ē ꝯsiliter determiatū. ¶Hoc appet in
exēplo de igne: q̄ hito passo nō pōt nō ꝑducere ignē: nec
passo hito vel nō hito pōt ꝑducere aquā. ⁊ iō determina-
tione de possibili arguit eē determinat⁹/ ⁊ ad ꝑducēdum
ignē ⁊ ad nō ꝑducēdū aquaʒ: magis tm̄ ad nō ꝑducēdū
aquam q̄ ad ꝑducēdum ignem. qꝛ ad nō ꝑducēdū aquā
sic est determinat⁹ ꝙ nullo mō potest eā ꝑducere. ad ignē
aūt ꝑducēdū nō sic ē determinat⁹ cū possit nō ꝑducere
vel passo deficiēte vel etiam existēte/prima causa sibi nō
coagente vel ipsum agere non sinēte/vt apparet de igne
trium puerorum. sed licet omnis causa secunda sit ad nō
producendum aliquem effectum sic determinata ꝙ nul-
lo modo possit producere ipsum/vt ignis ad non produ-
cendum aquam: est tamen sic determinatus ad produ-

cendū aliū effectū vt istū ignē magis ꝙ̄ aliū ꝙ et pōt nō ꝓducere ip̄ꝫ simpliciter.nec min⁹ q̄tū ē ex se posset ꝓducere illuꝫ q̄ nō ꝓducit ꝙ̄ aliū quē ꝓducit.sicut eī̄ hoc subiectum ita albedine informatū eq̄liter quātum ē ex se est receptiuum alterius albedinis in subiecto alio existentis sicut illi⁹ q̄ de facto actualiter īformaꝝ: ita ꝯsilr̄ iste ignis q̄tū ē ex se nō min⁹ est ꝓductiu⁹ ignis ab alio igne ꝓducti ꝙ̄ alterius ꝓducti actualr̄ a seipso:sic tñ de facto agit ad istum ꝙ nec agit nec agere pōt ad aliuꝫ.ꝯsimiliter dico de ista volūtate creata ita agēte ad istū volēdi vel nolēdi actū ꝙ non ad aliū ab alia volūtate creata ꝓductum.ergo ⁊c. ¶Ex p̄dictis appet ꝙ cā oīs scd̄a est determinata determinatione de possibili ad aliqua simpliciter ⁊ totaliter: ad alia autem non simplicr̄ seu totaliter sed aliq̄ mō sic ⁊ alio mō nō.q̄ñ ad illō cā scd̄a est totaliter ⁊ simplicr̄ determinata ī cui⁹ oppositū nullo mō pōt.ad illud aūt ē determīata nō sic simplicr̄ seu totalr̄ ſꝫ aliq̄lr̄ ⁊ aliq̄lr̄ nō: ī cui⁹ oppositūꝫ sibi dimissa ⁊ p̄ria cā sibi coagēre posset.nō pōt aūt q2 nō ꝑmittiꝝ cū ad oppositū determineꝝ. sed aliqua sūt ī quoꝝ opposita nūq̄ potest cā scd̄a sibi dimissa: nec ad illa pōt ipsi coagere cā p̄ma:cū nec ipsa cā scd̄a sit taliū virtualiter ꝯtentiua:sicut ignis non posset agere ad aquaꝫ: nec econuerso aqua ad ignē.alia aūt sūt ad q̄ sic est determinata ꝙ sibi dimissa ⁊ coagente sibi prima ad alia non minus posset in illa ꝙ̄ in alia ad q̄ agit:sicut iste ignis nō minus potuisset generare ignem genitum ab alio igne ꝙ̄ illum quē genuit/si prima causa euꝫ determinasset: sibiqꝫ ad illū sicut ad aliū coagere voluisset.ergo aliter ignis est determinatus etiā determinatione de possibili ad non producendum aquā ⁊ quamcūqꝫ formā aliam sibi simpliciter īpossibilē:⁊ aliter ad ꝓducēdū illū effectū vcꝫ illū ignē quē ꝓducit:⁊ ad nō ꝓducendū aliū quē nō ꝓducit: qui tñ eiusdē rationis existit cum illo ab eo producto.⁊ sic consimiliter est dicēduꝫ de oī̄ alia causa secunda.quare ⁊c.

Tertia cōclusio est:ꝙ causa secūda modo predicto in ꝯclusione alia determinata est determinata non ab alio ꝙ̄ a prima.¶Hec ꝓbatur.quoniā aut causa secunda puta hic ignis determinatur ad producenduꝫ istuꝫ ignem ⁊ nō aliū:⁊ volūtas creata ad ꝓducendū istū actū volendi vel nolēdi magis ꝙ̄ aliū a se vel ab alia causa secunda vel a prima.sed non a se nec ab alia causa secūda.ergo a prima.¶Minor ꝓbatur:⁊ p̄io q̄tū ad primaꝫ partē eius videlicꝫ ꝙ non a se.q̄ñ nec ignis nec aliquod aliud naturale agens qd̄ est scd̄m se vniformiter ꝓductiuum principium oīm effectuū eiusdem rōnis:⁊ per consequens est ad oēs eq̄liter indeterminatū:pōt determinare seip̄m ad ꝓducendū magis vnum ꝙ̄ alterū nec ad producendum istum primo ⁊ aliū scd̄o magis ꝙ̄ ecōuerso. voluntas etiam creata lꝫ libere velit vel nolit/nō tñ pōt velle nec nolle per omnem volēdi vel nolēdi actum. nec eī̄ voluntas potest elicere aliquem actū ab alia iam ꝓductum:nec actum etiam semel elicitum a se potest iterum elicere:nec etiaꝫ circa idem obiectum sepe volitū vel nolitum actū secundo elicitum videtur potuisse elicere primo/nec elicituꝫ primo secundo.ergo causa scd̄a non videtur esse ex se determinata sed potius indeterminata:cum non magis effectus istius ꝙ̄ alterius eiusdē rationis sit quantū est ex se ꝓductiua. ¶Cōfirmaꝝ.quia sicut materia diciꝝ esse secūduꝫ se indeterminata ad oēs formas cū non magis sit vnius corruptibilis ⁊ generabilis ꝙ̄ alterius similiter gn̄abilis ⁊ corruptibilis receptiua:⁊ subiectum esse respectu omnium accidētium ī eo receptibiliū: ita in proposito ꝓpter consimilem rōnē consimilr̄ est dicendum:vcꝫ ꝙ cū oīs causa secūda sit quātū est ex se oīm effectuuꝫ eiusdem rationis ꝓductiua vel non ꝓductiua per ꝯñs ad producendum vnū ⁊ non aliū eiusdē rationis cū illo/non pōt ex se eē determinata.¶Scd̄a pars minoris vcꝫ ꝙ nec ab alia causa secūda possit esse determinata/ꝓbatur primo.quia nō potens se determinare ad agēdum seu producēdum magis istum effectuꝫ ꝙ̄ aliū/nec videtur posse determinare aliquod agens alterum. sed nulla causa secunda vt dicit conclusio precedēs potest se determinare magis ad istū effectum ꝙ̄ ad aliuꝫ ꝓducendū cū sit ex se ad oēs effect⁹ eiusdē rōnis īdeterminata.ergo nec ab ip̄a potest determinari aliq̄ alia.¶Scd̄o.q2 si vna cā scd̄a determinat aliam ad agēdū:aut cā determinās est eiusdeꝫ rōnis cū determinata:aut alterius rōnis ab ea.ſꝫ non pōt dici ꝙ eiusdem.nō enim vnus ignis determinat aliū ad ꝓducēdum istū igneꝫ ⁊ ad non ꝓducendū alium. nec vlr̄ eorum que sunt eiusdem rōnis vnū magis potest determinare alterum ad agendū vel non agendum ꝙ̄ econuerso possit determinari ab eo. nec potest dici ꝙ sit alterius rōnis.q̄ñ aut talis causa determinans est ꝓductiua effectus possibilis cause determinate per eam:aut nō. si non est ꝓductiua/nec ad ꝓducēdū alterius determinatiua.sicut angelus non potest determinare ignē istū ad ꝓducēdum aliū:cū non sit ignis nec alicui⁹ alterius forme substantialis virtualr̄ ꝯtentiu⁹.esto etiā ꝙ cā illa sit effectus cāe determinate possibilis ꝓductiua/adhuc nō pōt poni determinatiua.q̄ñ neutrū aliquoꝝ ad aliq̄d eq̄liter indeterminatoꝝ pōt eē alteri⁹ determinatiuū ad illō ad qd̄ est vtrūqꝫ indeterminatū vniformr̄ ex seip̄o.ſꝫ oēs cāe scd̄e eq̄lr̄ ſm̄ se videꝝ esse īdeterminate ad effect⁹ suos q̄rū sūt ꝓductiue seu virtualr̄ ꝯtētiue.lꝫ eī̄ q̄libꝫ agat ad effect⁹ determinatos:est tñ q̄libet vniformr̄ ⁊ eq̄lr̄ q̄tū est ex se cōtētiua virtualr̄ vel nō ꝯtētiua seu ꝓductiua effectuū eiusdē rōnis.ergo nulla est alteri⁹ determinatiua ad ꝓducēdū magis istū effectū ꝙ̄ aliū eiusdē rōnis specifice secū. quare ⁊c.¶Cōfirmaꝝ.q2 cā scd̄a ab illo videꝝ determinari ad ꝓducēdū istū effectū:⁊ ad non ꝓducendū aliū eiusdē rōnis secū:⁊ ad ꝓducēdū prius istū ꝙ̄ aliū:qd̄ pōt esse ad hoc ex se determinatū ⁊ sine quo concausante nulla causa secūda potest attingere aliquē effectū.sed tale agens est solūmō prima cā nō aliqua alia.ergo ⁊c. ¶Si cōtra istaꝫ conclusionē arguatur:q2 sequi videꝝ ꝙ nulla sit libertas in aliq̄ cā cū nō possit ex se sed ex alio ad effectū esse determinata:Dico ꝙ vocādo cām liberā seu agēteꝫ libere solū illā q̄ ex se pōt agere vl̄ nō agere oī agēte alio circūscripto/nulla causa est agēs nec agere potēs libere nisi prima:cū nulla causa scd̄a possit in effectum aliquem sine ipsa.ex hoc tñ volūtas creata diciꝝ libera ⁊ non aliq̄ alia causa secūda:q2 potest assistente sibi prima actū elicere vel suspēdere/velle vel nolle.nulla aūt alia causa secūda pōt ex se actū suspēdere habito passo:nec ip̄m ꝓducere sine eo.non diciꝝ aūt volūtas creata magis libera ꝙ̄ alia q2 ad actus sibi possibiles magis indeterminata potens se determinare ad istum actū eliciendum magis ꝙ̄ aliū eiusdē rōnis cū eo.⁊ ita volūtas creata est magis ꝙ̄ aliqua alia causa scd̄a libera ꝟtualr̄ q̄ ad duo. vcꝫ p̄io. quia potest actū elicere vel suspendere existētib⁹ oīb⁹ ad actū ip̄m ꝓducēdum necessario req̄sitis. Secūdo.q2 pōt elicere istū actum vel aliū ab eo specie distinctū:vcꝫ actū volendi vel nolendi:non autem magis istū actū volendi vel nolēdi ꝙ̄ alium ab eo specie distinctū. neutro autem istorum duorum modorum est libera aliqua alia causa secunda vcꝫ naturalis.quare ⁊c.

Quarta & vltima conclusio est ꝙ huiusmodi prime cause determinatio ad effectū nō dicit in ea aliquid distinctū ab ipsa.determinatio ēt scd̄e cāe facta a prima nō īportat aliq̄d ab ipsa p̄ria cā ⁊ a scd̄a distictū sed bene illa q̄ aliqua causa secunda seipsam determinat

ad effectum. ¶Hec probatur/⁊ primo quantū ad primā partem/vcꝫ ꝙ prima causa non sit determinata mediāte aliquo alio a seipsa.Primo:q2 causa p̄ria ab eterno fuit determinata ad aliqua possibilia ꝓducendum ⁊ ad alia omittēdū vt supius fuit dictum. sed nihil ab ipsa p̄ria cā distinctum fuit eternū.ergo seq̄tur ꝓpositū/vcꝫ ꝙ hm̄ōi determinatio non dicit aliq̄d in causa prima distinctū ab ea.¶Secūdo. quia deus ipse fuit ab eterno determinatus ad oē possibile producēdū vel non ꝓducēdum vniformiter vcꝫ vel ꝑ se vel alio mediante.non eī̄ eius determinatio ad vnū effectum magis ꝙ̄ ad alium dicit in eo aliq̄d distinctuꝫ.sed si determinatio qua ipse fuit determinatus ab eterno ad omnia possibilia diceret in deo aliq̄d ab ipso distinctū/illud haberet esse aliquis effectus ad quē producēdum deus non potuit esse determinatus aliquo mediante alio a seipso nisi ponas in hm̄ōi determinationibus ꝓcessum in infinitum/dicēdo ꝙ deus fuit ab eterno determinatus ad istam mediante alia ⁊ sic in īfinituꝫ qd̄ est impossibile.ergo ⁊c.¶Tertio.quia nō minus de⁹ potest determinare seipsum ad quodcunqꝫ possibiliuꝫ ab eterno omni alio circunscripto:ꝙ̄ possit in esse ponere omne possibile ꝑ se sine quocunqꝫ alio concurrente: nec per consequēs magis ista determinatio ꝙ̄ creature ꝓductio dicit aliquid in deo distinctum ab ipso. sicut enim se habet creatio ad creaturā vt in esse positam: ita ⁊ ista determinatio sempiterna ad ipsaꝫ vt ī esse ponibilē. ſꝫ creatio non īportat aliq̄d distinctum a deo ⁊ a creatura vt ꝓbatr̄ in scd̄o.ergo nec ista determinatio sempiterna īportat aliq̄d in re extra p̄ter deū determinantē ⁊ possibilia/ad q̄rum alterum ꝓducēdum ⁊ ad aliud omittēdum deus ipse fuit ab eterno determinatus nullo a se alio mediante. quare ⁊c.¶Confirmatur.quia omnino est impossibile et absurdū dicere agens primum esse determinatuꝫ ad agēdum vel non agendum aliquo mediante a se alio et tantummodo per seipsuꝫ.quoniam nec huiusmodi dei determinatio est aliud ꝙ̄ eius sempiterna volitio qua voluit ab eterno omnium possibilium que preuidit alia producere ⁊ alia omittere. sed eius volitio vel intellectio est ab ipso indistincta totaliter in re extra.ergo ⁊c. ¶Secūda pars conclusionis videlicet ꝙ nec secūda causa sit determinata a prima aliquo mediante ab vtraqꝫ differente a prima videlicet ⁊ a secunda/apparet. ꝙ enim hic ignis sit determinatus ad producendum alios ignes ⁊ ad non producendos alios:⁊ ad producendum primo istum et post ipsuꝫ alium:magis ꝙ̄ econuerso:hoc non habet propter formam aliquam siue impressam siue non impressaꝫ a se ⁊ a prima causa distinctam:sed precise ab ipsa prima causa sibi coagente ⁊ coagere statuente ⁊ per hoc determinante eam ita ad istum ignem ꝙ non ad alium ⁊ prius ad istum ꝙ̄ ad alteruꝫ omni re alia ab ipsa prima causa determinante ⁊ a secunda determinata totaliter circūscripta.ergo ⁊c.¶Confirmatur.quia determinatio cause ad effectuꝫ aliquem producēdum/precise illud īportat sine q̄ concurrente non potest prouenire effectus a causa ad ipsum producēdū determinata non auteꝫ illō īportat quo non concurrente vniformiter sicut concurrente effectus ipse potest a causa determinata causaliter prouenire.sed omnis causa effectiua totalis secūda a p̄ria determinata potest cum prima causa determināte secū causaliter concurrente vniformiter ⁊ consimiliter ī effectu omni actionis non impeditiuo quale est agens contrarium posito vel amoto.ergo ⁊c. ¶Tertia ⁊ vltima pars conclusionis videlicet ꝙ omnis determinatio qua causa secunda determinat semetipsam dicat rem aliquam ab ipsa causa secunda realiter differentem: ipsiqꝫ actualiter inherentem/apparet. q̄ñ talis causa seipsaꝫ determinans est p̄cise volūtas creata libere ⁊ cōtingēter agēs.talis in quā causa secūda se determinat non ad istum vel ad illū actum volendi vel nolendi sed ad vnum effectum exteri⁹ producendum ⁊ alium sibi consimiliter possibilem omittendum:modo quo omnis artifex ad opus artis artificialiter ꝓducendum determinat semetip̄m per aliquē actū in se elicitū.non eī̄ ē ad hoc opus magis ꝙ̄ ad alterū determinatus nisi quia vult ⁊ statuit ꝓducere ipsuꝫ. sed nō vult aliquod obiectum nisi per actum a se realiter differētem sibiqꝫ vt suo subiecto actualiter inherentem.ergo ⁊c. ¶Confirmatur.quia sicut primam causam esse determinatam ad effectuꝫ nō est aliud ꝙ̄ eius volitio qua vult ipsum fieri ⁊ in esse poni:ita nec secunde cause cōtingenter agentis ad effectū exterius producendū determinatio ē aliud ꝙ̄ eius volitio/q̄ vcꝫ vult effectum:⁊ ideo importat ip̄m. sed licet cause prime volitio sit ab ipsa indistincta totaliter in re extra:omnis tamē volitio vel nolitio intellectualis creature est distincta ab ipsa essentialiter vt accidens a subiecto.ergo ⁊c. ¶Et si contra hoc obijciatur quia superius fuit dictum ꝙ nulla causa secunda determinaꝝ a seipsa nec ab alia causa secunda sed a p̄ria:cū omnis causa secūda sit ex se ad oēs effectus eiusdē rōnis cōsimiliter indeterminata:Dico ꝙ hoc ē verū ⁊ ītelligēdū de oī cā naturaliter scd̄a ⁊ ēt de cā libere ⁊ cōtigēter agēte/vcꝫ de volūtate creata respectu act⁹ īterioris:nō aūt respectu opis exterioris. lꝫ eī̄ p̄ria cā statuerit ⁊ voluerit coagere seu coassistere volūtati creature īmediate ita ad istos act⁹ volēdi vel nolēdi ꝙ non ad alios ⁊ pri⁹ ad vnū ꝙ̄ ad alium:propter quod non potest volūtas creata ad ipsos agere alr̄ puta primo ad illum ad quē agit secundo:nec ecōuerso scd̄o ad eum quē producit primo:non tamē sic deus ipse statuit ipsi coagere immediate ad exteriorem effectum videlicꝫ ad artificiatum ipsum. non eī̄ statuit coagere ad istum effectum ipsi nisi volēti ipsum.ſꝫ non potest velle ipsum nisi ꝑ actum a se distinctum: ergo nec statuit ipsi immediate coagere sed tantum mediante actu volendi quo dicitur ad effectum volitum esse determinata.quare ⁊c. ¶Ex p̄dictis omnibus sequitur ꝙ tā in necessarijs ꝙ̄ in contingētibus est altera pars contradictionis determinate vera non tantum de presenti ⁊ de preterito:sed etiam de futuro:⁊ hoc de inesse videlicet ꝙ erit vel nō erit nō tñ de possibili. hoc eī̄ mō vtraqꝫ pars est vera/videlicet ꝙ potest esse ⁊ ꝙ potest non esse:cuius contrarium est in necessarijs.in materia enim necessaria consimilr̄ ē veritas ⁊ falsitas in propositionibus de possibili ⁊ in alijs de inesse:quia tā in istis ꝙ̄ in alijs ē vna ꝑs determinate vera ⁊ alia falsa.nec sic autem est in materia contingenti.quoniam in tali licꝫ altera pars sit determinate vera ⁊ alia falsa in propositionibus de ineē siue annunciātibus futurum siue p̄sens siue preteritum: non tamen in propositionibus de possibili.sed in talibus annunciantibus futurū vtraqꝫ pars ē vera/videlicet ꝙ potest fieri ⁊ ꝙ potest non fieri.¶Ad illa q̄ supius in cōtrarium sunt arguta.¶Ad primum quando diciꝝ ꝙ oē possibile anteq̄ fiat ē indeterminatum ad vtrunqꝫ oppositorum:Dico ꝙ verum ē indeterminatione de possibili cuꝫ possit fieri ⁊ non fieri:non auteꝫ īdeterminatione de ineē cū oīm possibiliuꝫ illa q̄ sunt futura sint determinata ab eterno ad essendum:⁊ alia nō futura ad non essenduꝫ.⁊ iō quando ꝑmittitur in maiori ꝙ indeterminatū ad vtrūqꝫ oppositorum nō ē determinate verū nec falsū:Dico ꝙ verum ē eo modo quo ē indeterminatum.⁊ ꝑ ꝯtrariū determinatū ad alteruꝫ oppositoꝝ ē determinate q̄tū ad vnā partē verum ⁊ q̄ ad alteram partē falsum.ſꝫ oē possibile siue futurū siue non futurum ē ad alteram partem tantū determinatum de inesse licet de possibili ad vtranqꝫ sit determīatū.ergo lꝫ nō sit de possibili determīate verū nec falsū:cū hoc mō sit īdetermīatū:loq̄ndo tñ de determīatione

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

de inesse qua est ad ptem alteram determinatū/vtiq̄ est determinate q̄tum ad vnam ptem verū ⁊ q̄tū ad alterā partem falsum.quare ⁊c.¶Ad secundum quando dicit̄ q̄ non magis effectus possibilis est determinatus ad alteram partem q̄ sua causa/concedo. sed tunc quando dicitur in minori q̄ prima causa fuit ab eterno īdeterminata ad pducendum effectū possibilem vel nō pducēdum: Dico q̄ hoc est falsum.lz eñ fuerit semp indeterminata ad posse pducere ⁊ ad posse nō producere quodcūq̄ possibilium: fuit tñ determinata ad pducēdum de inesse qd cūq̄ futurū fiēdū:⁊ ad nō pducēdū qdcūq̄ possibile alterū non fiendū/vt in p̄cedentibus est pbatū.⁊ hoc mō vz in determinatiōe de inesse oñe possibile fuit ab eterno determinatū ad alterū oppositoꝝ:lz ī determinatiōe de possibili ad vtrūq̄ fuerit indeterminatum sicut ⁊ eius causa cum vt dictum fuit supra non sit aliḋ effectū possibilē esse determinatū ad alterū oppositoꝝ q̄ cām esse determinatā ad ipsū.quare ⁊c.¶Ad tertiū q̄n dicit̄ q̄ illud qd p̄cedit actionem cause non est in eius ptāte: detur intelligendo per aliq̄d esse in ptāte cause ipm posse fieri vel non fieri ab ipsa causa.sed tunc q̄n dicit̄ in minori q̄ si prima cā esset ab eterno determinata ad oñe possibile/talis determinatio precederet actionez eius:si per huiusmodi determinationem eternam intelligis rem aliquā ab ipsa causa prima distinctā/ falsum supponis:cum nulla talis res sit eterna nec precedat sed sequatur actionez prime cause.ipsa etiam causa prima vt dictum est supra:non fuit ab eterno determinata nisi tantūmodo per se nullo alio mediante.si autem per istam prime cause determinationem eternam intelligas tantuz ipsam causam a se determinatam ad aliqua producendum ⁊ ad alia omittendum:cōcedo ipsam non esse in ei⁹ potestate: sed tantum ipsum possibile quod respicit.nec enim idem est in potestate sui ipsius nec deus est in potestate sui/sic videlicet q̄ possit fieri vel non fieri a se cum sit necesse esse.sed non sequitur determinatio ista sumpta pro causa prima seipsa determinata non est in potestate diuina:ergo nec res possibilis ad quam fiendam vel non fiendam dicitur esse determinata.quare ⁊c.¶Sed contra. quia possibile non est ī potestate prime cause nisi quia ipsa potest ad ipsum se determinare.sed si determinatio nō est in sua potestate nec ipsa potest se determinare:ergo nec aliquod possibile pducere.¶Responsio.cōcedo q̄ deus potest se determinare ad possibile producendum vel non producenduz: qz potest velle ipsum fieri vel non fieri.non est autem aliud deum ad aliquid fiendum determinari q̄ deum illud velle fieri. deus autem nō vult aliquid videlicet nec se nec alia per aliquem actum a se distinctuz sed tantummodo per seipsum:quo non obstāte videlicet q̄ iste actus quia ab eo indistinctus non sit in ei⁹ potestate/tamen eius obiectum qdcunq̄ possibile est in ipsi⁹ potestate.¶Et quādo arguitur q̄ si determinatio nō esset ī ei⁹ potestate nec ipse deus posset se determinare:Dico q̄ cū diuina determinatio sit sua volitio a sua essentia indistīcta/ipsa vt sic nō est in sua potestate vz vt sit vel nō sit. vt tñ est volitio rei possibilis importat duo:quoꝝ vnum est actu ⁊ necessarium qd non est in ei⁹ potestate:⁊ alterum videlicet possibile qd est ī ei⁹ potestate. ⁊ quia diuina determinatio de qua hic est sermo nō dicitur eius volitio vt absolute sumpta nec vt ē diuine essentie sed vt ē rei possibilis vt obiecti:ideo diuīa determinatio nō pōt dici cē totalit̄ ī ptāte nec totalit̄ seu vl'r non esse in ptāte: sed q̄ īportat duo q̄rū vnū nō ē ⁊ alterū ē in ptāte diuīa.⁊ iō ɔcedo q̄ si nihil eius qd īportat determinatio ista eēt in ptāte diuina/nec deus posset determinare seipm.sz hoc ē falsum. qz īmo determinatio ipsa puta sua volitio lz vt absolute sūpta:nec vt est diuine essentie vt obiecti:qb⁹ modis nō dicit̄ determinatio de q̄ est hic sermo nō sit in dei potestate/est tñ in eius potestate vt est cuiuscūq̄ alterius possibilis vt obiectu:cū oē alterum obiectum sit libere ⁊ ɔtingenter volitum ⁊ ab eterno fieri vel non fieri institutū.q̄re ⁊c.¶Ad quartuz quando q̄ritur/an hmōi determinatio sit effectiue a causa prima/ an non:Dico q̄ nō:qz qd nihil est a causa distinctum non pōt dici a causa existere seu fieri effectiue/cuz oīs effectus a sua causa essentialiter sit distinct⁹. sed huiusmodi diuina determinatio ad oīa possibilia sempiterna non fuit vt dictū est aliquid distictum a deo aliq̄liter in re extra.ergo ⁊c.¶Et quando infertur q̄ tunc sequeretur q̄ non esset in ei⁹ potestate:cum nihil sit in potestate cause nisi qd est ab ipsa effectiue:apparet solutio ex predictis.vt enim dictum est huiusmodi determinatio prime cause non est in ei⁹ potestate quantum ad actum diuine volitionis absolutū quem dicit:sed tñ quantū ad possibile qd respicit: in ordine ad qd ipsa diuina volitio dicitur determinatio.quare ⁊c. ¶Ad quintum quando dicitur q̄ illud qd transit in preterituz non est in potestate agentis/concedo intelligendo per preteritum aliquid qd iam est factum.quod quidem dicitur non esse in potestate agentis quantum ad hoc:quia ex quo factum est īpossibile est non fuisse factum. hoc autem modo falsū.n ē qd in minore assumitur quando dicitur q̄ si causa determinata esset ad effectum/esset determinata ad eum determinatione in p̄teritū transeūte.hoc enim saltem non est verū de determinatione prime cause que per se nullo mediante sibi addito ad omnia possibilia fuit determinata modo preexposito ab eterno. Concedi tamen potest q̄ ex quo de facto fuit determinata ab eterno nō potest nūc non fuisse determinata. nec tamen ex hoc sequitur q̄ ipa operetur necessario ad extra illa ad que operāda fuit determinata:quia licet ex quo fuit determinata non possit non fuisse:posset tamen non esse. posset enim nunc nolle agere futura q̄ preuiderat ⁊ preuolucrat ac statuerat agere:⁊ alia possibilia que voluerat fieri nūc velle fieri ipsa omnino īmobiliter ⁊ inuariabiliter persistente. quare ⁊c. ¶Ad sextuz quando dicitur q̄ si talis determinatio poneretur ante effectum in esse positum/sequeretur q̄ omnia necessario euenirent: Dico q̄ determinatio ista non ponitur in prima causa tanq̄ aliquid distinctum ab ca. sed ipsamet causa est seipsa determinata.ex quo non sequitur q̄ omnia necessario eueniant. nec etiam sequeretur esto q̄ determinatio ipsa esset distincta a causa determinata/ cum deus propter nihil a se distinctum necessitetur ad aliquid aliud producendum. ¶Ad probationem quando dicitur q̄ propositio cōditionalis vera est necessaria:talis autem est ista/si oīa anteq̄ fiant sunt a deo determinata fieri/omnia euenient/concedo q̄ omnia euenient de facto que fieri sunt determinata a deo:non tamē necessario absolute.quia nec est hic nisi necessitas consequētie:cui⁹ ɔsequētie nec aūs qd est/oīa q̄ fiēt sunt a deo determinata fieri/ est necessariuz:nec etiā ɔn̄s ipm qd est omnia euenient.que enim deus determinauit seu voluit fieri/potuit determinare seu velle vt nō fierent:⁊ alia possibilia que non fieri determinauit potuit determinare q̄ fierent.quare ⁊c. ¶Ad septimum quando queritur/an huiusmodi determinatio prime cause possit immutari an non:Dico q̄ potest vtiq̄ immutari:sic intelligēdo q̄ de⁹ inuariabilis ⁊ immutabilis permanens qd vult fieri posset nolle fieri:⁊ econuerso possibile qd non vult fieri posset velle fieri absq̄ aliqua mutatione dei nec alicuius alterius rei:cum nec huiusmodi dei determinatio seu volitio que respicit aliquod possibile nōdum factuz/dicat aliq̄d a deo distinctū aliq̄lit̄ in re extra.quare ⁊c. ¶Et quādo cōtra hoc arguit̄:qz tūc seq̄ret̄ q̄ nō esset sufficienter determinatus:Dico q̄ falsum est.non eñ hoc seq̄tur sed

tantum q̄ non necessario sed contingenter est determinatus.⁊ hoc est verum.cū hoc tamen stat q̄ sufficienter isto modo videlicet contingēter est determinatus.quare ⁊c. ¶Ad octauū ⁊ vltimū apparet ex dictis q̄ est determinatio non secūdū illū modū quo causa naturalis ē determinata ad effectū sibi debitum:cuz ipsa naturalis causa non possit se determinare ad alium:sed scdm illum modū quo causa agens libere est determinata ad effectuz ab ea producibilez contingenter.¶Et quando infertur q̄ tūc sequitur q̄ causa ista non est determinata ad istam determinationem/apparet ex premissis quid dicendū.q̄n aut per huiusmodi determinationē intelligis aliquid ab ipa causa determinata ⁊ ab effectu ipsi possibili distinctum.⁊ sic falsuz acci[..]s.omnino eñ est impossibilis talis determinatio sic accepta:cum nihil a deo ⁊ ab effectu ipsi possibili sit distinctum.aut intelligis per eam tantum deum ⁊ sic concedendū est q̄ deus non est in sua potestate.aut q̄ ipsam deum simul ⁊ ens possibile /respectu cuius deus dicitur esse determinatus.⁊ vt sic quantum ad vnū qd dicit quia ipsum est possibile est in sua potestate non tantū vt ponatur vel non ponatur in esse/sed etiā vt ipsum possit velle fieri vel non velle.non autem est in sua potestate quo ad alterum eius significatuz vt superius sepius fuit dictum.quare ⁊c. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respondendum ad quesitum/licet appareat ex precedentibus ī precedenti articulo quid dicendum: ad maiorem tamen euidentiam est sciendum q̄ deum intelligere determinate omne possibile potest intelligi dupliciter. Uno modo quia intelligit quodcunq̄ possibilium absolute acceptum/vt videlicet est tale vel tale ab omni alio distinctū. Alio modo quia intelligit ipsum non tantuz vt absolute sumptum sed etiam vt actu existens preteritū vel futurum vel vt nunq̄ futurum.¶Hoc premisso dico. Primo q̄ deus intelligit determinate quodcūq̄ possibilium primo modo vz absolute. Secundo q̄ etiam secūdo modo:vz vt actu existens vel vt preteritum vel vt futurum vel vt nunq̄ futurum. Tertio. q̄ aliter intelligit possibile nondum factum ⁊ aliter quando factum. Quarto. q̄ ista alietas non est ex parte actus intellectus diuini sed ex parte obiecti possibilis intellecti. ¶Primū vz q̄ intelligat determinate omnia possibilia absolute/appet ex dictis in distinctione.35.vbi ostēsum est q̄ deus inteligit oīa.⁊ ɔstat q̄ intelligit ipsa perfecte:⁊ per ɔn̄s non cōfuse seu indeterminate sed distincte ⁊ determinate scdm q̄ quodlibet ab alio est distinctuz.quare ⁊c.¶Cōfirmat̄ quia aut deus intelligit omnia possibilia:aut nulluz: aut vnū intelligit ⁊ nō alterum.sed nec secūdum nec tertiuz videtur esse ponēdū.nulla eñ est ratio quare magis vnū intelligat q̄ alterum. ɔstat etiam q̄ sicū omnia facta sint facta ⁊ futura sint futura ab ipso/ oīa talia sunt itellecta ab eo:cum non agat aliquid qd ignoret.sunt etiam distincte intellecta sicut distincte ⁊ distincta pducta.alia etiā nunq̄ fienda sed possibilia fieri videntur ab eo ɔsimiliter intelligi vz vt possibilia absolute licet nō vt fienda. q̄re ⁊c.¶Scdm vz q̄ etiam intelligat omnia determinate secundo modo / videlicet aliqua vt fiēda ⁊ alia vt nō fienda/apparet ex dictis in articulo precedenti.vt enim ibi dictū est/deus ab eterno fuit determinatus ad oñia possibilia: ad aliqua vz pducenda/⁊ ad alia omittenda. que quidem ei⁹ determinatio nō est aliud q̄ volitio q̄ vult aliqua fieri ⁊ alia nō fieri.sz oñe volituz est intellectū vt volitū.ergo possibilium alia sunt intellecta a deo vt fiēda sicut illa oīa q̄ ipse voluit ab eterno fieri sicut sūt facta:⁊ alia vt possibilia nūq̄ fiēda sicut illa q̄ ab eterno voluit fieri seu voluit nō fieri.q̄re ⁊c.¶Cōfirmatur.quia nō minus cognoscit deus possibile futurum vt futurum: ⁊ non futurum vt non futurum:q̄ effectum actualiter existentē vt existentem.sed constat q̄ omnia actualiter existentia sunt deo nota vt sic videlicet vt actualiter existentia.ergo ⁊c.¶Tertium videlicet q̄ aliter deus intelligat possibile nondum factum ⁊ aliter postq̄ factum/apparet.q̄niam possibile nondum factum sed fiendum intelligit nō vt existens actu sed vt fiendum.postq̄ autem est factum ipsum intelligit non vt fiendum sed vt actualiter iam existēs.ergo ⁊c.¶Confirmatur.quia in diuina scientia nō est error nec deceptio.sed esset si omnia videlicet tam facta q̄ fienda consimiliter intelligeret. omnis enim intelligens non esse quod est/vel esse qd nō est/ errat ⁊ falsum dicit.ergo cum nullus possit esse error in diuina scientia per consequens deus ipse intelligit non esse omne possibile non existens/⁊ esse possibile postq̄ factum.quare ⁊c. ¶Quartum vz q̄ hmōi alietas non sit ex parte actus intellect⁹ diuini/apparet.qz nulla alietas nec variabilitas potest esse in aliquo īuariabili:sed actus intelligēdi diuinus est totaliter inuariabilis cum sit a sua essentia indistinctus totaliter in re extra.ergo ⁊c. ¶Confirmatur per Augustinuz dicentem q̄ deus non nouit facta aliter q̄ fienda. Quero quomodo hoc intelligit Augu.aut eñ intelligit q̄ deus non nouit facta aliter q̄ fienda alietate se tenente ex parte obiecti cogniti/vz ipsius facti possibilis vel fiendi: vel alietate se tenente ex parte actus intelligendi diuini.sed primum non potest poni. quoniā vt predictuz est deus nouit omnia facta esse facta: possibilia aūt non facta sed fienda non nouit esse facta sed fiēda.ergo ⁊c.¶Sic ad questionē. ¶Ad rationes in principio quādo dicitur q̄ indeterminate verum non pōt determinate esse ab aliquo intellectu notū/detur.sed tunc dico q̄ minor est falsa.vt eñ patet ex dictis in primo ⁊ etiam in secundo articulo/omne possibile anteq̄ fiat est determinate verum dupliciter. Primo:qz de quolibet est verū dicere absolute/ q̄ est possibile. Secundo.quia de aliquo est verum dicere de inesse q̄ erit: vt de futuro ad essendū determinato: ⁊ de alio q̄ nō erit vt de nō futuro ad nō essendum determinato.

SEcūdo quero:vtrum omne possibile fuerit notū deo certitudinalit̄ ab eterno.¶Et videtur q̄ sic.quoniam omnis sciēs aliquid indubitanter ⁊ infallibiliter/scit illd certitudinaliter. sed deus scit seu intelligit omnia possibilia indubitanter ⁊ infallibiliter.non eñ in eius sciētia potest cadere deceptio neq̄ error nec dubium.ergo ⁊c. ¶Contra.quia intelligens aliquid esse futurum qd pōt non fieri:vel nō esse futurum qd pōt fieri:non intelligit illud certitudinaliter nec immutabiliter. sed oñe possibile qd deus intelligit esse futurū potest nō fieri:⁊ econuerso illud qd itelligit nō esse futurū pōt fieri.ergo ⁊c. ¶Respōsio.vbi sic pcedā. Prio eñ ostēdā q̄ de⁹ itelligit vnico actu solo oīa vl'r. Scdo inq̄rā/an oīa itelligat necessario an ɔtigēter. Tertio dicā ad q̄sitū/vz an oīa itelligat certitudinaliter.

Quantum ad primum pono quatuor ɔclusiōes.¶Prīa ē:q̄ si de⁹ ñ itelligeret vno actu oīa sz diuersis diuersa/act⁹ hmōi essēt a diuīa essētia realit̄ disticti.¶Hec appet.qz exceptis diuinis psonis oīa pr̄a alia ī re extra sūt disticta realit̄ ab ipa essentia diuina.nec eñ diuīa essentia vnica ē pr̄a realit̄ q̄ tria supposita.ab oīb⁹ aūt alijs realit̄ ⁊ etiā essentialiter ē disticta.sz si hmōi diuersi actus intelligendi ponerentur in deo/distinguerentur a psonis omnibus simul sumptis.ergo ⁊c. ¶Minor vz q̄ distinguerent̄ a personis/est euidēs:quia plures es

sent realiter q̄ persone. tot em̄ essent quot obiecta intellecta. vel esto q non saltē essent plures q̄ tres/tales etiā existerent ⁊ sic inter se differrent q per vnum deus intelligeret vnum obiectum ⁊ per alium alterum: qđ non potest dici de personis. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia si de⁹ intelligeret diuersis actibus diuersa / omnes tales act⁹ essent formaliter in qualibet psonarum tanq̄ illa quibus intelligeret omnia quelibet persona. sed nulla psona intelligit nec vult oībus alijs nec vna earum: ergo actus huiusmodi oēs essent ab ipsis psonis distincti: ⁊ per cōsequens ab essentia: cuz essentia ipsa a solis psonis sit realiter indistincta: ⁊ etiam totaliter in re extra. ¶ Secūda conclusio est q si deus intelligeret diuersa diuersis actibus intelligendi/etiam vellet ipsa diuersis actibus volēdi: qui essent ab ipsa diuina essentia consimiliter distincti sicut ipsi actus intelligendi. ¶ Hec quantum ad primam partem apparet. quoniā actus volendi non est illimitatior q̄ sit actus intelligendi: nec vnus actus volendi vel nolēdi potest ad plura obiecta se extendere q̄ vn⁹ actus intelligendi. omne em̄ volitū vel nolitū potest esse intellectū: ⁊ quotcūq; obiecta sunt volita vel nolita vno actu totidem possunt esse intellecta similit̄ vno actu. sed si deus intelligeret diuersis actibus diuersa/hoc esset q̄a nullus eoꝝ vz talium actuū diuersoꝝ per se sufficeret ad illa obiecta omnia agnoscēda: ergo nec oīa possent esse volita vel nolita per eundem actum. ¶ Cōfirmat̄. q2 aut hmōi actus intelligendi vt supponit̄ diuersi essent idē cū actib⁹ volendi/aut nō. si sic: ergo quot essent actus intelligēdi/⁊ volendi. si non: idem seq̄tur: cum vt dictū est act⁹ intelligēdi vnus non possit esse plurium obiectoꝝ q̄ vn⁹ actus volendi. q̄re ⁊c. ¶ Secunda pars cōclusionis vz q tales plures actus volendi essent ꝯsimiliter distincti ab essentia sicut plures actus intelligēdi/appet eisdē rōnibus q̄bus pbata est ꝯclusio prima supra. ¶ Tertia cōclusio est: q deus itelligit oīa vnico actu. ¶ Hec pbat̄ quia intelligēs actu eq̄ illimitato sicut est illimitata sua intellectiua potentia/nō min⁹ eodē actu q̄ eadē potētia itelligit oīa. ¶ Hoc appet. nō em̄ magis vna potētia sensitiua vel q̄cūq; alia cognitiua q̄ vnic⁹ actus cognitiu⁹ pōt esse respectu oīm cognoscibiliū obiectoꝝ nisi ꝓpt̄ illimitationē potētie cognitiue respectu oīm obiectoꝝ/⁊ limitationē act⁹ cuiuslibz ad determinatū obiectū. sz act⁹ q̄ itelligit de⁹ ē eq̄ illimitat⁹ sicut ei⁹ itellect⁹. Mō pbat̄ q2 aut ē idē cū eo/aut nō. Si primū/habet̄ ꝓpositū. si aūt detur secūdū/vz q act⁹ hmōi sit distict⁹ ab intellectu diuino/idē seq̄t̄. qm̄ nihil ipfectū nec p ꝯñs ipfecti⁹ pōt eē in deo ⁊ essentialit̄ ipe de⁹. sz actus q̄ de⁹ itelligit ē ab ipo essentialiter indistict⁹: ⁊ per ꝯñs essentialit̄ ver⁹ deus. ğ non est ipfectior seu limitatior q̄ intellect⁹ seu ipse de⁹. q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q2 si de⁹ nō oīa intelligeret vno actu sed diuersis diuersa: nec intelligeret neq; vellet p seipsū sed tm̄ p aliq̄d sibi additū ⁊ a se distictū vt i pcedētib⁹ cōclusionibus ē pbatū. sed hoc ē falsuz. nō em̄ intelligit nec vult se nec alia aliq̄ mediāte alio a seipso. ğ ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: q actus q̄ intelligit deus est ab ipso indistinctus totaliter i re extra. ¶ Hec apparet. qm̄ intelligens vel volens per actum a se distinctū nō codez actu intelligit ⁊ vult oīa: sed deus vt dictū est vnico actu intelligit ⁊ vult oīa vz tam seipsum q̄ qđlibet aliorum. ğ ⁊c. ¶ Maior apparet. null⁹ em̄ actus vnic⁹ cognitiu⁹ a cognoscēte distinct⁹ ē eq̄ illimitatus ⁊ indeterminat⁹ sicut cognoscēs ad oīa obiecta cognoscibilia cognoscēda quare ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q2 in diuinis nulla est in re extra diuersitas nisi tm̄ iter personas: sed ꝯstat q diuina essentia ⁊ eius notitia non distinguūt̄ nec se habēt sicut psone seu diuina supposita. ğ ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad idez eque impossibile ⁊ cōtradictionē iplicās est diuinā essentiam non esse sapientiam q̄ deus intelligit oīa sicut essentiam non esse essentiā/vel sapiētiam nō esse sapiētiā. ğ nō plus distinguit̄ diuina sapiētia seu notitia ab essentia q̄ essentia a seipsa. ¶ Antecedēs apparet. qm̄ nisi esset eq̄ impossibile diuinā essentiā nō eē suā sapiētiā sicut ipsam non esse essentiā/seq̄retur q sapientia diuina non esset eq̄ necesse esse: nec per ꝯñs eq̄ pfecta sicut essentia. hoc aūt est impossibile. nō em̄ essentia est magis necesse esse nec pfectior q̄ sua sapientia. ğ ⁊c. ¶ Cōseq̄ntia est euidēs. quia nihil a diuina essentia distictū in re extra est eq̄ necesse eē nec perfectū sicut diuina essentia: nec est ipsa diuina essentia. vnde si relatio originis distingueret̄ ab essentia in re extra: nec esset eq̄ perfecta nec necessaria sicut ipa: nec ēt esset ipsa vt alias ostensum est. ğ ⁊c. ¶ Confirmat̄. q2 non minus actus quo deus intelligit ⁊ vult omnia est ipsi idē q̄ illud q̄ operatur ipsa. sed deus opatur oīa ⁊ potest i qđcunq; possibile p seipm̄ nō per actum a se distinctū: ergo ⁊ sic intelligit ⁊ vult oīa. quare ⁊c. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniam deus seipsum tantum non aliquid aliud intelligit necessario. sed si omnia intelligeret vno actu a se indistincto/eque necessario intelligeret alia omnia vt seipsum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia intelligens actu vnico a se indistincto omnia/vniformiter itelligit ipsa. sed deus non vniformiter intelligit omnia ergo ⁊c. ¶ Minor apparet primo. quia vt dictum est necessario intelligit ⁊ vult seipsum: contingenter autē qđlibet aliorum. Secundo: quia ab eterno intellexit seipsū vt actualiter existentem. alia autem existentia vt existētia nō intellexit ab eterno sed ex tempore/sicut ⁊ temporaliter non eternaliter extitere. per actum autem intelligendi eternum non videtur posse intelligi aliquid ex tempore. ergo ⁊c. ¶ Ad primum dico q sicut per deum intelligere semetipsum non importatur aliquid a deo distinctū: ita nec per illā/deus intelligit ens creatū vel creabile/importatur nisi tantum deus ipse ⁊ obiectum per eū intellectum: cum quo tamen stat q quia res alia a deo itellecta vt futura potest non euenire: vel intellecta vt existens non existere: vel esse futura que intelligitur vt non futura: ideo omnis res a deo alia est contingenter intellecta: cum posset aliter intelligi q̄ intelligatur. sicut res intellecta vt futura potest intelligi vt non futura: cum possit non fieri: et intellecta vt non futura possit intelligi vt futura cum possit fieri: et intellecta vt existens vt non existens/et econuerso nulla mutatione existente in actu intelligendi diuino sed tantuz in obiecto intellecto ¶ Tunc ad argumentum in forma quando dicitur i maiori q deus non intelligit aliquid a seipso distinctum necessario sed tantummodo contingenter/concedo intelligendo modo preexposito illud intelligi contingenter qđ intellectum vno modo potest intelligi alio modo. quia enim quodlibet ens a deo distinctum ē variabile: et quot modis est variabile tot modis est intelligibile: ideo dicit̄ vt hoc modo vel alio intellectum contingenter esse ⁊ nō necessario intellectum. ¶ Et quando additur in minori q si vno actu intelligeret omnia: eque necessario intelligeret ipsa: Dico q hec est falsa. non enim minus per actum necessarium vnicum a se indistinctum potest de⁹ intelligere omnia q̄ ea producere contingenter. sed constat q omnia creata causat et conseruat contingenter per creationis actum a se totaliter indistinctū. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia non minus potest deus eodē actu a se idistincto intelligere se necessario ⁊ alia contingēter q̄ creare alia ⁊ nullo modo seipsum. sed constat q actus creationis quo deus creat omnia ē ab eo indistictus/vt ostendetur in prima distinctione secundi libri: nec tamen deus dicitur creare se sz alia. ğ ⁊c. ¶ Ad cōfirmationē cōsimilit̄ ē dicēdū. nec valet qđ addit̄ vltimo qñ dicitur q

per actum intelligēdi eternū nō potest aliquid intelligi ex tēpore. hoc enim si est verū/ nō est verū nisi de actu intelligēdi ab intelligēte distincto qual' est intellectio creature rationalis: nō aūt de intellectione a substantia intelligētis totaliter indistincta qualis est intellectio diuina. cū em̄ deus eodē actu vz p solam suā essentiā oīa intelligat ⁊ pducat/p ꝯñs nō minus poterit p essentiam licet eternā aliquid nouiter intelligere q̄ nouiter ipm̄ pducere seu in esse ponere. sed constat scđm esse possibile ⁊ de facto. deus eniz licet eternus produxit ex tēpore oīa. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est vidē

dum an deus intelligat omnia contingenter an necessario/licet appareat ex pcedētibus quid dicēdum: ad maiorem tamē euidētiam est sciēdū q deum intelligere aliquid contingēter potest intelligi dupliciter. Uno modo q intelligat contingēter contingētia actus intelligēdi vz quia actus ipse est cōtingēs potēs existere ⁊ nō esse. Alio modo q intelligat contingēter cōtingētia se tenēte nō ex parte actus intelligēdi/sed ex pte ipsius obiecti intellecti: q2 vz obiectū itellectū est ꝯtingēs fieri seu eē possibile ⁊ non esse: ⁊ ita variabile/ ⁊ p ꝯñs diuersimode intelligibile.

Hoc premisso & supposito vt satis cui

libet p se noto/pono q̄tuor cōclusiones. ¶ Prima est: q deus intelligit se necessario nō ꝯtingēter ꝯtingētia act⁹ intelligēdi nec etiā obiecti intellecti. ¶ Hec appet. quia ens simplr̄ necessariū nō est cōtingēs formalit̄ lz virtualiter: q2 entis cōtigētis pncipiū pductiuū. sed cōstat tā deū q̄ etiā ei⁹ intelligēdi actū ab eo idistictū eē simplr̄ et formaliter necessariū: lz cōtigētiū oīm possibilium sit principiū pductiuū. ğ nec cōtigētia act⁹ intelligēdi nec obiecti intellecti deus cōtigēter sed mere necessario intelligit semetipm̄. ¶ Cōfirmat̄. q2 nec act⁹ diuini intellectus nec ipe deus pōt nō eē. ipossibile etiā est deū nō esse a se intellectum. ğ ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc forsitan arguet̄: qm̄ aut deū intelligere semetipm̄ iportat aliq̄d pter eū/ aut nō. si aliq̄d a deo distictū/tale nō est necessariū: cū oē a deo distictū sit ens possibile seu cōtigēs vt supi⁹ fuit dictū. si aūt nō iportat aliq̄d ab eo distinctū: ğ nō magis est q̄rēdū an deus intelligat semetipm̄ q̄ an deus actualiter sit existens: sicut nec supposito q deum intelligere ens creatū iportet aliud q̄ deū ⁊ ens creatū/oportet q̄rere an deus intelligat ens creatū magis q̄ an deus sit ⁊ i simul ens creatū. hoc aūt est falsum. q2 ⁊ multi phi nō negātes deū existere ⁊ qđlibet ens creatū/negauerūt deū intelligere ens creatū. ğ ⁊c. ¶ Ad hoc respōdeo cōcedēdo q nec deū intelligere seipm̄ iportat aliq̄d a deo distinctū nec deū intelligere ens creatū iportat nisi tātum deū ⁊ obiectū creatū intellectū: cū deus nec se nec alia intelligat aliquo mediāte alio sed tm̄mō semetipso. Nec tm̄ ex hoc sequit̄ qđ ifert̄: vz q nō sit q̄rēdū an deus itelligat se ⁊ alia magis q̄ an de⁹ sit ⁊ qđlibet ens creatū: sicut licet esse deū nō sit aliud i re q̄ eē patrē ⁊ filiū ⁊ spiritum sanctū: cū relationes oēs originis seu psone sint idistīcte ab essentia totaliter i re extra: tm̄ sciēs rē illā increatam esse deū: nō sequit̄ q sciat ipsam esse patrē/filiū/⁊ spiritū sanctū. ꝓpter qđ intelligēs ipsam esse deū hoc est talē q̄lem nomē vel cōceptus deitatis iportat: ⁊ ignorās ipaz esse talē q̄lis p patrē filiū ⁊ spiritū sanctū iportat̄: pōt q̄rere an deus sit pater filius ⁊ spirit⁹ sanctus: vel an de⁹ sit sapiēs/itelligēs ipz deū ⁊ nesciēs eū esse sapiētē: hoc est talē qualis p conceptū sapiētie iportat̄. qđ fieri vtiq; pōt/licet deus nō alio ⁊ alio i re extra sit deus ⁊ sapiens sed seipo. ꝯsilr̄ in ꝓposito est dicēdū: vz q licet deus nō intelligat se nec alia nisi tm̄mō p seipz/nec p ꝯñs deū intelligere aliq̄d sit aliud i re extra q̄ deus ⁊ res itellecta: tm̄ pōt deus itelligi ab aliquo absolute ⁊ qđlibet ens creatū nō intelligēte an deus intelligat semetipm̄ ⁊ qđlibet intelligibiliū alioꝝ. q̄re ⁊c. ¶ Scđa conclusio est: q nec deus itelligit alia a se ꝯtigēter ꝯtigētia act⁹ itelligēdi. ¶ Hec est euidēs ꝯsilr̄ sicut prima. qm̄ vt dictū est i articulo pcedēti/eodē actu a se idistīcto deus intelligit se ⁊ alia. quē q̄dē actū ꝯstat eē necessariū/nec p ꝯñs cōtigētē. q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q2 oīs actus itelligēdi ꝯtingens nō necessarius ē forā accn̄talis. sed ꝯstat q p talē actū non intelligit deus: sed tm̄ creatura rationalis. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc forsitā arguet̄. q2 nō magis deus oīa itelligit q̄ velit vnico actu tm̄. sz nō videt̄ velle seu diligere oīa vno actu a se idistīcto cū diligat ineq̄liter diuersa/ et vno actu dilecta equaliter videant̄ eē dilecta. ergo ⁊c. ¶ Responsio. cōcedo maiorē: vz q ita diligit sicut ⁊ intelligit deus oīa vno actu: quo nō obstāte nō diligit eq̄liter/sed ineq̄liter. ⁊ ideo falsuz est qđ assumit̄ i minore qñ dicit̄ q dilecta vno actu eq̄liter sunt dilecta. nō em̄ min⁹ pōt deus diligere vno actu ineq̄liter diuersa q̄ vno actu vnū odire ⁊ aliū diligere. sed cōstat q actus quo de⁹ vult damnatos dicit̄ odiū ꝓpter penā eis volitā/⁊ idē act⁹ vt trāsiēs sup beatos dicit̄ amor ꝓpter rōnē ꝯtrariā: vz ꝓpter gloriā eis collatā. eodē aūt actu vult ⁊ cōfert deus beatis gloriā/⁊ damnatis penam/⁊ alijs maiorē/⁊ alijs minorē: illos q̄bus cōfert maiorē penā dicit̄ magis odire et eos q̄bus maiorē gloriā magis diligere: alios aūt minus q̄bus minorē. vnde deū istū plus q̄ aliū diligere non est nisi deum isti maius bonū q̄ alteri velle seu cōferre: sicut plus odire est maius malū inferre. sed cōstat q eodē actu a se indistīcto vult pmia inequalia beatoꝝ ⁊ supplicia cōsilr̄ inequalia damnatoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Tertia cōclusio est: q deus intelligit qđcūq; possibile a se distinctū vl̄ distinguibile cōtingēter cōtigētia se tenēte ex pte ipsi⁹ obiecti cogniti. ¶ Hec est euidēs. qm̄ cōstat q oē diuersimode itelligibile diuersitate se tenēte ex pte ipsi⁹ obiecti intellecti/nō aūt ex pte actus itelligēdi/itelligit̄ cōtingēter cōtigētia obiecti vt taliter magis q̄ aliter itellecti. ¶ Hoc appet. q2 qđ vt intellectū taliter pōt intelligi aliter/intelligit̄ sic vel aliter contingēter. sed diuersimode intelligibile sic se habet q licet sit intellectū de facto taliter: est tm̄ intelligibile aliter: alias nō eēt intelligibile differēter. ergo sequitur ꝓpositū: vz q oē intelligibile differēter diuersitate obiecti nō actus intelligēdi intelligit̄ cōtingēter ꝯtigētia obiecti: vt vz obiectum ipm̄ est taliter magis q̄ vt aliter itellectū. sed oē possibile a deo distictū vel distiguibile est hoc mō diuersimode intelligibile. ¶ Hoc appet. q2 tale aut est psens aut futurū aut nec futurū nec psens/ q2 nec ē factū nec fiēdū. sed quodcūq; istoꝝ ē intelligibile differēter a diuino intellectu. qm̄ qđ est existēs seu actu psens/⁊ p ꝯñs a deo itellectū vt existēs/ pōt nō eē/⁊ p ꝯñs est a deo itelligibile vt nō existēs. illud etiā possibile qđ ē futurū/⁊ p ꝯñs itellectū a deo vt fiēdū/posset nō fieri: sicut ecōuerso posset fieri illud qđ nūq; est fiēdū. ğ ⁊ itellectū vt fiēdū ē intelligibile a deo vt nō fiēdū/⁊ ecōuerso itellectū vt nō fiēdū pōt intelligi vt fiēdū. q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q2 deus intelligit oē existēs eē existēs/futurū esse futurū/⁊ possibile nō futurū nō eē futurū. sed existēs pōt nō existere/⁊ qđ ordinatū est ab ipso eē futurū/nō euenire ⁊ euenire/seu fieri qđ nō fieri fuerat ordinatum/ ipo deo sic volēte. nō em̄ q2 ab eterno voluit vniuersum fieri/ideo vniuersum fuit factū necessario absolute: sed tm̄ necessitate ꝯñtie: vz stāte diuina volitione. hoc aūt añs nō fuit necessariū: sed contingēs. nō em̄ deus necessario sed cōtigēter voluit ⁊ statuit fieri vniuersuz. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc forsitan argue

tur.quia cum dicitur ꝙ deus intelligit ens possibile cō-
tingēter: aut intelligitur ꝙ deus sic ip̄m contingēter in
telligit ꝙ potest nō intelligere: aut ꝙ obiectum intelle-
ctum est contingēs.sed primū nō videtur esse cōcedēdū.
nō enim potest esse aliquod ens creatum a deo nō intelle
ctum ⁊ volitum.nec scḋm:quia tunc idē esset dicere/deus
intelligit creaturam cōtingēter:⁊ dicere ꝙ creatura ip̄a
est ens cōtingēs.qḋ nō est verum.nō enim est dubiū quin
sit ens cōtingēs quodlibet ens creatū.est tñ dubiū an sit
a deo cōtingēter vel necessario intellectū.ergo ⁊c.¶Ad
hoc dicēdū est ꝙ licet oē ens creatū ꝗdiu est existēs sit
a deo necessario intellectum ⁊ volitū/vt dicetur in cōclu
sione sequēti:nō tñ simpliciter absolute est necessario in-
tellectum:sed cōtingēter taliter intellectū puta vt exi-
stēs: cū possit nō existere/⁊ ꝑ ꝯñs sit aliter intelligibile.
Et ideo cōcedēdū est ꝙ sic cōtingēter deus ītelligit qḋ
libet possibile ꝙ potest ipsum non intelligere illo modo
quo ip̄m intelligit/⁊ intelligere aliter. an aūt possit non
intelligere ip̄m aliquo modo/dicetur in alia questione.
quare ⁊c.¶Quarta ⁊ vltima conclusio est:ꝙ deus non
tm̄ seipsum intelligit necessario sed etiam aliquo modo
alia a se distinguibilia vel distincta. Uoco aūt hic entia
a deo distincta oīa creata.distinguibilia aūt possibilia nō
dū facta.qḋ eñ nihil ē a nullo distingui pōt.¶Hec con-
clusio sic intellecta ꝓbatur.Et primo de entibus creatis
a deo distīctis:vez ꝙ talia ꝗdiu existētia sint a deo vt exi
stētia necessario intellecta.qm̄ nullū ens est possibile fie
ri nec factū cōseruari seu existere nisi deo mediāte ad hoc
vel totaliter causaliter vel principaliter opante. ¶Hec
declarabitur in scḋo vbi ostēdetur ꝙ nulla causa secūda
potest in effectū aliquē sine prima. sed oē a deo factum
vel cōseruatum est ab eo volitū ⁊ intellectū.nō eñ igno-
rat deus aliquid eorū que causat vel conseruat: cum nec
deū rē causare vel cōseruare sit aliud ꝙ̄ deū velle rē fieri
et cōseruari.ipso eñ volente ⁊ nō aliter sunt facta omnia
que sunt facta.iuxta illud ps̄. Ipse dixit ⁊ facta sunt:ip̄e
mandauit ⁊ creata sunt.ergo ⁊c.¶Cōfirmat̄.quia deus
agit ad extra rōnabiliter ⁊ artificialiter. sed oē sic agēs
est effectum quē produxit intelligēs ⁊ volens:⁊ ꝑ conse-
quēs omnis effectus ab artifice increato productus vel
cōseruatus est ab ip̄o necessario intellectus ⁊ volitus:cū
nec sit ab eo ꝓductus nisi quia volitus.quare ⁊c. ¶Se
cūdo probatur idē de aliis possibilibus nōdū factis sed
fiēdis ⁊ de aliis etiam nō fiēdis:vez ꝙ tam fiēda ꝙ̄ non
fiēda possibilia sint a deo necessario nō tamē simpliciter
sed aliqualiter intellecta:vez supposito ꝙ ista sint fiēda
et alia non fiēda.hoc enim supposito deus necessario in-
telligit fienda esse fienda/⁊ alia possibilia non fiēda non
esse fienda:ita ꝙ est ibi necessitas consequētie: in cuius
consequētie antecedēte vel cōsequēte nō est aliqua neces
sitas absoluta:sed contingētia mera. quia nec fiēda sunt
necessario fiēda/nec alia non fiēda sunt necessario nō fiē-
da:nec ꝑ cōsequēs vt sic necessario absolute: sed tantum
cōditionaliter intellecta/vt fuit etiam dictum supra. Qꝫ
autē supposito antecedēte de inesse vez ista possibilia eē
fienda ⁊ alia non/tam fiēda vt fiēda ꝙ̄ alia vt non fienda
sint a deo necessario intellecta/modo quo est intelligēda
ꝯclusio ista/probatur.quoniā possibilium nō magis vnū
est fiēdum ꝙ̄ alterum:nisi quia a deo vnū fieri ⁊ non alte
rum est volitum seu eternaliter ordinatū. sed omne a deo
fieri volitum seu statutū est vt fiēdum/⁊ omne nō fieri vo
litum vt nō fiēdum a deo intellectum.nec eniz deus vult
incognitum.ergo ⁊c.¶Confirmatur.quia sicut nihil po
test fieri nec factum conseruari seu manere nisi a deo agē
te/⁊ ꝑ consequēs volente:ita ꝙ possibilium vnū sit fiēdū
et non alterū/ hoc non potest cōtingere nisi propter deū
causam omniū volentē seu statuētē fieri vnū ⁊ non alterū
sed vt dictuz est omne volitum est intellectum.ergo deus
necessario intelligit possibile fiēdum vt fiēdum/⁊ nō esse
fiēdum seu futurum alterum non fiēdum.¶Sed contra
hoc forsitan arguetur.quoniā deus nō magis necessario
intelligit neqꝫ vult aliquod possibile/nec existēs/nec vt
fiēdum/nec vt non fiendum:ꝙ̄ vt absolute sumptum. sed
deus non necessario sed mere cōtingēter intelligit quod-
cūqꝫ possibilium vt absolute acceptum. ergo ⁊ similiter
contingēter nō necessario intelligit existēs esse existens
futurum esse fiēdum quodcūqꝫ alterum nō futurū. ¶Ad
hoc potest dici vno modo negando maiorē assumptam.
non enim est simile de possibili intellecto vt absolute sum
pto/⁊ vt existēte vel existere vel non existere debente ac-
cepto.quoniam possibile vt absolute sumptum non depē
det a deo/nec est possibile formaliter propter ipsum/nec
per consequēs oportet possibile sic acceptum existere in
tellectum.secus autē est de possibili sumpto vt actuali-
ter existēte vel vt fiendo vel vt non fiēdo.quoniam omne
existens est a deo ipsum volente ⁊ ꝑ consequēs intelligē
te existere/dependēs/nec potest aliter existere ꝙ̄ a deo in
telligēte ⁊ volēte ipsum existere.consimiliter dico de pos
sibili futuro vel non futuro.quoniam vt dictum est supe
rius/ꝙ vnū possibilium ⁊ nō alterum sit fiēdum/hoc est
quia deus vult ⁊ statuit vnū esse fiēdum ⁊ nō alterum.qḋ
autē est ab ipso volitum/⁊ intellectum.quare ⁊c.¶Se-
cundo potest dici aliter concedēdo ꝙ deus etiam cōtin-
gēter intelligit ens existēs ac futurum ⁊ nō futurum ab-
solute loquēdo:licet intelligat necessario necessitate cō-
sequētie.quoniam nō potest esse ens creatum nō intelle-
ctum vt creatum/nec creandum nō intellectum vt creā-
dum/nec possibile nō creandum nō intellectū vt nō creā
dum.quia tamē existēs potest nō existere ⁊ fiēduz posset
nō fieri/sicut ⁊ ecōuerso nō fiēdū fieri:ideo qḋ deus ītelli
git esse existēs vel esse futurū vel nō futurū/potest nō vt
sic sed aliter intelligere. ergo vt sic intelligit cōtingēter
nō necessario necessitate absoluta:sed aliqua alia vez ne
cessitate cōsequētie vt dictum est supra.quare ⁊c. ¶Hec
de secundo.

Quantū ad tertium & vltimum:vbi est

respondēduz ad quesitū/apparet ex declaratis in p̄cedē
tibus quid dicēdū.¶Ad maiorē tñ euidētiā pono qua-
tuor cōclusiones.¶Prima est:ꝙ deus intelligit oē pos
sibile absolute.¶Hec apparet.qꝛ intelligens omne pos-
sibile sicut est intelligit oē possibile absolute.sed cū deus
intelligat vt dictū est in p̄cedētibus/oē existens existere
possibile fiēdum vt fiēdū: ⁊ vt nō fiēdū oē aliud nō fiēdū/
per ꝯñs intelligit ⁊ ab eterno intellexit oē possibile si-
cut est.ergo ⁊c.¶Confirmat̄.quia vt dictū est supra:nul
lum possibile seu contingēs est existēs nec futurū nec nō
futurum:nisi quia vt sic est a deo volitum ⁊ intellectum.
ergo ⁊c. ¶Secūda cōclusio est: ꝙ deus intelligit omne
contingēs esse possibile ⁊ nō esse indeterminate de possi-
bili.¶Hec apparet.quoniā licet oē possibile factum vel
fiēdū vel etiam non fiēdum sit determinatione de inesse
determinatū ad alteram partē tantū: est tamē in deter-
minatione de possibili ad vtrāqꝫ indeterminatum: vt in
questione alia fuit dictū.potest enim esse vel nō esse/fieri
vel nō fieri.sed oē possibile eo modo est a deo intellectum
vt possibile quo est possibile.ergo cū sit indeterminate eē
possibile ⁊ nō esse:⁊ sic est a deo intellectū indeterminate
vez nō vt tñ esse possibile nec vt tñ nō esse vel non fieri
possibile sed indeterīate vt esse possibile ⁊ nō esse. q̄re ⁊c.
¶Cōfirmat̄.qꝛ deus ītelligit vnūquodqꝫ sicut est intelli
gibile.sed cōstat ꝙ ens possibile seu cōtingēs est ītelli-
gibile nō tātū seu determīate vt possibile fieri: nec tātū
vt possibile nō fieri:sed indeterminate vt possibile fieri ⁊

possibile nō fieri siue esse.ergo ⁊c.¶Tertia ꝯclusio est ꝙ
deus intelligit oē possibile determinate de inesse.¶Hec
appet.qꝛ oē possibile est hoc mō vez deteriatiōe de inesse
deteriatū:vez vnū ad nō essendū ⁊ alterū ad essendū/vt ī
q̄stione alia fuit dictū.sed oē de inesse deteriatū est eē de-
teriate ītellectū a deo deīminate ip̄m ad alterā ptē tm̄.
ergo ⁊c.¶Cōfirmat̄.qꝛ nec possibile fiēdū est ad fieri de
teriatū/nec nō fiēdū ad nō fieri nisi a deo. sed deū deteria
re hoc eē fiēdū ⁊ alterū nō fiēdū/ nō ē aliud ꝙ̄ deū ip̄z vel
le hoc fieri ⁊ nō illud.ḡ oē deteriatū ad essendū vel ad nō
essendū vel fiēdū ē a deo volitū/⁊ ꝑ ꝯñs ītellectū.q̄re ⁊c.
¶Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est:ꝙ deus ītelligit certitu
dinaliter oē possibile. ¶Hec appet.qꝛ cū notitia pfecta
nō pōt eē aliqḋ dubium ī cognoscēte/⁊ ꝑ ꝯñs oīs cogno-
scēs notitia pfecta aliqḋ obiectū cognoscit īdubitant̄ ⁊
ꝑ ꝯñs certitudinalit̄ ip̄z.sed deꝰ cognoscit oē possibile no
titia pfectissima a sua essentia īdistīcta.eadē eñ notitia
cognoscit oīa.est eñ diuina essentia notitia ītuitiua vni
ca tā suipsius ꝙ̄ omniū possibilium alioꝝ.ḡ ⁊c.¶Cōfir-
mat̄.qꝛ cognoscēs effectū sibi vez cognoscēti possibilē ⁊
a nullo alio impedibilem/certitudinaliter cognoscit ip̄z
sed oē possibile pōt a deo fieri/nec pōt ab aliquo alio īpe
diri.ḡ ⁊c.¶Maior appet.qꝛ volēs effectū possibilē fieri
vel nō fieri volitione efficaci ad quā sequit̄ ineuitabiliter
oē volitū/certitudinaliter seu indubitant̄ cognoscit ip̄z.
¶Hoc est euidēs.ꝙ eñ aliqs cognoscēs aliqḋ possibile
vt futurū vel vt nō futurū cognoscat nō certitudinaliter
sed dubitant̄ ip̄m/hoc ē qꝛ qḋ apphēdit eē futurū pōt ne
eueniat īpediri:⁊ qḋ apphēdit nō esse futurū pōt ab alio
fieri.sed qḋ est a deo volitum seu deteriatū vt fiat nō pōt
ab alio īpediri/nec qḋ est deteriatū seu volitū vt non fiat
potest ab aliquo alio fieri:sed esse a deo volitū sequit̄ ne-
cessario vt ē volitū seu deteriatū.ergo ⁊ certitudinaliter
est cognitū.¶Sed ꝯtra p̄dictas duas cōclusiones vlti-
mas forsitā arguet̄.qm̄ illud qḋ nō est ī se verū nō pōt de
terminate nec certitudinaliter intelligi ab aliquo intelle
ctu ꝓtūc/ꝑ qm̄ vez nō est verū. sed futurū cōtīgēs a diui
na volūtate libere agēte simplr̄ depēdēs nō est in se deter
mīate verū.nō eñ pōt assignari ratio q̄re magis sit vera
vna ps ꝙ̄ alia:⁊ ita vel ē vera vtraqꝫ pars vel neutra.sed
vtraqꝫ nō pōt esse vera.ergo neutra:nec ꝑ ꝯñs potest in-
telligi determinate altera.¶Ad hoc dicēdū est ꝙ minor
est falsa.futurū eñ cōtingens licet a diuina volūtate de
pēdēs est determinate verū:qꝛ ab ip̄a diuina volūtate cō
tingenter ad vnā ptē vez ad essendū determinatū:sicut ⁊
possibile non futurū ad nō essendū. Et ideo falsum est qḋ
dicit̄ quādo addit̄ ꝙ nō potest aliqua ratio assignari q̄re
magis sit vera vna pars ꝙ̄ alia.ideo eñ oīm possibilium
vnū est futurū/⁊ nō alterū:qꝛ vnū fieri ⁊ nō alterum est a
deo volitū seu statutū.⁊ ideo licet qōlibet possibiliū pos-
sit fieri ⁊ nō fieri:qꝛ nec determinatione de possibili est de
terminatū sed indeterminatū:determinate tñ vnū possi-
biliū fiet seu eueniet de inesse/⁊ nō alterū: quia ⁊ sic est a
deo volitū seu determinatū.quare ⁊c.¶Sic ad q̄stionē.
¶Ad rationē in principio quādo dicitur ꝙ intelligens
aliquid esse futurum qḋ potest non fieri/vel nō esse futu
rum qḋ potest fieri:nō ītelligit illud certitudinaliter nec
immutabiliter:Dico ꝙ falsum est: dū tñ intelligat illud
consimiliter vez tanꝙ̄ illud qḋ pōt fieri ⁊ nō fieri. omnis
eñ intelligens possibile fieri ⁊ nō fieri:qḋ tamē de inesse
fiet vt fiēdum/vel vt nō fiēdū qḋ nō fiet: potest ip̄suz cer
titudinaliter intelligere/⁊ sic intelligit. si pfecte ītelligit
sed deus omne possibile ītelligit perfecte vt illud qḋ po
test fieri ⁊ nō fieri:⁊ ea que de facto eueniēt/licet contin-
gēter/intelligit vt fienda:⁊ alia que videlicet nō eueniēt
licet euenire possent/intelligit vt nō fienda licet vt fieri
possibilia.ergo ⁊c.

Circa distinctionē trige
simānonā:in qua Magister deter
minat de īmutabilitate:ondēs ꝙ
diuina sciētia est vlr̄ respectu cu-
iuscūqꝫ ītelligibil̄/nec est ītēsibil̄
nec remissibil̄: Quero p̄mo vtrū
diuina scientia fuerit necessario
oīz intelligibiliū ab eterno. ¶Et
videtur ꝙ sic. qꝛ sciētia vna qua sunt cognita ab eterno
oīa cognoscibilia/ē necessaria ⁊ indifferēter oīm nō ma
gis vnius ꝙ̄ alteriꝰ ab eterno.sed diuina sciētia qua deꝰ
intelligit oīa/est vnica.ergo ⁊c.¶Cōtra.qꝛ oīa facta po
tuerūt nō fieri ⁊ alia nō facta fieri.ergo ⁊ q̄ fuerūt ītelle-
cta a deo vt fiēda potuerūt intelligi vt nō fiēda:⁊ q̄ fue-
rūt intellecta vt nō fiēda potuerūt intelligi vt fiēda. nec
per ꝯñs diuina scientia fuit necessario omniū ab eterno.
¶Respōsio. vbi sic ꝓcedā.Primo eñ inquirā an deus
possit scire plura ꝙ̄ sciat. Scḋo ex hoc dicā ad quesitū:
vez an ipsa diuina scientia sit necessario omniū intelligi
bilium ab eterno.

Quantū ad primū est sciendū ꝙ scire

dupl̄r pōt sumi:vez large ⁊ stricte. Primo mō vez vt lar-
ge sumptū/idē est qḋ ītelligere qḋcūqꝫ intelligibile abso
lute siue ip̄z obiectū intellectū sit possibile siue īpossibile
siue verū siue falsum/siue complexum siue incōplexū/cō
tingēs vel necessariū. Scḋo aūt mō:vez stricte sumptum
respicit tm̄ verū.nō eñ intelligit̄ falsum.⁊ hoc est scire ꝓ
prie sumptū. ¶Hoc p̄misso dicitur hic. Primo ꝙ deus
nō pōt scire plura ꝙ̄ sciat accipiēdo scire primo mō: vez
large. Scḋo:ꝙ nec etiā pōt scire plura ꝙ̄ sciat:accipien
do scire scḋo mō:vez ꝓprie. Tertio: ꝙ nō pōt scire aliq̄d
nūc qḋ nesciebat antea:accipiendo scire large. Quarto:
ꝙ pōt scire aliq̄d nūc qḋ nesciebat antea:accipiēdo scire
proprie. ¶Primū ꝓbat̄. qm̄ intelligens oīa tā vera ꝙ̄
falsa possibilia ⁊ īpossibilia nō pōt scire plura ꝙ̄ sciat:ac
cipiēdo sciētiā isto mō.sed deꝰ ab eterno nouit oīa. ḡ ⁊c.
¶Confirmat̄.qꝛ oīs nūc sciēs plura ꝙ̄ antea ignorauit
prius aliq̄.sed deus nūꝙ̄ ignorauit aliq̄:ergo nec potuit
scire plura.¶Scḋm vez ꝙ nec etiā possit scire plura ac
cipiēdo scire scḋo mō:vez ꝓprie:probat̄.qm̄ cū semꝑ cu-
iuscūqꝫ ꝯtradictionis vna ps sit vera ⁊ alia falsa:nec pos
sit eē vtraqꝫ vera nec vtraqꝫ falsa/ꝑ ꝯñs non possunt esse
vno tpe ꝙ̄ alio plura vera sicut nec plura falsa. sed semꝑ
fuerūt sunt ⁊ erūt eq̄lia vera.¶Ex hoc pōt argui ad pro
positū.qm̄ cū scire hoc mō sumptū sit ītelligere qḋ est ve
rū/ꝑ ꝯñs intelligens oīa vera nō pōt scire plura ꝙ̄ sciat/
accipiēdo scire hoc mō vez vt est idē qḋ intelligere verū.
¶Hoc appet.qꝛ lꝫ nō semꝑ vera sint eadē: tñ sunt semꝑ
eq̄lia:⁊ ita sciēs oīa q̄ nūc sunt vel ante fuerūt vera/non
pōt scire plura/lꝫ possit scire seu ītelligere alia. sed ꝯstat
ꝙ deus nouit oīa vera.ḡ ⁊c. ¶Cōfirmat̄.qꝛ oē verū aut
est de p̄terito vt ꝙ sortes fuit/aut de p̄senti vt ꝙ sortes ē
aut de futuro:vt ꝙ sortes erit.sed nec aliquid fuit nec est
nec erit:nisi quia a deo volitū/⁊ ꝑ ꝯñs intellectū:nec tm̄
possibilia q̄ sunt fuerūt aut erūt/sed etiā alia nūꝙ̄ futura
sunt a deo vt talia vez vt nūꝙ̄ fiēda volita ⁊ intellecta si-
cut dictū fuit ī distīctiōe.7.ergo ⁊c. ¶Tertiū vez ꝙ nec
deus possit scire aliq̄d nūc qḋ nō sciebat ātea/accipiēdo
scire large: appet.qm̄ deus ab eterno nouit omnia: vez
vera ⁊ falsa/possibilia ⁊ īpossibilia/necessaria ⁊ ꝯtīgētia
sed ab eterno cognoscēs oīa intelligibilia non pōt aliq̄d
nouit̄ cognoscere qḋ nō sciuerit ātea. cognoscēs eñ nūc
aliq̄d qḋ ignorabat antea nō sciebat prius oīa. ergo ⁊c.
¶Quartū ⁊ vltimū vez ꝙ deus possit scire aliq̄d qḋ nō
sciebat ante/accipiēdo scire ꝓprie vez vt est idē qḋ verū

intelligere/probat̃.qꝛ cōstat ꝙ nō semꝑ est vnū ⁊ idē ve-
rū:sed nūc est verum qđ antea erat falsum:⁊ ecōuerso qđ
erat verū antea:est nūc falsum.sicut nūc ista est vera/mū
dus est factus:q̄ prius q̄ꝫ fieret fuit falsa: ⁊ ecōuerso hec
est nūc falsa/mūdus nō est fact⁹:q̄ antea erat vera.sed cū
in diuina sciētia nō sit deceptio neqꝫ error/ꝑ ɔ̄ns de⁹ nec
illa q̄ nō sunt facta intelligit eē facta/nec facta intelligit
nō esse facta.sed facta intelligit esse facta: ⁊ nō facta sed
fiēda intelligit nō eē facta sed fiēda/⁊ nō facta nec fiēda
intelligit ɔsił'r vcȝ nō esse facta nec fiēda.ergo aliqđ verū
intelligit̃ nūc ab eo qđ nō fuerat antea intellectum:vt ꝙ
vniuersum est factū: ⁊ aliqđ verū nūc nō intelligit̃ ab eo
qđ fuerat ab ipso antea intellectū:vt ꝙ vniuersum nō ē
factū.q̄re ⁊c.¶Cōfirmat̃.qꝛ oīs intelligens eē qđ nō est
vel nō eē qđ est fallitur ⁊ mētit̃.sed deus nō pōt falli nec
mētiri.ergo nec rē intelligit aliter q̄ꝫ sit:⁊ ita ꝑ ɔ̄ns ītel-
ligit esse q̄ sunt ⁊ nō esse q̄ nō sunt.q̄re ⁊c. ¶Sed contra
hoc forsitan arguet̃. qm̄ sciēs aliq̄d qđ antea nesciebat
vel nesciēs aliq̄d nūc qđ sciebat tūc/videt̃ eē mutat⁹.sed
deus ac eius sciētia ab ipso totaliter īdist īcta est īmuta-
bil'.ergo nullū verū pōt eē ab eo nouiter ītellectū:nec qđ
fuerat antea intellectū postea ignoratū.q̄re ⁊c. ¶Pre-
terea.qꝛ ad hoc ꝙ deus ītelligat mūdū esse factū nō pl⁹
requirit̃ ꝙ mūdus sit factus : q̄ꝫ ad hoc ꝙ intelligat ab
solute mūdū vel qđlibet ens creatū requirat̃ ꝙ obiectū
intellectū sit aliq̄d ab eo distinctū. sed cōstat ꝙ scđꝫ non
est necessariū: cū ab eterno oīa possibilia/q̄ tū nihil erāt
fuerīt intellecta.g̊ ⁊c. ¶Ad p̄mū dicēdū est ꝙ sicut pro-
pter solā mutationē creature deus dicit̃ nouiter creās ⁊
cōseruās/⁊ qđ nūc cōseruat pōt postea nō cōseruare: ita
cōsił'r in ꝓposito deū nouiter intelligere aliq̄d puta talē
effectū eē/nullā ponit mutationē in deo:sed tm̄ ī obiecto
intellecto.qꝛ sicut deū nouiter creare nō ē aliud q̄ꝫ aliquē
effectū nouiter in esse de nihilo p̄supposito ponere quod
vtiqꝫ sine aliq̄ sui immutatiōe pōt deus facere : ita ⁊ deū
nouiter aliq̄d ītelligere nō est ipm̄ notitiā tāq̄ꝫ aliq̄d ipsi
supueniēs acq̄rere:sed cognitū obiectū nouiter existere.
¶Tūc ad argumētū in forma:dico ꝙ illa maior assum-
pta est vera de illo ītellectu q̄ intelligit mediāte notitia
a se distīcta qualis est oīs ītellectus creatus: nec intelle
ctus creat⁹ nouiter ītelligit nisi illđ cui⁹ notitiā a seipo
et ab ipso cognito distīctā nouiter acq̄rit: ⁊ ꝑ ɔ̄ns omnē
talē intellectū nouiter intelligētē aliqđ obiectū oportet
realiter esse mutatū.nō aūt intellectū intelligētē oīa vni
ca notitia sempiterna a se totaliter īdistincta oportet eē
mutatū ꝓpter aliq̄d ab eo nouiter intellectū/magis q̄ꝫ ꝓ
pter aliq̄d nouiter ab ipso ꝓductū.sed talis intellect⁹ est
increatus.g̊ ⁊c.¶Ad scđm cōcedo ꝙ ad intelligēdū mū
dum eē factū absolute nō req̄rit̃ ꝙ mūdus sit factus: cū
siue sit siue nō sit factus possit intelligi eē factus: qꝛ non
tm̄ verū sed etiā falsum pōt eē intellectū.nō tm̄ aliq̄d non
factū pōt vere licet absolute intelligi esse factū: cū ab eo
ꝙ res est vel nō est oratio siue vocalis siue mētalis dicat̃
vera vel falsa.⁊ ita licet nō existēs possit intelligi absolu
te:qꝛ nec intelligi intellectiōe simplici est veritas nec fal-
sitas:nō tamē pōt intelligi vere sed false eē qđ nō est:nec
nō esse qđ est: cū talis intellectio sit vera qn̄ rei intellecte
cōformis:⁊ falsa qn̄ difformis.q̄re ⁊c.¶Hec de p̄mo.

Quantum ad secundū: vbi est respon-
dēdū ad q̄situ/appet ex p̄cedētibus q̄d dicēdū.cōstat em̄
Primo:ꝙ diuina sciētia fuit oīm scibiliū ab eťno.Scđo
ꝙ fuit eoꝝ necessario aliquo mō ⁊ alio mō nō.Tertio ꝙ
fuit tot veroꝝ ab eterno quot modo. Quarto: ꝙ nec est
mō oīm veroꝝ/nec fuit etiā ab eterno.¶Primū appet.
qm̄ vt dictū fuit supius/deus oīa tā vera q̄ꝫ falsa/tā possi
bilia q̄ꝫ ipossibilia/tā necessaria q̄ꝫ ɔtigētia intelligit mo
do ⁊ intellexit etiā ab eterno.sed nihil pōt esse intelligi-
bile nisi alterū p̄dictoꝝ.tm̄ em̄ sunt ītelligibilia supradi-
cta.g̊ ⁊c.¶Nec valet si cōtra hoc arguat̃. qꝛ de⁹ ab eter
no nō ītellexit vniuersum esse factū:qꝛ īmo hoc fuit ab eo
intellectū/nō vt verū sicut fuit postea ītellectū:sed vt fal
sum . falsum em̄ pōt intelligi vere/⁊ verū false. quare ⁊c.
¶Scđm vcȝ ꝙ diuina scientia sit oīm necessario aliquo
mō ⁊ alio mō nō/fuit declaratū ī distīctiōe p̄cedēti.vt em̄
ibi ꝓbatū est oē existēs vel factū est necessario q̄ꝫdiu ma
net intellectū ⁊ volitū esse:⁊ oē possibile futurū ītellectū
et volitū esse futurū/⁊ alterū possibile nō futurū ɔsił'r in-
tellectū ⁊ volitū nō esse futurū.ergo qđlibꝫ taliū vt sic si
ptū est a deo necessario intellectū ⁊ volitū:nō aūt simpli'r
absolute:cū existēs possit nō existere ⁊ futurum nō fieri ⁊
nō futurū fieri.sed sicut deus necessario intelligit tāq̄ꝫ ve
rū existere qđ existit /eē futurū qđ est fiēdū/⁊ nō esse futu
rū qđ nō est fiēdū:ita ⁊ istis opposita ītelligit tāq̄ꝫ falsa.
ergo ⁊c.¶Tertiū appet ex dictis ī articulo p̄cedēti.cū
em̄ vt ibi dictū est cuiuscūqꝫ ɔtradictionis vna ps sit ve
ra ⁊ alia falsa/ꝑ ɔ̄ns tā vera q̄ꝫ falsa semꝑ sūt equalia/lꝫ
nō eadē sed diuersa.sed diuina sciētia semꝑ fuit omniū ve
roꝝ ⁊ falsoꝝ possibiliū ⁊ īpossibiliū.ergo ⁊c.¶Quartū
et vltimū vcȝ ꝙ nec diuina sciētia est mō oīꝫ veroꝝ quo
rū fuit ab eterno vt veroꝝ/nec econuerso fuit ab eterno
illoꝝ veroꝝ vt verorum quorū est modo/ appet.qm̄ nec
illa q̄ fuerūt vera ab eťno sūt nūc vera sed falsa: sicut ecō
uerso q̄ sunt vera modo fuerūt falsa ab eterno.nūc em̄ est
verū dicere ꝙ vniuersum est factū:qđ ab eterno non fuit
verū:sed oppositū vcȝ ꝙ nō erat factū.sed cōstat ꝙ semꝑ
deus intelligit ⁊ ab eterno ītellexit eē verū qđ est verū:⁊
falsum qđ est falsuꝫ/⁊ ꝑ ɔ̄ns eē facta nūc intelligit q̄ sunt
facta:q̄ ab eterno intellexerat nō eē facta sed fiēda sicut
nec erant facta sed fiēda.ergo ⁊c.¶Sic ad questionem.
¶Ad rationē ī principio apparet solutio ex p̄dictis.nō
em̄ ꝓbat nisi ꝙ diuina sciētia nō est omniū intelligibiliū
cōtingētiū necessario simpli'r absolute: qđ ⁊ verū est. cum
hoc tamē stat ꝙ est ibi necessitas ɔsequētie seu cōditio-
nata vt fuit dictū in distinctione alia.quare ⁊c.

Secundo quero: vtrum diuina
presciētia cōtingētiū futuroꝝ fuerit neces-
saria causa ipsoꝝ.¶Et videt̃ ꝙ sic.qm̄ sciē
tia practica artificis est cā sui opis.sed diui
na p̄sciētia futuroꝝ est notitia practica eoꝝ.g̊ ⁊c. ¶Cō-
tra.qꝛ nō magis notitia practica vr̃ eē cā sui obiecti pra
ctici q̄ꝫ speculatiua sui speculatiui. Illđ etiā ad qđ nō ne
cessario sequit̃ alterū nō est necessaria cā eius.sed nec sciē
tia speculatiua est cā sui obiecti/nec ad sciētiā practicā
cōtingētiū futuroꝝ sequūt̃ necessario neqꝫ fiūt ɔtigētia
ipsa:alias cū oīa a deo eternaliter sint p̄cognita oīa eue-
nirēt necessario:qđ est falsum.g̊ ⁊c.¶Responsio. vbi sic
procedā.Primo em̄ ostēdā ꝙ diuina notitia cōtingētiū
fiēdoꝝ est practica.Scđo dicam ad q̄situm:vcȝ an sit eo
rum causa necessaria.

Quantū ad primū est sciendum: ꝙ vt
fuit declaratū sup prologū in q̄stione vtrū habitus theo
logicus sit practicus an speculatiuus: oīs notitia execu
tionis praxis dictatiua vł' bonitatis eius exp̄ssiua ē pra
ctica.ex quo sequit̃ vt ibi fuit deductū/ꝙ oīs notitia pra
ctica habeat praxim aliquā ꝓ obiecto.oē em̄ ꝑ notitiā di
ctatū vł' exp̄ssum est talis notitie obiectū. sed omnis no-
titia practica est praxis exequende dictatiua vł' bonita-
tis eius expressiua. ergo ⁊c.

Hoc premisso & supposito in prologo
prolixius declarato pono quatuor ɔclusiōes.¶Prima
est:ꝙ opatio dei ad extra vt creatio ⁊ ɔseruatio cuiuslibꝫ
creature est vere praxis.¶Hec apparet.qm̄ non minus
opatio increati artificis q̄ꝫ creati est praxis:sed cōstat ꝙ
oīs opatio artificis creati ad extra vt domificatio est ve
re praxis:a qua ⁊ artifex ipse dicit̃ practicus.g̊ ⁊c.¶Cō
firmat̃.qꝛ oīs artifex est practicus.sed de⁹ est oīm arti-
fex increatus.ergo est practicus respectu ipsoꝝ/⁊ ꝑ ɔ̄ns
ꝓductio vel conseruatio eoꝝ dicit̃ vere praxis. ¶Scđa
cōclusio ē.ꝙ hmōi opatiōis ad extra p̄dicte q̄ ē praxis/
aliqua notitia est practica ⁊ alia speculatiua.¶Hec ap
paret.qm̄ vt dictū fuit in ꝓlogo in q̄stione p̄dicta/lꝫ oīs
notitia sit praxis vt obiecti:nō tm̄ oīs notitia q̄ ē praxis
vt obiecti est practica:cū de praxi possit eē notitia tā pra
ctica q̄ꝫ speculatiua . est em̄ practica illa q̄ est vel execu-
tionis praxis dictatiua/vel bonitatis executiōis exp̄ssi-
ua.Speculatiua aūt dicit̃ eē illa q̄ est absolute de praxi
ipsam exequēdā nō dictās/nec ꝙ eā exequi sit bonū ex-
plicās.sed cōstat ꝙ de opatione dei ad extra pōt haberi
ista duplex notitia:vcȝ dictatiua ipsius exequēde:vł' bo
nitatis executionis expressiua:⁊ alia absoluta:sicut ⁊ de
alia omni praxi.g̊ ⁊c.¶Cōfirmat̃ ꝑ exēplū de motu celi
quē aliter ɔsiderat angel⁹ ⁊ aliter naturalis phs. ange-
lus em̄ ɔsiderat ipm̄ vt a se exequēdum.⁊ ideo eius noti
tia de ipso habita est practica.naturalis aūt phs non sic
ipm̄ cōsiderat: sed absolute vt ei⁹ naturā speculet̃ nō vt
ipm̄ exequat̃.⁊ ideo eius notitia dicit̃ speculatiua.cōsił'r
de opatione dei ad extra cuiuscūqꝫ possibił' a deo opabi-
lis pōt dici.quare ⁊c.¶Ex p̄dictis duab⁹ ɔclusiōib⁹ ap
paret falsitas quorūdā dicētiū ꝙ sciētia quā habet de⁹
de sua essentia est practica.qm̄ vt dictū est/licet de praxi
sit notitia speculatiua:nō tm̄ notitia practica pōt eē nisi
de praxi:cū oīs notitia practica vt p̄dictū ē supra/sit exe
cutionis praxis dictatiua vel bonitatis executiōis exp̄s
siua.sed cōstat ꝙ diuina essentia nō est praxis: cū sit ne-
cesse esse.g̊ nec pōt esse obiectū notitie practice/sed spe-
culatiue.q̄re ⁊c.¶Sed ɔtra hoc doctor ille q̄ est opinio
nis p̄dicte arguit.Primo.qꝛ deus se diligit sicut se eē di
ligēdū cognoscit:ita ꝙ si ꝑ īpossibile se aliter diligeret/
talis ei⁹ dilectio īordinata existeret.sed oīs talis cogni-
tio dilectiōis dictatiua est practica.g̊ ⁊c.¶Scđo.qꝛ oīs
cognitio prior actu volūtatis/ cui ⁊ act⁹ volūtatis si est
rectus necessario habet eē cōformis/est practica.sed co-
gnitio dei de sua essentia est hmōi.ergo ⁊c. ¶Ad primū
cōcedo ꝙ deus se diligit sicut se esse diligēdū cognoscit.
hmōi tm̄ dilectio eius est cū ei⁹ intellectiōe ⁊ essentia idē
totaliter ī re extra/nec ꝑ ɔ̄ns cognitio est dilectionis di-
ctatiua magis q̄ꝫ ecōuerso.nec ei⁹ etiā dilectio ē praxis
cū sit ab essentia īdistincta.sola aūt illa intellectio ē pra-
ctica:q̄ est praxis dictatiua vel exp̄ssiua.ergo ⁊c. ¶Ad
scđm appet ꝙ falsum accipit̃ ī minore.nō em̄ idē est pri⁹
seipso/nec sui regulatiuū ꝓprie.sed diuina intellectio est
cū sua dilectione idē totaliter in re extra. ergo ⁊c.¶Ter
tia ɔclusio est ꝙ p̄dicte opationis dei ad extra q̄ est pra-
xis diuina notitia est practica.notitia aūt quā habet de
ipsa intellectus creatus est speculatiua.¶Hec ꝓbat̃.et
primo quātū ad primā ptē:vcȝ ꝙ diuina notitia de opa-
tione hmōi sit practica.qm̄ vt dictū est/oīs notitia opa-
bilis dictatiua est practica.sed talis est notitia quā ha-
bet deus de oībus fiēdis. deus em̄ ītelligit qđlibet taliū
esse fiēdū qꝛ a se volitum: sicut ⁊ alia nō fienda licet fieri
possibilia nō eē fiēda qꝛ nec ab ipo fieri volita.g̊ sicut no
titia quā habet domificator de domo fiēda est practica:
ita ⁊ illa quā habet deus de q̄libet creatura/vel vt fiēda
vel vt facta cōseruāda.q̄re ⁊c.¶Scđa ps vcȝ ꝙ notitia
quā habet de tali opatione dei intellect⁹ creat⁹/ sit spe
culatiua/appet.qm̄ oīs notitia q̄ nec ē executionis pra
xis dictatiua nec eius bonitatis exp̄ssiua ē speculatiua.
sed notitia quā habet intellectus creatus de effectibus
soli deo possibilibus ⁊ ab eo solo opabilibus/ nec est pro
ductionis eoꝝ dictatiua nec bonitatis exp̄ssiua.sicut em̄
naturalis phs cōsiderat motū celi non vt exequēdū nec
vt ipm̄ exequi est bonū:sed tm̄ vt absolute sumptum:ita
cōsił'r in ꝓposito videt̃ eē dicēdū.nec em̄ ille cui ē effect⁹
aliq̄s īpossibił' cōsiderat ipm̄ vt q̄liter exequēdū:esto ꝙ
cōsideret ipm̄ vt eū exequi est bonū.ergo esto ꝙ cōsidera
tio seu notitia quā habet intellectus creatus de aliq̄bus
a deo solo opabilib⁹ possit dici practica vt bonitatis exe
cutionis ei⁹ exp̄ssiua:nō tm̄ vt eius exequēde dictatiua
cū nec notitia sit dictatiua nisi praxis possibilis dictāti
quā vcȝ pōt exequi ipse dictās:qualis nō est ista de qua
est hic sermo:cū supponat̃ eē possibilis soli deo.ergo ⁊c.
¶Sed cōtra ɔclusionē p̄dictā arguit ille doctor contra
quē supius est argutū.Primo.qꝛ nullus act⁹ intellect⁹
posterior actu volūtatis ē ei⁹ regulatiu⁹/nec ꝑ ɔ̄ns pōt
esse practicus.sed actus quo deus intelligit cōtingētia
ab ipo opabilia/ est posterior actu quo vult ipsa.pri⁹ em̄
deus det̃minat ꝑ actum volūtatis fiēda ⁊ nō fiēda q̄ꝫ in-
telligat deteriate q̄ sint ⁊ q̄ nō sint fiēda. g̊ ⁊c. ¶Scđo.
qꝛ deus nō pōt velle cōtra illud qđ esse volēdū ꝑ notitiā
practicā est dictatū.sed esto ꝙ deus intelligat aliq̄d esse
fiēdū/adhuc pōt velle illud nō fieri:sicut ⁊ velle fieri qđ ī
telligit nō fiēdū.ergo ⁊c.¶Tertio.qꝛ oīs notitia practi
ca est aliquoꝝ det̃minate regula seu regulatiua. sed de⁹
nullū futurū cōtingēs cognoscit determinate. ergo nec
eius notitia est practica.¶Quarto.qꝛ volūtas dei cum
sit īobliquabilis nō est regulabilis/nec ꝑ ɔ̄ns notitia ali
cuius ab ea volibilis seu opabilis est regulatiua.sed oīs
notitia practica est regulatiua. ergo ⁊c.¶Ad primū di
cēdū est ꝙ maior est falsa ⁊ minor.nō em̄ est de rōne noti
tie practice ꝙ sit prior actu volūtatis: alias cū actus in
telligendi ⁊ volēdi in diuinis sit idē totaliter in re extra/
nec ꝑ ɔ̄ns notitia possit esse prior nec posterior actu volū
tatis: sicut nec idē seipso: nulla diuina notitia posset eē
practica.qđ est falsuꝫ etiā scđꝫ eū:cū ipse ponat illā diui
nā notitiā esse practicā qua deus ītelligit suā essentiā.q̄
re ⁊c.¶Falsum est etiā qđ in minore accipit̃:cū dicit̃ ꝙ
actus quo deus ītelligit ɔtingētia est posterior actu quo
vult ipsa:cū eodē actu vt dictū est velit ⁊ intelligat ea: ⁊
idē nō sit prius nec posterius semetipso.¶Et qn̄ arguit̃
ꝙ deus deteriat ꝑ actū volūtatis q̄ sint ⁊ q̄ nō sint fiēda
prius q̄ꝫ intelligat ea:dico ꝙ falsum est. eadē em̄ diuina
essentia est notitia seu intellectio ⁊ volitio fiēdoꝝ ⁊ nō fiē
doꝝ.cū hoc tm̄ stat ꝙ qꝛ ipsa est volitio nō qꝛ intellectio
fiēdoꝝ ⁊ nō fiēdoꝝ: ideo possibiliū alia sunt fienda ⁊ alia
nō fiēda/⁊ vt sic ītellecta:vcȝ aliqua vt fiēda ⁊ alia vt nō
fiēda.nec tm̄ ex hoc sequit̃ ꝙ illud qđ īportat̃ ꝑ volitionē
sit prius nec posterius illo qđ īportat̃ ꝑ ītellectionē:cū ꝑ
ista nō diuersa īportēt̃:sed vnū ⁊ idē totaliter ī re extra.q̄
re ⁊c.¶Ad scđm dico ꝙ falsum est qđ accipit̃ in minore
qn̄ dicit̃ ꝙ deus pōt velle non fieri qđ ītelligit esse fiēdū
vel fieri qđ intelligit nō esse fiēdū. qm̄ deus nō intelligit
esse fiēda nisi q̄ sunt fiēda:nec nō esse fienda nisi tm̄ illa q̄
nō sunt fiēda.sed ꝙ possibiliū ista ⁊ nō alia sint fiēda hoc
est qꝛ ista fieri ⁊ alia nō fieri est a deo volitum.idē autem
fieri ⁊ nō fieri nō pōt esse a deo volitū.q̄re ⁊c. ¶Ad ter-
tiū apparet cōsił'r ꝙ falsum accipit̃ in minore.qm̄ oīs co
gnoscēs futurū cōtingēs esse futurū/⁊ qđcūqꝫ aliud pos-
sibile nō futurū nō eē futurū / det̃mīate cognoscit qđlibꝫ
possibiliū.sed deus oīa possibilia futura cognoscit esse fu
tura ⁊ alia nō futura non esse futura/licet oīa cognoscat
vt fieri ⁊ nō fieri possibilia.ergo ⁊c.¶Ad quartū dicēdū
est:ꝙ ad notitiā practicā nō requirit̃ ꝙ cognoscēs sit re
gulabilis sicut obliquabilis:alias nulla dei notitia esset
practica:qđ est falsum.sed sufficit ꝙ sit dictatiua execu-
tionis praxis seu opabilis vel exp̄ssiua sue bonitatis.sed

talis est notitia quã habet deus de futuris ab eo fiẽdis/ vel de factis cõseruãdis. ergo ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltima cõclusio est: ꝙ notitia qua deus cognoscit se absolute ẽ speculatiua nõ practica. ¶Hec appet. qz talis notitia non est praxis dictatiua nec expssiua: cũ diuina essentia non sit praxis: qz nec opabilis. sed vt dictũ ẽ/ois notitia practica est vel execution9 praxis dictatiua vel bonitatis expssiua. ergo ꝛc. ¶Ex ista cõclusione sequit corollarie ꝙ vna ꝛ eadẽ notitia diuina est notitia practica ꝛ speculatiua. qm̃ cõstat ꝙ deus eadẽ notitia seipm̃ cognoscit ꝛ oĩa alia. sed illa notitia vt dictũ est supra/est practica vt est alioꝝ cõtingẽtiũ: speculatiua aũt vt est ipsius diuine essentie sicut obiecti. ergo ꝛc. ¶Cõfirmat. qz licet in ĩtellectu creato eadẽ notitia nõ possit esse practica ꝛ speculatiua: in deo tñ nõ minus intellectio practica ꝛ speculatiua possunt in idẽ coincidere ꝛ dici de eadẽ respectu diuersoꝝ obiectoꝝ/ꝙ intellectio ꝛ volitio. sed cõstat ꝙ deꝰ eodẽ actu ab essentia sua indistincto totaliter ĩ re extra intelligit ꝛ vult oĩa. ergo ꝛc. ¶Et si q̃ras quẽ eadẽ notitia põt dici practica ꝛ nõ practica/speculatiua ꝛ nõ speculatiua. Respondeo. ꝙ eadẽ diuina notitia est praxis opabilis ꝛ certatis nõ opabilis. vt est praxis est practica ꝛ nõ speculatiua. vt aũt est certatis nõ opabilis/est ecõuerso speculatiua ꝛ nõ practica. nec hoc est icõueniẽs. q̃re ꝛc. ¶Ad aliqua dubia q̃ hic possent moueri de notitia speculatiua ꝛ practica solutũ est in prologo. ꝛ ideo hic pertranseo. ¶Hec de primo.

Quantũ ad secundũ: vbi est videndũ

an diuina scientia cõtingẽtiũ futuroꝝ fuerit necessaria cã ipsoꝝ/est sciẽdũ ꝙ notitia qua deus cognoscit futura: ꝝ idẽ sit in re cũ volitione qua vult ipsa futura: tñ dicũtur euenire seu fieri a deo vt volẽte nõ vt intelligẽte ipsa esse fiẽda: sic ꝙ si ꝓ possibile deus vellet ꝛ nõ intelligeret cõtingẽtia esse fiẽda/nihilominus fierẽt: nõ aũt si ea intelligeret ꝛ esse fiẽda non vellet. ¶Hoc ꝓmisso pono quatuor cõclusiones. ¶Prima est. ꝙ res importata p diuinã sciẽtiã futuroꝝ sumpta sine ipsis futuris connotatis est causa ipsoꝝ. ¶Hec est euidẽs. qm̃ scientia qua deꝰ cognoscit cõtingẽtia possibilia vt ab eis eius obiectis distincta nõ est aliud ꝙ ipsa diuina essentia. sed cõstat ꝙ deus per suã essentiã est oĩm futuroꝝ possibiliũ cã. ergo ꝛc. ¶Cõfirmat. qz ipsa diuina essentia est intellectio ꝛ volitio oĩz possibiliũ tã fiẽdoꝝ futuroꝝ ꝙ alioꝝ nõ futuroꝝ. sed diuina essentia cõstat esse cãm oĩm entiũ creatoꝝ nec posse aliq̃d fieri sine ipsa. ergo ꝛc. ¶Secũda cõclusio est: ꝙ licz eadẽ res increata sit intellectio ꝛ volitio diuina: ipsa tñ dicit cã cõtingẽtiũ effectuũ vt est volitio nõ vt ẽ intellectio ipsoꝝ. ¶Hec appet. qm̃ eo mõ aliq̃d est cã alterius quo ad ipz qõ dicit cẽ cã/seq̃t alterũ qõ dicit eiꝰ effectꝰ. sed ad deũ vt volẽtẽ nõ vt ĩtelligẽtẽ qõcũq; possibile fieri sit ipz possibile. ꝙ diuina essentia vt volitio nõ vt intellectio creatoꝝ est causa effectiua ipsoꝝ. ¶Minor ꝓbat. ex hoc qõ fuit ꝓmissum supra: vez ꝙ si ꝓ impossibile deꝰ vellet possibilia fieri ꝛ non intelligeret/ adhuc fierẽt: nõ autez si econuerso esset vez ꝙ ipsa intelligeret ꝛ fieri non vellet. q̃re ꝛc. ¶Cõfirmat. qz deus est cã oĩm vt est oĩpotẽs: sed ipse est oĩpotẽs non vt oĩa intelligẽs/sed vt volens volitione efficaci ad quã sequit volitũ. q̃re ꝛc. ¶Et si q̃ras quõ magis volitio ꝙ intellectio diuina est causa effectuũ: ex quo ꝙ intellectionẽ diuinã ꝛ ꝙ volitionẽ importatur idẽ totaliter ĩ re extra. ¶Ad hoc videndũ põt poni exẽplũ de memoria ꝛ de volũtate diuina. ꝙmuniter enim dicit a sanctis ꝛ a doctoribꝰ catholicis: ꝙ memoria diuina est principiũ generandi seu dicẽdi verbũ: nõ autẽ spirandi spiritũ sanctũ. ꝛ ꝙ voluntas ecõuerso est principiũ spirãdi spiritũ sanctũ: nõ est aũt principiũ generãdi verbũ. sed constat ꝙ volũtas diuina importat idẽ qõ memoria diuina totaliter in re extra. ergo ꝛc. ¶Tertia conclusio est: ꝙ licet res increata ꝙ diuinã scientiã futuroꝝ cõtingẽtiũ ꝓportata sit necessaria ꝛ ipsoꝝ futuroꝝ causa: nõ est tñ absolute eoꝝ cã necessaria. ¶Hec est euidẽs quãtũ ad primã partẽ: vez ꝙ res ꝙ diuinã sciẽtiã ꝓporta ta sit scõm se necessaria. qm̃ diuina scientia nõ est aliud ꝙ diuina essentia: quã constat esse formaliter necessariã absolute. quare ꝛc. ¶Secũda pars vez ꝙ sit cã/est euidens, qm̃ cõstat deum oĩm esse cãm nõ aliter ꝙ ꝙ suã essentiã. ¶Tertia ꝛ vltima pars vez ꝙ nõ sit cõtingẽtiũ cã necessaria absolute/appet. qm̃ ad illud qõ est cã necessaria alicuius/necessario hoc sequit qõ dicit cẽ eius effectus. sed nullũ entiũ possibiliũ sequit ad deũ necessaria: alias oĩa possibilia simul essent ꝛ ab eterno fuissent: qõ ẽ euidẽter falsum. ergo ꝛc. ¶Cõfirmat. qz eoꝝ q̃ possunt fieri vel nõ fieri esse ꝛ nõ esse/deus nõ põt poni cã necessaria. sed oĩa alia a deo respectu quoꝝ dicit deus cẽ cã/sunt possibilia esse ꝛ nõ esse. ergo cõtingẽter nõ necessario fiunt a deo. nõ esti magis possibile esse ꝛ nõ esse est necessario ꝓducibile ꝙ impossibile nõ esse fit ꝓducibile cõtingẽter. quare ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltima ꝛclusio est: ꝙ res increata ꝙ diuinã sciẽtiã ĩportata est cã contingẽtiũ necessaria necessitate conditionata seu ꝓne. ¶Hec appet. qm̃ cũ deus sit oĩs nõ põt nõ fieri qõ ipse vult fieri/nec fieri qõ ipse nõ vult fieri. ergo oẽ a deo fieri volitũ necessario est fiẽdũ. sed oĩa a deo vt fiẽdũ intellectũ est ab eo volitũ vt fiẽdũ: vt ĩ distinctione alia est ostẽsum. ergo supposito hoc antecedẽte vez ꝙ deꝰ intelligat/ꝛ ꝓ ꝑs velit aliquod possibile fieri et alterum nõ fieri: nõ potest nõ fieri qõ ipse vult fieri/sicut nec non esse qõ vult esse/nec fieri nez esse qõ ipse nõ vult fieri nez esse. quare ꝛc. ¶Nec valet si cõtra hoc arguatur: quia tũc seqretur ꝙ omnia necessario euenirent, quoniam: hoc est falsum. nõ enim est hic nisi necessitas cõsequẽtie: in cuius antecedẽte nõ est necessitas nec etiã in cõsequẽte vt absolute sumpto. nõ enim deus vult nec ĩtelligit necessario sed mere cõtingẽter ista possibilia eẽ fiẽda ꝛ alia non fiẽda/vt ĩ ꝑcedẽtibus fuit dictũ supius. qõ enim nũc intelligit ꝛ vult vt fiẽdũ posset intelligere ꝛ velle vt non fiẽdum: ꝛ ecõuerso alia intellecta ꝛ volita vt non fienda possent esse absq; aliqua eiꝰ mutatione intellecta et volita vt fiẽda. quare ꝛc. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem pro vtraq; parte in principio apparet solutio ex predictis. quia aliquo modo diuina scientia contingẽtium est causa ꝛ necessaria ipsoꝝ: ꝛ alio modo nõ: vt est in precedentibus declaratum.



Circa distinctionẽ quadragesimamnonam quã Magister determinat de predestinatione ꝛ de reprobatione seu ꝓscientia quãtũ ad eorũ causalitatẽ actuã: Quero primo: vtrũ diuina ꝑdestinatio sit idẽ cum ꝓscientia totaliter in re extra. ¶Et videtur ꝙ sic, quia ꝑdestinatio est diuina cognitio electoꝝ/seu ordinatio qua ad premiũ eis debitũ ordinat eos deus. ¶Prescientia aũt dicitur notitia reproborũ, sed eodẽ actu deus cognoscit reprobos ꝛ electos/ꝛ vult reprobis penam ꝛ electis gloriam. ergo ꝛc. ¶Contra, quia deus predestinatione preordinat electos ad gloriam: nõ autẽ reprobos ad penam et econuerso prescientia preuidet malum seu suppliciuz et demeritum reproborum: nõ autẽ bonũ seu premiũ electorum. sed si ista essent in re extra penitus indistincta: nõ magis predestinatio respiceret electos ꝙ reprobos: nec prescientia magis reprobos ꝙ electos. ergo ꝛc. ¶Responsio. vbi sic procedam. ¶Primo enim inquiram an via

una predestinatio ꝛ prescientia sit eterna. Secũdo dicam ad questum: vez an ista puta predestinatio ꝛ prescientia/ sint idem totaliter in re extra.

Quantum ad primũ est sciendum: ꝙ

predestinationem vel prescientiam diuinam esse eternam dupliciter potest intelligi. Uno modo ꝙ vtrũq; istoꝝ fuerit sempiternũ de facto. Alio modo ꝙ fuerit eternũ sed etiã necessario, ꝛ siue sic/siue sic/adhuc dupliciter: scõm ꝙ ꝓ scientia diuina que est reproboꝝ ꝛ ꝑdestinatio que est electorum potest simi dupliciter, potest enim accipi vno modo absolute secundũ se/ꝛ alio modo in ordine ad obiectũ possibile cuius dicit esse. ¶Hec premisso pono quatuor conclusiones. ¶Prima est: ꝙ tam ꝑdestinatio ꝙ ꝓscientia diuina vt scõm se sumpta videlicet vt distinguitur ab obiecto/est necessario sempiterna. ¶Hec est euidẽs. qm̃ predestinatio diuina vel prescientia sic accepta nõ importat nisi tantũ diuinã essentiam in re extra. est enim ꝑdestinatio precognitio seu ꝓordinatio electorum. prescientia autẽ dicitur respectu reproborũ. quos omnes vez tam reprobos ꝙ electos deus cognoscit nõ aliquo alio mediante a sua essentia differente. sed constat ipsam diuinã essentiam esse necessario sempiternã. ergo ꝛc. ¶Cõfirmatur. quia esto ꝙ diuina cognitio esset distincta a sua essentia ĩ re extra/ adhuc nõ posset dici ꝙ esset ens contingẽs: sed necesse esse. sed omne ens necessarium est necessario sempiternũ. ego ꝛc. ¶Secũda cõclusio est: ꝙ tam ꝑdestinatio diuina ꝙ prescientia sumpta vt talium obiectoꝝ fuit de facto eterna. ¶Hec est euidẽs. quoniã vt in precedentibus est ostẽsum/deus ab eterno omnia intellexit: ꝛ ita ꝙ consequẽs nouit reprobos condemnandos ꝛ alios premiandos. nõ nouit autẽ magis istos ꝙ alios ꝓmiando ꝛ alios condemnãdos: nisi quia istos vez electos voluit premiare ꝛ alios vez reprobos cõdemnare. ꝛ ita per consequẽs ꝛ electos nouit ab eterno ac voluit esse premiandos ꝛ reprobos condemnandos. sed per diuinam ꝓscientiam ꝛ predestinationem vt talium obiectoꝝ non est aliud intelligẽdum ꝙ deum vt intelligentẽ ꝛ volentẽ supplicium reprobis ꝛ premiũ electis omnibus conferẽdum. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia vt probatum est in ꝓcedẽtibus/ omnia entia possibilia facta vel fiẽda fuerũt ab eterno determinata a deo vt fierent: ꝛ alia non fienda ne fierent. ergo ꝛ ab eterno fuit diuinitus determinatum ꝙ electi saluarentur ꝛ reprobi damnarentur. sed talis determinatio nõ est aliud ꝙ diuina volitio ꝛ intellectio. nõ enim aliud est deum determinare electos saluare ꝛ reprobos condemnare/ ꝙ ipsum velle electos saluare ꝛ reprobos condemnare. ergo ꝛc. ¶Tertia conclusio est: ꝙ tam predestinatio diuina ꝙ prescientia modo predicto sumpta vez vt ad obiectum suũ determinata fuit eterna non necessario sed tantũmodo cõtingẽter. ¶Hec est euidẽs. quoniã vt probatum est in ꝓcedẽtibus/ deus non intelligit nec vult necessario absolute nisi tantummodo semet ipsum. alia autẽ omnia vult ꝛ intelligit contingẽter. sed diuina predestinatio ꝛ prescientia est diuina precognitio et volitio: qua quidem deus ipse intelligit ꝛ vult alia a se ipso. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia nõ magis contingenter deus ex tẽpore beatificat electos ꝛ condemnat reprobos ꝙ eos videret ꝛ electos ĩtellexerit ꝛ voluerit ab eterno esse beatos seu premiatos/ꝛ alios vez reprobos condemnatos. ¶Hoc apparet. quia oĩe qõ deus vult fieri necessario fit/nec potest per aliquẽ impediri. ꝛ ita si deꝰ ab eterno necessario voluisset premiũ electis ꝛ supplicium reprobis/ꝛ electi fuissent premiati ꝛ reprobi necessario cõdemnati. qõ est falsum. sed constat ꝙ deus contingenter premiat electos ꝛ condemnat reprobos. ergo ꝛ contingenter ꝛ nõ necessario precognouit ꝛ voluit ab eterno tã premiũ electorum ꝙ supplicium reproborum. huiusmodi autẽ eius notitia seu cognitio est prescientia respectu reproborum: ꝛ predestinatio respectu electorum. ergo ꝛc. ¶Quarta conclusio est: ꝙ nec diuina prescientia nec ꝑdestinatio vt eterna includit aliquid distinctũ a deo: bene tamen dicit aliquid qõ distinguibile est ab ipso. ¶Hec appet. quoniã hmõi ꝑscientia ꝛ ꝑdestinatio diuina respicit vt obiectum intellectum ꝛ volitum ens possibile: sed nullum tale a deo distinctum fuit eternũ. ergo ꝛc. ¶Cõfirmatur. quia solus deus est eternus/nec per consequẽs aliquid ab eo distinctũ nec distinguibile est eternũ. quoniaz qõ nõ est/ eternũ dici nõ potest. qõ autẽ nõ est a deo distinctum licet distinguibile/quia fieri possibile/ nõ est. sed tam prescientia diuina ꝙ ꝑdestinatio sempiterna fuit entis possibilis vt obiecti: qõ quidez ens possibile nõ est deus: licet nõ fuerit distinctum ab eo: quia necerat aliquid ab eẽ: nec ꝓ ꝑs distingui poterat ab aliquo. ꝙ ꝛc. ¶Sed forte dicerẽ ꝙ ista ꝛclusio ꝛtradicit secũde q̃ dicit ꝙ tam ꝑdestinatio diuina ꝙ ꝓscientia sumpta vt est talium obiectoꝝ fuit de facto eterna. qm̃ ex hoc sequitur ꝙ eius obiectũ fuerit sempiternũ. sed eius obiectum fuit ens possibile. ꝙ ꝛc. ¶Confirmatur. qz aut ꝑdestinatio diuina vel ꝓscientia vt talis obiecti importat aliquid a deo distinctum: aut nõ. si sic/habetur ex ꝛclusione ista secũda ꝙ aliquid a deo distinctum ꝙ est sue ꝓscientie ꝛ predestinationis obiectum/ fuit sempiternũ. si autẽ dicatur ꝙ nõ: ergo sequitur ꝙ non sit aliud ꝓscientia vel ꝑdestinatio diuina vt talis obiecti siue simul cum ipso accepta ꝙ ipsa vt per se absolute accepta. cuius contrarii innuitur in primis tribus conclusionibus supradictis. q̃re ꝛc. ¶Ad primũ dico ꝙ ex conclusione illa secũda nõ habetur nisi ꝙ predestinationis ꝛ prescientie obiectum fuit ab eterno cognitum ꝛ volitũ. sed ex hoc nõ sequit ꝙ fuerit aliquid in re extra/nec per consequẽs sempiternũ. nõ est rem esse intellectam vel volitam arguit ipsam esse aliq̃d in re extra. quare ꝛc. ¶Ad confirmationẽ dico ꝙ ꝓscientia vel predestinatio diuina vt cum eius obiecto nõ existente sumpta/ importat ens possibile/ꝛ per consequẽs a deo distinguibile: qõ nõ importat ipsa vt per se absolute accepta. quia tamẽ illud distinguibile nõ est aliquid in re nec per consequẽs a deo distinctum: concedẽdũ est ꝙ nec prescientia diuina nec ꝑdestinatio sempiterna cũ eius obiecto possibili sumpta importat aliquid distinctũ ab illo qõ importat ipsa predestinatio vel prescientia vt absolute accepta. nec oppositus huius habetur ex illis conclusionibus supradictis. nec enim ex illis habetur nisi ꝙ deus ab eterno intellexit ꝛ voluit premium electoꝝ et supplicium reproborum. ex hoc autem nõ sequitur ꝙ huiusmodi obiectum intellectum ꝛ volitũ fuerit aliquid a deo distinctum. quare ꝛc. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundũ: vbi est respondendum ad questum/est sciendum ad euidentiam dicendorum ꝙ prescientia dupliciter potest sumi. Uno modo proprie secũdũ significatum vocis. Et alio modo magis stricte vt accipit a sanctis ꝛ a doctoribꝰ catholicis. Ut sumitur primo modo prescire/ idez est qõ precognoscere seu ante cognoscere. et prescientia idez qõ prenotitia seu antecognitio. hoc est notitia seu cognitio rei fiende/ꝛ ꝙ consequens ipsam precedens. vt autem sumitur secũdo modo/ sic prescientia nõ dicitur notitia diuina vt est cuiuscunq; obiecti futuri: sed precise vt est talis obiecti: videlicet reprobi condẽnãdi. sicut ꝛ ꝑdestinatio econuerso dicitur notitia ꝛ volitio diuina vt est tantummodo electorum. nec enim electi dicuntur a sanctis prescisi sed predestinati/ nec reprobi predestinati sed prescisi. quocunq; autem predictorum modorum sumatur prescientia/ tam

ipa prescietia ꝙ predestinatio vupliciter potest sumi/vt dictum est in articulo precedenti: videlicet absolute secundum se ꝛ vt talis obiecti. ¶Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ¶Prima est: ꝙ vt predestinatio diuina ꝛ prescientia accipiuntur secundū se absolute sine obiectis / idem sunt seu dicūt totaliter ī re extra. ¶Hec est euidens. quoniam eodem actu intelligendi ꝛ volendi deus intelligit ꝛ vult tam seipsum ꝙ quodlibet cns creatum/ꝛ per cōsequēs reprobum ꝛ electum: licet actus huiusmodi sortiatur diuersa nomina vt cōparatus ad diuersa obiecta. sed actus iste intellectiōis ꝛ volitionis diuine eterne vt est electorum/dicitur p̄destinatio: vt autē est reproborum vocatur a sanctis prescientia. licet etiam electi possent dici prescīti/accipiendo prescitum scōm nois significatum: cū p̄scitum vt sic sumptum nō sit aliud ꝙ p̄ intellectum. ergo diuina predestinatio ꝛ prescientia non dicunt preter obiecta connotata a deo predestinante et prescīente cognita diuersa aliqua in re extra. ¶Confirmatur. quia tam intellectio ꝙ volitio qua deus itelligit et vult se ꝛ alia omnia/est ab eo essentia indistincta totaliter in re extra. sed predestinatio nō est aliud ꝙ diuina ī tellectio vel volitio qua vult electis premiū: ꝛ prescīetia vt a predestinatione distincta eius itellectio ꝛ volitio qua intelligit ꝛ vult reproborum supplicium sempiternū. ergo excepta diuersitate obiectorum nulla est inter ista diuersitas in re extra. ¶Secunda conclusio est: ꝙ etiam predestinatio ꝛ p̄scientia sumpta cum obiectis secūdum significatum vocis sunt idem totaliter ī re extra. ¶Hec apparet. quoniam omne futurum a deo p̄ordinatum est prcintellectum/ꝛ econuerso omne vt fiēdum prcintellectum est ab ipso fieri ordinatum seu volitum. nō enim vt sepe in precedētibus fuit dictuꝫ magis vnum possibiliū ꝙ alterum fuit factum vel est fiēdum nisi quia sic fuit diuinitus ordinatum: videlicet vt vnū fieret ꝛ nō alterum. sed p̄destinatio vt sic sumpta nō ē aliud ꝙ diuina ordinatio qua deus statuit seu voluit aliquid fieri/nec prescientia aliud ꝙ ipsius notitia. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia nō minus preordinatum ad premiuꝫ ꝙ ad supplicium a deo fuit ab ipso precognitum ab eterno. nō magis etiam preordinatum aliquid ad suppliciū fuit ab eo prcintellectum vt puniendum ꝙ preordinatum ad premiū fuerit p̄ intellectum vt finaliter premiandum. sed omne prcintellectum potest dici prescitum/ꝛ prescitum prcintellectuꝫ scōm vocis significatū. ergo nec predestinatio nec p̄scīetia diuina vt sic sumpta sunt distincta etiam in ordine ad obiecta. ¶Tertia conclusio est: ꝙ predestinatio diuina et prescientia vt a sanctis accepta sunt distincta in ordine ad obiecta. ¶Hec est euidens. quoniam licet eodem actu deus intelligat ꝛ velit omnia/ videliczꝫ tam seipsuꝫ ꝙ alia: tamē ille actus vocatur a sanctis ꝛ a doctoribus catholicis predestinatio vt transit super electos: ꝛ p̄scīētia vt transit super reprobos. sed cōstat ꝙ electi a reprobis sunt distincti. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia predestinatio vocatur a sanctis diuina preordinatio qua electos deus preordinauit ab eterno ad premiū consequendum. prescīetia autem vocatur ab eisdem diuina ordinatio eadem vt per ipsam reprobi ad supplicium ordinantur. sed tam electi ꝙ reprobi ꝛ tā p̄miū ꝙ supplicium distinguūtur. ergo ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltima conclusio est: ꝙ ista videlicet diuina predestinatio ꝛ prescientia etiam vt preexposito modo sumpta nō sibi determinant necessario determinata obiecta. ¶Hec est euidens. quoniam vt dicetur in alia questione/predestinatus potest damnari ꝛ prescitus saluari. sed predestinatus est predestinationis ꝛ p̄scitus prescīētie diuine obiectum. ergo ꝛc. ¶Cōfirmat. quia constat ꝙ deus posset de potentia absoluta ꝛ beatos damnare et damnatos premiare seu beatificare. sed quos potest nunc damnare potuit ab eterno ad damnationem prescire/ꝛ quos potest premiare potuit similiter ad premiuꝫ preordinare seu predestinare. ergo ꝛc. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationes in principio apparet solutio ex p̄dictis in vltimo articulo questionis.

SEcundo quæro vtrū fit possibile prescitum saluari et predestinatum damnari. ¶Et videtur ꝙ sic. quia omnis contingenter nō necessario saluatus potest non saluari/ꝛ per consequens damnari: ꝛ econuerso contingēter nō necessario damnatus potest non damnari: ꝛ per consequēs saluari. sed omnes electi predestinati saluantur contingenter/ꝛ reprobi prescīti damnantur similiter contingenter non necessario: cum deus non agat necessario aliquid ad extra. ergo ꝛc. ¶Contra. qz qō deus vult fieri/ nō potest ne eueniat per aliquez impediri. sed deus predestinatum vult saluari ꝛ prescitum damnari. ergo hoc non potest impediri/ꝛ per consequens habet necessario fieri. quare ꝛc. ¶Responsio. vbi sic procedam. ¶Primo enim inquiram an omnis prescitus damnetur ꝛ predestinatus saluetur. Secundo dicam ad questum: videlicet an p̄scitus possit saluari/ et predestinatus damnari.

Quantum ad primū suppositō ꝙ prescitus dicatur esse tantum ad damnationem/ ꝛ predestinatus ad saluationem ordinatus ꝛ ab eterno diuinitus institutus/ pono quatuor conclusiones. ¶Prima est: ꝙ omnis prescitus damnatur vel damnabitur: ꝛ predestinatus econuerso saluatur vel saluabitur seu premiabitur de facto. ¶Hec probatur. quoniam constat ꝙ diuina predestinatio ꝛ prescientia est vera. sed nō esset vera imo falsa nisi omnis predestinatus saluaretur et prescitus damnaretur. ergo ꝛc. ¶Minor apparet. quoniam cum ab eo ꝙ res est vel non est notitia complexa dicatur vera vel falsa: omnis notitia est falsa qua cognoscitur esse futurum qō non est futurum: vel non esse futurum qō est futurum. sed prescīēta est cognitio seu preordinatio qua deus ab eterno nouit ꝛ voluit reprobos eē ꝑdemnādos: ꝛ p̄destinatio cognitio ꝛ volitio q̄ nouit ꝛ voluit electos finaliter premiari. ergo nisi sic accideret/ diuina ordinatio falleretur ꝛ eius scientia esset falsa seu erronea. quare ꝛc. ¶Confirmat. quia omne illud fit qō deus fieri statuit. sed deus ab eterno predestinatum omnez voluit seu statuit saluari ꝛ prescitum finaliter cōdemnari. ergo ꝛc. ¶Secunda conclusio est: ꝙ vtrunꝫ predictorum puta saluatio predestinatorum ꝙ condemnatio aliorum prescitorum fit contingenter non necessario absolute. ¶Hec apparet. quoniam nec deus saluat aliquem nec condemnat/ nec ad saluationem nec ad damnationem ordinat necessario: sed tantummodo contingenter. sicut aliquem ad saluationem vel damnationem necessario ordinaret/ ipsum necessario saluaret vel damnaret. sed predestinatio est electorum ordinatio ad saluationem: ꝛ prescientia reproborum ad damnationem. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia nullum possibilium a deo distinctorum vt distinguibilium est magis necessarium nec fit magis necessario ꝙ alterum. sed constat ꝙ prescitus damnatur ꝛ non saluatur: et predestinatus econuerso saluatur et non damnatur. ergo vtrunꝫ horum accidit contingenter non necessario absolute. ¶Tertia conclusio est: ꝙ p̄destinatus saluatur ꝛ prescitus damnatur necessario necessitate consequentie. ¶Hec est euidens. quoniam ibi est necessitas consequentie vbi est antecedēs ad qō sequitur necessario consequens: licet tam antecedens ꝙ cōsequens sit contingens. sed sic est in proposito. licet eum

deus contingenter non necessario ordinet alios ad saluationem ꝛ alios ad damnationem: ꝛ contingenter etiā nō necessario illos saluet ꝛ alios damnet: tamen q̄s de⁹ vult saluari ipso volente necessario saluantur: sicut et quos vult damnari necessario condemnantur. alias nō esset omnipotens si posset qō ipe vult fieri/impediri. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. qm̄ ab omnipotente aliquid licet contingenter fieri volente necessario illud fit/ꝛ hoc necessitate consequētie vez ipso oīpotente manente vt illud fieri volente. sed omnem p̄destinatum deus omnipotens vult saluari ꝛ prescitum damnari: ergo tali necessitate prescitus damnatur ꝛ predestinatus saluatur sicut currens mouetur. quare ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltima conclusio. ꝙ ꝛ predestinatus saluatur ꝛ prescitus dāna tur simpliciter contingenter. ¶Hec apparet. quoniam omne illud fit simpliciter contingenter qō potest nō fieri. sed omnis prescitus potest non prescīri: ꝛ p cōsequēs non damnari: ꝛ predestinatus nō p̄destinari ꝛ p ons nō saluari. nulluz enim vt dictum est/ deus ordinat necessario sed mere cōtingenter ꝛ libere ad damnationem nec ad saluationem. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia ita se habet quantū ad ⁹tingentiā ꝛ necessitatē p̄scit⁹ ad dāna tionem ꝛ predestinatus ad saluationē sicut currens ad motionē. sz currēs necessario mouet necessitate ons. si em̄ currit oportet ipsum moueri. contingēter tamē currit ꝛ mouetur absolute: cum possit nō currere nec moueri. ergo ꝛ in proposito consimiliter ē dicēdum. ¶Hec de primo.

Quātū ad secūdū vbi est respondendū ad questum/ apparet ex precedentibus quid dicendū ¶Constat enim primo ꝙ nec p̄destinatus potest damnari nec prescitus saluari ī sensu compositionis. Secūdo ꝙ pōt vtiqꝫ in sensu diuisionis. Tertio. ꝙ hoc est possibile simpliciter ꝛ absolute: vez predestinatum damnari et prescitum saluari. Quarto. ꝙ ex hoc nulla arguitur mutatio possibilis in deo. ¶Primum. vez ꝙ nec predestinatum damnari nec prescitum saluari sit possibile ī sensu compositionis/apparet. qm̄ tunc sequeretur ꝙ ista duo possent stare insimul in eodem: vez ꝙ vnus ꝛ idē esset p̄destinatus ꝛ damnatus vel prescitus ꝛ saluat⁹. iste enim est sensus compositionis. sed hoc est impossibile. qm̄ predestinatus est a deo ad saluationē ꝛ p̄scit⁹ ad dānationē ordinat⁹. qō aūt deus vult fieri/nō pōt nō fieri siue ne eueniat ipedim vt dictum est in articulo precedēti. ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur. quia nihil pōt fieri nisi qō est a deo prcintellectum ꝛ volitum vt fiēdū. sed predestinat⁹ est a deo intellectus ꝛ volitus vt saluādus non vt dānādus: ꝛ prescitus econtrario vt damnandus non vt saluādus. ergo nec p̄destinatum existentem seu manentē predestinatum damnari /nec prescitum est possibile p̄mitari. ¶Secundum vez ꝙ vtrunꝫ predictorum sit possibile in sensu diuisionis/apparet. quoniam predestinat⁹ potest esse non predestinatus: cum contingenter non necessario sit predestinatus: ꝛ per consequens potest esse prescitus: ꝛ econuerso primo prescitus potest postea eē predestinatus: nō sic intelligendo ꝙ existēs seu manēs prescitus possit esse predestinatus: sed ꝙ potest desistere esse prescitus ꝛ incipere esse predestinatus: ꝛ econuerso desinere esse predestinatus ꝛ incipe esse prescitus. sed hoc est predestinatum posse damnari ꝛ prescitum posse saluari in sensu diuisionis. ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur. quia sicut sedentem currere in sensu compositionis est vnum ꝛ idem simul currere ꝛ sedere qō est impossibile. in sensu autem diuisionis est prius sedentem postea currere: qō vtiqꝫ est possibile: cum sedens post sessionem possit surgere ꝛ postea currere. consimiliter in proposito est dicendum de istis/predestinatus potest damnari et prescit⁹ saluari. quare ꝛ cetera. ¶Tertium: videlicet ꝙ tam predestinatum damnari ꝙ prescitum saluari sit simpliciter ꝛ absolute possibile/sequitur ex predictis. quoniā omnis potens nō saluari potest damnari: ꝛ econuerso potens non damnari potest saluari. sed predestinatus potest non saluari ꝛ prescitus non damnari/modo preexposito absolute. nullus enim saluatur simpliciter ꝛ absolute necessario sed contingenter tātummodo ꝛ dānatur. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia non minus predestinatus potest damnari ꝛ prescitus saluari ꝙ ille qui iaz actu est beatus posset esse damnatus: ꝛ econuerso dānatus posset esse beatus. sed constat secundum esse possibile. ergo ꝛ primum. quare ꝛc. ¶Quartum ꝛ vltimum: videlicet ꝙ ex predictis deus non arguatur esse mutabilis/ apparet. quoniam si predestinatus primo/esset postea non predestinatus sed prescitus: ex hoc de⁹ non posset argui esse mutatus nisi quia illū quē anteā intellexerat ꝛ voluerat esse saluandum/ nunc vellet ꝛ intelligeret condemnandum. sed hoc nullo modo arguit deū esse mutatum: quia etiam de facto multa deus intelligit ꝛ vult aliter nunc ꝙ prius: nec tamen in aliquo ē mutatus. omnia enim facta actu existētia intelligit ꝛ vult ꝙdiu existūt actualiter permanere. hoc modo ipa non intelligebat anteq̄ existerent nec volebat: sed aliter vt delicet vt fienda. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia non minus sine sui mutatione qō deus vult nunc: ꝛ quod intelligit vt fiēduz potest itelligere ꝛ velle postea vt nō fiēdū ꝙ possit intelligere ꝛ velle vt non existens qō prius itellexerat ꝛ voluerat vt existens. sed constat secundum esse possibile ꝛ de facto. nullum enim eorum que destruuntur seu esse desinunt post ꝙ nō sunt vult nec intelligit vt existens: mō quo intellexerat ꝛ voluerat ipsum primo. ergo ꝛc.

Sed nunquid vnus & idem posset eē sīl predestinatus ꝛ prescitus? Ad hoc videtur esse dicendū ꝙ non: loquendo de prescientia que respicit penā damni: videlicet carentiam premij. ꝛ ꝙ sic / loquendo de prescientia que respicit penam sensus. ¶Hoc probatur quoniam cum predestinatus sit ad gloriam ꝛ prescitus ad penam ordinatus/eo modo vnus ꝛ idem potest esse simul predestinatus ꝛ prescitus quo potest simul esse beatus ꝛ punitus: nō autem illo modo quo est impossibile ipsum esse beatum insimul ꝛ damnatum. sed vnus ꝛ idem potest esse beatus ꝛ damnatus hoc est punitus aliqua pena sensus etiam sempiterna. talis enim pena est componibilis cum gloria in eodem vt apparet in Christo: in quo etiam de facto talis pena et gloria insimul concurrerunt. non autem pena damni que est carētia premij potest esse simul cum gloria: quia tunc vnus ꝛ idem esset beatus ꝛ non beatus: cum nullus priuatus beatitudine sit beatus. hoc autem est impossibile euidēter. ergo ꝛc. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Sequuntur Quæstiones circa Distinctionem Quadragesimam primam.

Circa distinctionem quadragesimã primã: in qua magister inq̈rit an p̄destinatio ⁊ presciẽtia seu reprobatio habeãt aliquã causam motiuam ex parte ipsoꝝ predestinatoꝝ electorum ⁊ p̄scitorum reproborum: quero primo vtrũ p̄destinationis electorũ fuerit aliq̃ causa in quolibet eorum. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄ idẽ est causa p̄destinationis electorum ⁊ premiationis eorum. sed merita ⁊ gratia electorum sunt aliquo modo causa saluationis ipsoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Cõtra hoc arguitur ꝑ illud qđ dicit apostolus ad Titũ. iij. ca. Nõ ex operib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos: sꝫ scđm suã misericordiã saluos nos fecit. ex hoc em̄ verbo apostoli habetur ꝙ opera electorum non sunt causa saluatiõis / nec ꝑ ɔñs p̄destinatiõis eorum. sed nihil aliud q̄ bona opera vel gratia videtur posse poni causa premiationis nec predestinationis electorum. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enim excludam vnam opinionem. Secundo dicam aliter ad questionem.

Quãtu ad primum opinio excludẽda est quorũdam dicẽtium ꝙ licet sit aliqua cã reprobationis: cũ deus nullum condemnet nec ad dãnationẽ ordinet sine culpa: nulla tñ ex ꝑte p̄destinati potest poni sue p̄destinationis causa. ¶ Hoc autem probatur sic. om̄is ordinate volẽs finem ⁊ ea que sunt ad ip̄m / prius vult finem q̄ aliquid eoꝝ q̄ sunt ad ipsum seu ꝓpter ipsum. sed beatitudo est vltim⁹ finis creature beatificabilis: ĝ de⁹ volẽs omnia ordinate prius vult creature beatificabili beatitudinẽ vt eius finem vltimũ: q̄ velit seu p̄uideat ipsam habitura aliquid aliorum. sed nullum posterius volitũ seu p̄uisum est causa alicuius primo voliti: ergo p̄destinationis que nõ est aliud q̄ volitio p̄miatiõis electorum / non potest esse causa aliquid eis p̄uisum seu volitum aliorum. ¶ Confirmatur. qꝛ nihil primo volitũ est volitum ꝓpter aliquid posterius volitũ. sed p̄mium creature beatificabili est primo volitũ q̄ aliquid ad ip̄ꝫ ordinatum: ergo creatura beatificabilis ꝓpter nihil a p̄mio distinctum sibi volitũ seu p̄uisum est ordinata ad ipsum p̄mium consequẽdũ. quare ⁊c. ¶ Sed contra opinionẽ istã arguitur. qm̄ sicut deus non punit aliquẽ seu condemnat nisi ꝓpter demerita seu culpam cõmissam ita nec premiat nisi ꝓpter merita vel grãm habitaꝫ. ergo sicut culpa p̄uisa ponitur esse cã reprobationis vel p̄scientie reproboꝝ: ita ⁊ merita vel gratia preuisa põt ⁊ debet poni causa p̄destinationis electoꝝ. ¶ Añs est euidẽs. qm̄ licet deus posset beatificare sine grã de potẽtia absoluta / statuit tñ nullũ premiare seu beatificare nisi h̄ñtem grãꝫ: sicut nec cõdemnare nisi ꝓpter culpã commissam. nec minus grã ordinat ad gloriã q̄ culpa ad penam. sed etiã cuilibet electoꝝ datur p̄mium ꝓpter meritum vel ꝓpriũ tm̄ vt angelis: vel alienũ tantum: vt hominibus beatis qui nihil meruerunt: quos Christus meruit premiari: vel propter meritũ tam proprium q̄ alienũ vt alijs omnibus hominibus qui sibi ipsis aliquid meruere quibus tamen meruit principaliter ipse Christ⁹. Tũc hoc supposito qđ ⁊ videtur probabile / nõ tm̄ gratia sed etiã merita ordinãt oẽm electũ ad p̄miũ consequendũ. quare ⁊c. ¶ Consequẽtia ex hoc ꝓbatur. qm̄ ideo culpa preuisa reproborum arguitur esse cã reprobationis seu prescientie ipsorum: quia deus nulli infert penam nisi propter culpam. sed sicut non punit nisi culpabilem: ita nec p̄miat seu beatificat nisi in gratia exñtẽ: qꝛ grã dei vita eterna. ĝ eadem ratione põt argui ꝙ gratia p̄uisa ⁊ quodcunq; aliud propter qđ in existẽs deus beatificat / sit causa p̄destinationis qua arguit ꝙ culpa preuia sit causa prescientie seu reprobatiõis. quare ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia omne illud propter qđ factũ seu habitum deus confert premium / potest dici causa p̄destinationis seu preordinationis ad ipsum conferẽdũ premium vt preuisum. ¶ Hoc apparet. quia nec ex alio vt dictum est culpa vt preuisa arguitur esse causa p̄sciẽtie seu reprobationis malorum nisi quia deus solum ꝓpter ipsam commissam infert penam. sed constat ꝙ ꝓpter meritum ⁊ gratie donum habitum deus confert p̄mium: ergo vtrunq; horum vt preuisum videlicet tam meritum alienum vel proprium vel vtrunq; / q̄ donum gratie vt preuisum potest dici causa predestinationis ꝑpetue electorum: sicut preuisum demeritum dicitur esse causa prescientie reproborum. ¶ Preterea quando dicitur ꝙ nulla potest poni causa predestinationis ex parte predestinati: sed reprobationis seu presciẽtie ex parte reprobi: aut intelligitur per causam res aliqua existens ab ipsa predestinatione vt ab effectu suo differens aut ꝙ deus electum non predestinat seu ordinat ad premium propter aliquid preuisum. Si detur primum: sic est verum. sed ɔstat ꝙ non magis reprobationis seu prescientie q̄ predestinatiõis potest poni causa aliqua isto modo: cũ tam prescientia q̄ predestinatio sit eterna: et omnis prescitus et predestinatus sit ex tempore: nec aliquid a deo distinctum sit perpetuum. Si autẽ ponatur scđm / sic est falsum. non enim vt dictũ est magis de⁹ infert nec inferre statuit propter culpam penam q̄ propter gratiam gloriam sempiternam. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia non tantum vna res ad quã sequitur ⁊ sine qua nõ sequitur alia / dicitur eius causa: sed etiam illud propter quod aliquid fit vel fieri statuitur potest dici aliqualiter causa eius. sed sicut deus non condẽnat nisi propter culpam commissam: nec ad penam aliquem ordinat nisi ꝓpter eius culpam p̄uisaꝫ: ita nec premiat nisi habentem gratiam: nec ordinat ad p̄mium nisi quẽ p̄uidit habiturũ gratie sue donũ. ergo sicut culpa vt preuisa dicitur esse causa prescientie ⁊ vt exhibita damnationis perpetue reproborum: ita ⁊ gratia ac etiam merita possunt dici vt habita causa saluationis et vt preuisa predestinationis omnium electorũ. q̄re ⁊c. ¶ Ad illud quod arguitur in contrarium / quãdo dicitur ꝙ ordinate volens finem prius vult ipsum q̄ alia ordinata ad eum / apparet ꝙ ratio ista deficit. quoniam esto ꝙ volens finem ⁊ ordinata ad ipsũ diuersis actib⁹: vt creatura intellectualis vult primo finẽ q̄ alia ad eum ordinata: nõ tamen deus qui eodem ⁊ vnico actu vult omnia: videlicet tam finem q̄ alia ad ipsum ordinata. immo si deus prius vellet vnum q̄ alterum / prius vellet illud propter quod vult alterum: et sine quo volito non vult ipsum. sed deus nulli creature beatificabili vult finem vltimum ipsi debitum: videlicet eternum premiũ nisi propter volitum meritum vel gratie sue donum. ergo si prius vellet vnum q̄ alterum / prius vellet cuilibet electorum meritum vel gratie sue donum q̄ premium sempiternum. ¶ Confirmatur. quia prius volitum nõ est volitum propter posterius volitum. sed deus vult electis premium ⁊ statuit ab eterno conferre ipsum propter gratie sue donũ eis volitũ. ¶ Hoc apꝑet. quia ꝓpter illud volitũ de⁹ voluit ab eterno ⁊ statuit ɔferre electis p̄miũ ꝓpter qđ habitũ ɔfert ipsum. sed ɔstat ꝙ deus electis cõfert ꝓpter meritum habitũ ⁊ gratie sue donũ premium sempiternum. ĝ premium nõ fuit electis prius q̄ meritum ⁊ gratie donum a deo volitum ab eterno: sed potius ecõuerso. quare ⁊c. ¶ Ad confirmationẽ

consimiliter est dicendũ. ex dictis em̄ apparet ꝙ falsũ in minore accipit qñ dicit ꝙ premiũ est creature beatificabili prius volitũ q̄ aliquid ad ipsum ordinatũ: quia ⁊ creatura itellectualis qñ pri⁹ vult finẽ q̄ ordinata ad ipsum / non vult finem ꝓpter ordinata ad ipsum volitũ: cum prius volitum non sit volitum ꝓpter posterius volitum. sed de⁹ confert ⁊ conferre ab eterno statuit seu voluit cuilibet electorum premium sempiternum propter volitũ eis meritũ ⁊ gratie sue donũ. ergo ⁊c. ¶ Hec de .1.

Quantum ad secundum vbi ad questionẽ istam aliter est dicẽdũ: premitto quatuor ad euidẽtiam dicẽdoꝝ. ¶ Primũ est. ꝙ ꝑ predestinationẽ nõ est hic intelligẽdũ aliquid a deo p̄destinante distinctũ: sed tm̄modo deum ipsum non vt quomõcunq; acceptũ: sed vt ordinantẽ hoc est vt intelligentem ⁊ volẽtem ab eterno premium conferendum cuilibet electorũ. deus autẽ nec electis vult premiũ nec reprobis suppliciũ per aliquid a se distinctũ. ergo per predestinationẽ nõ est intelligendum aliud q̄ deũ. ¶ Cõfirmatur. quia nihil a deo distinctum fuit eternũ. sed tã diuina p̄destinatio q̄ presciẽtia extitit sempiterna. ergo ⁊c. ¶ Scđm p̄mittẽdũ est. ꝙ cũ predestinatio dupliciter possit accipi: vꝫ scđm se absolute vt distinguitur ab ipso predestinato ⁊ importat predestinantẽ deum: ⁊ in ordine ad obiectũ vt videlicet dicit ipsum: dupliciter posset intelligi aliquid eẽ causam predestinationis. Vno modo ꝙ aliquid cẽt causa ipsius sumpte primo modo: vꝫ scđm essentiaꝫ actus p̄destinationis a substãtia predestinãtis totaliter indistinctam. Alio modo ꝙ aliquid sit causa eius secũdo mõ sumpte: vꝫ vt obiectũ includentis ⁊ sup ipsum transeũtis: vel ꝙ sit causa effectus eius: sic intelligendo ꝙ act⁹ diuine predestinatiõis terminaṫ ad obiectum predestinatum ⁊ ad predestinationis effectum puta ad electum ad premium ipsi debitum sempiternum: qꝛ terminatur ad aliquod ordinatum ad ip̄m: vꝫ ad meritũ vel ad gratie dei donũ ordinãs ad premiũ cõsequẽdũ. Et hoc modo gratie donũ vel meritũ vt preuisum ⁊ preuolitũ esse cãm predestinatiõis / põt dupliciṫ intelligi scđm ꝙ causa dupliciter potest sumi. Vno ei modo dꝛ ꝓprie eẽ causa res aliqua respectu illius qđ ad ipsam ⁊ nõ sine ea sequitur: modo quo causa dicitur eẽ illud quo posito alterum ponitur qđ quideꝫ non ponitur sine eo. Alio modo accipitur large causa non vt significat rem aliquam diuersam ab illo cuius diciṫ esse causa: sed vt importat aliquam prioritatem vnius ꝓpositionis ad aliam: vt antecedentis ad ɔñs qđ sequiṫ necessario antecedẽs / nõ autem econuerso antecedens sequiṫ necessario ad ɔñs. et ideo añs dicitur causa ɔsequentis non autem ɔsequẽs antecedentis: modo quo dicitur ꝙ homo est causa animalis ⁊ nõ econuerso. si em̄ est homo / sequitur ꝙ sit animal ⁊ nõ ecõuerso. hõ etiã dꝛ cã risibilis isto mõ. qꝛ licet risibile inferat hoĩeꝫ: sicut hõ infert risibile ecõuerso: nõ tñ risibile importat rẽ aliquã preter actũ possibilẽ cui⁹ hõ ipse sit cã. qꝛ tñ nõ põt esse hõ qn sit risibilẽ: hoĩ etiam act⁹ ridendi est possibilis effectiue: ideo hõ dꝛ ei⁹ causa. ¶ Tertiũ premittẽdũ est. ꝙ nullũ electoꝝ deus beatificat nec btĩficare statuit ab eterno sine grẽ sue dono. qđ quidẽ grẽ donũ ⁊ etiã premiũ q̄dã electoꝝ obtinuerunt absq; aliq̃ merito suo ex solo merito mortis Christi: vt oẽs paruuli ⁊ alij etiã hoĩes adulti baptizati ante rationis vsum mortui. alij obtinuerunt ipsũ solo suo merito ꝓprio mediãte vt oẽs angeli / quoꝝ quilibꝫ meruit sibi nõ vnus alteri nec Christus nec aliquis ali⁹ eis omnibus nec alicui eoꝝ. alij aũt vt oẽs hoĩes electi ratione vtentes in p̄nti consequunṫ predicta / vꝫ tam gratiã q̄ gloriaꝫ p̄ncipaliter ꝓpter meritũ mortis Christi ⁊ etiã aliqualiter min⁹ tñ p̄ncipaliter ꝓpter sua ꝓpria merita: vꝫ bona opera que deus misericorditer acceptat vt digna tali premio ꝑ eis cuilibet conferendo. constat em̄ ꝙ oĩs elect⁹ exñs in gratia in presenti ꝑ bona opa que facit sibi mereṫ tã grẽ q̄ glorie augmentũ. ¶ Quartũ ⁊ vltimũ premittẽdũ est. ꝙ predestinatio diuĩa lꝫ formaliter ⁊ realiter sit vnica / trãsit tñ sup diuersa obiecta: videlicet super omnes electos predictos / tñ q̄ ad aliquid similiter ⁊ quo ad aliquid differenter. oĩbus enim electis predestinatis deus voluit ab eterno premium ⁊ gratie sue donũ non aũt meritum ꝓprium qđ etiã ordinaṫ ad premiũ: sed quibusdã puta angelis oĩb⁹ ⁊ hominib⁹ ratione vtentibus in p̄nti: nõ autẽ alijs qui nec vt dictũ est aliquid sibi mereñṫ nec mereri possunt. alijs etiã voluit tm̄ meritũ ꝓprium vt angelis: ⁊ alijs vt hominib⁹ meritũ alienum: vꝫ meritũ Christi sine quo nullũ hominem statuit premiandum.

His p̄missis pono quatuor cõclusiões.

¶ Prima est. ꝙ predestinationis diuine vt p̄mo modo sumpte: vꝫ quidditatiue ⁊ scđm se absolute / nulla ẽ nec esse potest causa. ¶ Hec ẽ euidẽs. nec de hoc est questio nec dubitatio aliqua. qm̄ ɔstat ꝙ dei nulla est nec eẽ potest cã: sed ipse est oĩm a se aliorũ causa. sed diuina predestinatio vt sic sumpta est a diuina essentia indistincta totaliter in re extra. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. qꝛ diuina predestinatio non est aliud q̄ volitio qua de⁹ voluit ab eterno premium electorũ eis taliter ⁊ tali tempore conferẽdum. sed diuina volitio vel intellectio vt quidditatiue sumpta est idem totaliter cum diuina essentia. nõ enim deus vult nec intelligit nisi tm̄modo ꝑ seipsum. ergo nõ magis predestinationis diuine q̄ essentie põt poni aliquid esse causa. ¶ Secunda cõclusio est. ꝙ nec predestinatiõis diuine vt secũdo mõ sumpte / vꝫ obiectiue / põt esse causa aliquid a deo distinctũ: accipiendo cãm proprie vꝫ preexposito modo supra. ¶ Hec etiam est euidens. qm̄ predestinatio diuina tam vt quidditatiue q̄ etiã vt obiectiue sumpta fuit eterna. omnes enim electi fuerunt ab eterno predestinati seu ad gloriaꝫ ordinati. sed nec ipsum predestinationis obiectũ: nec aliq̃d ab eo ⁊ a predestinatione distinctũ fuit eternũ: ergo nec predestinationis vt super obiectũ transeũtis seu ipsum includẽtis potest aliq̃d eẽ causa mõ predicto sumpta. ¶ Cõfirmatur. quia cã vt sic sumpta est vt dictũ est supra res vna ad quã sequiṫ alia ab ea realiṫ distincta cuius illa dꝛ esse causa. sed nulla fuit res a p̄destinatiõe distincta ad quã predestinatio ipsa fuit subsecuta: cũ nulla res a p̄destinatione distincta fuerit sempiterna. predestinatio etiã ipsa eterna nõ põt dici effect⁹: cũ non importet aliq̃d a deo distinctũ vt actu in esse positũ: cũ nullũ tale fuerit sempiternũ: sed tm̄ significat seu importat suum obiectũ p̄destinatũ vt possibile ac futurũ. nullũ aũt possibile futurũ anteq̄ fiat potest dici effect⁹ magis q̄ possibile nõ futurũ. ĝ ⁊c. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ p̄destinationis mõ p̄dicto sumpte vꝫ obiectiue est cã aliq̃d: accipiẽdo cãm large modo p̄exposito. ¶ Hec ꝓbaṫ. quoniã illud est cã p̄destinationis diuine accipiẽdo p̄exposito mõ cãꝫ / ꝓpter qđ de⁹ p̄destinãs ordinat electũ p̄destinatum ad premiũ sempiternũ. sed oẽm electũ de⁹ ordinauit ab eterno ad premiũ ꝓpter aliquid p̄uisum ordinãs ⁊ disponens ad ipsum premium consequendũ. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. quoniam illud est diuine predestinatiõis obiectiue sumpte causa / super qđ transit ipsa predestinatio. ⁊ quia transit super ipsum ideo ⁊ transit sup alterum cuius illud primum dicitur esse causa. sed illud ꝓpter quod deus electum ordinat ad premiũ est hm̄ōi vꝫ propter quod ipsi electo volitũ ⁊ vt cõsequẽdũ ab

eo p̄uisum deus vult ei premium ac statuit ab eterno ip-
sum illi finaliter conferendū.ergo ꝛc. ¶Minor:vꝫ ꝙ
omnem electum deus ordinauerit ab eterno ad p̄mium
propter aliquod p̄uisum futurū/ apparet.qm̄ propter
illud vt p̄uisum ꝛ futurum deus statuit ab eterno ac vo
luit electis p̄mium conferendum:propter quod postq̄
habitū confert ipsū.sed aliquid ē sine quo habito de⁹
nō contulit p̄mium:sed post ipsum habitum cōtulit ip-
sum p̄mium cuilibet beatorū.vt em̄ dictum est/nulli cō
fertur p̄mium nisi habenti meritum alienū vel ꝓprium
vel vtrūq; ꝛ gratie sue donum.nisi forte īstetur de Chri
sto qui secundum aliquos non meruit sibi sed alijs pre-
mium sempiternum.sed melius est dicere Christum me
ruisse nō tm̄ alijs sed etiā sibijpsi merito antecedente p̄
miū aliquo ordine nō temporis/sed nature vt alias pro
lixius est ostensum.quare ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltima con-
clusio est.ꝙ non ē eadē causa sed alia ꝛ alia p̄destinatio
nis diuersorum electorum. ¶Hec probatur ex ratione
p̄dicta pro tertia cōclusione adducta.qm̄ vt ibi argutū
est/ illud est causa diuine p̄destinatiōis modo p̄dicto:ꝓ
pter qd̄ vt p̄uisum ꝛ futurum deus voluit ab eterno ꝛ cō
ferre statuit premium cuilibet electorum:sed istud pro-
pter qd̄ p̄uisum deus statuit ꝛ voluit ab eterno omnib⁹
p̄destinatis p̄mium conferendū/nō est idem in oīb⁹
electis sed diuersum diuersis.ergo ꝛc. ¶Minor appet.
qm̄ vt argutū est supra/ꝓpter illa preuisa deus statuit
ab eterno electis conferre premium propter que habi-
ta confert ipsū.sꝫ propter diuersa ab electis habita de⁹
confert eis premia sempiterna.aliquibus enim confert
ꝓpter merita eorum ꝓpria tm̄ vt angelis ꝛ etiam Chri
sto homini:supposito ꝙ ꝓpter meritum fuerit premiū
consecutus. alijs propter meritum alienum tm̄:vt hoī
bus beatis qui nullum habuerunt actum meritoriū ꝓ
priū in presenti:sed precise sunt saluati propter meri-
tum mortis Christi.ꝛ alijs ꝓpter meritum tam alienū
q̄ propriū vt omnibus hominibus a Christo alijs q̄ ī
presenti actum aliquem bonum seu ad eterna merito-
rium habuerūt. ꝛ si Christus non meruit sibi premium
ipsi fuit collatum premium sine aliquo merito:cum cō-
stet nullum alium ipsi premium meruisse:nec per conse
quens ipsum habuisse premium propter meritum alie-
num:sicut habet quilibet aliorum hominum beatorū.
g̃ ꝛc. ¶Ex p̄dictis videt̄ corollarie ꝯcludi posse.Prīo
ꝙ supposito ꝙ Christus nō meruerit sibi sed alijs tātū
premium:predestinationis ipsius Christi nulla pōt po
ni causa nisi sola voluntas diuina:sed tm̄ predestinatio
nis aliorum omnium electorū.si aūt Christus ipse me
ruit sibi premium tunc potest poni causa predestinatio
nis oīm electoꝝ. ¶Secundo.ꝙ meritum mortis Chri
sti preuisum pōt dici precexposito modo causa predesti-
nationis oīm hominum electorū saltem aliorū a Chri
sto:supposito ꝙ ipse Christus nō meruerit sibi sed alijs
premium sempiternum. ¶Primū apparet.qm̄ causa
predestinationis electorum est meritū preuisum eorum
propriū vel alienū vt dictū est supra.sed Christus non
habuit premium propter alicuius alterius a seipso me
ritum.ergo supposito ꝙ ipse nō meruerit sibi premium
nulla potuit esse causa sue predestinationis alia a volū
tate diuīa:nisi dicatur ꝙ gratia ipsi cōferenda preuisa
ꝛ volita sit eius causa.non tantum enim merita/sꝫ etiā
gratia ipsa ordinatur ad gloriam conferendam cuilibꝫ
electorum. ¶Secundum:videlicet ꝙ Christi passionis
meritum vt preuisum fuerit causa predestinationis ho
minum electorum/apparet.qm̄ vt dictum est illud vt p̄
uisum est causa predestinationis electorum propter qd̄
habitum eis confert deus premium.sed omnibus ele-
ctis hominibus saltem alijs a Christo/supposito ꝙ ipse
Christus non meruerit sibi sed alijs/deus confert p̄miū
propter Christi passionis meritum.ꝛ hoc differenter:qꝛ
aliquibus vt illis qui nihil meruerunt:confert premiū
propter Christi meritum vt propter causā totalē:alijs
autem qui aliquid meruerunt confert premium ꝓpter
idem meritum vt propter causam partialem et magis
principalem.ergo ipsum Christi meritum vt preuisum
fuit causa predestinationis omnium hominum electo-
rum:quorum aliorum fuit causa totalis vt sue p̄destina
tionis supposito ꝙ ꝓpter meritum ipse habuit premiū
ꝛ aliorum hominū qui nihil sibi meruerunt.alioꝝ autē
partialis vt omniū hominū electorū qui sibijpsis ali-
qd̄ licet minus principaliter meruerūt.ergo ꝛc. ¶Et si
queratur:quare de⁹ magis ab eterno voluit ꝛ preuidit
electum q̄ alium habiturum meritum propter qd̄ vt di
ctum est ordinauit ipsum ad premium? ¶Ad hoc di-
cēdum est.ꝙ causa huius nulla potest poni nisi sola vo-
luntas diuina.nec ex hoc tamē sequitur ꝙ deus sit p̄so-
narum acceptor.qm̄ p̄sonarum acceptio non potest ar-
gui in aliquo nisi respectu illorum qui sunt equales:qui
bus aliquid equaliter debet̄ ab illo/qui tamen confert
illud vtriq; equaliter debitum vni ꝛ non alteri cui tamē
equaliter obligatur.sed deus nulli est debitor:ergo nec
potest esse p̄sonarum acceptor. ¶Sic ad questionem.
¶Ad rationem in principio qn̄ dicit Apostolus.ꝙ nō
ex operi.iustitie que fe.nos sal.nos fecit.Dico ꝙ verum
est principaliter:qꝛ secundum eundem apostolū nō sunt
condigne pa.huius temporis ad futuram gloriam que
reuelabitur in nobis.ipse tamē deus misericordit̄ acce-
ptat opera nostra bona in charitate facta ꝓpter meri-
tum Christi vt ꝓpter causam meritoriam principalem
tanq̄ digna p̄mio sempiterno. ¶Ad aliud qd̄ superius
pro opinione alia est argutum/iam est responsum. Alit̄
tamen respondent aliqui dicentes ꝙ illud assumptum
vꝫ ꝙ ordinate volens finem ꝛ ordinata ad ipsum prius
vult finem/est verum de illo qui vult finem suijpsius:nō
autem de illo qui vult finem alterius.sꝫ beatitudo quā
respicit predestinatio non est finis dei volentis seu pre-
destināitis:sed ipsius predestinate creature rationalis
que ad ipsam beatitudinem vt ad suū finem vltimum
ordinatur.quare ꝛc.

Secundo quero.vtrum reproba
tionis seu prescientie reproboꝝ sit aliqua cā
ex parte ipsorum. ¶Et videt̄ ꝙ sic.qm̄ sicut
se habet meritum electoꝝ preuisum ad pre-
destinationē ipsoꝝ:ita ꝛ demeritū reproboꝝ silr̄ preuisū
ad presciētiā eoꝝ.sed meritū electorum preuisum est cā
predestinationis eorum/vt in questione alia est ostēsū:
ergo ꝛ demeritū reproboꝝ preuisum est causa presciētie
ipsorum. ¶Contra.quia propter illud vt factum dāna
tur quilibet reproborum propter qd̄ vt preuisū fuit ad
damnationem eternaliter deputat⁹.sed non oēs dāna-
ti damnantur propter sua demerita perpetrata: cum
multi sint sine suis demeritis condemnati vt oēs par
uuli ante baptismum mortui.ergo nec talium demeri-
tum vt preuisum potest poni causa prescientie seu repro
bationis ipsorum.quare ꝛc. ¶Responsio.vbi sic proce
dam. Primo enim premittam aliquid ad euidentiam
dicendorum. ¶Secundo dicam ad quesitum.

Quātū ad primū supposito ex dictis in
questione precedenti quō sit intelligēdū aliquid eē cāꝫ
prescientie reproborum:qꝛ similiter sicut aliqd̄ dicit̄ eē
causa predestinationis electorum:supposito etiā quid
sit intelligēdū p prescientiam:qꝛ non aliud q̄ diuinā p̄-
ordinationē reproboꝝ ad suppliciū sempiternū:sicut p
p̄destinationē intelligit̄ tm̄ diuīa volitio seu deputatio
electoꝝ ad premiū vt in questione alia fuit dictū:est sciē
dum ꝙ sicut electoꝝ aliqui saluant̄ ꝓpter meritū alie
nū tm̄:ꝛ alij ēt ꝓpter ꝓpriū/vt in questione alia est ostē
sum:ita ꝛ dānatoꝝ aliqui cōdēnantur ꝓpter ꝓpriū de-
meritū:ꝛ tales puniunt̄ pena dāni ꝛ etiā pena sensus.
alij aūt tm̄ propter demeritū alienū: vt oēs a peccato
originali non liberati moriētes ante vsum debite ratio
nis.ꝛ tales puniunt̄ tm̄modo pena damni nō aliqua pe
na sens⁹. alij tertio dānāt̄ simul ꝓpter demeritū ꝓpriū
ꝛ etiā ꝓpter demeritum alienū:sicut multi electorū sal
uantur ꝛ ꝓpter meritum ꝓpriū ꝛ propter meritū alie
num/vt in q̄stione alia fuit dictū.ꝛ tales sic dānati sunt
omnes illi qui non fuerunt a peccato originali liberati
ꝛ cum hoc peccauerunt actualiter in p̄senti:ita ꝙ sicut
omnes saluati ita ꝛ damnati sunt contenti sub triplici
differentia supradicta. ¶Ex quo infero corollarie: ꝙ si
cut nullus electorum saluatur nisi propter meritum ali
quod vel alienum vel ꝓprium vel tam ꝓpriū q̄ alie-
num excepto Christo secundū opinionem aliquoꝝ dicē
tium ꝙ ipse nō meruit sibi sed alijs p̄mium:ita nec ali-
quis condemnatur nisi ꝓpter demeritū vel suijpsius vl̄
alterius vel insimul vtriusq;:vꝫ tā suū ꝓpriū quale pec
catū est actuale q̄ alienum quale est peccatū originale
de quo ꝛ de pena damni tm̄ nō sensus ipsi debita erit ser
mo in secundo ꝛ in tertio. ¶Hec de primo.

Quātū ad secūdū vbi est dicēdū ad q̄si
tū/ pono q̄tuor conclusiones. ¶Prīa est.ꝙ cā p̄sciētie
reproborum ꝛ oīm dānatorū est demeritū aliquod p̄ui
sum. ¶Hec ꝓbatur.qm̄ ꝓpter illud p̄uisum fuerunt re-
probi p̄sciti seu p̄ordinati ad dānationē ꝓpter qd̄ post
q̄ factū est cōdemnati sūt vel finalit̄ condemnādi.sed cō
stat ꝙ ꝓpter nihil aliud nisi tm̄ ꝓpter peccatum cōmis
sum reprobi condemnant̄.nulla em̄ cōdemnatio siue pe
na alicui inflicta pōt esse iusta nisi quā precessit aliqua
ipsius puniti vel alterius culpa.ergo ꝛc. ¶Confirmat̄.
qꝛ sicut se habet meritū vt futurū seu p̄uisum ad p̄desti-
nationē electoꝝ:ꝛ vt factum ad p̄miationē eorū:ita cō
similiter se habere videtur demeritum seu peccatū vt p̄
uisum futurum ad p̄sciētiā damnandoꝝ: ꝛ vt ꝑpetratū
seu factum ad dānationem eoꝝ:sed vt in questione alia
fuit dictum meritū electoꝝ vt p̄uisum est cā p̄destinatio
nis.vt aūt exhibitū ē causa saluatiōis eoꝝ.ergo ꝛ de de
merito seu peccato vt comparato ad presciētiā ꝛ ad pe-
nam damnatoꝝ cōsimilit̄ est dicēdū:ꝛ maxime cū p̄mia
re sine merito exhibito vel ad p̄miū ordinare sine ipso
merito p̄uiso nō sit malum sed bonum:qꝛ est actus libe-
ralitatis:condemnare aūt vel ad damnationē ordinare
aliquē sine aliquo ei⁹ nec alterius demerito sit iniusti-
tie ꝛ crudelitatis:ꝛ p ꝯñs malū:qd̄ non est deo attribuē
dum.quare ꝛc. ¶Secūda ꝯclusio est.ꝙ causa reproba
tionis seu p̄scientie aliquoꝝ dānatoꝝ ꝛ dānandoꝝ fuit
eoꝝ ꝓpriū tm̄ demeritū vt p̄uisū. ¶Hec ꝓbat̄ ex ratio
ne p̄dicta.qm̄ illud ꝓpter qd̄ reprobi cōdēnant̄ ꝛ puniū
tur eternaliter postq̄ factū/est vt p̄uisum futurū causa
reprobationis seu p̄scientie eoꝝ.sꝫ mlt̄i reprobi cōdēna
ti vt omnes qui fuerūt in p̄nti a peccato originali mun
dati damnant̄ ꝓpter solū peccatū suū ꝓpriū actuale
cōmissum:g̃ ꝛ omnes tales fuerunt tm̄ ꝓpter suū deli-
ctum actuale vt p̄uisum presciti seu ab eterno ordinati
ad supplicium sempiternū.quare ꝛc. ¶Confirmat̄.qꝛ si
cut solū illud vt p̄uisum dr̄ esse cā p̄destinatiōis electoꝝ
ꝓpter qd̄ postq̄ habitū eis confert̄ p̄miū:ita ꝛ de p̄sciē
tia dānādoꝝ cōsimilit̄ est dicēdū.sed p̄cise ꝓpriū actua-
le peccatū cōmissum est ꝓpter qd̄ multi damnant̄:ergo
ꝛ ꝓpter ipm̄ solū vt p̄uisum tales p̄sciunt̄ seu ad penā
ꝑpetuam ordinant̄.quare ꝛc. ¶Tertia ꝯclusio est.ꝙ cā
reprobationis seu p̄sciētie aliquoꝝ damnatoꝝ ꝛ dānan
dorū/fuit tm̄ demeritū nō ꝓpriū eoꝝ sed aliorum:vꝫ p̄
morum parētū. ¶Hec ꝓbat̄ consimilit̄ sicut alie prece
dentes:vꝫ qꝛ propter illud vt preuisum oēs reprobi fue
rūt p̄sciti ꝓpter qd̄ postq̄ habitū siue subsecutū extitit
sūt damnati.sed oēs ꝓ solo originali reatu absq; aliquo
actuali peccato dānati puniuntur pena damni tm̄ pro-
pter primorū parentum peccatum.ergo ꝛc. ¶Et si q̄ra
tur:quō potest iuste aliquis sine aliquo suo peccato pro
solo alterius peccato puniri aut ad penam aliquam or-
dinari ꝛ maxime post peccatum remissum ei qui cōmi-
sit ipsum:sicut in ꝓposito peccatū primorum parentū
est eis remissum? ¶Ad hoc dicendū est.ꝙ vt magis ex
plicabitur in scdō ꝛ in tertio/licet nullus ꝓ peccato al-
teri⁹ puniri debeat pena aliqua afflictiua positiua:qua
lis est pena oīm tam in inferno q̄ etiam in purgatorio
punitoꝝ: pōt tñ iuste puniri pena aliqua priuatiua cōsi
stente in carentia siue substractione seu nō donatiōe ali
cui⁹ boni vel p̄mij: ꝛ maxime ab illo qui nec sibi nec ali-
cui alteri tenetur dare bonum hmōi.sed deus cum nul-
li sit debitor nullum tenetur beatificare:g̃ licet sine cul-
pa sua nullum debeat affligere seu punire/ pōt tñ absq;
aliqua iniustitia ipm̄ nō beatificare/btitudinē quā dat
alijs ipsi cōmunicare nolēdo.sꝫ hoc mō tm̄ nō aliter pu
niunt̄ damnati pro solo peccato primorum parentum
vt magis ī secūdo ꝛ in tertio explicabitur.ergo ꝛc. ¶Et
qn̄ additur ꝙ peccatū primorum parentū est remissū:
Dico ꝙ licet sit eis indultū nō tamen simpliciter ꝛ vni
uersaliter est remissum.qm̄ cū peccatū esse remissum nō
sit aliud q̄ ipsum nō esse ad penam imputatū vt expli
cabit̄ in quarto:ꝓ ꝯñs nulla culpa totaliter est a deo re
missa pro qua exigit̄ aliqua pena.sed ꝓpter peccatū pri
morum parentum deus exigit penā aliquā priuatiuā
predictā ꝛ si non ab ipsis primis parentibus tñ a mul-
tis alijs pena huiusmodi pro solo isto eoꝝ demerito eter
naliter condemnandis.ergo ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltīa con
clusio est.ꝙ causa reprobationis seu p̄scientie aliquorū
damnatorum ꝛ damnandoꝝ fuit p̄uisum demeritum tā
eorum actuale proprium q̄ etiam aliorum:vꝫ parētū
primorum. ¶Hec ꝓbatur consimiliter sicut oēs alie
sunt ꝓbate.qm̄ sicut aliqui damnantur solum propter
demeritū ꝓpriū:ꝛ alij tm̄ ꝓpter demeritum alienum
ita etiam sunt alij damnati tam propter alienum q̄ ꝓ-
pter proprium demeritum:vt omnes infideles ꝛ quicū
q; a peccato originali non liberati qui in p̄senti actuali
ter deliquerunt.sed vt argutum est superius/ propter il
lud vt preuisum reprobi fuerunt a deo presciti ꝛ ad pe-
nam eternaliter deputati propter qd̄ postq̄ factū ē sūt
finaliter cōdēnati vel erunt condēnandi.ergo ꝛc. ¶Cō-
firmatur.quia sicut p̄destinationis aliquorum electorū
causa fuit meritum tantum propriū eorum vt omniū
angelorum ꝛ etiam Christi:supposito ꝙ Christus me-
ruerit sibijpsi:aliorum autem causa fuit tantum preui-
sum meritum alienum vt omnium hominum electorū
qui nullum habuerunt meritum propriū: ꝛ aliorū ter
tio vt illorum hominum electorum qui aliquid boni fa
ciunt in presenti causa fuit meritum preuisum tam eo-
rū propriū q̄ alterius: videlicet mortis Christi:ita
ꝛ de causa p̄scientie reproborum consimiliter est dicēdū
vꝫ ꝙ causa p̄scientie damnatorum sicut ꝛ p̄destinatio
nis electoꝝ continetur sub triplici differentia in predi-
ctis conclusionibus superius explicata. ¶Sic ad que
stionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio
ex predictis.

Distinctio.XLII.Quæstio.I.

Circa distinctionem quadrageſimāſecūdā in qua magiſter determinat de vnitate diuine potētie: quero primo. vtrū in deo ſit potentia reſpectu cuiuſcūq; poſſibilis. ¶Et videtur q; ſic. quia ī quocunq; oīpotente eſt potētia reſpectu cuiuſcūq; poſſibilis. ſed deꝰ eſt oīpotēs. ergo ꝛc. ¶Contra. q; peccatū eſt poſſibile: ſz deus nō poteſt peccare: ergo nō poteſt oē poſſibile: nec q; cōſequens eſt in ipſo potētia reſpectu omnis poſſibilis. ¶Reſponſio. vbi ſic ꝓcedā. ¶Primo enī oſtēdā quō in deo ſit potentia. Scōo inquiram an talis dei potentia ſit reſpectu omnis poſſibilis vēr vel tantum reſpectu alicuius ſpecialiter.

Quantū ad primum eſt ſciēdum: q; potētiam eſſe in deo dupliciter poteſt intelligi ſcōm q; dupliciter ōr aliquid cē in aliquo: vno modo ꝓprie et alio modo large: licet etiā vſitate. ¶Primo modo/vcz ꝓprie nihil dicitur eſſe in ſeipſo. ſed omne qō ꝓprie eſt in aliq̄/ eſt aliquo modo diſtinctū ab ipſo. Scōo aūt mō: vcz large ꝛ tamē vſitate/quod dicitur interdum in aliquo eſt idez totaliter in re extra cū eo: ſicut humanitas dicitur eſſe in ſorte: ſapiētia in deo: ꝛ deitas in perſona. ¶Hoc ꝓmiſſo appet q̄d ſit dicēdū quātū ad iſtum articulū. conſtat enī. ¶Primo. q; in deo nō eſt potētia primo mō. Secūdo. q; eſt in eo potētia ſcōo modo. Tertio. q; potētia talis eius vt eſt reſpectu entis poſſibilis nō ōr intellect⁹ nec volūtas ſz potētia executiua. Quarto. q; nihilominus talis executiua dei potētia eſt ab eiꝰ voluntate ꝛ intellectu indiſtincta totaliē in re extra. ¶Primum eſt euidens. qm̄ potētia eſt illud quo ds eſt potēs. ſz deꝰ nō eſt potēs aliquo alio q̄ ſeipſo: q; potētia nō eſt in ipſo tanq̄ aliquid diuerſum ab eo. ¶Confirmaſ: q; non magis potētia dei diſtinguiſ ab eo q̄ potētia alicuius cauſe ſcōe ſit diſtincta ab ea. ſz potētia oīs cauſe ſcōe eſt totaliter idē cū ea vt alias eſt oſtēſum: ergo multo magis prima cauſa eſt a ſua potētia idiſtincta. ꝗre ꝛc. ¶Scōo: vcz q; in deo ſit potētia ſcōo modo accipiēdo aliq̄d eſſe in aliquo/ſequiē ex ꝓdicto. qm̄ in quocūq; omnipotēte ſeipſo nō aliquo mediāte alio ē potētia iſto mō: ſz deus ē oīpotēs: ꝛ vt dictū eſt nō aliquo alio q̄ ſeipo. q; ꝛc. ¶Cōfirmaſ. q; cum potētia ſit a deo indiſtincta cōſimiliē et totaliter in re extra ſicut ſapiētia ab eſſentia ꝛ ipa cētia a ꝑſona: cōſimili mō ꝛ in eodē ſenſu pōt cōcedi q; potētia eſt in deo: ſicut dicit q; ſapiētia eſt in eo ꝛ deitas ī ꝑſona. ſed iſta ꝓcedit ꝛ eſt vera: deitas eſt in ꝑſona: ꝛ iſta ſapiēta eſt ī deo: nō in ſenſu alio q̄ in iſto / ꝑſona diuina eſt deꝰ ſeipſa: ꝛ ſimul deꝰ eſt ſapiēs ſapiētia a ſeipo indiſtincta totaliē in re eā. ergo ꝛ in ꝓpoſito cōſimiliē eſt dicēdū. quare ꝛc. ¶Tertiū: vcz q; dei potētia vt eſt entis poſſibilis cauſaliē ꝓductiua nō dicaſ intellectiua nec volitiua ſz executiua/apparet. qm̄ potētia exequēs ſeu ꝓducēs ſignificat cām ꝛ cōnotat effectum ab ipa cauſaliter actualiē ꝓcedētē. potētia aūt executiua ſeu ꝓductiua ſignificat cādē cām ꝛ cōnotat effectū tm̄ vt ſibi poſſibilē nō vt actualiē exiſtentem. nec potētia aūt intellectiua nec volitiua nec intelligēs actualiē nec volēs cōnotat nec ſportat aliq̄d ab ipa potētia intellectiua vēl volitiua vēl intelligēte actualiē vel volēte diſtictū qō tali potētie ſit poſſibile effectiue. nō em̄ oē obiectū ab aliq̄ intellectū vēl intelligibile volitū vel volibile ē ipſi poſſibile effectiue. ergo dei potētia vt eſt entis poſſibil⁹ cauſaliter ꝓductiua nō ōr intellectiua nec volitiua ſz executiua. ¶Confirmaſ. q; ſi deꝰ ꝓmpoſſibile nihil intelligeret nec ꝙ vellet/nec intelligere nec velle poſſet/ ꝛ tm̄ oēs poſſibilū ſicut eſt mō cauſatiuus exiſteret: diceret⁹ non minus q̄ nūc habere potētiam executiuā nō aūt intellectiuā nec volitiuā. ecōuerſo aūt ſi deꝰ nihil efficere poſſet: ꝛ tamen oīa ſicut mō intelligeret ꝛ vellet: diceretur in ipſo eſſe tā intellectiua q̄ volitiua potētia ſicut mō nō aūt executiua: cum iſta reſpiciat obiectum nō vt intellectum vel intelligibile nec vt volitum nec vt volibile: ſed tantum vt effectum ſeu cauſatum vel effectibile ſiue cauſabile. ergo nec diuina eſſentia dicitur eſſe potentia intellectiua nec volitiua vt eſt poſſibilium creatiua ſeu cauſaliter ꝓductiua: nec dicitur potentia executiua ſeu creatiua vt eſt eoꝝ intellectiua vel volitiua: ſz dicitur intellectiua ꝛ volitiua in ordine ad obtectum intelligibile ꝛ volibile. executiua autem in ordine ad ens poſſibile vt ab ea ꝓducibile ꝛ realiter cauſabile. quare ꝛc. ¶Quartum ꝛ vltimum: vcz q; dei executiua potētia ſit ab eius intellectu ꝛ voluntate indiſtincta totaliter in re extra: apparet. quoniam excepta diuerſitate q; fonaruz inter nulla alia eſt in diuinis aliqua diuerſitas ſed totalis identitas in re extra. ſed huiuſmodi potētie diuine non poſſunt diſtingui ſicut perſone: cum perſonis omnibus ſint communes. ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur. quia non magis iſte potentie diſtinguuntur in diuinis q̄ in creaturis: ſed in creaturis ſunt totaliter indiſtincte exceptis diuerſis effectibus connotatis. ergo ꝛc. ¶Minor apparet. quoniam eadem eſſentia anime intellectiue vel angeli eſt intellectiua potentia volitiua ꝛ motiua ſeu executiua. ipſa enim eſt ſimediatuz ꝓncipiū ſtel lectionis volitionis ꝛ localis motionis. ꝛ ideo denominatur potentia intellectiua in ordine ad intellectionez volitiua in ordine ad volitionem: ꝛ motiua in ordine ad motionem. Idez apparet de anima ſenſitiua que ē multiplex potētia ſenſitiua: videlicet viſiua auditiua ꝛ alia ſenſitiua in ordine ad actus diuerſos ſentiēdi: quorum omnium ipſa eſt immediatū ꝓncipium vt alias ꝓlixius eſt oſtenſum ꝛ in ſecundo oſtēdetur vbi de diuerſitate vel identitate potentiarum ab eſſentia inquiretur. ergo ꝛc. ¶Ex hoc apparet. q; nec verum dicunt illi qui ponunt q; in deo non eſt potentia executiua ſed intellectiua ꝛ volitiua: nec illi qui dicunt q; eſt in ipſo potentia executiua tamen diſtincta ab intellectiua ꝛ volitiua potentia in re extra. quoniam aut primi intelligūt per potentiam aliquid a deo ꝛ ab effectu ꝛ poſſibili diſtinctum: ꝛ ſic eſt verum q; in deo non eſt potētia executiua nec etiam intellectiua nec volitiua: aut q; diuina eſſentia non eſt ſeipſa potentia executiua: ſicut intellectiua ꝛ volitiua. ꝛ ſic falſum accipiunt euidenter. quoniam ſicut deus per ſuam eſſentiam intelligit ꝛ vult omne intelligibile: ita ꝛ eādem poteſt ꝓducere ſeu cauſare omne poſſibile. ſed ſicut omne intellectum intelligibile eſt potentia intellectiua: ꝛ volitiuum volibile potentia volitiua: ita ꝛ ꝓductiuuz ꝛ effectuum poſſibile eſt potentia executiua: cum nec per potentiam executiuaz ſit aliud intelligendū q̄ ꝓncipium alicuius effectus poſſibil⁹ cauſaliter ꝓductiuū: ꝛ maxime effectus trāſeūtis nō immanētis ſeu ī ꝓducēte exiſtis: ſicut ſunt act⁹ cognitiui ꝛ appetitiui. ergo ꝛc. ¶Ad etiaz dicūt alij: vcz potentiam executiuam diuinā eſſe ab intellectu ꝛ a voluntate diſtinctā in re extra/eſt omnino impoſſibile: itelligendo ꝙ hmōi potentias illud tm̄ quo deꝰ intelligit vult ꝛ agit. qm̄ nec deꝰ intelligit aliq̄d nec vult nec facit realiter ſeu ꝓducit niſi tm̄modo per ſeipſum nō per aliquid diſtinctum aliquo modo a ſua eſſentia in re extra. ergo ꝛ cetera. ¶Sed contra hoc forſitan arguetur. quia potentia dei tam intellectiua q̄ volitiua fuit per fuit eſt ꝛ erit in actu ſuo. qō poteſt dici de ciuspotentia executiua. licet enim ſemper deus creaturam intellexerit ꝛ voluerit/nō tm̄ ſemp eaz ꝓduxit. ſed oēs ille potētie ſunt diſticte/quarum vna eſt ſemper in actu ſuo ꝛ non alia. ergo ꝛc. ¶Ad hoc facile eſt reſpōdere. qm̄ eſt aſſumitur in maiore q; potentia intellectiua ꝛ volitiua dei eſt ſemper in actu ſuo: nō autem potentia eius executiua: aut q; huiuſmodi actum intelligit aliquid ab ipſa potentia differēs ꝛ in ea realiter exiſtēs: modo quo actus intelligēdi ꝛ volendi creature intellectualis dicitur actus eius. ꝛ vt ſic falſum eſt qō accipit. q; nec potētie intellectiue diuine nec volitiue nec executiue ē act⁹ aliquis ſic acceptus. aut q; actum intelligit potētia ipſa tm̄: ꝛ ſic etiam falſum aſſumit. q; omnis diuina potētia fuit eſt ꝛ erit ſemp ī actu ſuo: cū ſit neceſſe eſſe ꝛ act⁹ pur⁹. aut per huiuſmodi actū intelligit tertio aliquid a deo diſtinctum qō nō eſt in eo ſed pōt fieri ab ipſo: vt actus potētie executiue dicaſ eſſe effectus in eſſe poſit⁹ ꝛ actus potētie intellectiue obiectum intellectū ꝛ act⁹ potētie volitiue obiectum volitu. ꝛ ſic maior aſſumpta eſt vera: vcz q; potētia intellectiua ꝛ volitiua dei ſemp eſt fuit ꝛ erit ī actu ſuo. q; ſemp fuit ē ꝛ erit obiectū intellectum ꝛ volitum: nō aūt potētia executiua. q; nō ſem per habuit effectum ꝓductum. ſed tunc minor ſub maiori ſic intellecta ſumpta eſt falſa: q; dicere intellectum ꝛ voluntatem ſemp eſſe in actu ſuo non autem potentiā executiuaz/nō eſt aliud q̄ dicere deum ſemper aliquid intellexiſſe ꝛ voluiſſe: nō aūt effectū ꝓductum aliquez habuiſſe. ſz non ſequitur: deus ab eterno oīa intellexit ꝛ q̄ ſunt facta fieri voluit: nō aūt ab eterno ea fecit ſed extpe: g; p aliud ea intellexit ꝛ fieri voluit ꝛ p aliud ipſa fecit. q; idē em̄ vcz q; ſuam eſſentiā ipſa intellexit ꝛ fieri voluit ac fecit cauſaliē qā fecit. nec magis creatio eſt ꝑter ipſum vt creantē ꝛ effectum creatuz aliq̄d ab vtroq; diſtinctū: q̄ intellectio ſua vel volitio diſtinguiſ ab ipo intelligente ꝛ volēte ꝛ ab obiecto intellecto ꝛ volito. quare ꝛc. ¶Hec de primo.

Quantum ad ſecundum eſt ſciendum q; dei omnipotētiā ſupradictā eſſe reſpectu oīs poſſibilis/pōt dupliciē intelligi. Uno modo ſic. q; deus poſſit in omne poſſibile q; ſeipſum ſine quocūq; alio cōcauſante. Alio modo q; poſſit in oē poſſibile mediāte aliq̄ cauſa ſcōa ſecum cauſaliter cōcurrēte. vel etiā tertio mō q; poſſet in aliquod poſſibile q; ſe ꝛ in aliud nō/niſi mediāte aliqua cauſa ſecūda a ſecū concauſante. ¶Hoc ꝓmiſſo pono quatuor concluſiones. ¶Prima eſt. q; nulla cauſa ſcōa poteſt in effectū aliquē ſine prima ſecū principaliter cauſaliē cōcurrēte. ¶Hec in ſcōo ꝓlixius explicāda ꝛ ꝓbanda/appet. qm̄ nulla cauſa ex ſe indeterminata ad mlta in que oīa nō pōt ſimul / pōt in aliquod eoꝝ magis q̄ in alterū niſi vēl q; ſe poſſit ſe determinare ad illud: vel virtute alteri⁹ cauſe concurrentis ipaz determinātis ꝛ cū ea cōcauſantis. ſz oīs cā ſcōa eſt indeterminata ad effectus diuerſos eiuſdē ſpeciei in quos nō poteſt ſimul: ſed in vnū poſt aliū ſucceſſiue: nec pōt ſe determinare magis ad iſtum modo producendū q̄ ad aliū: cum tū oſtet ſic ipſam agere: vcz nūc ad iſtū ꝛ poſtea ad aliū effectū cauſaliē ꝓducēdū. g; hoc ꝛz eſſe a prima cā ipſaz determināte ꝛ ſecū ad oēm effectum ſibi debitum cōcauſante. ¶Confirmaſ. q; poſita cauſa totali alicuius effectus / pōt poni ille effectus quocūq; alio circūſcripto. ſed ad nullaz ſcōam cām poſitam pōt ſeq̄ effect⁹ aliq̄s ſine prima: cū ipſa poſſit oēz effectū cuiuſcūq; cauſe ſecū de ſuſpēdere: qō nō poſſz vt videt facere/ſi cā ſcōa eſſet effectus ipſi debiti q; modū cauſe totalis virtualiē contentiua. ergo ꝛc. ¶Secunda ꝛcluſio eſt. q; cauſa ſecunda pōt in effectum ſibi debitum prima cā coagente ſecū ad ipſum. ¶Hec eſt euidēs. qm̄ cōſtat q; diuerſi effect⁹ ſequunt̄ ad ꝑſentiam diuerſoꝝ entiū creatoruz vt vnus ignis ad aliū/vna aqua ad aliam/calor ad calorē: et ſic de aliis. ſed nō magis ad ignē vnū ſequeret⁹ aliꝰ q̄ aqua, nec ad vnaz aquā alia q̄ ignis/ꝛ ſic de aliis/niſi vnū eoꝝ tium creatorum eſſet vnius ꝛ nō alteri⁹ ꝓncipium ꝓductiuum. nō poteſt aūt aliquod ens creatum aliq̄d ꝓducere p ſe tm̄ ſine prima cauſa cōcauſante ſecū vt dictum eſt in concluſione alia. ergo ꝛc. ¶Confirmaſ. q; vt ſepe alibi dictum eſt/ex nullo alio arguimus nec⁹ ſcim⁹ vnū eſſe cām altertius ꝓductiuam niſi q; videmus ad vnum ſequi alterum omni alio circūſcripto: ꝛ ecōuerſo ex hoc arguitur aliq̄d non eſſe cauſam alterius: q; ad eius preſentiā nunq̄ ſequitur illud omni alio circunſcripto. ſed conſtat q; ad ꝑſentiam diuerſoꝝ entium creatoꝝ ſequūtur ꝛ fiunt diuerſa. ſic em̄ ad ꝑſentiam ignis ſequit forma ignis ꝛ ad ꝑſentiam caloris vnius alius in paſſo diſpoſito ſibi ꝓpinquo/q; nō aliquis effectus alius. ergo diuerſa entia creata ſunt diuerſoꝝ effectuum ꝓncipia ꝓductiua: ꝛ non p ſe vt dictum eſt ſine prima cauſa. ergo ꝛc. ¶Sed eſt hic dubiū quō vnus ꝛ idez effect⁹ pōt cē a prima cauſa inſimul ꝛ a ſecunda. qm̄ aut totus effectus eſt ab vtraq; cauſa/prima vcz ꝛ ſecūda: aut aliquid eius a prima ꝛ aliquid a ſecunda. ſed primum non videtur eſſe poſſibile: quia tunc eiuſdem effectus eſſent plures cauſe totales. nec ſecundum: quia tunc ſequereꝛ q; ſaltem ad illam partem effectus cauſa ſecunda ageret ſine prima: qō eſt cōtra concluſionem primam predictam. ¶Ad hoc dubium reſpondebit⁹ in ſecundo: vbi de iſta materia ꝓlixior erit ſermo. ꝓnūc ſufficit dicere q; tam prima q̄ ſecunda cauſa agit ad totum effectū cum nec ſecunda poſſit ad aliquid agere ſine prima. nec tamen ex hoc ſequitur qō inferturꝰ: vcz q; eiuſdē effect⁹ ſint plures cauſe totales. non enim cauſa totalis dicit a qua totus effectus producitur: ſed illa a qua ſic totus effectus ꝛ totaliter producitur q; nulla alia cauſa reqritur. hoc autem modo nulla cauſa ſecunda eſt totalis ſed partialis cauſa ſui effectus: licet attingat ipſum totum. quare ꝛc. ¶Tertia cōcluſio eſt. q; prima cauſa poteſt in effectum aliquem ſine ſecunda ſecū cauſaliter cōcurrente. ¶Hec eſt euidens. qm̄ illud eſt poſſibile quod eſt de facto. ſed omnia ingenerabilia et incorruptibilia ſunt de facto ab ipſa cauſa prima ſola ſine aliqua cauſa ſecunda. qm̄ omnis cauſe ſecunde effectus eſt generabilis ꝛ corruptibilis per naturam. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia omnis effectus eſt vel tantum a ꝑma cauſa vel a prima inſimul ꝛ ſecunda. nō enim aliquis poteſt eſſe a ſecunda ſine prima vt dictum eſt ſupra. ſed cōſtat q; nec materia prima/nec intelligētia/nec aliqua alia ꝛcorruptibilis creatura eſt effectiue ab aliqua cauſa ſecunda. ergo tantum a prima. quare ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltima cōcluſio. q; prima cauſa poteſt in omnem poſſibilem effectum ſine quacunq; cauſa ſecunda concauſante ſecum. ¶Hec ſequitur cozollarie ex omnibus concluſionibus aliis ſupradictis. Qō apparet. ¶Primo. quia ſecundū primam concluſionem nulla cauſa ſecunda poteſt in effectum aliquem ſine prima: ſed in quēcunq; effectuz poteſt cauſa aliqua perfectiſſima qualis eſt prima coagēte ſecum alia/ poteſt ꝛ per ſe tantummodo ſine ipſa: cuz nulla cauſa perfecta ſit dependēs neceſſario ab aliqua alia in agendo. ergo ꝛc. ¶Secundo. quia ſecūdū cōcluſionem ſcōam cā ſecūda pōt in effectum ſibi debituz prima coagente ſecum ad ipſum. ſed in quēcūq; effectum poteſt cauſa prima cū ſecūda/pōt cū ſit pfectiſſima ſine ea. q; em̄ ſcōa nō poſſit ſine prima hoc eſt/q; imperfecta ꝛ dependens ab alia in agendo ſicut et in eſſendo. ergo ꝛc. ¶Tertio. quia ſecundum tertiā cōcluſionē prima cā

pōt ꝓducere ꝛ ꝓducit de facto effectum aliquē ſine cau
ſa ſcd̓a vt om̄e ingenerabile ꝛ incorruptibile.ſed qua ra
tione poteſt ꝑ ſe ſine omni cauſa alia ſecūda in hoc poſſi
bile/eadeꝫ in quodcūꝗ alteruꝫ:tū quia iſta ſpiritualia
ꝛ incorruptibilia ſunt alijs ꝑfectiora:tū q2 cauſa prima
eſt equiuoca reſpectu omnium poſſibilium effectuum:
nec per cōſequēs magis videtur eſſe vnius ꝙ̄ alterius
totale principium productiuum.ꝗ ꝛc.¶Confirmatur.
q2 ſi cauſa ſcd̓a eſt cum prima neceſſaria ad effectuꝫ ali
quē ꝓducēdū:aut hoc eſt ꝓpter ꝑfectionem:aut ꝓpter
imꝑfectionem eius.ſꝫ nō pōt poni primū.q2 effectus ꝑ
fectior alijs oībus vt intellectualis creatura eſt a ſola
prima cā nō ab aliqua ſcd̓a.nec pōt dari ſecūdū:q2 ma
teria prima q̄ in gn̄e ſubſtātie eſt infima/ſimilit̄ eſt cau
ſaliter a ſola cauſa prima nō ab aliqua ſecūda.ergo ꝛc.
¶Quicquid ſit de iſtis rationibus q2 forſitan parū co
gunt/ſaltē vera eſt ꝛ tenēda concluſio quaꝫ intēdūt tā
rationes facte ꝓ iſta ꝯcluſione vltima ꝙ̄ alie facte pro
alijs:vcꝫ ꝙ deus eſt cauſa omniū ꝛ ꝙ pōt in quodcunꝗ
poſſibile ꝑ ſe ſolum.¶Sic ad queſtionē.¶Ad rationē
in principio ꝯcedo ꝙ de9 nō pōt peccare.q2 ſol9 ille po
teſt peccare q̄ eſt obligatus ad aliq̄d vitādū vel ad ali
quid opādū.de9 aūt nec ad aliq̄d operādū nec ad aliq̄d
vitādū ē obligat9.ꝗ nō poteſt peccare.nec tn̄ ex hoc ſeq̄
tur qd̓ infertur:vcꝫ ꝙ nō poſſit in oē poſſibile.qm̄ ꝑ poſ
ſibile nō importat̄ niſi aliqd̓ poſitiuū abſolutū vl̓ reſpe
ctiuū:ſuppoſito ꝙ reſpectus ab extremis ſit diſtictus.
poſſe aūt peccare importat illū de quo dicit̄ eſſe ad ali
q̄d obligatū.ꝛ iō non magis ſequit̄/de9 pōt in oīe poſſi
bile:ꝗ poteſt peccare:ꝙ̄ ſequatur/de9 poteſt in om̄e poſ
ſibile:ergo eſt ad faciendum vel ad vitādū aliquid obli
gatus.quare ꝛc.

SEcundo quæro vtrum in deo
ſit potētia reſpectu alicui9 īpoſſibilis.¶Et
videt̄ ꝙ ſic.q2 impoſſibile eſt intelligibile et
a deo actualit̄ intellectū.ſꝫ reſpectu cuiuſcū
ꝗ a deo intelligibilis videt̄ eſſe ī eo potētia: cū de9 oīa
videat̄ poſſe facere q̄ poteſt intelligere.ꝛ ſi non/ſaltē eſt
in eo reſpectu oīs intelligibilis potētia intellectiua.ꝗ
ꝛc.¶Contra.q2 potentia ꝓductiua tm̄ reſpicit poſſi
bile fieri ſeu ꝓduci.ſꝫ īpoſſibile nō ē ꝓducibile.ergo ꝛc.
¶Reſponſio.vbi ſic ꝓcedam.Primo em̄ dicam ad q̄
ſtionem.Secūdo inquiram an omne impoſſibile impli
cet contradictionem.

Quantum ad primum: eſt ſciendum
ad euidētiam dicēdorum ꝙ impoſſibile d̓r dupliciter:vcꝫ
ſimplicit̄ ꝛ ſcd̓m quid. Impoſſibile ſimpliciter ꝛ vl̓r eſt
illud cui repugnat eſſe totalit̄ ſic ꝙ nō poteſt poni in eē
ab aliquo agēte. illud autē d̓r eē impoſſibile ſcd̓m q̄d ſi
ue ſingularit̄:qd̓ nō pōt eē ab aliqua cā ſcd̓a. tale enim
qm̄ nō eſt pōt dici impoſſibile fieri nō ī ordine ad qd̓cūꝗ
agēs:ſꝫ tm̄ in ordine ad agēs creatū.ꝛ hoc modo etiam
large oē ens licꝫ naturalit̄ poſſibile alicui cauſe poteſt
dici impoſſibile vt cōparatū ad illam cauſam ſecūdam
a qua nō pōt fieri. Quocūꝗ hoꝝ modoꝝ accipiat̄ īpoſ
ſibile dupliciter pōt intelligi eē in deo potētiam aliquaꝫ
reſpectu ei9.q2 vno mō hoc pōt itelligi de potētia itelle
ctiua:ꝛ alio mō de potentia ei9 ꝓductiua ꝛ cauſalit̄ ſeu
realit̄ effectiua.¶Hoc premiſſo pono q̄tuor ꝯcluſiōes.
Pria ē.ꝙ ī deo ꝛ ēt ī q̄cūꝗ itellectuali natura creata ē
reſpectu cuiuſcūꝗ īpoſſibilis ꝛ q̄cūꝗ ꝑdictoꝝ modoꝝ
accepti potētia intellectiua.¶Hec apparet.qm̄ reſpe
ctu cuiuſcūꝗ intelligibilis ab aliquo eſt in eo potētia
intellectiua.ſꝫ non tm̄ poſſibile ſꝫ etiā qualitercūꝗ im
poſſibile eſt tā a deo ꝙ̄ ab om̄i intellectu creato intelli
gibile.niſi em̄ intellectus creat9 tam poſſibile ꝙ̄ impoſ
ſibile intelligeret/iter poſſibile ꝛ īpoſſibile nō diſcerne
ret.qd̓ ē falſuꝫ.ꝗ ꝛc.¶Confirmat̄.quia ſicut potētia vi
ſiua eſt reſpectu cuiuſcūꝗ viſibilis:ꝛ omnis alia ſenſiti
ua reſpectu ſui oīs ſenſibilis:ita ꝛ itellectiua ē reſpectu
cuiuſcūꝗ intelligibil̄.ſꝫ tam poſſibile ꝙ̄ impoſſibile eſt
intelligibile.ꝗ ꝛc.¶Secūda concluſio eſt:ꝙ in deo eſt
potētia effectiua reſpectu cuiuſcūꝗ impoſſibilis ſcd̓o
modo ſumpti:vcꝫ ſcd̓m q̄d ſeu ſingularit̄.¶Hec appet.
qm̄ cū deus ſit oīpotēs/ipe eſt effectiuus ſeu creatiuus
cuiuſcunꝗ poſſibilis ſimpliciter.ſed impoſſibile ſic ac
ceptum eſt ſimpliciter poſſibile:cum non ſit impoſſibi
le niſi in ordine tm̄ ad agēs creatum:mō quo poſſunt di
ci impoſſibilia tā materia prima ꝙ̄ etiam alia oīa inge
nerabilia ꝛ incorruptibilia:q̄ tn̄ conſtat eſſe facta ꝛ per
ꝯn̄s ſimplicit̄ eſſe poſſibilia.ꝗ ꝛc.¶Confirmat̄.q2 non
magis eſt in deo potētia ꝓductiua vnius ꝙ̄ cuiuſcūꝗ
alteri9 ſimplicit̄ poſſibil̄/tn̄ naturalit̄ impoſſibil̄.ſꝫ cō
ſtat ꝙ in ipo eſt potētia ꝓductiua ſeu cauſatiua alicui9
naturalit̄ fieri īpoſſibilis:cū ꝛ de facto mľta talia ſint ꝓ
ducta ab eo/vt omnia ingenerabilia ꝛ incorruptibilia
ergo ꝛc.¶Preterea.qd̓ non pōt fieri ab aliqua cauſa ſe
cunda nec a prima/eſt ſimplicit̄ ꝛ totalit̄ impoſſibile.ſꝫ
aliquid cuicūꝗ cauſe ſecūde impoſſibile ſupponit̄ eſſe
poſſibile:ꝗ oportet illud fieri poſſe tm̄ a prima cauſa.q̄
re ꝛc.¶Confirmat̄.q2 vt dictum eſt in alia queſtione/in
deo eſt potētia cuiuſcūꝗ poſſibilis effectiua quacunꝗ
cā alia circūſcripta.ꝗ ꝛc.¶Tertia ꝯcluſio eſt.ꝙ ī deo
nō eſt potētia effectiua impoſſibilis ꝑmo modo ſumpti
vcꝫ īpoſſibil̄ ſimplicit̄ ꝛ vl̓r.¶Hec appet.qm̄ ſicut po
tētia intellectiua nō ē niſi intelligibilis ꝛ ſenſitiua ſenſi
bilis:ita nec potētia effectiua ſeu cauſatiua d̓r eē niſi ali
cui9 realit̄ fieri poſſibil̄.ſꝫ ſimplicit̄ īpoſſibile a nľlo pōt
realit̄ fieri.oē eī qd̓ pōt ab aliq̄ fieri ē ſimplicit̄ poſſibile
eē.ꝗ ꝛc.¶Cōfirmat̄.q2 cq̄ ē īpoſſibile eē potētiā īpoſſi
bilis ſimplicit̄ effectiuā:ſicut n̄ eē aliquā potētiā alicu
ius ſimplicit̄ fieri poſſibilis ꝓductiuā.ſꝫ ſcd̓m eſt īpoſſi
bile:cuꝫ nihil ſit effectibile nec ꝓducibile a ſeipſo.ꝗ ꝛc.
¶Quarta ꝛ vltia concluſio ē.ꝙ licet in deo ſit potētia
intellectiua nō aūt effectiua alicui9 ſimplicit̄ impoſſi
bil̄/ex hoc nō ſequit̄ ꝙ hmōi potētie ſint ī deo diſtincte
vcꝫ potētia itellectiua ꝛ effectiua.¶Hec appet.qm̄ po
tētia effectiua dei nō eſt aliud ꝙ̄ illud ꝑ qd̓ de9 pōt rea
liter in eē ponere oē poſſibile:nec intellectiua niſi illud
q̄ intelligit oē intelligibile.ſꝫ ꝑ vnū ꝛ idē vcꝫ ꝑ ſuā eſſen
tiā nō ꝑ aliq̄d ab ea diſtinctū deus intelligit oē itelligi
bile ꝛ pōt ꝓducere oē poſſibile:ꝗ eius intellectiua potē
tia eſt ab ei9 potētia effectiua īdiſtīcta totalit̄ in re ex̄.
¶Confirmat̄.q2 ꝙ īpoſſibile poſſit a deo intelligi ꝛ nō
effici/hoc n̄ ē ex diuerſitate potētie itellectiue ꝛ cauſati
ue ſeu executiue dei.q2 eſto ꝙ hmōi potētie diuīe ꝑ īpoſ
ſibile eēnt diſtincte/adhuc īpoſſibile hꝫ concedi eē intel
ligibile nō aūt effectibile.nō em̄ ipſi repugnat intelligi
ſed fieri.ſꝫ nō eſt īcōueniēs dicere vnū ꝛ idē eē poſſibile
ꝛ nō poſſibile.ꝗ licet ipſa diuina eſſentia ſit itellectiua
ꝛ effectiua potētia/nō ſequit̄ ꝙ ipa ſit potētia niſi reſpe
ctu poſſibil̄ q̄le nō ē impoſſibile effici ſꝫ itelligi.q̄re ꝛc.

Sed cōtra hoc arguit quidā doctor:&
ꝓbat ꝙ dei potētia executiua ē ab ei9 intellectu ꝛ volū
tate diſtīcta.¶Prio.q2 oēs ille potētie ſūt diſtīcte q̄rū
vni aliq̄d ꝯuenit qd̓ r̄pugnat alteri.ſꝫ diuīe potētie exe
cutiue ꝯuenit agere ad ex̄:qd̓ r̄pugnat itellectui ꝛ volū
tati:q̄b9 ꝯuenit agere ad itra:qd̓ repugnat potētie exe
cutiue.ꝗ ꝛc.¶Scd̓o.q2 qn̄ aliqua ſunt eiuſdē rōnis/q̄c
q̄d eſt ꝑ ſe idē vni eoꝝ/ꝛ reliquo.ſꝫ potētia volitiua ꝛ in
tellectiua ſunt eiuſdem rationis in deo ꝛ in nobis:ergo

quicquid eſt ideꝫ formaliter cū volitiua vl̓ intellectiua
diuina/ꝛ cū noſtra.ſed ꝯſtat ꝙ potētia executiua nō eſt
idē in nobis cū potētia volitiua nec cū potētia intelle
ctiua.ergo ꝛc.¶Tertio.q2 cognitū ꝛ nō cognitū opor
tet eē diſtincta.ſꝫ potētia volitiua dei a mľtis ꝑhis fuit
cognita:q̄bus ei9 executiua potētia fuit ignota:cū eaꝫ
negauerint.ergo ꝛc.¶Quarto.q2 idē nō pōt eē princi
piū ꝓducēdi aliq̄d neceſſario ꝛ ꝯtingēter.ſꝫ volūtas di
uīa ē ꝑncipiū ꝓducēdi ſpm̄ ſctm̄ neceſſario:potētia aūt
dei executiua eſt principium producendi quodlibꝫ ens
creatum contingenter.ergo ꝛc.

Sed appet ꝙ ratiōes iſte nō cōcludūt:
vel ſi aliq̄d cōcludūt/ꝓbāt ꝙ potētie iſte in deo realiter
nō tm̄ formal̄r ſint diſtincte.qd̓ eſt falſū/etiā ſcd̓ꝫ docto
rē iſtū ſic arguētē.ꝛ hoc eſt eiudē ꝑ ſingl̓as diſcurrēti.
¶Quādo em̄ prio arguit̄:ꝙ potētie executiue diuine
ꝯuenit agere ad extra:ꝛ repugnat itellectui ꝛ volūtati:
aut ꝑ iſta tria itelligit vnū ꝛ idē ī deo/aut diuerſa ī re ex
tra:ſic ꝙ vni eoꝝ cōuenit realit̄ aliq̄d qd̓ repugnat alte
ri.Si ponat ſcd̓m:ergo ꝓbat ꝙ iſta in deo realiter ſunt
diſtīcta.qm̄ ſicut oē potēs calefacere vl̓ actu calefaciēs
ſeu calorē ꝓducēs arguit̄ realit̄ eē diſtinctū ab om̄i alio
nō calefactiuo nec caloris ꝑncipio productiuo:ita ꝛ oē
qd̓ eſt principiū producēdi qd̓libet ens creatū ꝛ non ali
qd̓ ſuppoſitū increatū/argui pōt realit̄ eſſe diſtinctū ab
om̄i principio ꝓductiuo ſuppoſiti increati/ꝛ nō alicui9
entis creati.ſꝫ vt ꝯcedit q̄ ſic ſcd̓ꝫ intellectū iſtū arguit/
potētia executiua dei eſt ꝓductiua oīs creature/nō aūt
alicuius ꝑſone diuine:ecōuerſo aūt intellectus ꝛ volun
tas ſunt in deo diſtincta principia ꝓductiua ꝑſonarum
nō aūt creaturarū.ergo potētia executiua dei eſt ab ei9
intellectu ꝛ a volūtate diſtincta realit̄.qd̓ eſt falſuꝫ.Si
aūt cōcedat primū/vcꝫ ꝙ ꝑ tria ꝑdicta/puta intellectū
voluntatē ꝛ potētiā executiuā vnū tm̄ in deo/nō diuer
ſa aliqua important̄:ſequit̄ propoſitū ꝯtra ipm̄/vcꝫ ꝙ
iſta ſunt in deo ideꝫ totalit̄ in re extra.ꝛ ita ꝑ ꝯn̄s falſuꝫ
in minore accipit/qn̄ dicit:ꝙ potētie executiue aliquid
cōuenit qd̓ repugnat intellectui ꝛ volūtati ꝛ ecōuerſo.
¶Tūc ad rationē in forma cōcedo maiorē:intelligen
do ꝑ tales potētias quarū vni aliq̄d ꝯuenit qd̓ r̄pugnat
alteri/diuerſa aliqua in re extra.tales em̄ potētie nō tā
tū formalit̄ ſed etiam realiter ſunt diſtincte.non aūt ſi ꝑ
hmōi potētias intelligat̄ vnū ꝛ idē ī re qd̓ noīat̄ talib9
potētijs in ordine ad diuerſa:ſicut creatura intellectua
lis dicit̄ potētia intellectiua in ordine ad intellectioneꝫ
volitiua in ordine ad volitionē/ꝛ motiua ī ordine ad mo
tionē.ꝓpter qd̓ dicit̄ ꝯuenire potētie intellectiue ꝙ in
telligat ꝛ non ꝙ velit:ꝛ volitiue ꝙ velit ſiue ꝙ poſſit
velle ꝛ nō intelligere.nec tn̄ intellectus ꝛ volūtas diſti
guunt̄ exceptis actib9 cōnotatis.ꝛ ita ꝯſimilit̄ in ꝓpo
ſito eſt dicēdū.vn̄ qn̄ addit̄ in minore ꝙ diuine potentie
executiue ꝯuenit agere ad extra ꝛ nō ad intra:qd̓ tn̄ cō
uenit intellectui ꝛ volūtati:Dico ꝙ hoc eſt falſuꝫ ſil̓r ſi
ꝑ iſta intelligant̄ aliqua ī deo diuerſa aliqualit̄ in re ex
tra.nō em̄ ꝑ aliq̄d diſtinctū ab eſſentia ſua agit deus ad
extra aliq̄d nec ad intra.ſꝫ ipa ſola diuina eēntia eſt ꝑn
cipiū ꝓducēdi tam filiū ꝙ̄ ſpm̄ ſctm̄ ꝙ̄ qd̓libet ens crea
tū.ſi aūt ꝑ iſta intelligat̄ vnū ꝛ idē/vcꝫ ipſa diuina eſſen
tia:q̄ fortit̄ diuerſa nomina in ordīe ad diuerſa/vt ſic po
teſt ꝯcedi ꝙ potētia dei executiua agit ad extra:ꝛ volū
tas ad intra:ꝙ ipſa diuina eſſentia noīat̄ potētia execu
tiua ꝛ nō volūtas nec intellect9 ꝑciſe vt agit ad extra:li
cet ipſa eadē penitus ſit principiū ꝓducēdi ad intra.ex
hoc aūt nō magis ſequit̄ ꝙ potētia executiua dei diſtin
guat̄ ab eius itellectu vel a volūtate:ꝙ̄ ſequat̄ ꝙ potē
tia calefaciēdi ſit ī ſole diſtincta a potētia deſiccādi ex
hoc q2 ſol calefacit ꝑ potētiā calefaciēdi ꝛ nō ꝑ potē
tiā deſiccādi:ꝛ deſiccat ꝑ potētiā deſiccādi/ꝛ nō ꝑ potē
tiam calefaciēdi:cū ipſa ſola ſolis ſubſtantia ſit calefa
ctiua ꝛ deſiccatiua.q̄re ꝛc.¶Ad alia oīa ꝯſil̓r eſt dicen
dū:q2 etiā oēs alie rationes ꝓbāt inter ꝑdictas poten
tias diuerſitatē realē vel nullā diuerſitatē.Si em̄ potē
tia executiua dei diſtinguit̄ ab intellectu ꝛ volūtate ſi
cut noſtra ab intellectu creato ꝛ volūtate/vt accipit ſe
cūda ratio:ꝛ noſtra ꝓbat̄ diſtingui ab intellectu ꝛ a vo
lūtate q2 nō pōt intelligere nec velle:ſꝫ ꝑciſe ad extra
agere.ergo eſt a volūtate ꝛ ab intellectu realit̄ imo ꝛ ēt
eſſentialiter diſtincta:ſuppoſito ꝙ ꝑ iſta intelligant̄ di
uerſa aliqua in re extra.¶Tūc ad rationē in forma ap
paret ꝙ nō cōcludit.q2 falſum eſt qd̓ accipit qn̄ dicit ꝙ
potentia intellectiua ꝛ volitiua ſunt eiuſdē rationis in
deo ꝛ in nobis.ꝛ ꝙ in nobis potētia executiua eſt diſtin
cta ab intellectiua ꝛ volitiua.nec enim aliqd̓ ens crea
tū eſt eiuſdē ratiōis cū aliquo increato:nec potētia aīe
noſtre motiua ſeu executiua eſt diſtincta ab itellectiua
ꝛ volitiua exceptis diuerſis connotatis in ordine ad q̄
vna ꝛ eadē forma ſubſtātialiter inuariata dicit̄ potētia
intellectiua volitiua ꝛ executiua/vt dictū ē ſupra.qua
re ꝛc.¶Ad tertiū appet primo ꝙ ſi ꝑ potētiā executi
tiuā non cognitā intelligat̄ aliq̄d diſtinctū in re extra a
volūtate cognita/rō ꝓbat ꝙ potentia executiua ſit diſ
tincta realiter a volūtate diuina.qm̄ ſicut om̄e ſenſatū
eſt realit̄ diſtinctū ab omni alio nō ſenſato:ita ꝛ illa oīa
in re extra diuerſa realit̄ ſunt diſtincta quoꝝ vnū eſt in
tellectū ꝛ nō alterū.quare ꝛc.¶Si aūt ꝑ potētiā execu
tiuā nō intelligat aliq̄d in deo diſtīctū ab eo:ſed tm̄ ip
ſam diuinā eſſentiā vt eſt creādi oīa principiū:ꝛ ꝑ volun
tatē ipſam eādē vt vult ſe ꝛ alia:tūc ignorare diuinā po
tentiā executiuā ꝛ intelligere ei9 volūtatē nō eſt intelli
gere aliq̄d qd̓ ſit in deo:ꝛ ignorare aliq̄d diſtinctū ab eo
ꝯſil̓r exiſtēs in deo:ſed eſt intelligere vnū ꝛ idē vno mo
do/ꝛ nō intelligere ipſuꝫ vt alio mō:puta itelligere deū
vt volentē ꝛ nō vt alia ꝓducētē.ex hoc aūt nō ſequit̄ qd̓
infert̄:vcꝫ ꝙ inter potentiā dei executiuā ꝛ volitiuā ſit
aliqua diuerſitas in re extra.quare ꝛc.¶Ad quartum
ꝛ vltimū cōſil̓r eſt dicēdū.qm̄ qn̄ dicit̄ ꝙ volūtas eſt ꝑn
cipiū ſpirādi ſpm̄ ſāctū neceſſario:ꝛ potētia executiua
principiū ꝓducēdi ꝯtingent̄ qd̓libet ens creatū:ſi ꝑ vo
luntatē ꝛ ꝑ potētiam executiuā intelligant̄ diſtīcta ali
qua ī re extra a quoꝝ vno ſit ſpūs ſctūs neceſſario ꝛ ab
alio cōtigent̄ qd̓libet ens creatū:ſequit̄ ꝙ realiter ſint
diſtincta/vt argutū eſt ſupra.ſi aūt ꝑ voluntatē diuinaꝫ
ꝛ eius potentiā executiuā intelligat̄ idē totalit̄ in re ex
tra/vcꝫ ipſa diuina eſſentia que eſt principiū ꝓductiuuꝫ
tā ꝑſonarū neceſſario ꝙ̄ creaturarū oīm ꝯtingēter:que
vt eſt principiū creature dicit̄ potētia executiua:ꝛ volū
tas vt eſt ꝑncipiū ſpirandi ſpm̄ ſctm̄:ꝛ intellectus ſeu
memoria vt eſt gn̄andi principiū:ſic eſt verū qd̓ aſſumi
tur in minore/vcꝫ ꝙ volūtas eſt ꝑncipiū ſpirādi ſpm̄ ſan
ctū neceſſario:ꝛ potētia executiua eſt principiū produ
cendi quodlibet ens creatū cōtingent̄.ſed maior eſt fal
ſa/q̄ dicit ꝙ idē nō pōt eſſe principiū ꝓducēdi aliquid
neceſſario ꝛ cōtingēt̄.licet eī idē reſpectu eiuſdē nō poſ
ſit eſſe principiū ꝓductiuū neceſſario ꝛ cōtingent̄:pōt
tn̄ eſſe principiū productiuū vni9 neceſſario ꝛ alterius
cōtingent̄/ſicut in ꝓpoſito eadē diuina eſſentia q̄ eſt ꝑn
cipiū gn̄atiuū ꝛ ſpiratiuū neceſſario ad intra:q2 tā ſup
poſitū gn̄atuꝫ ꝙ̄ alterū ſpiratū eſt neceſſariū:etiā ē ꝑn
cipiū cauſatiuū ad extra creaturarū oīm cōtingēter:cū
ens creatū quodlibet ſit cōtingēs.idē apparet in crea
turis aliqualit̄:qm̄ eadē aīe vel angeli eſſentia eſt prin
cipiū intellectionis ꝛ volitiōis differēter:q2 intellectio
nis eſt principiū naturale:ꝛ ꝑ conſequēs neceſſario ali

quo modo licet nō simplicit.volitionis aūt est principiū liberū τ totalit cōtingent:cū intellectum nō necessario sit volitum.quare τc.¶Hec de primo.

Quantū ad secūdū apparet qd sit dicē dū.Cōstat eñ primo:φ nulla positiua diuersa sunt formalit cōtradictorie opposita.Scdo.φ multa talia positiua diuersa sunt incōpossibilia nō vt absolute ʒ vt aliquo modo sumpta.Tertio φ quorūcūq taliū vnū/licet formalit nō sit negatio:tamē semp dicit negationem alterius.Quarto.φ nō oīa impossibilia sunt cōtradictoria seu ɔtradictorie opposita formalr:sed aliqua sunt talia/vꝫ ɔtradictoria formaliter:τ alia virtualit.¶Primū vꝫ φ nulla positiua diuersa sint formaliter cōtradictoria/apparet.qm formalit ɔtradictoria sunt pcise cōtradictionis extrema.sed vtrunq ɔtradictionis extremū nō est positiuū sed alterū negatiuū τ reliquum positiuū:cū cōtradictio sit affirmatio τ negatio eiusdē de eodē.τ accipio hic cōtradictorie opposita seu cōtradictionē nō tm̄ specialit vt cōtradictorie opposita distinguūt a priuatiue oppositis:sed etiā cōmuniter tam ꝑ affirmatione τ negatione φ pro habitu τ priuatiōe.nec eñ ɔtradictionis nec priuatiue oppositiōis extrema possunt eē aliq̄ positiua:cū nulla priuatio sit formalit magis φ negatio aliqd positiuū in re extra.ergo τc.¶Scdꝫ vꝫ φ multa talia positiua sint icōpossibilia nō vt absolute ʒ vt aliquo modo sumpta;apparet.τ prio φ nō sunt possibilia vt absolute sumpta.qm existētia nō sunt impossibilia:sed talia diuersa entia supponunt eē actualit existētia.ergo τc.Scdo vꝫ φ sint incompossibilia/vt aliquo modo sumpta/est euidēs:qm cōstat φ oīa positiua existētia nō possunt eē isimul i eodē nec sunt vnibilia vt ex eis fiat aliqd ꝑ se vnū.nō eñ albedo τ intellectio possūt existere i eodē subiecto:vl esto φ possent/nō possunt sic vniri vt ex eis fiat aliqd ꝑ se vnū:sicut albedo intēsa est vna forma ex diuersis indiuiduis albedinis vnitis realiter ɔstituta.ergo τc.¶Tertiū/vꝫ φ quorūcūq taliū incōpossibiliū predictorꝫ vnū nō sit negatio alteri⁹ formalr/appet:qr nulla affirmatio nec ens aliqd positiuū est formalit negatio:cū negatio sit nihil/τ ens qdlibꝫ positiuū sit aliqd formaliter in re extra.quare τc.¶Qr autē quodlibet taliū entiū positiuorū incōpossibiliū vnū semp dicat negationē alterius licet formaliter nō sit ipsa/apparet:qr alias essent cōpossibilia nō tm̄ absolute sed etiā insimul i eodē τ vnibilia sicut plura albedinis indiuidua.Qr eñ plura albedinis indiuidua sint in eodē subiecto vnibilia/τ ex eis possit fieri aliqd ꝑ se vnū:non aūt albedo τ intellectio nec plures aīe intellectiue:hoc est qr vna albedo nō repugnat alteri sicut intellectioni:τ ꝑ ɔ̄ns albedo includit seu dicit negationē intellectionis aliquo modo/quo nō dicit vna albedo negationē alterius:licet vna albedo sic dicat negationē alterius φ nūφ potest realit esse ipsa:non tm̄ sic quin possit in eodē subiecto esse cū ea τ facere vnū cū eo:cuius ɔtrariū ē de ipsa respectu intellectionis:τ de multis aliis entib⁹ positiuis diuersis.qre τc.¶Quartū/τ vltimū vꝫ φ non oīa incōpossibilia sunt cōtradictoria siue ɔtradictorie opposita formalit/sequit τ apparet ex dictis:qm vt dictū est cōtradictoria formaliter nō sunt nisi cōtradictionis vel priuatiue oppositiōis extrema.ʒ cū tā ɔdictiōis φ priuatiue oppositiōis alterū extremū sit positiuū τ alterū nō:ꝑ ɔ̄ns nulla positiua diuersa possunt esse cōtradictiōis nec priuatiue oppositionis extrema.g τc.¶Qr aūt oīa incōpossibilia sint cōtradictoria formaliter vel virtualit/apparet.qm oīa incōpossibilia aut sunt cōtradictionis vel priuatiue oppositiōis extrema:aut diuersa entia positiua.sed prima vꝫ cōtradictionis vel priuatiue oppositiōis extrema sūt ɔtradictoria formalit:alia aūt oīa vꝫ positiua diuersa icōpossibilia modo pdicto sunt cōtradictoria virtualit/pro quāto vnū dicit negationē alterius:licet nō sit formaliter negatio ipsa/vt dictū est supra.ergo τc.¶Sic ad questionē.¶Ad rationē primā in pricipio apparet ex dictis φ licet respectu oīs intelligibilis sit potētia intellectiua/nō tm̄ executiua seu effectiua:sed tm̄ respectu possibilis.¶Ad secūdā in cōtrariū apparet solutio ex pdictis:qr verū est φ respectu ipossibil ñ ē potētia effectiua:ē tm̄ itellectiua.

Circa distinctionem quadragesimātertiaꝫ in qua magister determinat de immēsitate diuine potētie:quero primo.Utrū dei oīpotētia sit formalit infinita.¶Et videt φ sic.qr dei oīpotētia est diuina essentia indistincta totalit in re extra.sed diuina essentia est formaliter infinita.ergo τc.¶Cōtra.qr potētia īfinita potest in effectū aliquē infinitū.ʒ deus nō pōt ꝑducere effctū aliquē īfinitū.g nec ei⁹ potētia est formalit infinita.¶Respōsio.vbi sic ꝑcedā.Primo eñ inquirā:an deus possit in effectū aliquē īfinitū.Secūdo dicā ad questitū/videlicet an dei omnipotētia sit formaliter infinita.

Quantum ad primum est sciendum:φ infinitū pōt intelligi triplicit.vꝫ vnū scdꝫ nūerū/aliud scdm extensionē:τ tertiū scdm ꝑfectionē.Infinitū intēsiue siue scdꝫ ꝑfectionē/pōt triplicit accipi.Uno modo ꝑprie/vt vocet infinitū scdm ꝑfectionē soluꝫ illud qd sic excedit qdcūq finitū τ etiā quotcūq finita vltra oēm ꝑportionē φ nō pōt aliqd sibi eē equale scdꝫ ꝑfectionē.Alio mō.vt dicat infinitū oē ex infinitis realit cōstitutū:vt albedo intēsa ex infinitis indiuiduis albedinis indistātibus cōstituta.Dico aūt ex infinitis indistātibus qr cōposita ex infinitis partib⁹ distātib⁹ nō dicerent infinitū intēsiue sed extēsiue.quale infinitū diceret esse oē illud quantū quo nullū posset esse maius.Alio mō large/vt dicat infinitū illud qd excedit aliqua infinita oīa simul sumpta:τ ꝑ ɔ̄ns eorꝫ quodlibet ꝑ se sumptū:sic tm̄ φ nec ipsum cōtinet in se formaliter infinita:nec est ꝑfectius quocunq alio possibili:sed potest esse aliud indiuiduum ipsi equale eiusdem rationis cum eo.

Hoc pmisso pono quatuor cōclusiōes.

¶Prima est.φ deus nō pōt facere aliquē effectū infinitū ꝑfectionaliter primo mō.¶Hec est euidens.qm constat φ solū ens increatū ē cui nullū alterū pōt eē simillimū:nec ꝑ cōsequēs equale.cuicunq aūt enti creato vel creabili pōt alterū ab eo essentialiter distinctū esse simillimū τ equale.qm aut tale indiuiduū ē spēi intēsibilis/aut speciei inintēsibilis.Si pmū/nullū talis idiuiduū est possibile sic ꝑfectū quo nō possit fieri etiā ꝑfecti⁹ nō tm̄ eque ꝑfectū.omni eñ albedine in esse posita quātūcunq ꝑfectissima τ intensa pōt esse alia ꝑfectior/vt fuit probatū superius in distinctione.xxx.Si aūt det scdm vꝫ φ sit idiuiduū spēi inītēsibilis/de tali nullū videt eē dubiū quin possit alterū fieri equale ipsi:cū etiā oīa indiuidua speciei inintēsibilis τ irremissibil eiusdē rōnis videant esse equalis ꝑfectiōis.nec est dubiū qn oē ens creatū possit habere alterū eiusdē specifice rationis secū.sed infinitū ꝑfectionaliter primo mō est tm̄ illud qd sic excedit oīa finita vltra oēm ꝑportionē φ nō potest aliqd sibi esse equale scdm ꝑfectionē.ergo τc.¶Cōfirmat.qr solus de⁹ est excedēs oīa finita possibilia:esto φ infinities infinita vltra oēꝫ proportionē:cū nihil possit

attingere ad ei⁹ ꝑfectionē.nullū aūt ens alterū est possibile sic excedēs oīa creata τ creabilia simul sumpta nec etiā diuisim accepta.esto eñ φ fieret aliquod indiuiduū infinitū:vt angelus vel albedo ꝑ impossibile:adhuc tale infinitū nō excederet oīa creata oīm specierꝫ sed sola indiuidua finita omnia sue proprie speciei.quare τc.¶Secūda cōclusio est.φ nec effectus ꝑfectionaliter infinitus scdo mō intellectus est possibilis.¶Hec probat.qm infinita numero distincta sunt impossibilia sed infinitū ꝑfectionaliter isto modo includit i se actualiter infinita solo numero distincta:cū supponat esse ex infinitis indiuiduis eiusdē rationis realiter cōstitutū.ergo τc.¶Maior apparet.qr nulla tot sunt possibilia quib⁹ nō possint fieri adhuc plura.nō eñ de⁹ posset facere tot albedines vel angelos vel aīas τ sic de aliis qn possit in infinitū facere adhuc plures.sed infinita pluralitate nō pōt fieri maior.nec eñ ꝑ pluralitatē seu multitudinē infinitā est aliud hic intelligēdū φ multitudo seu pluralitas qua nō potest eē aliqua alia maior.ergo talis multitudo est simpliciter impossibilis.quare τc.¶Cōfirmat.qr nulla res intēsibilis ex appositiōe alicui⁹ alteri⁹ eiusdē rōnis secū est nec esse pōt ꝑfectionaliter infinita isto modo/vꝫ vt includēs seu cōtinēs in se actualiter infinita.sed tā albedini cuicunq possibili φ alii omni forme intensibili quātūcūq intense adhuc potest addi forma alia eiusdem rationis.nulla eñ forma talis ē possibilis cui nō sit alia vnibilis:τ ꝑ ɔ̄ns q nō sit ex additiōe alterius intēsibilis.ergo nulla talis forma pōt fieri infinita nec icludere actualit infinita.¶Tertia cōclusio est.φ effectus infinitus ꝑfectionalit tertio modo est possibilis τ de facto.¶Hec est euidens.qm oē illud dicit isto modo ꝑfectionalit infinitū qd est ꝑfecti⁹ nō oībus sed aliqbus quotcūq finitis/etiā si talia possent esset actualiter nūero infinita.sed multa entia creata sunt talia.ergo τc.¶Minor apparet.cōstat eñ φ tā anima φ angelus est ꝑfectior oībus τ quotcūq actib⁹ intelligēdi τ volēdi nō tm̄ diuisim sed etiā ɔiunctim acceptis:esto φ possent fieri ꝑ impossibile infiniti.oīs eñ substātia videt ꝑfectior esse quotcūq actib⁹ etiā infinitis.quare τc.¶Cōfirmat.qr oīs substātia τ maxime talis qualis est angelus vel aīa itellectiua ꝑfectior ē omni accidēte ipsam exigēte ac ab ea necessario naturaliter depēdente.sed esto ꝑ ipossibile φ fieret infinita intellectio vel dilectio intensiue ex infinitis numero distinctis indiuiduis actu ɔstās/adhuc tale ens eēt accñs a creatura intellectuali necessario depēdēs:qr nec sine ipa valens existere per naturam.ergo τ ce.¶Quarta τ vltima conclusio est.φ infinitū tā secundū numerū φ secundū extensionē est impossibile.¶Hec quantū ad primā partē vꝫ de infinito scdm numerū/iaꝫ est probata superius.qr vt ibi est argutū/nulla entia sunt tot fieri possibilia qbus nō possint fieri adhuc plura.ʒ infinita multitudo ꝑprie esset illa qua nō posset esse maior.ergo talis est impossibilis.¶Assumptū vꝫ φ nō possint fieri tot qn possint adhuc fieri plura/ꝑbatur.qm quotcūq albedines possibiles oēs sunt vnibiles tanφ illa ex qbus potest fieri forma vna vꝫ albedo intēsa.τ sicut dico de albedine ita τ de omni alia forma intensibili τ remissibili/vꝫ φ pōt fieri vna forma nūero intēsa ex quotcunq indiuiduis eiusdē rationis:ex quorꝫ appositione vt alias ostēsum est forma ipa dicit intendi τ ex substractione remitti.sed nulla albedo nec aliqua alia intensibilis forma est possibilis sic ꝑfecta seu itēsa cui nō possit esse equalis alia τ cū ipsa eque ꝑfecta.nec tm̄ pōt fieri alia ipsi equalis:sed etiā alia ꝑfectior vel impfectior ea.ergo sequit φ impossibile est esse tot albedines vel alias quascūq formas intensibiles τ remissibiles quibus nō possint fieri adhuc plures.sed nō magis quotcūq talibus formis intensibilibus sunt possibiles plures φ quotcūq aliis indiuiduis inintēsibilib⁹ τ irremissibilibus.qua eñ ratione pōt deus quotcūq albedinib⁹ productis ꝑducere adhuc plures:eadē τ post productas quotcunq aīas vel angelos vel alias res plures quascunq inintēsibiles τ irremissibiles ꝑducere adhuc plures.ergo τc.¶Cōfirmat.qr si infinita numero distincta sunt possibilia:aut solo nūero distincta/aut plus φ numero:vꝫ gñe vel specie.sed primū nō pōt poni/vt ꝑbatū est:cū quotcūq talibus indiuiduis solo numero distinctis siue intēsibilibus siue nō/possint fieri adhuc plura.nec scdm.qr nō est possibilis maior immo minor multitudo rerū oīm gñe vel specie φ tm̄ secūdū numerū distinctarū.ergo τc.¶Secūda pars conclusionis/vꝫ φ nec sit possibile fieri infinitū aliqd extēsiue/ꝑbat cōsimilit sicut prima pdicta.qm nullū quantū seu extensum est infinitū qd potest fieri maius seu amplius extendi.sed oē quantū seu extensuꝫ possibile in esse positū pōt fieri maius vel ꝑ additionē alteri⁹ vel ꝑ rarefactionē eius si est rarefactibile.sicut eñ cuicūq forme intensibili τ remissibili in esse posite potest apponi alia eiusdē rationis cū ea:ex cuius vnione cum ea efficit forma intensior:ita et cuicūq rei quāte seu extēse pōt addi alia res extēsa.oē aūt quantū alteri quāto additū facit maius seu extēsi⁹.ergo τc.¶Cōfirmat.quia nō magis est possibile aliqd quantum quo non possit esse maius φ quo non possit esse minus.sed minimū quantū quale esset illud quo nō posset fieri minus/est impossibile:cū oē quantū sit diuisibile:τ ꝑ ɔ̄ns habeat partes:quarū quelibet est necessario minor eo.ergo nec etiā est possibile fieri quantū sic maximū φ nō possit fieri adhuc maius:cū nō minus cuicunq quāto possibili in esse posito aliquid possit addi/φ quodcunq quantū sit diuisibile in minora.g τc.

possibiles ab ista vnica specie hominis existēte vt videtur: et omnes species seu indiuidua omnium specierum possibilium nature intellectualis: videlicet angelorum actualiter existere: ⁊ maxime si i idiuiduis diuersarū specierum est possibilis processus in infinitum sicut in indiuiduis eiusdē specifice rationis: qḋ ⁊ videtur probabile vt dictum est in alia questione. ergo ⁊c. ¶ Secundū vez ꝙ esto ꝙ p̄dictum antecedēs suppositum esset verū / adhuc non sequeretur consequēs illatū vez ꝙ nō posset fieri aliud vniuersum ab isto specie distinctū / apparet. quoniam ad distinctionē specificam alterius vniuersi non requireret ꝙ tot creature eius ptes essent i illo quot sunt in isto ab eis specie distincte: sicut nec ad hoc ꝙ vna domus sit distincta ab alia oportet ꝙ tot contineat / nec ex tot constet vna quot continet ⁊ ex quot partibus cōstat alia: sed sufficit ꝙ nihil contentum in vna sit in alia: ⁊ ꝙ partes ex quibus constituūtur ambe seu materialiter itegrantur / realiter distinguantur. ergo ⁊ in proposito cōsimiliter est dicendum: vez ꝙ si aliud fieret vniuersum sic ꝙ vltimū continens esset a celo nunc omnia continente specie distinctum: sub quo etiam omnia contenta tā corporalia superiora ⁊ inferiora q̄ spiritualia essent ab istis omnibus nunc sub celo contentis specifice distincta / ita ꝙ nulla creatura eiusdē speciei cū aliqua istius vniuersi esset in alio vniuerso: tale vniuersum simpliciter foret ab isto specie distinctum quātūcūq non essent tot creature partes illius quot sunt istius / nec in ipso esset aliqua creatura intellectualis eiusdem speciei cum istis nūc existētibus nec alterius ab eis vez omnibus nunc existētibus intellectualibus creaturis: imo tūc magis vt videtur tale vniuersum nullam continens creaturam intellectualē distingueretur ab isto q̄ si cuilibet creature parti huius vniuersi correspōderet aliqua propria existens in illo alio vniuerso. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ tale vniuersum possibile specie vel tm̄ numero distictum ab isto posset fieri a deo separatum ⁊ distans ab isto nunc actualiter existente. ¶ Hec probatur. quoniam non minus corpora in nullo eis cōmuni contenta possunt esse separata siue distantia q̄ illa que in eodem continēte aliquo sunt contēta. sed si fieret aliud vniuersum eius sphera vltima corporalis ita esset omnia continens ꝙ a nullo esset vel saltem nō oporteret ipsam esse contentam / sicut vltimū siue primū celum huius vniuersi ita continet omnia ꝙ nullum ens creatū continet ipsum / nec contineret necessario esto ꝙ fieret aliud vniuersum. nec enī vltimū vnius contineret in vltimo alterius: sed esset sicut nūc est istud suarum omniū partium contentiuū. ergo non minus vltima seu suprema talium vniuersorum a nullo contēta possent fieri distantia q̄ creature diuerse in eodem continente cōtēte: quales sunt omnes creature alie a sphera vltima vniuersi: quas tamen constat esse separatas realiter seu distantes. ergo talia vltima diuersorum vniuersorum in nullo contenta possent esse distantia. sed ipsis existentibus distantibus distarent etiam omnes partes ipsorum in talibus eorum vltimis contente ⁊ actualiter existentes. ergo ⁊c. ¶ Nec oportet hic querere vbi fieret aliud vniuersum ⁊ eius vltimū suarum partium omniū contentiuum. nō enim fieret in loco alio: sicut nec celum nec totum istud vniuersuz est in loco aliquo factum. sicut enī istud vniuersum nunc factum continet multa quorū alia sunt in loco contenta vt omnia inferiora alia citra vltimum omniū contentiuum: ⁊ aliud non est in aliquo loco contentum nec factum cum sit omniū cōtētiuum ⁊ a nullo contentum: de quo per consequēs non est querendum vbi sit factum: ita ⁊ de alio vniuerso ab isto si fieret consimiliter est dicendum. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: ꝙ tale vniuersum possibile distinctum ab isto posset fieri indistans localiter ab ipso. ¶ Hec probatur. quoniam illa omnia vniuersa possunt esse indistātia quorum omnes partes vnius possunt esse ab omnibus partibus alterius indistantes. sed omnes partes alterius vniuersi possent esse per diuinam potētiam ab omnibus huius vniuersi partibus indistantes. ergo ⁊c. ¶ Minor probatur. quoniam partium vniuersi alie sunt corporales ⁊ extense / ⁊ alie spirituales seu inextense. sed per diuinam potentiam partes vniuersi corporales possunt esse indistantes: cum vt tenemus per fidem / ⁊ videbitur in quarto / plura corpora possint esse in eodem loco: quia et de facto pluries sic est factum vt ibi declarabitur. nō plus autem repugnat creaturis spiritualibus q̄ corporalibus esse simul ⁊ nō distare a corporalibus nec etiam inter se: cum etiaz sic videamus esse de facto vt patet de anima intellectiua indistāte a corpore qḋ informat: ⁊ de legione demonum ab vno homine expulsorum vt dicitur Luce. 8. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia qua ratione aliqua plura corpora possunt esse localiter indistantia / et quecunq alia. ⁊ per consequēs vltima sphera corporalis huius vniuersi posset esse simul cum sphera vltima alterius vniuersi. sed omnia sub talibus spheris vniuersorum contenta ⁊ existentia essent vel esse possent simul et localiter indistantia / ipsis spheris omnia continentibus ⁊ a nullo contentis simul existentibus / ⁊ localiter indistantibus. constat autem ꝙ vniuersa ipsa essent indistantia existentibus simul ⁊ indistantibus eorum omnibus partibus tam continentibus videlicet q̄ contentis. ergo ⁊c. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniam que non continentur nec sunt in aliquo loco / nō videntur posse localiter esse simul. sꝫ sicut vltimū huiꝰ vniuersi non est in loco alio: sed est locus omniū aliorum in eo existentium: ita ⁊ de vltimo continente ⁊ a nullo contento alterius vniuersi consimiliter esset dicendū. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc dicendum est ꝙ aliqua esse indistantia localiter potest contingere dupliciter: videlicet positiue: puta quia in eodez loco actualiter continentur: ⁊ priuatiue / modo quo aliqua locabilia licet de facto nō locata quia nec in aliquo loco existentia possunt esse indistantia. Si enim deus destrueret omnem locum remanentibus omnibus locatis in eo contentis prius / non oporteret talia locata remanentia post locum eorum destructum esse remotiora seu distantiora q̄ ante: sed possent esse eque indistantia sicut prius: cum tamen nullus esset eorum locus continens ipsa actu. ⁊ hoc modo non primo duo vltima duorum vniuersorum a nullo contenta sed alia continentia possent per diuinam potentiam esse simul. ¶ Confirmatur. quia quecunq sunt vnibilia vel indistantia seu simul esse possibilia aliquo mediante / possunt etiam remanere indistantia saltem per diuinam potentiam omni ab eis alio circūscripto. sed plura corpora possunt esse indistantia vt contenta in loco: ergo ⁊ quocunq loco ea continente totaliter circumscripto. quare ⁊c.

Sed circa cōclusionem istam vltimam

sunt aliqua dubia. Primum est: quomodo duo vniuersa si fierent / indistantia seu insimul esse possent. Secḋz quomodo omnia contenta sub sphera vltima vnius vniuersi possent simul esse localiter cum contentis sub sphera alterius vniuersi: cū i diuersis locis existētia cuiusmodi essent ista in diuersis spheris cōtēta / non videantur esse simꝰl localiter seu indistātia. Tertiū: quia quodlibet vniuersum cōtinet seu includit primū seu vltimū omniū contētiuum ⁊ a nullo cōtētum. sed nō vidētur posse esse plura vltima quoruz quodlibet sit omniū cōtētiuū ⁊ a nullo contentum. ergo ⁊c. Quartū: an in vniuersis q̄ exposito

modo possibilibus sit processus in infinitū: sic intelligēdo ꝙ nunq̄ tot sunt fieri possibilia seu possint esse facta quātūcūq multa quin possent fieri adhuc plura. ¶ Ad primū dicēduz est: ꝙ vt habet explicari in quarto / dupliciter vnū corpus potest esse in alio. vt in loco circūscriptiue: quia est totū in toto ⁊ nō in aliqua eius parte: sed diuerse ptes eius sunt in diuersis ptibus illius. ⁊ diffinitiue: sic intelligendo ꝙ totuz est in toto ⁊ in qualibet eius parte: modo quo corpus Christi est in eucharistie sacramēto. Tūc dicēdum est ad propositū ꝙ illo modo omnia corpora duorum vniuersoꝝ ⁊ ꝑ ꝯñs alia quecūq possent esse simul ⁊ indistātia / ⁊ ꝑ ꝯñs ipsa vniuersa / quo corpus Christi est in eucharistie sacramēto ⁊ simul cuz ipso. An aūt alio modo vez circūscriptiue / videbit i quarto: vbi inquiretur an plura corpora possint in eodem loco existere isto modo. ¶ Ad secundū apparet quid catholico est dicēdum. quoniam constat ꝙ Christus est in eodem loco et simul locatur cum eucharistie sacramento. ⁊ tamē ipse Christus est in alio loco vez in celo a sacramēto ipso et ab eius loco separato. omne enim existēs in pluribus locis simul est ita naturaliter cū omnibus simul in illis locis contētis: sicut qḋ est tātum in vno loco est simul cuz quocunq existente in illo. Ex hoc ad propositum dico ꝙ cum deus possit facere vt tenemus ex fide / idem corpus esse in diuersis locis quātūcunq distantibus / per consequens si faceret aliud vniuersum ab isto quātūcunq distans posset facere omnia inferiora illius vniuersi esse et contineri non tantum in loco illius vniuersi sed etiam istius ⁊ econuerso: videlicet ꝙ omnia inferiora istius essent etiam sub vltimo illius alterius vniuersi: ⁊ vtrunq istorum simul: videlicet ꝙ omnia istius essent in vltimo illius / ⁊ econuerso omnia in illo contenta seu locata essent etiam contenta ⁊ locata ab vltimo celo istius. ¶ Et quando dicitur ꝙ existentia in diuersis locis nō possunt localiter esse simul: dico ꝙ verū est quādo quodlibet eorum est tantum in vno loco a loco alterius separato: nō autem quando vtrunq eorum vel alterum est in pluribꝰ locis simul. Christus enim ⁊ sacramētū eucharistie sunt in diuersis locis. nō enim sacramentum eucharistie est in celo vbi est Christus. ⁊ tamē hoc non obstante Christus est simul ⁊ in eodem loco cum eucharistie sacramento: qr nō tantum est vt ipsum sacramentum in vno loco vez in altari: sed etiam est in celo ⁊ simul in eodem loco cū eucharistie sacramento. ⁊ ita potest dici consimiliter in proposito. quare ⁊c. ¶ Ad tertium dicendum est: ꝙ si essent duo vniuersa nō oporteret vltimum alicuius eorum esse omniū vniuersaliter contentiuū: sed quodlibet contineret vlꝫ continere posset p̄cise omnia sui vniuersi: sicut nūc celum vltimum continet omnia alia. non enim vltimum vnius vniuersi cōtineret vltimum alterius vniuersi nec aliquid eius / nec ab ipso contineretur. ⁊ sicut neutrū cōtineretur ab alio / sed quodlibet cōtineret proprias suas partes non aliquid alterius vniuersi: ita in quolibet sicut est nunc in isto vniuerso esset aliquid precise contentum ⁊ nullius alterius contentiuuz. ⁊ hoc est verum supposito ꝙ talia vniuersa diuersa essent distantia. qr alias vltimum vnius posset sub vltimo alterius contineri. non tantum enim per diuinam potentiam potest minus corpus in maiori / ⁊ equale in equali: sed etiam maius potest existere in minori: vt patet de Christo existente in eucharistie sacramento. nec tamen propter hoc videlicet si vltimum vnius contineret vltimum alterius / essent vnū vniuersum essentialiter licet localiter. si aūt talia vniuersa essent distantia localiter / tunc esset aliter. ¶ Et si queratur quomodo duo vniuersa facta possent localiter esse distantia: cuius neutrum eorū esset in loco: maxime quātum ad ipsorum vltima a nullo alio contenta sed omniū contentiua. ¶ Ad hoc dicendum est: ꝙ sicut duo vnita ⁊ in eodem loco existentia possunt loco eorum destructo manere indistantia ⁊ coniuncta: ita econuerso aliqua localiter distantia ⁊ separata possunt manere separata et distantia sicut prius eorum locis omnibus ipsa continētibus circūscriptis. posset enim deus duo corpora nunc distantia ⁊ in diuersis locis existentia conseruare sine aliqua eorum approximatione destructo toto residuo vniuersi / ⁊ per consequens eorum locis distantibus in quibus actualiter continentur. ⁊ sicut corpora huiusmodi casu posito dicerentur distare localiter non quia essent in diuersis locis actualiter: ita ⁊ de talibus vniuersis potest dici consimiliter. quare ⁊c. ¶ Ad quartum ⁊ vltimū dico ꝙ loquendo de vniuersis solo numero distinctis est vtiq possibilis processus in infinituz in eis: cum constet in quibuscunq indiuiduis eiusdem rationis esse possibilem talem processum in infinitum: videlicet ꝙ non possunt talia idiuidua esse tot facta quin possint fieri adhuc plura. Si autē sit sermo de vniuersis secundum speciem distinctis / nō sic est certum an in talibus sit processus in infinitū vel status ad aliquā multitudinē vltra quā nō sit processus. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est illud

corollarium inferendum / apparet ex dictis Primo corollarium ipsum: videlicet ꝙ deus posset multa facere que nunq̄ faciet neq fecit. Secundo: ꝙ deus agit ad extra contingenter non necessario. Tertio: ꝙ si ageret necessario non posset aliquid facere qḋ non fecit. Quarto: ꝙ si deus ageret ad extra necessario / non fieret aliquid contingenter. ¶ Primum apparet. quoniam constat saltē ex fide ꝙ deus nunq̄ faciet neq fecit aliud vniuersum ab isto distinctum. sed vt probatum est in articulo p̄cedenti / deus posset facere aliud vniuersum. ergo posset multa facere que nunq̄ faciet neq fecit. ¶ Confirmatur. quia indiuiduis cuiuscunq speciei productis ⁊ producendis est status de facto: sic intelligendo ꝙ cuiuscūq speciei indiuidua producta ⁊ producēda sunt tot ꝙ nunq̄ erūt plura. ¶ Hoc apparet: saltem de incorruptibilibus substantijs: esto ꝙ forte aliquis instaret in alijs. sed nullius speciei idiuidua possunt esse tot quin possint fieri adhuc plura a prima causa a qua habēt fieri omnia vt videbitur in secundo. ergo ⁊c. ¶ Preterea. quia deus potuit nō producere aliquam creaturam quā produxit vel est in posterum producturus. sed nulla tali producta adhuc ipse alia producere potuisset. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nec ista entia creata magis q̄ alia eiusdem rationis possibilia sunt creata / nisi quia deus voluit ista fieri ⁊ non illa. sed deus non necessario sed contingenter voluit fieri ista ⁊ non fieri illa. ergo ⁊c. ¶ Secundum videlicet ꝙ deus agat contingenter ad extra non necessario / sequitur ex predicto. quoniaz omne potens non agere qḋ agit ⁊ agere qḋ non agit / contingenter non necessario agit. sed deus vt dictum est / posset facere qḋ nunq̄ faciet neq fecit: ⁊ cum hoc potuit non facere hoc qḋ fecit. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia eque est impossibile ens contingens fieri seu produci necessario: sicut necessarium producibile produci contingenter. sed constat ꝙ secundum est impossibile vt apparet in productis suppositis increatis / quorum nullum est producibile contingenter sed necessario. ergo ⁊c. ¶ Tertium videlicet ꝙ si deus ageret necessario ad extra non posset aliquid facere qḋ non fecit / apparet. quoniam omnipotens per seipꝫ omne possibile agere potens si necessario agit omne possibile producit. ¶ Hoc apparet. quia ꝙ aliquod agens producat vnum effectum possibilē ⁊ nō aliuz / hoc est vel quia ipm̄ potest agere ad vnū ⁊ nō ad alterū: sicut ignis

potest generare ignem ꝛ nō aquam: vel quia licet possit indifferēter agere ad omnia/vult tamē producere vnū ꝛ nō alterū:qđ nō posset/si necessario ad omne sibi possibile ageret.sed deus est omnipotens ꝙ seipsum in oē possibile potens omni causa alia scōa circūscripta vt videbit in scōo.ergo si necessario ad extra ageret/omne possibile produceret/nec ꝙ ꝑs posset aliq̄d facere quod nō fecit cum tam omnia possibilia essent facta. ¶Confirmat.qꝛ deus nō potest ad intra ꝓducere nisi suppositū iam ꝓductū. nō em̄ est producibile suppositū nō ꝓductum.sed si deus ageret necessario ad extra sicut agit ad intra/consimiliter ꝛ ꝓpter rationē eandē esset omne possibile iam ꝓductū/nec ꝙ ꝑs posset fieri aliquid qđ nō iam actualiter esset factū.quare ꝛc. ¶Quartū ꝛ vltimū:vcꝫ ꝙ si deꝰ ad extra necessario ageret/nihil cōtingēter fieret/apparet.qm̄ deus sic est oīpotēs ꝙ quicquid vult fieri necessario fit/nec potest ꝙ aliquod agens aliud impedire:nec sine ipso agēte potest aliquid fieri.sed nihil a tali causa necessario productū potest fieri cōtingēter.ergo ꝛc. ¶Minor apparet.qm̄ ꝙ aliquis effectꝰ cause secūde licet naturaliter ꝛ ꝙ ꝑs quantū est ex se necessario agentis cōtingēter cuentat:hoc est quia talis effectꝰ potest ab alio puta a prima causa ne cuentat ꝓpediri: cū nullꝰ effectus possit fieri sine ipa ꝓncipaliter opante.sed ad nullū possibile ꝓducēdū est aliquid necessariū a prima causa distinctum/nec ꝙ ꝑs cū causa prima sit omnipotēs potest aliquid qđ ipsa vult fieri impediri.ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur. quia qđ est impossibile nō fieri nō fit ꝛ tingēter:sed necessario:sicut vtrūqꝫ diuinū suppositū ꝓductū est ꝓductū necessario: quia est impossibile nō produci.sed si deus ad extra sicut et ad ītra agit/necessario ageret: sicut oē ad intra ꝓducibile est impossibile non ꝓduci:ita ꝛ oē ad extra fieri possibile esset impossibile nō fieri.ergo omne possibile esset factū necessario/nec ꝙ ꝑs aliquid posset fieri contingenter. ¶Sic ad questionē. ¶Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis.

Irca distinctionē quadragesimā quintā: in qua Magister determinat de volūtate diuina/ostēdēs ꝙ est ipsa diuina essentia ꝛ omniū causa: Quero primo de hoc:vcꝫ vtrū volūtas diuina sit causa prima oīm effectiua. ¶Et videtur ꝙ sic.quoniā deus est oīs causa prima.sed eius voluntas est ab ipso indistincta totaliter in re extra.ergo ꝛc. ¶Cōtra.quia diuina essentia nō est principiū productiuū alicuius ad extra: sed tantū modo ꝑsonarū ad intra: cū sit principiū naturale/ꝛ per ꝑs nō cōtingēter nec libere sed necessario ꝓductiuū: et oīa ꝓducta ad extra cōtingēter nō necessario sint ꝓducta.sed volūtas diuina est a sua essentia indistincta. ḡ cū vnū ꝛ idē in re extra nō possit esse respectu eiusdē effectꝰ causa ꝛ nō causa/ꝙ ꝑs sequit ꝙ volūtas diuina non est creaturarū causa effectiua magis ꝙ essentia idē secū totaliter in re extra. ¶Responsio.vbi sic ꝓcedā. ¶Primo eñ excludā vnā opinionē.Scōo dicā aliter ad q̄stionē.

Quantum ad primū: opinio excludenda est quoūdā dicētiū: ꝙ sic volūtas dei ab eiꝰ essentia est distincta ꝙ volūtas ipsa nō aūt essentia est cā creaturarū omniū effectiua.nō em̄ vt dicūt diuina essentia agit ad extra aliquid sed ad intra. ¶Hoc aūt ꝓbant.quoniā cū oīa ad extra facta sint contingēter ꝛ libere nō naturaliter necessario ꝓducta/ꝙ ꝑs nullū naturale principiū nō liberū est ꝓductiuū ipoꝝ.sed diuina essentia est ꝑn cipiū naturale siue mō natura/ꝛ ꝙ ꝑs necessario agens ad omne sibi possibile cuius est principiū productiuū:volūtas aūt diuina est principiū liberū non naturaliter seu mō nature nec necessario ſ; libere ꝛ ꝓtingēter agēs.ḡ ꝛc. ¶Sed iste modus dicēdi est oīno impossibilis.qm̄ falsuz accipit ꝛ supponit:vcꝫ ꝙ voluntas dei sit aliquid in deo distinctū in re extra a sua essentia.hoc aūt est falsum. nō em̄ deitas ꝛ voluntas distinguūtur: sed sunt idem totaliter in re extra.quia vt sepe i ꝓcedētibus est ꝓbatū/nulla est diuersitas sed totalis idētitas in diuinis/exceptis personis quarū diuersitas est realis ꝛ idētitas essentialis.ergo ꝛc. ¶Confirmatur.quia diuina essentia non est minus idē cū sua voluntate ꝙ cū persona seu ꝑsonali ꝓprietate.sed ipsa est cū ꝑsonis oībus ꝛ relatiuis ꝓprietatibus idē totaliter in re extra/vt in ꝓcedētibus est ꝓbatū.ergo ꝛc. ¶Q; autē opinio ista p̄dicta supponat ꝛ cōcedat inter deitatē ꝛ eius voluntatē esse in re extra aliquam diuersitatē/apparet.quia ponit ꝙ essentia nō est causa alicuius eorū que fiūt ad extra: sed sola voluntas diuina.sed impossibile est vnū ꝛ idē in re extra esse respectu eiusdē causam ꝛ nō causam.ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia omnia illa realiter sunt distincta. que sic in re extra sunt plura ꝛ diuersa ꝙ vnū est alicuius effectus realis cuius alterū esse nō potest principiū ꝓductiuū. sed scōm opinionē istam diuina essentia ꝛ voluntas ita sunt in re extra distincta ꝙ essentia nullius effectus possibilis est principiū ꝓductiuū: volūtas aūt est causa oīs effectiua. ergo diuina essentia ꝛ volūtas realiter sunt distincta.hoc aūt cōstat esse falsum ctiā scōm sic opinantes. ergo illud ex quo sequit:vcꝫ ꝙ diuina essentia ꝛ volūtas sic in re extra sunt distincta ꝙ voluntas ꝛ nō essentia ipsa est causa omniū effectuū ꝓductiua. ¶Maioꝛ assumpta est euidēs quia ctiā omnia illa plura in re extra sic diuersa ꝙ vnuz eorum agit aliquid seu producit ad qđ non agit alterum licet possit agere/sunt distincta realiter.īpossibile est est vnum realiter agere ꝛ non agere/sicut ꝛ album ꝛ non album existere.sed non minus immo magis distinguūtur illa quorum vnuz agit ad aliquid ad qđ alterum nō agit nec potest agere/ꝙ illa quorum licet vnum nō agat de facto ad illud ad qđ agit alterum: potest tamen agere: sicut magis distinguuntur calefactiuum a non calefactiuo ꝙ vnum calidum calefactiuum ab altero.ergo cum diuina essentia non sit/vt dicit opinio ista/causa alicuius effectus productiua:sed voluntas sola:per consequēs sequitur ꝙ voluntas ꝛ essentia diuina sint distincta realiter. qđ est falsum.quare ꝛc. ¶Preterea illa oīa que sic in re extra sunt distincta ꝙ sunt diuersorum principia productiua/ꝛ habent diuersos modos agendi/realiter sunt distincta. ¶Hoc apparet.impossibile em̄ est vnum ꝛ idē realiter esse ꝛ non esse respectu eiusdem principium productiuū/habere ꝛ nō habere talē modū agēdi.sed scōz opinionē istam volūtas ꝛ diuina essentia sic se habēt ꝙ voluntas habet modū agēdi naturalē/ q̄lem nō habet volūtas ergo distinguūt realiter.qđ est falsuz.ḡre ꝛc. ¶Cōfirmat. qꝛ deus eodē agit ad ītra ꝛ ad extra.nō em̄ in deo sūt aliqua diuersa quorū vnū sit ꝑsonarū ꝛ alterū creaturarum principiū ꝓductiuū.qꝛ vt argutū est/talia oporteret realiter esse distincta.sed diuina essentia nō aliquid distinctū ab ea est principiū ꝓductiuū ꝑsonarū oīm ꝓductarū/ergo ꝛ creaturarū. ¶Ad rationē q̄ ꝓ opinione ꝑdicta adducit/apparet ꝙ nō valet.qm̄ licet idem non possit esse p̄ncipiū ꝓductiuū necessario ꝛ ꝓtingēter respectu eiusdē pōt tn̄ respectu diuersoꝝ.diuina em̄ essentia ē ꝓductiua necessario ꝑsone nece:ꝛ ꝓtingēter oīs effectꝰ possibil ꝓtingētis.Et tō cōcedo ꝙ principiū ꝓductiuū effectuū ꝓtingētiū est liberum ꝛ cōtingēs virtualiter:vcꝫ quia oīs talis effectus libere ꝛ contingēter nō necessario est ab ipso. Sed tunc dico ꝙ falsum in maiori accipitur quando dicitur ꝙ diuina essentia nō est principiū liberū. ipsa enim est ꝛ dici potest principiū liberū ac cōtingēs virtualiter nō formaliter respectu oīm creaturarū q̄ sunt ab ipa causaliter ꝓtingēter:ꝛ necessariū respectu ꝑsonarū quarū est nō cōtingēter sed necessario principiū ꝓductiuū.ḡre ꝛc. ¶Hec de primo.

Quantū ad secundū: vbi est ad quæstionem istam aliter respōdēdū/supposito ex sepe dictis in isto primo: ꝙ inter deitatē ꝛ eius voluntatē nulla sit diuersitas in re extra:sed ꝙ ista vcꝫ deitas ꝛ dei volūtas vel memoria/sapiētia/ꝛ talia attributa de deo dicta sunt nomina synonyma idē omnino in deo significātia/ponoquatuor conclusiones. ¶Prima est: ꝙ deus est causa omniū effectuū ꝙ seipsuz. ¶Hec apparet.Et primo quātum ad primā partē: vcꝫ ꝙ deus sit causa omniū. qm̄ vt probabitur in secūdo/nulla causa secūda potest agere ad effectum aliquē sine prima. sed nisi deus esset causa oīm effectuū necessaria ad ꝓductionē eorum/non oporteret ipsum concurrere cum omnibus causis secūdis ad ꝓductionē suoū effectuū.ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur.quia ad ꝓducēdum omnē effectū possibilē sufficit illud qđ est totaliter eius causa virtualiter ꝛ tētiua. sed nulla causa scōa sed tantū prima sufficit ꝙ seipsam ad effectum aliquē ꝓducendū vt ꝓbabit in secūdo.ergo ꝛc. ¶Secunda pars conclusionis:vcꝫ ꝙ deus sit causa omniū ꝙ seipsum/apparet.quoniā ꝙ illud quo deus causat ꝛ cōseruat omnia dicit esse eorū causa.sed deus oīa causat ꝛ ꝓseruat nō aliquo alio ꝙ seipso.ergo ꝛc. ¶Minor apparet.qm̄ ꝙ hoc deus effectus producit seu causat/ꝛ causatos conseruat quia vult eos fieri ꝛ factos manere. ipse enim dixit ꝛ facta sunt/mandauit ꝛ creata sunt.vnde nec deū aliquam creaturā ꝓducere est aliud ꝙ ipsum eam fieri velle/nec deum creaturam conseruare est aliud ꝙ deum velle creaturam productam manere.sed deus nec se nec alia vult nisi tantūmodo per seipsuz.ergo cum illo ꝛ nullo alio sit causa creaturarum quo vult eas fieri:ꝛ non vult eas nisi tantū ꝙ seipsum/per consequēs sequitur propositum vcꝫ ꝙ non sit causa oīm aliquo mediāte alio a seipso. ¶Cōfirmatur.quia non minus prima causa ꝙ secūda agit ad suos effectus:ꝛ ꝙ consequēs est causa eorū omniū per se ipsam.sed omnis causa secūda agit ad effectū sibi debitū et per ꝙsequēs est eius causa ꝙ se nō aliquo alio mediāte vt calor ꝙ se agit ad calorē/ignis ad ignem/ꝛ sic de aliis ergo ꝛc. ¶Secūda cōclusio est: ꝙ deus est oīm effectuū causa immediata ꝛ prima. ¶Hec probatur. Et primo quātum ad primā partē:vcꝫ ꝙ sit causa immediata.qm̄ omne illud quo posito ponitur vel poni potest ꝛ sine quo nun ꝙ potest poni effectus/arguitur esse causa immediata ipsius. ¶Hoc apparet.qꝛ nec est nobis possibilis alia via ad probandum vnū esse alterius causam nisi quia videmus vnū sequi ad alterum:vt vnū ignē ad aliū /ꝛ vnū calorem ad alium vel ad solem/ꝛ sic de omnib; aliis. sed deus ē ad cuius volūtatem potest sequi oē possibile:imo ipso volente quodcunqꝫ possibile fieri necessario fit.nec enim qđ ipse vult fieri/potest ne fiat per causam aliquam impediri:nec sine eo volente rē fieri potest aliqua res fieri.ergo ipse est omniū que fiūt causa immediata. ¶Confirmatur.quia licz deus sit causa vltis omniū ꝛ causa secūda propua ꝛ singularis determinati effectus tantum/ex hoc nō habetur ꝙ causa ipsa secūda sit immediatior causa sui effectus ꝙ prima.quoniā quādo effectus fit sic immediate a duabus causis:quarū vna est vltis ꝛ altera singularis:si talis effectus est eque ꝑpossibilis cause singulari sine vniuersali/sicut vniuersali sine particulari/ causa particularis nō est causa eius immediatior ꝙ vltis:set multo minus causa illa singularis est immediatior causa sui effectus ꝙ causa vltis illa a qua sine causa singulari potest fieri effectus:ꝛ non econuerso a causa singulari sine vniuersali. sed sic est in proposito ꝙ nullus effectus est possibilis alicui cause secūde particulari sine prima causa vniuersali.econuerso autē causa vltis prima potest in omne possibile ꝙ se sine omni alia causa scōa. ergo ꝛc. ¶Secūda pars conclusionis:vcꝫ ꝙ sit causa prima: est euidens.quoniam omnis causa perfectior vniuersaliorꝛ diuturnior quacunqꝫ alia/est causa prima tam primitate perfectionis ꝙ vniuersalitatis seu illimitatiōis ꝙ durationis.sed cōstat deum esse perfectiorem causam vniuersaliorem ꝛ diuturniorem aliis omnibus simul sumptis. ergo ipse potest dici istis tribus ꝑmitatibus prima causa. ¶Cōfirmatur.qꝛ illa causa a qua ꝛepēdet oīs alia tā in essendo ꝙ in agendo dicit eē prima.sed oīs cā scōa dependet a deo tā in essendo ꝙ in agēdo:qꝛ nec pōt esse nec agere nisi deo volente ipsam existere ꝛ agere:ꝛ in hoc cōsistit ordo essentialis cause secūde ꝛ prime respectu effectus cōmunis vtriqꝫ.non enim est inter ipsas ordo sicut inter causam mediatiorem ꝛ remotiorē cū vtraqꝫ sit causa immediata ꝛ maxime prima vt probatum est supra: sed sicut inter illa quorum vnū necessario est dependens ab altero ꝛ non econuerso.quare ꝛc. ¶Tertia conclusio est:ꝙ deus est aliquorum effectuū causa totalis ꝛ aliorū partialis:posset tamen esse omniū causa totalis. ¶Hec apparet. ¶Primo quantum ad primam eius partē:vcꝫ ꝙ deus sit de facto causa aliquorum effectuum partialis ꝛ aliorum totalis.quoniaz causa totalis hic vocatur illud a quo solo ꝛ nō ab aliquo alio est effectus. partialis autē illud a quo simul cum alio concausante est effectus ipse. sed aliqui sunt effectus vt omnia incorruptibilia ꝛ ingenerabilia:quoū solus deus fuit causa effectiua. alia autem vt generabilia ꝛ corruptibilia quorum causa fuit nō tantum prima sed secunda.qđ ex hoc arguitur. quia ad diuersas causas secundas diuersi sequūtur effectꝰ tales videlicet generabiles ꝛ corruptibiles:qđ non esset si effectus hmōi sic totaliter essent a prima causa ꝙ nullo modo ab aliqua causa secunda. Si enim vnus ignis non esset productiuꝰ alterius/nō magis vnus sequeret ad alium presentem in passo dispōsito ꝙ ad aquam:cuius contrarium experimur.ergo ꝛc. ¶Confirmatur.quia illi effectus q̄ sunt solius dei vt materia prima et alia multa ex hoc arguuntur non esse ab aliqua causa effectiua alia ꝙ a prima/quia nō sequūtur nec sequi possunt ad aliquā aliam presentem actualiter existentem.ergo per contrarium illi effectus possunt argui esse effectiue ab illis causis secundis qui semper vniformiter ad earum presentiā consequūtur.sed talia sunt multa.ergo ꝛc. ¶Secunda pars conclusionis/vcꝫ ꝙ deus posset esse totalis causa omniū effectuū/apparet.quia potens in omne possibile per seipsum potest esse causa totalis omniū.sed deus potest in oē possibile per seipsum sine omni causa alia concurrēte vt alias fuit probatum.ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur. quia sicut esse de facto causam alicuius effectus totalem nō est aliud ꝙ attingere effectum sine omni alio concausante:ita nec posse esse causam effectus totalē est aliud ꝙ posse ipsum producere sine omni causa alia concurrēte sed deus ē talis causa omniū possibiliū effectiua.ergo ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltima cōclusio est:ꝙ deus est causa omniū effectuū non naturalis sed libera ꝛ voluntaria. ¶Hec apparet primo quantum ad primam partem: vcꝫ ꝙ nō sit causa naturalis.qm̄ cā naturalꝫ quātū ē ex se necessario agit sic ꝙ nō est in eiꝰ potestate effectū ipsi possibilē suspendere.sed deus non agit ad extra aliq̄d necessario sed mere cōtingēter/sic ꝙ in eius ptāte est nō agere quicq̄d

agit.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur.quia naturale: aut sumitur
vt diuiditur contra supnaturale: aut vt contra volunta
rium seu liberum/aut vt contra violentū.sed nullo istorū
modorū deus potest dici naturale principiū effectuum
possibiliū productiuū.ergo ⁊c. ¶ Secūda pars cōclusio-
nis:vȝ ꝙ sit causa libera seu volūtaria/apparet.quoniā
omne agens per voluntatē seu volitionē non necessario
sed cōtingēter/ est agens voluntariū ⁊ liberum.sed deus
agit ad omnē effectum per volūtatem seu volitionem a
sua essentia totaliter indistinctaȝ: ⁊ agit contingēter nō
necessario.ergo ⁊c. ¶ Minor apparet quātum ad primā
partem vȝ ꝙ deus agat per voluntatē seu ꝑ volitionē.
quoniā nec deum aliquē effectum producere est aliud q̃
deum talem effectum fieri velle.nec ipsum conseruare est
aliud q̃ ipsum effectum productū velle manere. Unde di
uina essentia vt est volitio omniū possibiliū fiēdorum est
causa effectiua ipsorum.ergo ⁊c. ¶ Secūda pars:vȝ ꝙ
libere ⁊ contingēter producat omnia: probata est supra.
¶ Cōfirmatur.quia vt dictū fuit in p̄cedētibus non ma-
gis vnū possibiliū fit vel est futurū q̃ alterū nisi q2 deus
vult fieri vnū ⁊ nō alterū.ideo enī hoc fit:quia deus vult
ipsum fieri.⁊ ideo non fit alterum:quia deus nō vult fieri
seu vult nō fieri ipsum.sed omne agēs a quo volēte fieri
fit quicquid fit/ ⁊ volente nō fieri nō fit qđ nō vult fieri
est agens volūtarium.ergo ⁊c. ¶ Ex p̄dictis apparet so
lutio questionis.quoniā cū scđm ꝯclusionē vltimā deus
sit causa omniū effectuū voluntaria: pro quāto vt dictū
est ipsa diuina essentia est causa omniū factorū vt est vo-
litio ipsorū:per ꝯn̄s potest dici ꝙ volūtas seu volitio di-
uina ab essentia indistincta est omniū causa effectiua ⁊ li-
bere productiua. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in
principio apparet solutio tam ex p̄dictis in primo arti-
culo questionis q̃ ex alibi prolixius declaratis.

SEcundo quæro vtrū voluntas
diuina vel etiam creata producat obiectum
volitū in esse volito. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄
sicut se habet intellectus ad obiectū intelle
ctuȝ: ita ⁊ volūtas ad obiectū volitū.sed ita se habet oīs
intellectus tam increatus q̃ creatus ad obiectum qđ in
telligit/ ꝙ ipsum in esse intellecto producit.ergo ⁊ volū
tas omne qđ vult in esse volito. ¶ Confirmatur.quia vo
luntas increata non est productiua nisi spiritus sancti:
nec creata nisi actus volendi. sed nec talis actus nec spi
ritus sanctus est tale esse volitum.sed huiusmodi esse vo
litum dicitur esse ab vtroqȝ istorum distinctum. ergo ⁊c.
¶ Responsio.vbi sic procedam. Primo enim incipien-
do a notioribus inquiram de voluntate creata. Secun-
do de increata:vȝ an sit talis esse voliti productiua.

Quantum ad primū est opinio cuius-
dam dicētis in primo suo/ distinctione ista.45. ꝙ omnis
vtiqȝ voluntas creata producit obiectum volituȝ in esse
volito.qđ quidē esse volitum est ens aliquod imperfectū
et diminutum ab actu volendi absoluto distinctum. est
enim respectus rationis tantū. ¶ Pro ista conclusione
arguit primo.quia impossibile est aliquod obiectū habe
re aliquod esse nouū improductum.sed obiectū nūc a vo
luntate creata nouiter volitū habet aliquod eē nouū qđ
nō habebat antea.ergo esse huiusmodi est productū.⁊ cō
stat ꝙ nō ab alio q̃ a volūtate ipsa.ergo ⁊c. ¶ Secūdo.
quia omnis mutatio terminatur ad aliquid in subiecto
mutato receptū.sed obiectū nouiter volitum est mutatū
transit enī ab vno cōtradictoriorū ad alterū vȝ a nō vo-
lito ad volitū.ergo ⁊c. ¶ Tertio.quia impossibile est for
mā aliquā nouiter alicui aduenire sine eius ꝓpria ꝓdu-
ctione.sed obiecto nouiter volito aduenit nouiter aliqua
forma vȝ relatio cum nunc sit volitum/ ⁊ volitum sit ad
volentem relatum.ergo ⁊c. ¶ Quarto.quia omnis im-
pressio forme presupponit formam ipsam existere/ ⁊ per
consequēs productam esse.sed huiusmodi forma respecti
ua quā importat esse volituȝ/ imprimitur obiecto volito
ergo est creata ab aliquo.⁊ constat ꝙ nō nisi a volūtate.
ergo ⁊c. ¶ Sed hic modus dicendi est omnino irrationa
bilis. Et ideo arguo contra ipsum. Primo.quia volūtas
creata per hoc ꝙ nouiter velle vel nolle incipit nihil ꝓ-
ducit nisi actum ꝑ quē in obiectū tēdit. sed talis actus
est forma absoluta existens actualiter in volūtate ipsa.
ergo ⁊c. ¶ Secūdo.q2 qđ nihil est/ productuȝ dici nō po
test.sed esse volitum vt ab actu volendi absoluto distin-
ctum nihil est.ergo ⁊c. ¶ Minor apparet.tū quia omne
intellectum potest esse volitum ⁊ nolitum. sed nō existēs
potest esse intellectum/nec per consequēs omne intelle-
ctum importat aliquid ab actu intelligendi ⁊ ab intelli-
gente distinctum.ergo nec esse volitum vel nolitum. tum
quia si esse volitum vel intellectum est aliquid productū
ab intelligente ⁊ a volente ⁊ ab actu intelligendi ⁊ vo-
lendi distinctū/cū nō possit poni nisi accn̄s/ aut est subie
ctiue in itelligente ⁊ in volente/aut in obiecto intellecto
et volito/aut in aliquo alio.sed nō in intelligente ⁊ volē-
te:quia nouiter intelligēti ⁊ volenti/nihil aduenit noui-
ter nisi actus absolutus/nec in obiecto itellecto ⁊ volito
quia tale potest esse nō ens.nihil autē potest esse subie-
ctiue nisi in ente actualiter existente. esto etiam ꝙ obie-
ctum volitum vl' intellectum sit aliquod ens existens/ꝑ
hoc ꝙ nouiter intelligitur nihil nouum cōsequitur/nec
aliquod esse imprimitur ipsi magis q̃ obiecto sensato ali
quid imprimatur quia nouiter sentitur.nec i aliquo alio
subiecto:quia per hoc ꝙ aliquod obiectū nouiter intelli
gitur vl' sentitur vl' diligit nihil aliqua res alia ab ipo ⁊
ab intelligente vl' sentiente ⁊ volente vl' nolente conse-
quitur.ergo ⁊c. ¶ Tertio.quia si intelligens vl' volens
producit obiectum intellectum ⁊ volitum in aliquo tali
esse:aut ipse intelligens ⁊ volens intelligit ⁊ vult huius-
modi tale esse productum:aut non.sed nō potest poni pri
mum. quia cum omne obiectum intellectum ⁊ volitum
sit in esse intellecto ⁊ volito productum/per consequens
vltra tale eē intellectum ⁊ volitum productum oporte-
ret aliud esse intellectum ⁊ volitum productum/ ⁊ vltra
illud intellectum ⁊ volitum alterum in infinitum. illud
etiam qđ intellectus creatus intelligit vel voluntas di-
ligit non producit.quia aut tale est aliquid existens/aut
nō. si est existens non producitur ab intelligente ⁊ volen
te:sed productum supponitur. si non est existens/ nō po-
test esse productum. Nec potest dici ꝙ sit non intellectū
et nō volitum:quia sicut ad aliquid nouiter sentiendum
nihil non sensatum oportet producere preter actum: ita
nec ad aliquid intelligendum vel volendum oportet ali-
quid preter actum esse productum non intellectum nec
volitum qđ sit ab obiecto ⁊ ab intelligente ⁊ volente dis
tinctum.ergo ⁊c. ¶ Quarto.quia ad intelligendum no-
uiter vl' volendum aliquod obiectum/nō magis aliquod
ens oportet eē productū ab ipso obiecto intellecto ⁊ vo-
lito ⁊ a volente ⁊ intelligente/ac ab actu intelligendi et
volendi distinctum q̃ ipsum obiectum. ¶ Hoc apparet.
si enim aliquid oporteret esse productum ad nouiter ali-
quid intelligēdum vl' volendum hoc nō esset aliquid ab
actu distinctū nisi tantū obiectū ipm̄ intellectū ⁊ volitū
sed tale obiectuȝ quādo nouiter intelligitur vl' diligitur
nō producitur:ergo nec aliquod ens aliud rationis dimi
nutū ab eo ⁊ ab actu distinctum.

Et ideo quantum ad istum articulum
aliter est dicendū. Ad cuius euidētiā pono quatuor ꝯclu
siones. ¶ Prima est:ꝙ volūtas creata nō ꝓducit obie-
ctū volitum in esse simpliciter. ¶ Hec apparet. qm̄ aut
obiectum volitū a voluntate creata est existēs/ ⁊ ab ipsa
realiter differēs:aut non. Si primū/constat ꝙ ab ipsa nō
producitur:sed productū eē realiter p̄supponitur.nec enī
voluntas creata nouiter volēs substātiā vel formā acci-
dētalem p̄existētem ⁊ ab ea realiter differentē producit
ipsam. Si aūt ponatur scđm: vȝ ꝙ nō sit existēs ipsum
obiectum volitum. ergo nec potest simpliciter seu reali-
ter esse productum:cū omne ꝓductū simpliciter seu reali
ter sit existens.ergo ⁊c. ¶ Confirmatur.quia non magis
volūtas creata/quia diligit vel vult alia a se distincta ꝓ
ducit ipsa/ q̃ quia diligit seu vult se/producat simplici-
ter semetipsam.sed constat ꝙ voluntas creata/quia se di
ligit/ se simpliciter ⁊ realiter nō producit.ergo ⁊c. ¶ Se
cūda conclusio est:ꝙ nec etiā voluntas creata producit
obiectum volitum in aliquo esse scđm quid seu imꝑfecto
et diminuto ab actu volēdi ⁊ ab ipsa volūtate distincto.
¶ Hec probatur.quoniā tale esse productuȝ diminutum
aut esset ipsum obiectum volitum aut aliquid ab eo dis-
tinctum.sed nō potest poni primū: quia obiectū volitum
ab actu distinctum nō est a volūtate productum:cum pre
supponat ipsum si est existēs productiuū/nec ꝑ cōsequēs
quia volitum est productū:vel si nō est existens nō possit
esse productum. nec potest poni scđm:quia tale ens dimi
nutum productū ab obiecto distinctum haberet esse acci
dens. nullum aūt accidēs preter volēdi actum produci-
tur a voluntate creata volente in seipsa nec in aliquo alio
vt superius est argutum.ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia
omne productum est aliquod ens verum a producēte rea
liter distinctum.sed per hoc ꝙ voluntas creata vult no-
uiter aliquod obiectū nō oportet ponere nec etiā potest
poni aliquod ens productū qđ dicatur eē volitū ab actu
volēdi ⁊ a volūtate distinctum.sicut enī ad esse album nō
requiritur aliquid a subiecto ⁊ ab albedine distinctū:ita
nec ad esse volitum aliquid ab obiecto ⁊ ab actu absolu-
to volendi distinctum.ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est:ꝙ
volūtas creata ꝓducit tantūmodo in se actū quādo no-
uiter naturaliter incipit velle aliquod obiectū.qđ quidē
obiectū denominatur volitū:nō ab aliquo ꝓducto existē
te in eo:sed in alio vȝ in ipsa voluntate. ¶ Hec apparet
quantū ad primā partē: vȝ ꝙ actū ꝓducat.qm̄ illud vo
lūtas quādo naturaliter velle incipit producit:per qđ in
obiectū volitū tēdit/ ⁊ per qđ denominatur volēs. Dico
autē quādo naturaliter vult/quia supnaturaliter posset
velle ꝑ actū sibi a deo infusum:quē actū nō produceret ef
fectiue:sed tantū recipet subiectiue.sed voluntas creata
nō est volēs/nec tēdit in obiectū nisi ꝑ actū absolutū in se
receptū:sicut nec sensus est sentiēs nisi ꝑ actū sentiendi/
nec intellectus intelligens nisi per actū intelligēdi.ꝗ ⁊c.
¶ Secūda pars vȝ ꝙ obiectū denominetur volitum ab
aliquo nō in seipso sed i alio existēte/ apparet. quoniam
obiectum dicitur volitum ab actu volendi sicut intelle-
ctum ab actu intelligendi/ ⁊ sensatum ab actu sentiendi.
sed actus volendi nō est in ipso obiecto volito sed in vo-
lente: sicut actus sentiēdi in sentiēte nō in obiecto sensa-
to/ ⁊ actus intelligēdi in intelligēte nō in obiecto intelle
cto.ergo ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie ꝙ aliter volēs
denominatur volens ⁊ aliter volitū denominatur volitū
licet denominatio vtriusqȝ sit ab eodē. ¶ Hoc apparet.
quoniā ⁊ volēs ⁊ obiectū volitū dicitur ab eodē actu nō
in seipso sed in alio existente:vȝ in ipso volente.ergo ⁊c.
¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est:ꝙ cōsimiliter est dicēdū
de intellectu creato sicut dictum est de volūtate ipsa:vȝ
ꝙ per hoc ꝙ aliquid intelligit nihil nisi solū actum ꝓ-
ducit/ ⁊ cetera oīa de volūtate supius explicata. ¶ Hec
potest ꝓbari eisdē rationibus q̄bus omnia dicta de volū
tate creata supius sunt probata. ¶ Ex quibus omnibus
apparet ꝙ nec intellectus ꝓducit obiectū intellectū in
esse intellecto nec intelligibili:nec volūtas obiectū voli-
tū in esse volito nec volibili:intelligēdo ꝑ hmōi ens pro-
ductū aliquid ab actu intelligēdi ⁊ volendi absoluto dis
tinctū. ¶ Ad primū eorū q̃ arguta sunt supius in contra
riū/ apparet ꝙ falsum in minore accipit quādo dicit ꝙ
obiectū habet aliquod esse nouū quādo nouiter volituȝ.
nullū enī ꝓpter obiectū nouiter volitū volēs ipȝ ꝓducit
ens nouū p̄ter volendi actum.qui actus nō est in obiecto
volito/sed in volente vt dictū est.quare ⁊c. ¶ Ad secūdū
cōsimiliter est dicēdū:vȝ ꝙ falsum accipit in minore.nō
enī obiectū quia nouiter volitū est mutatū: sed volēs ipȝ
cum obiectū nō dicatur volitū ab aliquo existente in eo
sed in alio vȝ in volente.quare ⁊c. ¶ Ad tertium ⁊ quar
tum insimul apparet cōsimiliter ꝙ vtrūqȝ falsum acci-
pit in minore:cum nulla forma obiecto volito sed volenti
realiter imprimatur. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi est inqui-
rendum de voluntate increata/ est opinio eiusdem docto
ris de quo dictum est supra/ ⁊ in eadē distinctione ⁊ eadē
questione:ꝙ etiam voluntas increata ꝓducit oē obiectū
volitū a se in esse volito sicut in esse aliquo imperfecto ⁊
diminuto ab actu distīcto. ¶ Hoc aūt probat quadrupli
citer. Primo.quia cōstat ꝙ ab eterno fuit aliquid p̄desti
natū:qđ nō est aliud q̃ esse volitū. sed tale esse nō potest
dici esse simpliciter: cū nō sit icreatū: ⁊ fuerit sempiternū
ergo fuit esse aliquod scđm quid ⁊ diminutū ab eterno ꝓ
ductū. ¶ Scđo.q2 nō pōt esse transitus de vno cōtradi-
ctoriorū ad alterū sine aliq̄ mutatione.sed ab eterno deus
potuit p̄destinare oēs quos nō p̄destinauit ⁊ non p̄desti-
nare quos predestinauit.ergo tam predestinati q̃ non p̄-
destinati fuerunt mutabiles:cum in deo predestināte nul
la possit esse mutatio. sed nec i predestinatis nec in aliis
nō predestinatis potest esse mutatio secundū esse simpli-
citer:cum nec predestinatū nec nō predestinatum fuerit
ens simpliciter ab eterno.ergo talis mutatio i istis pos-
sibilis habuit esse scđm esse aliquod imperfectum ⁊ dimi
nutū puta scđm esse p̄destinatum qđ est esse volitū: ⁊ non
esse p̄destinatum qđ est nō esse volitū ad p̄miū sempiter-
nū.quare ⁊c. ¶ Tertio.quia deus noluit qđ tamē potuit
creare mundū ante q̃ creauerit ipsum.ergo ibi fuit trans
itus a nolle creare ad velle. sed talis transitus non po-
test poni in actu diuino.ergo in obiecto volito.quare ⁊c.
¶ Quarto.quia voluntas creata nō est efficacior incre-
ata. sed voluntas creata producit obiecta a se volita in
esse volito/ergo ⁊ increata. ¶ Sed hic modus dicēdi est
omnino impossibilis:vt patet ex illis que in alio articu-
lo superius sunt arguta.omnia enī arguta ibi cōtra illū
dicēdi modū/possunt argui cōtra istū.⁊ vltra illa ad istuȝ
modum dicēdi sequitur ꝙ non tantū ens increatū fuerit
sempiternū:sed ꝙ tot entia fuerint sempiterna a deo dis-
tīcta quot postea sūt ꝓducta ⁊ etiā plura.sed hoc est eui
dēter inconueniens ⁊ absurdum: cum sit contra sacram
scripturam.ergo ⁊c. ¶ Consequētia probatur.qm̄ omne
productū a ꝓducēte ipm̄ realiter est distinctum.sed scđm
opinionē istā omne obiectū a deo volitū est in esse volito
productū.ergo huiusmodi esse volitū ꝓductū est a deo ꝓ
ducēte distinctū.sed cōstat ꝙ si oē obiectū volitum est in
tali esse ꝓductū/q̄t sunt volita tot sunt talia entia dimi
nuta producta.non enī potest dici ꝙ omnia obiecta voli
ta in eodem esse volito sint producta. ergo cum deus ab
eterno intellexerit oīa possibilia: non tm̄ fienda.sed etiā
alia non fienda: ⁊ fienda voluerit fieri ⁊ alia nō fieri: per
ꝯn̄s seq̄ꝛ ꝙ tot fuerūt entia diminuta itellecta ⁊ volita
ꝓducta etna quot sūt fieri possibilia entia realia ⁊ etna.

nec tale ens productū potest dici magis diminutū q̄ accidēs. ex quo enim est productum ꝛ a deo producente vltinctum/oportet q̄ sit accidens vel substantia. sed nō potest dici accidens cum nō habeat subiectum: nec substantia vt apparet. ergo ꝛc.

Et ideo quantum ad istum articulum

aliter est dicēdum: vez consimiliter per omnia de voluntate increata sicut dictū est supra in alio articulo de volūtate creata. ¶ Ad primum eorum que arguūtur in contrariuz/concedo q̄ ab eterno fuit esse predestinatum seu volitum ac intellectum: qō esse nō fuit esse simpliciter a deo distinctuz. nec tamē ex hoc sequitur qō infertur: vez q̄ fuerit esse aliquod diminutum a deo distinctum: cum nullum ens simpliciter seu perfectus seu diminutū a deo distinctum fuerit sempiternū. nō enim sequit: est intellectum vel volitum: ergo est ens aliquod diminutum vel p fectum ab intelligente ꝛ a volente distinctum. quare ꝛc. ¶ Ad secundū cōcedo q̄ deus ab eterno potuit velle fieri qō voluit nō fieri ꝛ ecōuerso/ꝛ p consequēs pdestinare non pdestinatos ꝛ non pdestinare pdestinatos absq; aliqua mutatione sui nec ipsorum obiectorū volitorū tā aliquorum existētium ab eo distinctorū: cū nihil ab ipso distinctum fuerit sempiternū. cum enim esse volitum non dicat aliquid a volente distinctū/per cōsequēs q̄ volitū fiat nō volitum nō arguit aliquid a volente distinctū esse mutatum: sicut si subiectū esse album nō diceret aliquid ab eo distinctum: ꝛ subiectum ipsum posset effici non album: ex hoc non argueretur realiter esse mutatum. ꝛ ita in proposito consimiliter est dicēdum. nō enim obiectum a deo volitū ab eterno importat aliquid distinctum a deo volēte/nec p ꝯsequēs dicit aliquid mutabile realiter ante q̄ fiat. quod enī nō est/realiter mutari nō potest. quare ꝛc. ¶ Ad tertium cōsimiliter est dicēdū. ¶ Ad quartum apparet ex dictis in articulo p̄cedenti q̄ falsum accipit in minori. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex p̄dictis. falsum enīz accipit minor que dicit q̄ intellectus p̄ducit obiectū. qō intelligit in esse intellecto. nec enim intellectus nec voluntas producūt obiectū intellectū ꝛ volitū. sed intellectus creatus producit actū intelligēdi ꝛ volūtas actum volendi ipsum. intellectus aūt increatus/nec p̄ducit obiectū intellectū in esse intellecto: nec voluntas increata obiectū volitū in esse volito ab intelligēte ꝛ a volūtate distinctū nec etiā actū ipsum intelligēdi vel volēdi: cum deus velit ꝛ intelligat per actum improductum a sua essentia in distinctum totaliter in re extra.

Circa distinctionē quadragesimāsextā: in qua Magister inquirit an diuina voluntas semp impleatur: Quero primo vtrū aliqd qō deus vult fieri possit ne euenire impediri. ¶ Et videtur q̄ sic. qm̄ deus vult fieri omne qō precipit exequēdum/ꝛ nō fieri qō precipit resp̄uēdum seu vitandū. sed constat q̄ multa fiūt q̄ precipit nō fienda/ꝛ multa alia omittuntur que precepit exequenda. ergo ꝛc. ¶ Contra: quia nulla causa est omnipotēs cuius effectus ipsi possibilis potest p aliam ne eueniat impediri. sed deus est omnipotens. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim dicam ad questitum. Secūdo soluam ad vnum dubium questo annexum.

Hoc præmisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ voluntas vel noluntas creata vt virtualiter sumpta non est bona moraliter neqꝫ mala ex seipsa: sed tantum a voluntate vel noluntate formaliter sumpta: vꝫ pro volitione ⁊ nolitione ipsa. ¶ Hec appet quoniam sicut nulla res ab albedine distincta est ex seipsa alba: sed tantum quia albedine informata: ita nec aliqua res creata distincta a bonitate morali ⁊ malitia põt esse ex seipsa bona moraliter neqꝫ mala/sed tantũ ab ipsa bonitate morali ⁊ malitia in ea actualiter existente. sed volũtas creata isto mõ vꝫ virtualiter sumpta puta ꝓ pricipio volitionis ⁊ nolitionis causaliter productiuo ⁊ subiecto receptiuo/est intellectualis creatura ab omni morali bonitate ⁊ malitia distincta vt substantia ab accidẽte. est enim talis bonitas ⁊ malitia moralis ipsa volũtas ⁊ noluntas sumpta formaliter pro actibus volendi ⁊ nolẽdi: quos constat esse accidentia ab omni substantia essentialiter distincta. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qr non minus actus moralis bonus vel malus q̃ habitus ipsi correspõdens est a suo subiecto distinctus. sed constat omnem moralem virtuosum vel vitiosum habitum esse distinctuꝫ a suo subiecto qđ est voluntas vel noluntas sumpta modo predicto vꝫ virtualiter: nec vnq̃ talis voluntas dicitur habitualiter esse bona moraliter neqꝫ mala ex seipsa: sed ab habitu ab ea essentialiter differente. ergo nec actualiter sine actu a se consimiliter distincto. quare ⁊c. ¶ Secũda conclusio est: ꝙ voluntas formaliter sumpta/videlicꝫ pro actu predicto/non dicitur ex se bona moraliter neqꝫ mala: sed tantum ab actu preuio intellectus puta a dictamine rationis. ¶ Hec probatur. quoniam ab illo electio vel respuitio dicit̃ bona moraliter vel mala q̃ posito ipsa est bona vl' mala moraliter om̃i alio circũscripto: nõ autem posito quocunqꝫ alio sine illo. nec etiam potest dici bona nec mala moraliter ab illo/quo solo posito non esset bona moraliter neqꝫ mala. sed actus eligẽdi vl' respuendi sic se habet ad actum intelligendi videlicet ad dictamen debitum rationis/ꝙ illo posito sibiqꝫ conformi videlicet electioni vel respuitioni/necessario ipsa electio est moraliter bona: ⁊ mala si sit ipsi difformis quocunqꝫ alio circumscripto. non põt autem sine isto dictamine existente esse bona moraliter neqꝫ mala. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia sicut vnum ⁊ idem subiectum dicitur albuꝫ quando albedine informatum: ⁊ non albũ quando est albedine ipsa priuatum: ⁊ nigrum quando forma contraria puta nigredine informatum: ita ⁊ idem actus voluntatis essentialiter inuariatus est bonus moraliter quando eum precedit dictamen rationis rectum sibi conforme. mal' aũt quando ipsum precedit dictamen erroneum ⁊ obliquum. sicut intellectu dictante deuꝫ esse super omnia diligendũ ⁊ proximum propter deum/dilectio hec concordans rõnis dictamini est bona moraliter ⁊ virtuosa: non aũt si eã precedat dictamen falsum ⁊ erroneum contrarium/puta ꝙ nec deus est super omnia diligendus propter seipsum nec proximus propter deum: immo dilectio tale sequẽs dictamen esset moraliter vitiosa. ergo sicut subiectuꝫ nõ dicitur album nec nigrum nisi in ordine ad albedinem et nigredinem: ita nec actus voluntatis dicitur bonus moraliter neqꝫ malus nisi in ordine ad actum recti vel obliqui vl' falsi dictaminis intellectus secũ actualiter existẽtem. ¶ Ex predictis sequitur corollarie: ꝙ voluntas virtualiter sumpta videlicet pro intellectuali creatura/dicitur bona vl' mala moralit̃ vltimo ab actu dictaminis rõnis / licet primo ⁊ immediate ab actu electiõis vl' respuitionis. ¶ Hoc appet. qm̃ omnis intellectualis creatura denoĩat̃ bona moralit̃ vl' mala ab actu suo bono vl' malo moraliter. sed actus bonus vl' malus moraliter est actus electionis vl' respuitionis non vt ꝑ se sumptus sed vt ad actum recti seu veri ac practici vl' obliqui seu falsi dictaminis comparatus. ergo cum electio vl' respuitio sit intermedia inter creaturã intellectualem eligentem ⁊ ei' actum dictaminis precedentem: per consequens sequit̃ propositũ: videlicet ꝙ ab electione vl' respuitione dicit̃ primo ⁊ immediate/ab ipso autem dictamine preuio vltimo ⁊ mediante electione vl' respuitione dictamen ipsum presupponente bona moraliter vl' mala oĩs intellectualis creatura. ¶ Minor apparet. quoniam licet electio vl' respuitio non dicatur bona nec mala moraliter nisi vt ad dictamen aliquod cui est conformis vel difformis comparata: nõ tñ ex hoc est intelligendum ꝙ dictamen huiõi sit vt per se sumptum bonũ moraliter neqꝫ malum. quoniam sicut inter habitus solus habit' electiu' nõ dictatiuus dicitur habit' moralis: nec enim bene sciens dictare dr bene morigeratus: sed bñ sciens eligere ⁊ eligens videlicet eligenda ⁊ respuens respuẽda: ita nec inter act' dicit̃ moraliter malus vel bonus p̃io dictamẽ: sꝫ act' electionis vel respuitiõis/licet nõ nisi ĩ ordine ad dictamẽ. sed dictamen huiusmodi est electionem precedens: ⁊ ipm omnis bona electio presupponens: ⁊ non econuerso dictamen rectum presupponit electionem. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ actuũ voluntatis moraliter malorũ ali' dicitur esse malus positiue ⁊ alius priuatiue. ¶ Hec apparet. quoniam aliquis actus volũtatis est malus quia circunstantia indebita informatus: vt velle aliquod bonum ⁊ licitum propter finem indebitum. ⁊ alius est mal' solum quia circunstantia debita spoliatus/non quia indebita contraria informatus/vt velle bonuꝫ puta amare proximum non propter finem debituꝫ puta deum/nec tamen ꝑpter indebitum sed absolute non considerato fine aliquo debito nec indebito. sed constat ꝙ primus act' dicitur positiue malus: secundus autem tantũmodo priuatiue. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia primus actus duorum predictorum est malus propter positionem circunstantie indebite/non autem secundus: sed tantum propt̃ priuationem circunstantie debite. ergo ⁊c. ¶ Quarta et vltima ꝯclusio est: ꝙ actus voluntatis aliquis est sic malus ꝙ non potest moraliter esse bonus. alius autem licet sit malus vt vno modo factus/potest tñ esse moraliter bonus vt alio modo sumptus. ¶ Hec probatur. quoniam actuuꝫ eligendi vel respuendi voluntatis alius est moraliter malus ex se absolute seu ratione sui obiecti indebiti super qđ trãsit: quod quidem obiectum est debitum nõ illius actus sed alterius sibi contrarij: sicut deum vel ꝓximum odire vel eligere intemperate viuere. ⁊ alius est malus non secunduꝫ se absolute sed ratione alicuius circunstantie indebite ipsi inexistentis: sicut velle subuenire proximo non ꝑpter deum: sed propter honorem seu commodum ꝓprium. sed actus primus istorum sic est malus ꝙ nunq̃ potest moraliter esse bonus. secundus aũt põt fieri vtiqꝫ bonus: cum non sit malus secundum se absolute sed ratione indebite circunstãtie ipsi inexistentis: qua quidem potest priuari ⁊ opposita inesse ei. ille enim idem actus qui nunc fit propter finẽ indebitũ/potest fieri postea propter finem debitum ⁊ honestum. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia omnis ille actus dicitur etiam positiue malus qui est malus nõ propter carentiam tantum sed propter alicuius inexistentiam. sed talis actus est duplex. est enim vnus malus propter inexistentiaꝫ circunstantie indebite circunstantie debite cõtrarie: ⁊ alius ratione sui vt videlicet est talis obiecti. sed primus idem saltem obiectiue potest fieri moraliter bonus: non autem secũdus. ergo ⁊c. ¶ Sed nunquid actus predicti sunt equales in malitia morali? ¶ Ad hoc dicendum est ꝙ non. ille enim videtur deterior qui est malus ex se seu absolute sic ꝙ nõ potest esse bonus: q̃ ille qui tantum est malus ratione circunstantie indebite. ⁊ iste etiam videlicet malus ratione positionis circunstantie indebite/qui dicitur malus positiue/deterior esse videtur illo qui est malus precise ratiõe priuationis circunstantie debite sine positione circũstantie indebite: qui quidem dicitur esse malus tantummodo priuatiue. Inter istos etiã actus sic priuatiue malos ille est deterior ceteris paribus qui pluribus debitis circũstantijs indebitis contrarijs inexistentibus est priuatus. ¶ Confirmatur. quia sicut actus boni moraliter sũt inequales in morali bonitate: ita ⁊ mali consimiliter in morali malitia sunt etiam inequales. minus eñ malus est ille qui est ex ignorantia vt sequens actũ dictaminis falsum ⁊ erroneum/q̃ ille qui est ex certa sciẽtia: vt ille q̃ post dictamen verum ⁊ rectum sequitur: cui tamen dictamini preuio est difformis. ¶ Et si forte dicatur ꝙ non est verũ. non eñ talis actus electionis vel respuitionis cõformis falso ⁊ erroneo dictamini est min' mal' alio actu moraliter licet culpabiliter: qr nec omnis actus deterior culpabiliter est deterior moraliter. hoc esto ꝙ sit verum saltem inter actus alios superius expositos potest poni sicut et est de facto inequalitas moralis. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundũ: vbi est respondẽdum ad quesitum/est sciendũ ꝙ voluntas creata potest esse volũtati increate ꝯformis tripliciẽ vl' difformis. Uno modo in volito vel in nolito tantuꝫ vt absolute accepto. Et alio mõ in volito vel in nolito vt debite nõ tamen perfecte circunstantionato. Et tertio modo in volito vl' ĩ nolito vt perfecte ⁊ sufficienter circunstantionato. ¶ Primo modo esset conformis omnis voluntas creata volens illud qđ deus vult vel nolens qđ ipse non vult: ⁊ hoc absolute non tamẽ eo modo quo debet illud velle ⁊ nolle. Secundo autem modo est conformis omnis voluntas creata volens illud idem quod deus ⁊ eo modo: hoc est cum aliqua circunstantia debita/non tamen cum omni. Et vltimo modo est conformis omnis volẽs vel nolẽs idem qđ deus ⁊ omni modo siue cum omni debita circunstantia tali actui volendi vel nolendi.

Hoc præmisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ ad hoc ꝙ voluntas creata sit bona moraliter non sufficit ꝙ sit conformis voluntati increate primo modo videlicet tantum in volito vel in nolito. ¶ Hec apparet. quoniã nullus actus volũtatis create ad quodcunqꝫ obiectum quantumcũqꝫ debitum terminatus est moraliter bonus vt absolute sumptus: sed tãtũ quando est debite circunstantionatus. sed conformitas voluntatis create cum increata isto primo modo intellecta est tantum in volito vl' in nolito: ⁊ per consequens in actu volendi vl' nolendi idem obiectum quod deus vt absolute sumpto: non autem vt circũstantionato. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quoniã nullus actus vt absolute acceptus siue vt ad tale obiectũ terminatus est moraliter bonus qui potest moraliter esse malus. ¶ Hec apparet. quia actus qui vt secũdum se sumptus vl' vt ad tale obiectum terminatus est moraliter bonus/semper est moralit̃ bonus q̃diu manet elicitus ⁊ ad obiectuꝫ huiusmodi terminatus. sed omnis actus voluntatis ad quodcunqꝫ obiectum terminatus potest moraliter esse malus cum possit carere circunstantia aliqua sibi debita/sibiqꝫ possit inesse contraria: sicut actus diligendi deum sequens dictamen erroneum ⁊ falsum qđ est deum non esse diligendum est moraliter malus/cum non sit conformis dictamini recto preuio existenti: quia vt supponitur non dictamen huiusmodi videlicet rectum/sed erroneũ preexistit. ergo ⁊c. ¶ Confirmat̃. quia existente illo qđ sufficit ad hoc ꝙ voluntas creata sit moraliter bona/non potest ipsa moraliter esse mala. sed voluntas creata cõformis modo p̃dicto voluntati increate potest moraliter esse mala: ⁊ sepe ẽ de facto / vt apparet ex ratione facta in principio. ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ nec ad hoc ꝙ volũtas creata sit moraliter bona sufficit ꝙ sit conformis voluntati ĩcreate secundo mõ videlicet in volito vl' in nolito debite sed imperfecte circunstantionato. ¶ Hec probatur. quoniam omnis actus moralit̃ bonus est omnibus circũstãtijs sibi debitis circũstantionatus. sed omne volitum vl' nolituꝫ imperfecte licet debite circũstantionatum caret aliqua sibi debita ⁊ necessaria circũstãtia. ergo ⁊c. ¶ Cõ-

firmatur.quia secundum philosophum.2. ethicorum ad hoc q aliquis actus sit moraliter bonus oportet q sint in eo omnes circunstantie sibi debite concurrētes: ita q vnica sola deficiēte quantumcunq sibi insint omnes alie actus ipse non est nec esse potest moraliter bonus.sed cuicunq actui impfecte circūstantionato deficit aliqua circunstantia sibi debita. ergo ꝛc. ¶Minor apparet. nullꝰ enim actus habens omnem circunstantiam sibi debitaꝫ potest esse imperfecte circunstantionatus.ꝛ ideo per oppositum omnis actus ꝑfecte circūstantionatus ē aliqua circunstantia sibi debita spoliatus: ꝛ hoc differēter, aliqui enim actus sic carent circūstātia aliqua eis debita q cum hoc ineſt eis circunstantia cōtraria indebita. alij autem sunt aliqua circunstantia debita priuati:nō tamē circunstantia contraria indebita infornati.ꝛ isti nō sunt ita mali moraliter sicut primi.quoniam primi sunt mali moraliter tam positiue vel propter positionez circunstātie indebite/q etiam priuatiue vel propter priuationem circunstantie debite.alij autem sunt mali moraliter tātū secundo modo vel priuatiue puta propter priuationem circunstantie debite:non aūt ponitur ex aliqua circūstātia eis indebita assistente.ꝯ ꝛc. ¶Certa cōclusio est: q ad hoc q volūtas creata sit bona moraliter/sufficit q sit conformis voluntati increate tertio modo vel in volito vel in nolito vt perfecte circunstantionato. ¶Hec apparet.quoniam omnis actus voluntatis ꝑfecte circumstationatus est moraliter bonus.nō enim actus aliquis potest esse moraliter malus nisi quia vel non est circunstantionabilis bene moraliter/qualis est omnis ille qui ē malus secundum se absolute siue ratione obiecti super quod transit/vt actus odiendi deum.vel quia est circunstantionabilis non tamen de facto perfecte circunstantionatus qualis est omnis ille qui transit super obiectum sibi debitum sed non propter finem congruum:vel qui nō elicitur vbi oportet vel a quo oportet ipsum elici effectiue.ꝛ ideo per oppositum omnis actus circunstantionabilis ꝛ ꝑfecte circunstantionatus est moraliter bonus. sed ois volūtas creata conformis voluntati increate in volito vel in nolito perfecte circunstantionato habet actum volendi vel nolendi perfecte circunstantionatum.ergo omnis talis voluntas creata est moraliter bona. ¶Confirmatur quia illud quo existente voluntas creata est bona nec potest moraliter esse mala/est sufficiens ad hoc q voluntas ipsa sit moraliter bona. sed existente in voluntate creata ad increatam conformitate predicta vez vel in volito vel in nolito perfecte circunstantionato / volūtas ipsa quelibet creata sic est bona q non potest moraliter esse mala. omnis enim voluntas creata volens quod deus vult:et omni eo modo quo vult fieri:est moraliter bona.ergo ꝛc. ¶Quarta ꝛ vltima ꝓclusio est:q conclusio tertia supradicta est intelligenda de volūtate creata conformi increate voluntati in volito voluntate signi quod est consilium vel preceptum:non autem in volito voluntate signi qō ē permissio. ¶Hec est cuidens. quoniam sola illa volūtas creata est moraliter bona que est ꝓformis seu concors diuine voluntati in volendo illud qō illa vult sicut ipsi acceptum:non aūt illa que vult idem qō ipsa vult nō sicut ipsi acceptum sed sicut fieri permissuz.sed omne illud de q̄ est consilium vel preceptum deus vult sicut sibi acceptuz non autem illud de quo dicitur permissio diuina esse vt ꝓ prie sumpta/cum tale vt dictum fuit in ꝓcedentibus non sit nisi de aliquo fieri interdicto.ergo ꝛc. ¶Cōfirmat.q nulla voluntas creata mala culpabiliter est bona moraliter.econuerso autem omnis voluntas creata ab oī culpa immunis ꝛ perfecte circunstantionata est moraliter bona.sed omnis voluntas creata conformis increate in volito fieri permissiue est mala culpabiliter.omnis autē illa que est concors voluntati increate in volito voluntate beneplaciti perfecte circūstationato mō quo vult deo omne illud de quo est consilium vel preceptum/est immunis ab omni culpa ꝛ perfecte ac sufficienter circunstātionata.ergo ꝛc. ¶Minor quantum ad vtranq partem est cuidēs.quia nec aliquid dicitur proprie a deo fieri permissum nisi peccatum.ꝛ omne illud fieri est deo acceptum de quo est consilium vel preceptum/cum ꝛ deus ipse ꝓ quolibet talium statuerit reddere premium sempiternū. omne autem illud quod deus premiat dicitur sibi acceptum ꝛ voluntate beneplaciti ab eo volitum:sicut econuerso illud dicitur non esse sibi acceptuz nec voluntate beneplaciti volitum sed magis nolitum ꝛ permissum qō statuerit puniendum:quale quidem est omne peccatum.ergo ꝛc. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem vtranq adductā in principio apparet solutio ex predictis. ¶Ad primam cū quādo dicitur q omnis voluntas creata concors voluntati increate est regulata:Dico q verum est si sit sibi perfecte concors modo in precedentibus exposito:vez in volito vel in nolito perfecte circunstantionato.ꝛ tunc cōcedo consequenter q omnis talis volūtas creata est moraliter bona:non autem illa q̄ est increate voluntati conformis tātum in volito vel in nolito vt absolute sumpto nec etiam illa que est sibi conformis in volito vel in nolito vt debite sed tñ ꝑfecte circunstantionato. quia nec talis voluntas creata est regulata. ¶Ad secundam i cōtrariuz quando dicitur q omnis voluntas creata volēs fieri qō vult fieri increata/vel nolens fieri qō non vult fieri illa/est ipi cōformis: Dico q verum est in volito vel in nolito vt absolute sumpto:non aūt in ipso vt perfecte circūstantionato:qō tñ requiritur vt dictū est supra ad hoc q voluntas sit moraliter bona.nō enim moralis bonitas volūtatis vepēdet tantū a solo obiecto ipsius volitiōis sed ab omnibus circunstātijs ꝛ specialiter a circunstantia finis debiti/sine q̄ intento non potest voluntas creata ē moralit bona. Unde Ber.i libro de sex alis seraphin sic ait. Nō est cōsiderādū qd quisq faciat sed quo animo faciat. finis enim operis totus cōsistit in simplicitate intentionis.sed cōstat q simplicitas intentionis nō potest esse nisi ipsa intentio sit vltimi ꝛ simplicissimi finis.nullꝰ enim actus voluntatis create potest esse perfecte moraliter bonus nisi sit elicitus ꝓpter istum finem vltimum omnium ꝛ simplicissimum intentum videlicet trinum ꝛ vnum deum/cui est honor ꝛ gloria in secula seculorum. AMEN.

Explicit scriptum super primū Sentētiarum.F.Guilhelmi de Rubione. Deo Gratias.

Subtilissimi ac cum primis honorādi patris F. Guilielmi de Rubiōe ministri fratrū Minorū prouincie Aragonie/in Secūdum Sententiarū Prologus seu prefatio.

DEus creator omnū ꝛ terribil⁹ et miserecors.2.Macch.1. Beatus Augustinus libro primo soliloquiorum sic dicit. Deus a quo auerti cadere est:in quē cōuerti/resurgere:in quo manere/consistere. Deus a quo exire mori:in quem redire reuniscere:in quo habitare viuere ē. Hec ille. ¶Omnis intellectualis creatura cadit et moritur quando a deo demeritorie auertitur. Resurgit ꝛ erigitur/ quando ad eum mente conuertitur. Consistit ꝛ perficitur quando ipsi perfecte coniungitur. ¶Est deus omnipotens reproborum se ab ipso culpabiliter auertentium cōdemnator:vt patuit in prostratione transgredientiū spirituum malignorum. Bonorum se ad eum mentaliter conuertentium liberator:vt claruit in cōfirmatione persistentium beatorum omnium angelorum. Beatorum se ei eternaliter coniungentium premiator: vt innotuit in premiatione progredientium ciuium supernoꝝ. Et hoc est quod dicit Beatus Augustinus in quodam sermone vbi de hoc loquens sic ait. Deus est mundi gubernator ꝛ rector/ omnium liberator ꝛ adiutor/angelorum sapor ꝛ decor:in seipso principium et finis:reproborum terror et horror. ¶Hec tria omnia que enumerat Augustinus: videlicet vniuersorum creatio ꝛ gubernatio: peruersorū auersio et condemnatio:ꝛ electorum angelorum conuersio ꝛ confirmatio ac premiatio/sunt de quibus agitur in secundo Sententiarum. Consideratur enim ipse deus in hoc secundo cuius expositioni est insistendu: Primo vt eius omnipotentia resplenduit in productione omnium creatorum. Secūdo vt eius iustitia apparuit in condemnatione spirituum malignorum. Tertio vt eius clementia innotuit in confirmatione omnium aliorum. Et hoc ē quod in verbo proposito ostenditur:in quo deus ipse tribus modis predictis/quibus de eo in secundo Sētentiarum libro agitur/describitur euidenter. Ecce nāq in hoc verbo dei excelsi Primo inexplicabilem potestatem cūctorum mirabiliter productiuā/cū dicitur: deus creator omnium:ipsa de nihilo temporaliter producēdo. Secundo inobliquabilem equitatem reproboū horribiliter punitiuam:cum subditur:ꝛ terribilis: demerita demonum ꝛ hominum dissormiter puniendo. Tertio interminabilem pietatem electorum eternaliter perfectiuam:cū concluditur:ꝛ misericors:merita bonorum angelorum eternaliter extollendo. Et de his tribus agitur in hoc secūdo/q̄ potest secūduz hoc diuidi in tres partes. ¶In quarū prima agitur de creatione omnium tam inferiorum ꝙ superiorum. In secunda de auersione spirituum malignorum/et conuersione bonorum ad deum/ac ipsorum premiatione ꝛ malorum cōdemnatione. In tertia ꝛ vltima agetur specialiter de hominis productione seu exitu in esse nature ꝛ de eius transgressione qua cecidit a statu innocentie. Secūa pars incipit distinctio.2. De angelica ita q̄ natura Tertia distinc.17 his excussis. ¶Secunda subdiuidit

in duas partes. In quarū prima agit magister de creatura mere spirituali/puta angelica/ determinando de ipsa omnia supradicta. In secunda de creatura precipue corporea:ꝛ hoc incipit dist.12. Hec de angelis. ¶Tertia etiā diuiditur in partes duas:in quarum prima agitur de hominis creatione. In secunda de eiꝰ transgressione distin. 21. Videns ergo diabolus ꝛc.

Circa primum (vbi deus omnipotens

describitur seu innuitur.quia omniuz de nihilo ꝓductuꝰ exprimitur/modo quo de ipso in secundo sententiarū primo agit:cum premittitur:Deus omnū creator.) Est sciēdum q deus creauit sex q̄ in isto scōo libro sententiarum explicantur/ꝛ in libro Geneseos numerantur. Creauit ei primo celum empyreum cū angelis:ꝛ terram cū alijs elementis. Secundo firmamentum medium/diuisiuū aquarum ab aquis. Tertio vegetatiua virtūtia in mūdo iferiꝰ. Quarto luminaria lucentia in celo suprius. Quinto bruta animalia sensitiua. Sexto rationalia/ad imaginē suā hoc est dei facta. Unde de ipso deo creatore oīm predictorum:de quo agitur in hoc secundo sententiaruz:potest accipi illud Exodi.15. Quis similis tui in fortibus dñe? Quis similis tui/magnificus i sanctitate:terribilis atq̄ laudabilis:ꝛ faciens mirabilia? Extendisti misericordiam tuā: ꝛ deuorauit eos terra. Deo enim manum siue iustitie post lapsum demonis ꝛ hominis extendente:deuorati sūt demones in terra infernali:pena videlicet eternali. Cōdemnati etiam fuerūt homines morte corporali.in qua a terra ipsorum corpora deuorantur. Et hoc est quod deus primo homini predixerat ꝛ comminatus fuerat: quando dixit. De ligno scientie boni ꝛ mali ne comedas:in quocunq enim die comederis ex eo/morte morieris. Gene.2. Et ideo post eius lapsum propter vetiti ligni esum/dixit ipi deus ostendens q malum predictū incurrerat qō ipe illi predixerat. Gene.3. In sudore vultꝰ tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua sumptꝰ es.q̄ pulvis es ꝛ in pulverem reuerteris.

Circa tertium & vltimum (vbi deus ostenditur vt pijssimus: quia electorum se ad ipsum conuertentium ⁊ aliorum etiā omniū directiuus: modo quo etiā agitur de ipso in isto secundo: cum concluditur: ⁊ misericors.) Est sciendum ꝙ sicut deus apparuit terribilis ⁊ seuerus angelis malis ruentibus: ita econuerso/ bonis permanentibus ⁊ se ad eū conuertentibus apparuit piꝰ ⁊ misericordissimus/ vt in hoc secundo ostenditur: propter tria. Suam enim misericordiam eis ostendit: Primo. quia eos in gratia superna interius cōfirmauit. Secundo. quia eos a culpa ⁊ pena salubriꝰ preseruauit. Tertio. quia ipsos in gloria sempiterna superius sublimauit. Et de his omnibus in hoc secundo agitur. In ipso enim ostenditur/ quomodo quia boni angeli perstitere: ⁊ ad deū conuersi alijs se ab ipso auertentibus restitere: ideo meruerunt in gratia confirmari: ⁊ ꝑ consequens ab omni culpa ⁊ pena preseruari/ ⁊ in gloria sublimari. Unde de deo sic eis misericorditer apparente potest accipi illud Esaie. 58. Tūc inuocabis/ ⁊ dominus exaudiet/ clamabis/ ⁊ dicet ecce assum: quia misericors sum dominus deus tuus. Clamauit enim cetus electorum omniū angelorū ad dñm: ad quē mentaliter se cōuertit. ⁊ ideo deꝰ ipse misericordissimus eis affuit: quā ipsos ī gratia ꝯfirmauit/ q̄ mediāte a culpa p̄seruauit ⁊ ī gl'ia sublimauit. Ad quā nos ꝑducat ⁊c.

Circa distinctionē primā in qua magister determinat de ꝓductione creaturarum oīm a deo ī generali: Quero primo de creationis quidditate. Scđo de eiꝰ possibilitate. Tertio de eius ꝑpetuitate possibili. Quarto de eius cum cōseruatione vnitate vel diuersitate reali. Quinto de eius obiecto creabili. ¶ Quantum ad primū incipiēdo a notioribus: quero primo/ vtrū actiua ꝓductio ⁊ passiua secūde cause sit forma aliqua ꝑ se vna distīcta realiter ab ipsa cā scđa ⁊ a passo p̄supposito ac a termino in ipm naturalit̄ introducto. ¶ Et arguit̄ primo ꝙ sic. quia que differūt p̄dicamentaliter differūt realiter: et quodlibet taliū ab altero distinctū est formalit̄ ī re extra aliquid per se vnū. sed omnis actio cuiuscūqȝ cause secūde est alterius gn̄is ab ipsa/ ⁊ a passo/ ⁊ a termino introducto. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. quia quorūcunqȝ realiter distinctorum vnū est ꝓducibile altero nō ꝓducto/ saltē a deo. sed impossibile ē ꝓductionē actiuā vel passiuā in esse ponere sine aliq̄ termino in esse posito seu ꝓducto. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedā. Primo enim excludam triplicem opinionem. Secundo dicam aliter ad questionem. Tertio tangam ⁊ soluā aliq̄ dubia circa dicta. Protestor tamen: ꝙ nec ī q̄stiōe ista nec in aliqua alia intendo aliqd asserere contra fidē nec cōtra sanam ecclesie doctrinā: immo si (qđ absit) aliquid tale fuerit dictum ex ignorantia vel ex alia quacūqȝ causa: totum reuoco ⁊ haberi volo pro nō dicto seu scripto: ⁊ ecclesie correctioni me submitto.

Quantum ad primum sunt tres modi dicēdi/ omnes ꝯcorditer asserentes ꝙ actio ⁊ passio/ seu actiua ⁊ passiua productio/ et quodlibet horū est aliqd per se vnum distinctū realiter ab agente creato ⁊ a passo supposito ⁊ a termino introducto. Distinguuntur autem inter se isti tres modi dicendi. quoniam primus dicit ꝙ forma ista que dicitur actio ⁊ passio/ actiua ꝓductio ⁊ passiua: est forma respectiua. Est enim (vt dicunt) actio respectus agentis ad passum: ⁊ passio respectus conuersus/ videlicet passi ad agens. Et vterqȝ horum est respectus extrinsecus adueniens: quia extremis positis nō ponitur necessario sed tantummodo contingenter. Productio autē ipsa actiua que est respectus producentis ad productū: ⁊ productio passiua que est respectus producti ad ꝓducens/ est respectus intrinsecus adueniens propter oppositam rationem: videlicet quia respectus huiusmodi extrema posita necessario consequuntur: ⁊ ideo sunt de genere relationis non actionis nec passionis. ¶ Secūdus modus dicendi est quorundam q̄ dicūt ꝙ quodlibet p̄dictorum tam actio vel passio/ ⁊ tam actiua ꝓductio q̄ passiua/ est forma aliqua absoluta. ¶ Tertiꝰ modus seu opinio est aliorum dicentium ꝙ nec est forma mere absoluta nec mere respectiua: sed media inter istas. Dicunt enim ꝙ formarum alia perficit subiectum absolute in ordine ad se tantū/ vt albedo: ⁊ talis quelibet est forma mere absoluta. Alia perficit subiectum per se primū in ordine ad alterum vt similitudo: ⁊ talis est mere respectiua. Alia aūt est quasi medians inter istas: que vel perficit subiectum primo in ordine ad se: ⁊ secūdario ⁊ ex consequenti in ordine ad aliud/ vt intellectio volitio ⁊ omnes actus alij apprehensiui vel appetitiui. et de numero talium formarum ē actio ⁊ passio/ actiua productio ⁊ passiua. Sicut enim intellectio ⁊ visio habent respectum annexum ad obiectū ita ⁊ actio ⁊ actiua productio ad terminum productum ⁊ ad passum p̄suppositum: ⁊ econuerso/ passio seu passiua productio dicit etiam respectum ad producens ipsum.

Pro pria opiniōe arguit̄. & primo ꝙ actio et passio distīguāt̄ tā īter se q̄ a ꝓductiōe actiua ⁊ passiua. quoniam q̄ sunt in diuersis p̄dicamētis realiter distīguuntur. sed actio ⁊ passio sunt diuersa predicamenta tā inter se q̄ a predicamēto relationis/ in quo continetur tā actiua productio q̄ passiua: cum vtraqȝ sit respectus intrinsecus adueniens/ vt dictum est. ergo ⁊c. ¶ Preterea quia omnes forme respectiue diuersa habentes extrema realiter distinguūtur. sed actio ⁊ passio/ actiua ⁊ passiua productio sunt huiusmodi. subiectum enim passionis ē passum presuppositum/ ⁊ terminus agens ipsam. Actionis autem subiectum est econtrario ipsum agens ⁊ terminꝰ patiens. Productionis autem passiue subiectum ē productum: ⁊ terminus principium productiuum: qđ est subiectum productionis actiue ad productum terminū terminate. ergo ⁊c. ¶ Preterea quia respectus qui necessario extrema posita consequūtur/ alij sunt ab illis qui sua extrema contingenter non necessario consequunt̄. sed actio ⁊ passio sua extrema consequunt̄ cōtingenter: productio autē omnis necessario. ergo ⁊c. ¶ Secundo arguo ꝙ ista omnia sint respectiua nō aliqua absoluta. Primo: quia tantum tria sunt predicamenta absoluta: videlicet substantia quantitas ⁊ qualitas. omnia autem alia sunt respectiua. sed ista videlicet actio ⁊ passio/ actiua productio ⁊ passiua non sunt alicuius triū generū predictorū. ergo ⁊c. ¶ Secundo. quia ad omnem formam absolutam potest eē actio productiua. sed nullius actionis est actio: nec productionis productio. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia quod est essentialiter ad aliud formaliter est respectus. sed quodlibet predictorum est essentialiter ad aliud. omnis enim actio et ꝓductio est ad aliud vt ad terminum presuppositū vel productiuum. ergo ⁊c. ¶ Quarto. quia concretū cuiuslibet predictorum est relatiuū seu respectiuum: vt agens ⁊ patiēs seu passum/ ꝓducēs ⁊ productum. omne enim agens vel ꝓducens vel patiēs est aliqd agēs/ ꝓducēs vel recipiēs: ergo tā actio q̄ passio/ q̄ ꝓductio/ est forma aliqua respectiua. ¶ Consequentia tenet ꝑ locū a coniugatis.

Pro secūda opiniōe: videlicet ꝙ actio vel productio ⁊ passio sit forma nō respectiua sed absoluta/ arguitur primo. quia nullus respectus est vltia ꝑfectio et finis potentie actiue. sed actio est finis potentie actiue: ⁊ perfectio vltia: iuxta illud philosophi nono metaphysice/ vbi dicit ꝙ visum habemus vt videamus. non econuerso. ergo ⁊c. ¶ Secundo. quia nullus respectus est prior ordine nature suo termino/ immo posterior. sed actio/ ⁊ per consequēs passio: ⁊ omnis productio est prior termino producto: ergo nulla productio est respectus ad productum terminum terminatus. ¶ Tertio. quia nullus respectus potest esse plurium terminorum realiter distinctorum. sed omnis actio ⁊ productio secunde cause respicit plura realiter distincta: quia passum presuppositum ⁊ terminum in ipsum introductum. ergo ⁊c. ¶ Quarto: quia omnes respectus mutui sunt eiusdem predicamenti. sed actio ⁊ passio non sunt eiusdē predicamenti. ergo ⁊c. ¶ Quinto. quia nulla forma respectiua ē intēsibilis nec remissibilis. sed actio ⁊ passio sunt forme intēsibiles ⁊ remissibiles. ergo ⁊c.

Pro tertia opinione arguo: & primo ꝙ tam actio q̄ passio sit forma absoluta: ꝑ rationes factas pro secunda opinione. ¶ Secundo ꝙ non sunt forma mere absoluta. quoniam nulla accidentalis forma mere absoluta exigit terminum vltra subiectum. sed quelibet istarum vltra subiectum respicit aliquem terminum. ergo ⁊c.

Contra conclusionem communem in qua conueniunt predicti tres modi dicendi/ videlicet ꝙ actio seu actiua productio ⁊ passiua sit forma aliqua per se vna medians in re extra inter efficiens ⁊ effectum et distincta realiter ab vtroqȝ: Arguo primo sic. impossibile est esse actionem seu actiuam productionem aliquam nec passiuam sine aliqua re producta vt calefactionem sine calore vel generationem ignis vel cuiuscūqȝ alterius forme substātialis sine ipsa forā ꝓducta. sed si actiua ꝓductio ⁊ passiua essent forme distincte realiter a ꝓductis ⁊ priores eis: hoc necessario seq̄ret̄/ vel ꝙ tā actiua ꝓductio q̄ passiua posset fieri etiā naturalit̄ sine aliq̄ re ꝓducta. ergo ⁊c. ¶ Minor probat̄. quoniam omnis causa naturalis continēs virtualiter ordine quodā aliqua plura distincta realiter/ pōt in effectū priorem sine posteriori sequente/ deo illū impediēte videlicet posteriorem ⁊ ꝑmittente agere ad priorem. sed scđm oēs tres opiniones p̄dictas actio ⁊ passio sunt forme distincte realiter a ꝓductis ⁊ priores eis: licet secūdum aliquos ꝓductio sit forma sequens productum. ergo saltem actio ⁊ passio poterit esse naturaliter ab agente absqȝ aliquo producto termino consequente. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nullū est impossibile primam causam coagere secunde contentiue plurium effectuum realiter distinctorū ad vnum illorum maxime ad priorē/ nō coagēdo ei ad posteriorē. sed s̄m cōclusionē oīm trium predictarū opinionū oīs causa scđa est virtualiter ꝯtentiua priꝰ actionis ⁊ passionis q̄ alicuius alterius forme. ergo si actio ⁊ passio a ꝓducēte ⁊ a ꝓducto realiter distinguunt̄: poterit naturaliter esse ⁊ passio absqȝ forma aliqua alia ꝯnte. ¶ Cōsimiliter dico de ꝓductione actiua ⁊ passiua si ab actione ⁊ passiōe ponant̄ distīcte vt imaginant̄ aliq̄ p̄dictorū. quoniam aut ꝓductiōes hmōi sequūt̄ ꝓductos termīos: aut p̄cedunt: aut simul existūt. Si primū: ergo non necessario cōsequuntur/ cum nullum posterius distinctum realiter a priori ipsum necessario consequatur. poterit enim saltem per diuinam potentiā eē sine omni producto termino actiua productio et passiua/ cum deus possit facere omne posterius sine priori a q̄ realiter est distīctū nec ī ipso īclusū. Si aūt dẽt scđm vel tertiū/ tūc seq̄t̄ ꝙ etiā naturalit̄ posset esse sine omni ꝓducto termino tā actiua ꝓductio q̄ passiua. nec enim maiori necessitate terminus sequit̄ ad ꝓductionē q̄ aliqua substantialis forma ad suā vltimā dispositionē: cū scđm eos non magis dispositio q̄ ꝓductio ipsa a forma vltima distinguat̄. sed ꝯstat ꝙ ad nullā dispositionē alicuiꝰ forme in materia introductā sequitur forma ipsa necessario absolute. ergo ⁊c. ¶ Preterea secūdo arguo sic ad idē. Si actio vel ꝓductio esset forma distincta realiter ab ipa causa scđa ⁊ ab effectu sibi possibili effectiue: nullū agens creatū eēt tm̄ effectꝰ vnius rationis sed pluriū ꝓductiuū. sed hoc videtur inconueniens. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quoniā nullum agens creatum potest agere vt dicunt ad aliquē effectum nisi mediante actione ⁊ passione: que sūt forme tam inter se q̄ ab effectu vltime distincte realiter ⁊ alterius rationis. ergo ab omni causa secunda aliquid producente oportet causari plura et alterius rationis. ¶ Confirmatur. quia si secundum eos motus differat ab actione ⁊ passione: aut motus ipse est a mouente immediate: aut mediante aliqua actione. Si primum/ ergo eadem ratione potest agens in omnem alium effectum sibi possibilem immediate sine omni actione vel passione alia precedente. Si autem ponatur secundum/ cum secundum ipsos ad diuersa producta diuerse sint actiōes et passiones siue actiue ⁊ passiue productiōes: per consequens sequitur ꝙ alia est productio ad motum et alia ad eius terminum terminata. ⁊ ita omne mouens agit duplici actione/ ita ꝙ ab ipso sunt effectiue insimul sex effectus/ videlicet due productiones actiue ⁊ due passiue et motus ac eius terminus vltimus: sed hoc videtur omnino falsum. non enim ab agente per motum sunt effectiue plura q̄ ab agente alio in istanti. ergo ⁊c. ¶ Sed forte respondebitur ad predicta ꝙ actio vel productio non est effectus agentis: quia nec est effectiue ab ipso: sed est medium per quod effectus ipsius actionis terminus progreditur ab agēte. non enim potest esse proprie effectus agentis nisi qđ est terminus actionis/ cum non sit actio actionis nec productio productionis. quare ⁊c. ¶ Sed hoc non valet. Primo quia sicut non minus est in aliquo subiectiue qđ est in ipso immediate/ q̄ illud qđ est in ipso aliquo alio mediante ab eo realiter differente: ita non minus res aliqua in esse nouiter posita est effectiue ab illo a quo immediate in esse ponitur q̄ res alia sit ab illo a quo in esse ponitur effectiue re alia mediante. ergo cum actio sit immediate nouiter ab agente a quo nō est terminus actionis vt dicunt nisi illa actione mediante: per ꝯn̄s non minus illa actio est hoc supposito ab agente q̄ terminus actionis. ¶ Secundo. quia si nihil esset ab aliquo effectiue nisi qđ est ab ipso mediante huiusmodi actione ab agente ⁊ a producto realiter differēte/ sequeretur ꝙ nulla creatura a deo fuerit effectiue: cū creatio actio sit a deo/ ⁊ creatio passiua a creatura penitus indistincta/ excepto termino cōnotato vt in sequētibus ostendetur. sed hoc est falsum. quia vt dicitur Joannis primo/ omnia per ipsū facta sunt. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia omne nouiter in esse positum est productum et ab illo effectiue seu causaliter a quo ponitur in esse realiter: sed per te actio est forma realis nouiter in esse posita et constat ꝙ non nisi ab agente. ergo est eius effectus ⁊ prior q̄ terminus actionis. ¶ Confirmatur. quia per aliquid esse causam alterius non aliud intelligendum puto q̄ esse illud ad quod sequitur alterum quocunqȝ alio circunscripto si est causa totalis. sed agens creatum est sine quo non potest naturaliter sequi actio: et ad cuius esse sequitur actio in passo presupposito. ergo ⁊c. ¶ Preterea tertio ad pn̄cipale arguo sic. nō est ponēda pluralitas vbi nulla ē necessitas: nec ēt appet possibilitas. sed nulla ē necessitas nec forte possibilitas ponēdi in oī cā scđa respectu cuiuscūqȝ effectꝰ sibi possibil̄ hmōi pluriā actio-

stantanea ab ipso igne similiter realiter distincta. forma
enī huiusmodi instātanea si ponatur inter ignē generan
tem ⁊ ignē genitū mediare / magis est ab igne generāte
distincta q̄ ignis / nec ꝑ ꝯn̄s videtur ꝙ ignis possit in eā
immediatius q̄ in formā ignis. Cōsiliter dico de forma
successiua si ponatur distincta a forma accidētali: cuius
vna ꝑs post aliā ītroducitur. nō enī est verisimile calorē
aliquā talē formā successiuam a calore quocūq; alterius
rationis ꝯtinere virtualiter īmediatius q̄ calorem ipsi
possibilē effectiue. quare ꝛc. ¶ Tūc igitur ad rationem
in forma ꝯcedo ꝙ successiuū vt vulgariter acceptū: vz
pro forma aliqua cuius nulla pars potest actu simul cū
alia existere: est a ꝑmanēti realiter distinctū. Idē dico de
instātaneo sumpto etiā vulgariter ꝓ aliquo indiuisibili
talis forme vz successiue. Sed hoc modo nulla actio est
nec esse potest successiua nec instātanea: quia nec in re ex
tra est aliquid successiuū nec instantaneū sic acceptum
vt in sequētibus ostendetur. sed tn̄ primo modo aliqua
actio dicitur successiua ⁊ alia instātanea. vt sic autē nec
successiuū nec instātaneū est a ꝑmanēti distinctū: cū res
ipsa quelibet possibilis ꝓducatur vel simul tota: ⁊ ideo
in instāti: vel ꝑs post ꝑtē: ⁊ ideo successiue omni re alia si
ue forma ab ipsa ⁊ eius ꝑtibus distincta totaliter circum
scripta. quare ꝛc. ¶ Ad quintū dicēdū ꝙ nec actiuū p̄n
cipiū seu ꝓductiuū est actionis seu ꝓductionis tāq̄ ali
cuius forme ꝑ se vnius distincte a forma ī passo p̄suppo-
sito introducta: nec passum ip̄m suppositū eius subiectū
nec forma eius terminus: cū nihil sit in re extra actio seu
actiua nec passiua ꝓductio sic accepta. sed agēs dicitur
actionis p̄ncipiū quia est illud a quo est res acta seu ꝓ
ducta vz ipsa forma cuius est p̄ncipiū agens ip̄m pas-
sum p̄suppositū. dicitur actionis subiectū: quia est subie
ctū forme ꝓducte. q̄ dicitur actionis terminus q̄z agē-
tis. hoc mō ⁊ nō alio sunt ꝯcedēde ꝓpositiōes p̄dicte / li
cet improprie ꝓ quāto scḋm ip̄sorū significatū falsum ꝑtē
dūt ītellectū: vz ꝙ actio seu ꝓductio sit forma aliqua ꝑ
se vna alia a forma in passo p̄supposito ītroducta: q̄d nō
est verū. quare ꝛc. ¶ Ad sextū ꝯcedo aliquos eē effect⁹
a suis causis ꝯtinue dependētes vt lumen a sole. Sed
quando dicitur ꝙ nulla causa potest ꝯseruare effectum
nec ipse effectus ab ea depēdere nisi actione aliqua me-
diāte: hec est falsa. sicut enim sol seipso immediate cau-
sat lumen: ita ⁊ cōseruat ip̄m causatū nō aliquo alio me-
diante q̄ seipso. nō enī magis requirit mediū ad effectū
ꝯseruandū q̄ ad eū nouiter causandū. ¶ Confirmatur.

ꝙ si lumen cōseruatur a sole actione aliqua mediāte ab
ipso ⁊ a sole distincta: aut huiusmodi actio depēdet ī esse
et ꝑ ꝯn̄s cōseruatur cōtinue a sole: aut nō. sed nō p̄ot po
ni scḋm: quia nō potest aliquis effectus a causa sua cōti
nue depēdere mediāte effectu ab ipsa indepēdēti. ergo re
linquitur primū: vz ꝙ huiusmodi actio a sole depēdet si
cut ⁊ lumen ac cōtinue conseruatur q̄diu manet lumen.
Quero tūc quō cōseruatur? aut enī sol eā cōseruat īme-
diate / aut actione alia mediāte. Si scḋm: sequitur pro-
cessus ī īfinitū in talibus actionibus cōseruatis: qui non
potest poni. Si das primū sicut ⁊ oportet te ꝯcedere / ea
dē ratione debes ꝯcedere lumen ip̄m ꝯseruari posse a so
le immediate / cū nō magis sed minus vt dicis lumē ip̄m
a sole q̄ huiusmodi quā ponis ꝯseruatiua vel ꝓductiua
actio distinguatur. ¶ Et quādo addit ꝙ effectus depen
dens a causa in fieri ⁊ in esse requirit eā sibi esse approxi
matā / ꝯceditur. sed ex hoc nō sequitur q̄d īfertur: vz ꝙ
sit ꝓpter aliquod intermediū p̄uium inter causam ⁊ suū
effectū. licet enī causa ꝯseruans effectū possit dici conti-
nue agere / nō tn̄ ad aliquod aliud medium ab ipso distin
ctū: sed īmediate ad ip̄m. vnde ⁊ ponēdo causam īmedia
te agere ad effectum / magis saluatur causam ipsam effe
ctum suū quē īmediate respicit cōseruare ac ad cum age
re sibiq; approximari oportere: q̄ si poneretur ꝙ ad effe
ctū huiusmodi conseruandū agit aliquo mediāte ab ip̄o
realiter differēte. quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia si aliq̄d
tale mediū poneretur inter causam cōseruantē ⁊ effectū
cōseruatū / oporteret huiusmodi medium etiā cōseruari.
sed nō mediante alio: ergo īmediate. ergo ꝯsiliter potest
effectus huiusmodi cōseruari: cum quo tamen stat ꝙ re-
quirit effectū sibi approximatū sicut ⁊ ip̄m mediū si po-
natur. quare ꝛc. ¶ Ad septimū dicēdū ꝙ sol nō cōseruat
calorē in aqua ab igne genitū nisi ꝓ quāto ꝑficit seu in-
tendit ip̄m: quia est forma quāto intensior tanto diutur-
nior ⁊ stabilior. ideo formā ꝓductā intendēs dicitur eam
cōseruās. intensio autē bene fit necessario aliquo gradu
mediāte forme intēse. ⁊ ideo si ratio ista valet / ꝯcludit ꝙ
sicut sol cōseruat calorē mediāte calore alio calori p̄exi-
stenti addito: ita generans ip̄m generat eum seu ꝓducit
mediāte alio: q̄d est falsum. quare ꝛc. ¶ Ad octauū dicē-
duz ꝙ accidēs dupliciter potest sumi. Uno modo ꝓprie
pro re q̄ potest adesse substātie ⁊ abesse: cum qua inexistē
te nō facit aliquid ꝑ se vnū. ⁊ de tali accidente verū est as
sumptū: vz ꝙ ab omni substantia realiter est distinctuz.
hoc aūt modo nec relatio nec actio nec passio nec aliq̄d
aliorū generū a substātia ⁊ qualitate est accidens. Alio
modo licet large accidens potest dici omne p̄dicabile de
aliquo ꝯtingēter: q̄d quidē successiue potest affirmari et
negari de ipso ꝓpter alicuius alterius mutationē. et sic
sumptū accidēs nō est in illo de quo dicitur aliquid disti-
ctum ab eo: cū accidēs sic acceptū / dicatur etiam de deo
ipse enī deus vere dicitur deus creature maior vel dissi-
milis ⁊ diuersus ex tēpore absq; aliq̄ sui mutatiōe. ⁊ isto
modo nō primo quātitas actio ⁊ passio ⁊ quodcūq; alte
rius generis a substātia ⁊ a qualitate dicitur accidens
vt fuit alias prolixius declaratū. quare ꝛc. ¶ Ad nonū
dicēdū ꝙ habito termino nō cessat actio tāq̄ aliquid po
sitiuū ab ipso termino distinctū. Dupliciter tn̄ post primū
instans in quo ꝓductū est in esse potest ip̄m ꝓductū non
produci nec ꝓducens ip̄m ꝓducere. quia huiusmodi ver
ba ꝓducere ⁊ ꝓduci signant seu cōnotāt ꝓductiuū prin-
cipium ⁊ ꝓductum nō absolute vt dictum est supius / sed
hoc modo vz vt ꝓductū est primo in esse positū. quoniā
ad effectus a suis causis dependētes tm̄ in fieri non esse.
vel dicūt productū nō a ꝓducēte cōtinue depēdēs qual'
est omnis effectus a sua causa ꝯtinue dependens tam in
fieri q̄ in esse: vt se habet lumen respectu solis ⁊ verbum
respectu memorie. ⁊ de talibus omnibus effectibus con
ceditur ꝙ cōtinue ꝓducūtur nō de alijs a suis causis in
dependētibus isto modo: cū tn̄ nō magis istis positis q̄
alijs aliquid corrumpat. ¶ Ad decimū ⁊ vltimū dicen-
dum ꝙ actio siue actiua ꝓductio dicit principiū a quo ē
aliud ipsi extrinsecū: ⁊ ecōuerso passio siue passiua ꝓdu
ctio dicit ꝓductū q̄d est ab alio ipsi extrinseco. ī ꝓposito
aūt forma ⁊ materia sunt cōposito intrinseca nō extrin-
seca. vel forte ꝯpositū ip̄m est in re extra ab ipsis ꝑtibus
simul sumptis totaliter indistinctū. quare ꝛc. ¶ Sic ad
questionē. ¶ Ad rationē in principio ⁊ oēs alias ꝓ illis
tribus opinionibus exclusis supius adductas apparet
solutio ex p̄dictis. oēs enī loquūtur de actiōe siue actiua
et passiua ꝓductiōe tāq̄ de forma aliqua ꝑ se vna: ex quo
supposito arguūt. hoc aūt q̄d supponūt est falsum ⁊ oīno
impossibile vt patet ex dictis. quare ꝛc. ¶ Ex p̄dictis ap
paret ꝙ nō oportet q̄rere in quo sit actio subiectiue. talis
enī q̄stio supponit actionē esse formā aliquā accidenta-
lem: ī aliquo formaliter existentē: q̄d vtiq; nō est verū.

QVæsito de productione actiua
et passiua secūde cause: Quero de ꝓductione
actiua prime cause ⁊ de productione passiua
creature ab ip̄a ꝓducte: vtrum creatio acti-
ua sit forma aliqua ꝑ se vna a creante distincta ⁊ passiua
alia a re creata. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia nec deus semꝑ
fuit creator: nec creatura semꝑ creatura. sed deus est cre
ator creatione actiua / ⁊ creatura creatura creatiōe pas-
siua. ergo nec semꝑ fuit creatio actiua nec semꝑ est cū crea-
tura creatio ip̄a passiua. ex quo sequitur ꝙ tā actiua a
creante q̄ passiua est a re creata distinctū aliquid ī re ex
tra. ¶ Cōtra. quia deus immediate potest in q̄dcūq; pos
sibile ꝑ seip̄m. sed si creatio actiua ⁊ passiua essent aliqua
duo distincta ab ip̄o ⁊ a re ip̄a creata / talia essent īterme-
dia inter deū creantē ⁊ rē creatā / nec ꝑ ꝯn̄s deus ꝓduce-
ret immediate oē possibile. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic
procedā. Primo enī inquirā de creatione passiua an vz
sit a creatura distincta. Secundo de creatione actiua ad
deum comparata. Tertio soluam ad aliqua que possent
argui contra dicta.

Quantum est ad primum: est opinio
aliquorum dicētium ꝙ creatio passiua est aliquid per se
vnū a creatura distinctum extra intellectum nō realiter
nec essentialiter / sed tm̄ formaliter. ¶ Primū: vz ꝙ dis-
tiguatur extra ītellectū / ꝓbat. Primo. q̄z relatio distin
guitur extra ītellectū a suo fundamēto cum sit posterior
ip̄o: ⁊ idē nō possit eē posteri⁹ semetip̄o. sed creatio passi
ua est relatio. ergo ꝛc. ¶ Scḋo. quia quidditas creatu-
re est ad se ⁊ non ad aliud. creatio aūt ip̄a nō est ad se: sed
ad aliud. ergo ꝛc. ¶ Tertio. quia quidditas creature est ī
differēs ad creari ⁊ ad nō creari. nō aūt ip̄a creatio passi-
ua. ergo ꝛc. ¶ Quarto. quia idē nō potest eē naturaliter
cognitum ⁊ nō naturaliter cognitū. sed quidditas crea-
ture est naturaliter cognita: nō aūt eius creatio passiua:
sed tm̄ credita. ergo ꝛc. ¶ Scḋm vz ꝙ nō differant reali
ter / ꝓbatur. quia omne prius distinctū realiter a poste-
riori potest ꝑ diuinā potentiā existere sine ipso. sed quid-
ditas creature est ordine nature prior sua creatione pas-
siua q̄ est respectus eius ad deum: nec tn̄ potest existere si
ne respectu isto sicut nec sine ei⁹ termino. ergo ꝛc. ¶ Ex
hoc inferūt tertium: vz ꝙ nec essentialiter distinguātur
qm̄ q̄cunq; essentialiter distīguūtur / ⁊ realiter etiā sunt
distincta: licet nō ecōuerso. quare ꝛc. ¶ Quartum: vz ꝙ
distinguantur formaliter / sequitur ex p̄dictis. qm̄ oīa
extra intellectū distincta distinguūtur altero trium p̄di-
ctorū modorū: vz essentialiter vl' realiter vl' formaliter.

¶Confirmat̃ primo. quia ens diuiditur formaliter ꝑ absolutū ⁊ respectiuū. sub primo cadit creatura/⁊ sub secūdo eius creatio. sed omnia talia formaliter sunt distīcta. ¶Scđo. quia ens creatū cōtingit esse finitum vel infinitum. nullum aūt horū ꝯuenit creationi passiue. ergo ⁊c. ¶Tertio. quia aliquid demōstratur de creatura vtrisibile de homine/ qđ nō pōt demonstrari de eius creatione. ¶Quarto. quia creatio passiua ⁊ eius creatura diuersas habēt diffinitiones: cū creatio sit ens ad aliud ⁊ q̃dditas creata ad se. sed oīa talia formaliter sunt distincta: ergo ⁊c. ¶Sed ꝯtra opinionē istā q̃ omnino est impossibilis ⁊ absurda/ arguo primo. quia esto ꝙ creatio passiua esset aliquid vt dicit a creatura distīctū illud nō esset creatura posterius vt supponit sed prius. qm̄ creatio huiusmōi passiua ponitur tāq̃ illud quo creatura ipsa creatur seu passiue in esse ponitur. sed nullum prius in esse positū est ꝓductū ꝑ aliquid posterius illud supponēs ꝓductū. ergo creatio passiua nō potest poni aliquis respectus posterior fundamēto passiue creato. ¶Confirmat̃. quia nullū fundamētū dicitur esse passiue ꝓductū ꝑ aliquē sibi superuenientē respectū. sꝫ magis ecōuerso respectꝰ ipse posset dici produci fundamento suo co priori nature ordine mediāte. magis em̄ posterius potest dici ꝓduci ꝑ prius q̃ ecōuerso prius ꝑ posterius ꝓducatur. ergo esto ꝙ creatura referatur ad deum relatione ab ipsa distīcta de quo postea īquiretur/ talis creature ad deum relatio nō potest poni eius passiua creatio cū sit vt dicitur posterior creatura. quare ⁊c. ¶Preterea scđo arguo ꝙ īpossibile est ponere creationē passiuā priorē nec posteriorē creatura tāq̃ aliquid ꝑ se vnū distinctum ab ipsa. qm̄ oē aliud a deo realiter possibile eque immediate a deo est causabile vꝫ quocūq̃ ab ipō alio circūscripto. sed creatio passiua huiusmodi si ponatur a re creata distincta/ est immediate a deo: nisi ponas ꝓcessum in infinitū in creationibus passiuis respectu eiusdē rei create. ergo cū non magis sit a deo distincta res creata: q̃ ipsa eius creatio passiua: eque īmediate poterit creari ⁊ cōseruari a deo sicut ipsa eius creatio passiua/ nec ꝑ ꝯn̄s est necessaria huiusmodi passiua creatio tāq̃ forma aliqua a re creata et a creante distincta. ¶Cōfirmatur. quia huiusmodi passiua creatio si ponat̃ aut est prior creatura aut posterior aut simul. sed nec potest poni prior. qm̄ creatura ꝓducit̃ de nullo p̄supposito. quicquid aūt preintelligit̃ ante primū ⁊ totale esse alicuius est oīno sibi extraneum nec potest aliquid eē eius. ergo si creatio passiua p̄intelligitur seu p̄cedit aliquo ordine creaturā/ nec pōt eē aliq̄d eiꝰ. ¶Preterea. qꝛ aut est substātia aut accidēs. sꝫ nō p̄mū quia vna substātia nō creatur mediāte alia ab ipsa quōcūq̃ distīcta. si aūt est accidēs: ergo nō p̄cedit nature ordine rē creatā. nec potest tm̄ poni accidēs: cum nec substātiā deus creet mediāte aliquo accidēte. Nec potest dici ꝙ sit posterior. quia vt dictū est posterius nō debet dici nec potest creatio prioris: sed ecōuerso. nec potest dici ꝙ sit simul: quia ad hoc ꝙ res aliqua creetur nō requiritur ꝙ aliqua alia ab ipā distincta simul cū ipā nec prius nec etiā posterius ꝓducatur. ergo ⁊c. ¶Nec valet si dicatur ꝙ hoc est verū de rebus q̃ realiter distinguuntur. creatio aūt passiua ⁊ res creata sunt realiter indistincta. quoniā quecūq̃ creata distīcta ī re extra formaliter sunt distincta realiter ⁊ essentialiter. nec enim realis distinctio sine essentiali reperitur nisi tātūmodo in diuinis. oīa aūt extra intellectū distincta in creaturis ⁊ realiter ⁊ essentialiter distinguūtur: vt ī scđo Quotlibeto fuit prolixius declaratū. ergo si passiua creatio differt a creatura formaliter/ differt ⁊ realiter ⁊ essentialiter: sicut etiā cōcludūt oēs p̄dicte rōnes qbꝰ ꝓbatur ꝙ tm̄ formalit̃ distinguātur vt dicetur soluēdo ad ipsas. quare ⁊c. ¶Preterea prima causa nō agit mediatius seu remotius ad effectum q̃ secūda/ nec effectus scđe cause ponitur in esse ab ipsa scđa causa immediatius q̃ effectus creatus ponatur a prima causa. sed vt patet ex alia q̄stione/ secūda causa immediate agit ad effectū sibi possibilem/ nec mediāte aliqua actione ab ipā distincta: nec effectus ipē est a causa scđa mediāte aliqua ꝓductione passiua ab ipsa distincta. ergo ꝯsimiliter in ꝓposito est dicēdū. ¶Cōfirmatur. quia inter creationē ⁊ creaturā nullum est nec eē potest mediū in re extra. omne em̄ a deo aliud in re extra existēs est realiter ens creatū. ⁊ ita si creatio passiua poneretur a creatura ⁊ a creatore quōcūq̃ distincta in re extra/ ipā esset creata. ⁊ constat ꝙ non mediāte creatione alia sed seipsa passiue distīcta ⁊ a deo tm̄modo effectiue. sed nullū creatoꝝ a deo potest dici creari passiue īmediatius q̃ alterū. ergo ⁊c. ¶Et ideo quantū ad istū articulum aliter est dicendū: vꝫ ꝙ creatio ipsa passiua nō est ī re extra forma aliqua ꝑ se vna a creatore ipō ⁊ a creatura distincta: sed ē tm̄ quoddā nomē cōnotatiuū creaturā primo significās/ ⁊ deū vt a quo ipsa est īmediate secundario ꝯnotās. ¶Hoc potest ꝓbari ꝑ rationes factas in alia q̄stione de ꝓductione passiua effectus scđe cause. cū em̄ scđa causa nō ꝓducat nisi de aliquo seu in aliquo presupposito: prima aūt illud qđ creat in nullo p̄supposito producat: ꝑ ꝯn̄s oīs actiua ꝓductio ⁊ passiua si a ꝓducēte ⁊ a ꝓducto ponat̃ distincta subiectū exigat/ magis videretur ꝙ actiua productio ⁊ passiua cause secunde posset poni distincta a ꝓducēte ⁊ a ꝓducto q̃ actiua creatio nec passiua: cū ista nullum in quo sit subiectū habere possit. ¶Cōfirmatur. quia si creatio passiua est aliq̄d per se vnū a creatura distinctū/ vel manet semꝑ cum ipā creatura vel destruit̃ ipā ꝓducta. sed nō potest poni primum: siue creatio huiusmodi ponatur forma absoluta siue respectiua: ex quo a creatura dicitur esse distincta formaliter ⁊ realiter vt hic suppono ex alibi declaratis. nulla em̄ relatio distincta formaliter ab aliquo absoluto est sibi eadē realiter: exceptis solis relationibus originis in diuinis. sed nullo ente creato mediante oportet manere aliquod aliud ens creatū ab ipā realiter distīctū. q̄re ⁊c. ¶Nec potest poni scđm. qꝛ tūc seq̄retur ꝙ nihil nouiter posset creari nisi aliquo alio corrupto illo creato puta eius passiua creatione: quā ꝑ ꝯn̄s oporteret ꝯcedere esse distinctā realiter a re creata. ¶Ex quo seq̄retur vlteriꝰ ꝙ deus nō posset creare aliquod vnū ens tm̄: cū nō posset aliquid creare nisi mediāte creatione passiua ab omi creatura distīcta/ ipā creatura ī esse posita īterrupta. ⁊ alia multa seq̄rētur īcōueniētia ⁊ absurda ponēdo creationē passiuā a re creata distinctā tāq̃ aliquid ꝑ se vnū absolutum vel respectiuū. ꝓpter qđ ꝯsimiliter ē dicēdū de creatione passiua/ sicut de ꝓductiōe alia secūde cause passiua dictū est in q̄stione p̄cedēti: vꝫ ꝙ nō est aliquid aliud q̃ extrema. vnde nō oportet q̄rere q̄d est cū nō habeat q̄d rei sed nominis tm̄: cū nō dicat aliq̄d ꝑ se vnū: sicut de ꝓductione actiua ⁊ passiua secūde cause ī q̄stione alia fuit dictū. ¶Ad rationes illius doctoris in ꝯtrarium supra dictas. Primo ostēdo ꝙ oēs ꝯcludunt ꝯtra ipm̄. qꝛ vꝫ probāt passiuā creationē a creatura realiter ⁊ essentialiter esse distinctā. quoniā impossibile est vnuꝫ ⁊ idē realiter. ī creatis esse prius ⁊ posterius seipō/ ad se ⁊ ad aliud indifferens ⁊ nō indifferēs ad eadem/ vꝫ ad creari ⁊ ad nō creari/ esse naturaliter cognitum ⁊ nō posse naturaliter esse cognitū: etiā esse finitum vel infinitū/ ⁊ nō esse finitum nec infinitū/ vel risibile ⁊ non risibile. ¶Hoc apparet. qm̄ p̄dicta oīa ꝯstat esse realiter ꝯtradictoria nec per ꝯn̄s posse cōuenire alicui vni rei create: sed tm̄ diuersis ⁊ realiter ac essentialiter distinctis. si em̄ dicas ꝙ talia licet ꝯtraria vel cōtradictoria realiter possunt diuersis formalitatibus que sunt vna res essentialiter ⁊ realiter cōuenire: cōsimiliter potes hoc dicere de alijs contrarijs seu ꝯtradictorijs seu priuatiue oppositis q̄buscūq̃. nō em̄ magis vna res potest esse infinita vel finita ⁊ non infinita nec finita q̃ alba ⁊ nō alba/ vel vidēs ⁊ nō vidēs. qua em̄ ratione ista cōtraria tu ꝯcedis de diuersis formalitatibꝰ quas ponis esse vnā rē: ita ego dicā ꝙ oīa creata entia sūt vna res q̃ tm̄ ē diuerse formalitates. ¶Et si cōtra hoc arguas ꝑ ꝯtradictoria vel cōtraria de eis verificata: puta quia angelus est incorporalis ⁊ nō albꝰ. homo autē est corpus ⁊ colore aliquo coloratus. dicam vt tu dicis ꝙ ex hoc nō sequit̃ ꝙ realiter sꝫ tm̄ ꝙ formalit̃ distinguāt̃. ergo si scđꝫ rōnes p̄dictas creatio passiua est ad aliud realiter nō ad se posterior re creata non indifferēs a creari ⁊ nō creari nec naturaliter cognoscibilis nec finita nec īfinita: ⁊ opposita his omnibꝰ cōueniūt rei create: sequitur necessario ꝙ res ipsa creata a sua creatione passiua realiter ⁊ essentialiter est distincta. nō em̄ magis idē potest esse finitū ⁊ nō finitū/ risibile ⁊ nō risibile/ ⁊ sic de alijs p̄dictoꝝ: q̃ albū ⁊ nō albū. quare ⁊c. ¶Tunc ad rationes in forma respōdeo ꝙ oēs falsum supponūt fundamentū: vꝫ ꝙ ipā creatio passiua sit in re extra aliq̄d ꝑ se vnū. qđ vt dictū est nō ē verū. Ex hoc falso fundamēto supposito oēs ratiōes ꝓcedūt ⁊ falsum accipiūt. Quando em̄ dicitur in prima ꝙ creatio passiua est relatio: ⁊ in secūda ꝙ est ad aliud: si ꝑ relationē ⁊ ꝑ ad aliud ītelligat doctor ille formā aliquā ꝑ se vnā/ nō est verū qđ accipit. si aūt ꝑ relationē ⁊ ꝑ ad aliud intelligat p̄cise extrema a qbꝰ omnis relatio vt nūc suppono est indistincta in creaturis totaliter in re extra: tūc cōcedo ꝙ creatio passiua est ad aliud ⁊ relatio: qꝛ vt dictū est: nō est aliud q̃ nomen significās rē creatā ⁊ cōnotās creationem. ¶Ad tertiū quādo dicitur ꝙ quidditas creature est īdifferēs ad creari ⁊c. si intelligat ipsam esse indifferentem ad ista tanq̃ ad aliqua ab ipsa distincta: modo quo dicitur ꝙ materia est īdifferēs ad formā ⁊ ad eius priuationē: accipit falsuꝫ et petit pricipiū. Si aūt intelligat creaturā esse īdifferētem ad illa nō tāq̃ ad aliqua diuersa positiue ab ipā/ sed pro quāto potest esse ⁊ nō esse: vt ꝑ esse indifferēs ad esse et ad nō esse nō intelligatur aliud q̃ possibile esse: sic verū est istud assumptū. sed in isto intellectu falsuꝫ est aliud qđ addit: vꝫ ꝙ creatio passiua nō est ad creari indifferēs isto modo. hoc siquidē nō est verū supposita sua opinione: vꝫ ꝙ ista passiua creatio sit aliquid ꝑ se vnū a re creata distinctū. omne em̄ tale est possibile esse ⁊ nō esse/ ⁊ ꝑ ꝯn̄s ad creari ⁊ nō creari īdifferēs dicto modo. vnde oīa alia a deo sicut sunt consimilit̃ cōtingētia nō necessaria: ita etiā sunt ꝯsilr̃ ⁊ vniformiter ad creari ⁊ nō creari indifferentia. qꝛ tm̄ scđm veritatē passiua creatio nō dicit vnū aliquid sed duo: vꝫ ens creatū ⁊ increabilem ipm̄ deum: ideo potest dici ꝙ creatio passiua nō ē īdifferēs ad creari ratione alterius sui significati seu cōnotati vꝫ dei cui repugnat creari. ¶Ad quartū quādo dicitur ꝙ creatio nō potest esse naturaliter cognita: dico ꝙ hoc nō est verum supposita eiꝰ opinione/ vꝫ ꝙ creatio sit aliquid existēs formalit̃ in aliq̄ re creata. solus em̄ deus est naturaliter ī cognoscibilis nō aliquod ens creatū nec aliq̄d in ipō existens actualiter positiuū/ ⁊ maxime ab ipō realiter indistinctū: qual̃ est vt dicit creatio passiua. qꝛ tm̄ creatio passiua nō dicit aliquid ꝑ se vnū sed creaturā simul ⁊ deum non quomōcunq̃ sed vt ab ipso est creata ⁊ intelligens effectū alicuius cause ⁊ etiā cām ipsam: nō oportet ꝙ intelligat ipm̄ effectum esse ab ipā causa: qꝛ etiā deus ipse quē cōnotat ipā creatio passiua est naturaliter incognoscibil̃ saltem aliquo modo. ideo ⁊ creatio passiua dicitur naturaliter nō intelligi. ⁊ hoc modo potest cōcedi creationem nō esse naturaliter intelligibilē: non aūt vniuersaliter: cum possit demonstrari ipsa creatio aliquo modo sumpta/ ⁊ ꝑ ꝯn̄s naturaliter ītelligi aliquo modo vt in sequētibus ostēdetur. ¶Ad aliud qđ ꝓbat ꝙ nō differat realiter: cōcedo ꝙ nō differat realiter nec aliquo modo alio in re extra tāq̃ aliquid ꝑ se vnū: qđ tm̄ faceret si illud qđ accipit ratio esset verum: vꝫ ꝙ esset relatio posterior ipsa re creata vt suo ꝓprio fundamēto. impossibile em̄ est aliquā rem creatā esse fundamētū alterius posterioris ab ipsa realiter indistincte. ¶Et quādo dicitur ꝙ res creata nō potest esse sine huiusmodi creatione passiua q̃ est respectus ipsius ad deū: Dico ꝙ hoc est multipliciter falsum. Primo. qꝛ nullus est talis respectus alicuius creature ad deū tāq̃ aliquid existēs in creatura/ et distinctū ab ipsa. Scđo. qꝛ si esset talis respectus creatio dici nō posset nec cōseruatio. nec em̄ prius ꝑ posteriꝰ cōseruatur nec creatur vt supius arguebatur. cū hoc tm̄ stat ꝙ creatura necessario dependet a deo non mediāte aliquo alio: sed seipsa: quā omni a se alio circūscripto est impossibile existere sine deo. hoc aūt est depēdere ab aliquo in esse: vꝫ ipm̄ exigere ad suū esse: nec posse existere sine ipso. Tertio est falsuꝫ. qꝛ esto ꝙ talis respectus poneretur qui creatio diceretur/ posset vtiq̃ om̄is res creata existere sine ipō: cum nulla creatura ad suū esse requirat aliquid a se distinctum realiter nisi deum. sed huiusmodi respectus si poneretur/ realiter distingueretur a qualibet re creata. quare ⁊c. ¶Ad alia quibus ꝓbat vltimo ꝙ formaliter distinguantur. Ad primum apparet ex dictis quomō est cōcedēdum relationē esse ad aliud ⁊ creationē passiuā ⁊ relationē: qꝛ non tāq̃ aliquid ꝑ se vnum. ¶Ad scđm concedo ꝙ creatio nō potest dici finita tm̄ qꝛ cōnotat deuꝫ infinitū. nec infinita: qꝛ dicit rem creatā finitā. si tm̄ esset aliquid formaliter in creatura vt ponit doctor ille/ necessario oporteret cōcedere ipsam esse finitā. quicquid em̄ est formaliter ī finito ab ipō realiter indistinctū habet esse necessario finitū. quare ⁊c. ¶Ad vltima duo dico ꝙ tō risibile nō demōstratur de creatione hominis qꝛ cōnotat deum cui nō cōuenit tal̃ actus. ⁊ ꝓpter hoc etiā homo ⁊ sua passiua creatio diuersas habēt diffinitiones non dicētes quid rei: cum talē non habeat creatio passiua: sicut nec aliquod nomē cōnotatiuū vt in p̄cedētibus fuit dictū. sed hominis est diffinitio dicēs q̄d rei: sue vero creationis passiue dicēs quid nominis tm̄. vñ nō aliter diffinitur creatio q̃ album sumptū simul ꝓ albedine ⁊ subiecto/ nec aliter differt a re cuius est q̃ album ipꝫ differat ab albedīe tm̄ vel ab ipō subiecto: excepto hoc: qꝛ illa duo q̃ importat albuꝫ/ albedo vꝫ ⁊ subiectū sunt vnita: vt forma ⁊ subiectū informatū. nō sic aūt vniūtur deus ⁊ creatura: que p̄cise importat ipā creatio passiua. quare ⁊c. ¶Hec de primo.

Quantū ad secundum: licet appareat ex p̄cedētibus quid dicendū: ad maiorē tamē euidentiā dico duo. Primū est: ꝙ ponētes creationem passiuā esse aliquid ꝑ se vnū distinctū quomōcūq̃ extra intellectum a re creata/ habent idē dicere vt videt̃ de creatione actiua: vꝫ ꝙ est etiā aliquid vnū a deo distinctū extra intellectum. Scđm est. hoc nullo mō est ponendū: puta ꝙ huiusmodi actiua creatio sit vt aliquid ꝑ se vnū in re extra distincta a deo. ¶Primū appet. qm̄ ꝓducens non agit ad effectū aliquē immediatius effectiue seu actiue q̃ effectus ipse ꝓducatur ab eo passiue. Qđ appet ꝑ exēplū de causis secūdis. de quibus cōmuniter cōceditur: licꝫ nō sit verum/ ꝙ agūt ad suos effectus mediāte actione vel productione actiua ab eis ⁊ earū effectibus distincta. sic enī tales cause agūt effectiue ad effectū mediāte actiōe seu ꝓductione passiua ⁊ ecōuerso. sicut enim ꝓductione mediāte passiua effectus ꝓducūtur passiue: ita ⁊ ecōuer-

fo cause ꝓducte ꝓductione actiua mediāte actiue. sed si
creatio passiua esset in creatura aliquid distinctū ab ipsa
illa pura mediāte nō ꝯnte sed antecedēte creatura ꝓdu-
ceretur passiue. ergo ꝛ alia actiua mediāte similiter ꝑce-
dēte deus creaturā ꝓduceret effectiue. ¶ Confirmatur.
quia non magis creatura refertur ad creatorē ꝙ creator
ad creaturā. sed scđm illos opinionis ꝑdicte/qr creatura
refertur ad creatorē/ideo oportet esse in ipsa aliquā rela
tionē quā vocāt passiuā creationē. ergo ꝯsimiliter erit ī
deo alia que dicetur creatio actiua. ¶ Maior est euidēs.
ita eī creator dr creature ipsamq; exigit vt creator sicut
creatura exigit creatorem. ¶ Nec valet si dicāt ꝙ crea-
tura scđm suū esse absolutū quo est essentialiter id qđ est
exigit deū: nō aūt deus ipse isto modo exigit creaturam.
qm̄ ex hoc nō habetur ꝙ oporteat in creatura ponere ali
quē respectū ab ipsa quōcunq; distinctū magis ꝙ in deo
īmo videtur ꝙ magis deberet poni ī deo. Qđ sic ostēdo.
qm̄ illud qđ est tale seipso nullo sibi addito/nō debet po
ni tale aliquo alio mediāte. sed illud qđ nō est tale seipo
videtur magis debere poni tale supposito ꝙ sit tale ali-
quo sibi addito mediāte. sed omnis creatura seipsa ꝛ ꝑm
suā propriā entitatē absolutā qua substantialiter seu es-
sentialiter est id qđ est/exigit ad suū eē necessario deum/
et ꝑ ꝯñs ꝑ seipsam quocūq; ab ipsa quōcūq; in re extra
alio circūscripto refertur ad deum seu dependet ab ipso.
Nec eī aliud intelligēdum est hic ꝑ a. depēdere necessa
rio a.b. ꝙ.a. non posse existere sine.b. deus aūt non refert
hoc modo ad aliquā rem creatā ꝑ seipm̄. ergo si refertur
sicut refert cū sit creator/ deus magis debet poni referri
aliquo mediāte a se alio ꝙ creatura referatur ad ipz isto
modo. quare ꝛc. Nec tñ deus ad creaturam/ nec creatu-
ra ad ipm̄ refertur aliquo sibi addito mediāte. ¶ Scđz
vez ꝙ hoc nō sit ponēdum: puta creationē actiuā esse ali
quid in deo distinctū quōcūq; in re extra ab ipo: appet.
qm̄ in deo nō est aliquid qđ ab ipo ꝛ ab omni relatione
originis formaliter nec qualitercunq; in re extra alia sit
distictū vt suppono ex alibi declaratis. ¶ Nec potest di
ci ꝙ creatio hmōi actiua sit in aliquo alio ꝙ in deo. si
eī creatio esset aliqđ ꝑ se vnū/nō posset esse nisi tm̄mō in
creāte: sicut nec passiua creatio nisi ī re creata. ¶ Cōfir-
matur primo. qr omne qđ non est deus est creatum seu fa
ctum ab ipso. sed creatio actiua si ponatur aliquid ꝑ se
vnū a deo distictū/ nō est deus. ergo est creatū aliquid in
re extra. ꝛ cōstat ꝙ nō creatione alia mediāte. sed ad nul
lum ens creabile creādū requiritur aliqua creatio acti
ua nec passiua intermedia magis ꝙ ad alterū. ergo nul-
lius entis actiua creatio nec passiua est ab ipa creatura
et a creante distinctū aliquid in re extra. ¶ Scđo. quia
actio prime cause non magis distinguit ab ipsa ꝙ actio
secūde cause ab ipa scđa causa. sed actiua ꝓductio cause
scđe: ꝛ passiua est ab ipsa ꝛ a re ꝓducta indistincta tota-
liter in re extra/vt patet ex alia q̄stione. ergo ꝛc. ¶ Tūc
igitur dicendum est de creatione actiua sicut dictū est de
creatione passiua: vez ꝙ nō habz quid rei: qr nō est ī re ali
quid ꝑ se vnū: nec ꝑ ꝯñs oportet q̄rere quid sit: sed tātū
habet quid nominis. primo eī significat deū ꝛ scđario
cōnotat ens creatum: ita ꝙ est nomē cōnotatiuū eadem
significās seu importans licet ordine conuerso/ꝙ impor-
tat creatio passiua. qđ eī creatio passio scđario conno-
tat/creatio actio ꝑmo significat: ꝛ qđ creatio passio pri-
mo significat/illud creatio actio scđario cōnotat. ¶ Hoc
appet. qm̄ aut creatio et passio dicit insimul plura puta
deum ꝛ ens creatū vt ab ipso deo immediate ꝓcedēs: aut
alterū horum tm̄: aut aliquod aliud neutrū ꝑ se vnū. sed
nec potest poni scđm nec tertiū. nec eī de⁹ ꝑ se dicit cre-
atio actio: cū nec ab eterno sed tm̄ ex tēpore dicatur esse
creator. ꝛ creatura etiam ꝑ se sumpta constat ꝙ non di-
citur esse creator nec actiua creatio. nec potest dici ꝙ sit
aliquid neutrum ꝑdictoꝝ. qr tale neutrū est oīno impos-
sibile. nihil enim est possibile qđ nō sit deus vel aliq̄ crea
tura: cū omne aliud a deo sit creatū. ergo relinquitur pri
mum qđ est ꝓpositū: vez ꝙ actiua creatio significat ista
duo vez deū vt a quo est aliud ens creatū/ipm̄ ens crea-
tum ab eo in esse positum scđario cōnotando. quare ꝛc.
¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum ar-
guitur cōtra ꝑdicta. quia cū dicitur ꝙ deus creat crea-
turā/vel creatura creatur a deo: aut dicitur aliquid ꝑter
extrema: aut nō. Sed nō pōt poni scđz. Primo. qr tūc a
quocūq; alio creatura poneretur in esse diceretur creata
a deo: quod falsum est. Scđo. quia tūc semꝑ creatura di-
ceretur creari: qđ similiter nō est verum. ergo relinquit
primū qđ est ꝓpositū: vez ꝙ creatio actiua ꝛ passiua di-
cāt in re extra distinctū aliquid ab extremis. ¶ Scđo ar
guitur ad idē: ꝙ creatio dicitur totalis ꝓductio. sed tota
lis ꝓductio nō videtur esse idem totaliter cum ꝓducēte
et ꝓducto. ergo ꝛc. ¶ Tertio. quia deus non agit ad ex-
tra īmediatius ꝙ ad intra. sed ad intra est aliq̄ distictio.
nec eī paterna generatio est totaliter idē cū patre ꝛ fi-
lio: īmo generatio actiua distinguitur a filio realiter/ꝛ a
patre sicut ꝛ ab essentia ipsa formalit. ꝙ ꝛc. ¶ Quarto.
qr de⁹ creatiōe actiua realiter creat: ꝛ creatura creatio-
ne passiua realiter creatur. sed nec deus creat creatura:
nec creatura creatur passiue deo. ergo nec creatio actio
importat rem creatā/nec creatio passio creatorē. ¶ Ad
ista. Ad primū apparet solutio ex dictis in alia q̄stione
ad simile argumētū. Cōcedi tñ hic pōt: ꝙ qđcūq; aliud
ens a deo dicitur esse creatū a quocūq; a deo alio in esse
positū seu ꝓductum/ extēdēdo creatū ad omne a deo fa-
ctū siue in nullo siue in aliquo ꝑsupposito: modo quo ani
ma vel gratia dr creata. qm̄ nulla causa scđa sine ꝑma
principaliter cōcurrēte vt postea videbitur pōt aliquid
producere effectiue. ¶ Et quando additur ꝙ tunc semꝑ
creatura creari diceret: si ꝑ creari intelligas a creāte rē
creatā cōtinue depēdere/ꝯcedo eā ꝯtinue creari: mō quo
verbum in memoria dicitur continue generari. si autem
per creari intelligas rem nouiter a deo in esse poni: tunc
vt sic nō dicitur cōtinue creari. ¶ Ad scđm dicendum ꝙ
ratio est ad oppositum. qr eī creatio est totalis ꝓductio
ideo nō exigit nec supponit subiectum puta aliquid rei
create/nec ꝑ ꝯsequēs potest esse aliquid ab ipo ꝛ a creā-
te distinctum. ideo enim creatio dicitur totalis ꝓductio
generatio vero naturalis ꝓductio partialis: quia cau-
sa scđa ad quā sequitur ꝓductū/ ꝑsupponit aliquid rei
create. quare ꝛc. ¶ Ad tertium respōdent aliqui conce-
dēdo ꝙ deus nō agit ad extra immediatius ꝙ ad intra
intelligēdo ꝑ agere mediate: agere actione q̄ sit effecti-
ue seu realiter ab agente. nec eī actiua ꝓductio est elici
ta in diuinis/nec ꝑ ꝯñs est a supposito ꝓducēte. quia ꝑ
ducēs diuinū suppositum ꝛ ꝓductū sunt essentialiter in
distincta. ideo sunt immediatiora inter se ꝙ cū ente ali-
quo creato ab oībus diuinis suppositis totaliter distin-
cto. vocādo tñ illud agere seu ꝓducere mediate cui⁹ acti
ua ꝓductio est a ꝓducente ꝛ passiua a ꝓducto aliquid
distinctum: vt sic dicunt ꝙ deus ad extra vt omnis cau-
sa alia scđa agit immediate: ad intra autē mediate: cum
sibi tam actiua ꝓductio ꝙ passiua sit aliquid ꝑ se vnum a
producēte ꝛ a ꝓducto aliquo mō vt ab istis concedit dis
tinctum. ¶ Sed quia sic dicētes necessario habēt ꝯce-
dere vt videtur plura ꝙ tria esse in diuinis in re extra dis
tincta: qđ verū non reputo: īmo hoc falsum esse hic sup-
pono ex dictis in primo: ideo aliter dico negādo minorē.
non enim actiua dei ꝓductio ad intra nec passiua est ali-
quid in re extra distinctum a ꝑsona ꝓducente ꝛ ꝓducta
sicut nec creatio ab ipso deo ꝛ a qualibet re creata. qua-
re ꝛc. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ intelligēdo ꝑ creationem
actionē aliquid a deo distinctū/ꝛ ꝑ creationē passionem
similiter aliquid ꝑ se vnū a creatura distinctū/nec deus
creat creatiōe actiua nec creatura creatur creatione pas
siua. solo eī illo deus creat actiue: cuius virtute ad ipm̄
sequitur creatura. hoc aūt nō est ab ipo distinctū aliquid
in re extra. cōsimiliter creatura solo illo passiue creatur
qđ ad deū sequitur. hoc aūt nō est aliquid ab ipsa distin-
ctum. quare ꝛc. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationem in ꝑn
cipio appet solutio ex ꝑdictis. ideo eī vt dictū est deus
fuit nō semꝑ sed ex tēpore creator: quia nō semꝑ fuit sed
ex tēpore creatura. nō aūt ꝓpter aliquid tēporale distin-
ctū ab ipsa: cū sit nihil nec esse possit tale/cum creatū sit
qđlibet temporale. quare ꝛc.

Quantum ad secundum: vbi est
querendū de creationis possibilitate: Que-
ro primo vtrū creatio sit possibilis actu cau-
se scđe. ¶ Et videtur ꝙ sic. qr creatio est ꝓdu
ctio de nihilo. Sed forma tam substātialis ꝙ accidēta-
lis ꝓducitur ꝑ naturā de nihilo eius ꝑsupposito: cuz nec
materia sit aliquid forme substātialis/nec subiectuz ali-
quid forme accidētalis. ergo ꝛc. ¶ Contra. qr creatio est
solius illius qui agit nō de aliquo ꝓducto intrīseco nec
etiā in aliquo subiecto ꝑsupposito sibi extrinseco. sed oē
agens creatū ꝑsupponit materiā vel substātiā. ergo ꝛc.
¶ Responsio. vbi sic ꝓcedā. qr enim nō omnia deo possi
bilia sunt de facto: ideo primo vidēdum est an creatio sit
possibilis alicui eorū que sunt facta. Scđo an esset possi
bilis alicui eorū que fieri possent omnino alterius ratio-
nis ab oībus aliis iam ꝓductis. Tertio ꝛ vltimo respō-
debitur ad aliqua q̄ possent argui contra predicta.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ
creationem actiuā de qua hic queritur/alicui esse possibi
lem dupliciter potest intelligi. Uno enim modo posset in
telligi ꝙ esset possibilis tāꝙ forma aliqua ꝑ se vna: qua
mediāte illud cui dicitur eē possibilis/ crearet. Alio mo
do ꝙ sit possibilis non sic sed quia illud cui dicitur pos-
sibilis seipso nullo alio sibi addito mediāte potest in ali-
quē effectū nō ꝑsupposito eius aliquo sibi intrinseco qđ
ditatiue nec etiā ei extrinseco subiectiue: modo quo vt di
ctum est in q̄stione alia/ deus creat. ¶ Hoc ꝑmisso pono
tres ꝯclusiones. ¶ Prima est: ꝙ creatio primo mō sum
pta: vez ꝓ forma aliqua ꝑ se vna: qua mediāte a creāte ꝛ
a creato distcta aliquid possit creare/ nec deo est possibi
lis nec alicui creature. ¶ Hec apparet ex duabus q̄stio-
nibus supradictis. ¶ Preterea ꝓbat. qr creatio sic acce
pta si poneretur possibilis aut esset forma aliqua substā
tialis aut accidētalis. Sed nec potest poni substātialis
forma nec aliqua substātia. qm̄ nec deus creat aliq̄ me-
diāte substātia: nec aliqua scđa causa agit ad sibi possibi
lem effectū aliqua substātiali forma mediāte alia ꝙ sua
propria effect⁹ ei possibilis virtualiter contētiua: nisi eo
modo quo vna substātia vtitur agendo alia vt instrumē
to: modo quo artifex agit dolando lignū dolabra. vt sic
aūt constat ꝙ creatio nō potest poni aliqua creata sub-
stātia effectus creabilis ꝑ moduz instrumēti virtualiter
cōtētiua. nec potest poni forma accidentalis. qr nec vnū
accidens potest dici creatio alterius magis ꝙ ecōuerso.
ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. qr omne a deo distinctū in esse po
situm est ꝓductū. ergo ꝛ creatio si ponatur distincta ab
eo. sed constat ꝙ creatio nō potest esse ab aliquo ꝓducta
mediāte alia creatione ad eā terminata. ergo nec aliqua
alia res creata: cum nullum entiū possibiliū sit a deo im
mediatius creabile ꝙ alterū. ergo ꝛc. ¶ Preterea im-
possibile est dare mediū inter creātē deū/ꝛ ens creatū seu
ab ipo quomōcūq; ꝓductū. ergo creatio est impossibilis
vt sic sumpta: vez tāꝙ res aliqua ꝑ se vna a deo ꝛ a crea-
tura distincta. ¶ Antecedēs apparet. impossibile eī est
ponere aliquod ens cōtingens nō creatū ab aliquo. omē
aūt ens aliud a primo est ꝯtingēs esse possibile ꝛ nō esse.
ergo sicut quādo est nō potest nō eē siue destrui quin post
ꝙ est destructum dicatur vere ꝛ sit corruptū vel annihi-
latū: ita nec nouiter potest poni in esse quin eo ipso quo
in esse positū/dicatur vere creatū vel quōcūq; ꝓductum.
quare ꝛc. ¶ Cōsequētia est euidēs. quia oppositum cō-
sequētis infert oppositū antecedētis. si enim creatio est
aliquid ꝑ se vnū a deo creāte ꝛ a creatura distinctū: ergo
inter creationē ꝛ ens creatū est mediū. quare ꝛc. ¶ Se-
cūda ꝯclusio est: ꝙ nec etiā creatio passiua ꝯsimiliter in
tellecta/vez tāꝙ forma aliqua ꝑ se vna a creatura distin
cta/est possibilis. ¶ Hec sequitur ex ꝑdicta. ꝛ potest pro
bari ꝯsimiliter sicut illa. ¶ Cōfirmatur primo. qr si pone
retur passiua creatio sic accepta: aut ꝑcederet nature or
dine rem creatā/aut sequeretur ipsam/aut simul esset cū
ea. Sed nō potest dici ꝙ ꝑcederet. qr aut esset substantia
aut accidēs. nō substātia vt cōstat. nec eī vna substātia
creata potest poni magis passiua creatio ꝙ alia: cū oīs
alia a diuina vniformiter sit creata. nec accidēs. quia ac-
cidens supponit subiectū. sed nullū prius substātia crea
ta supponit subiectū. ergo ꝛc. Nec potest dici ꝙ seque-
retur rem creatam. qr nullum prius ꝓductū dicit passi-
ue ꝓductū ꝓpter aliquod posterius sequens ipm̄ ab eo
distinctū. Nec potest dici tertio ꝙ sit simul: quia neutruz
realiter distinctorū simul ab eodē in esse positorū potest
dici ꝓductio passiua alterius: cū vtrūq; sit ꝓductum: et
vnū ꝓductū nō sit passiua ꝓductio alterius/ nec exigat
ad sui ꝓductionē ipm̄ magis ꝙ ecōuerso. ergo ꝛc. ¶ Cō-
firmatur scđo. qr oēs ponētes ꝓductiones actiuā ꝛ pas-
siuā esse in creatis formas aliquas distinctas a ꝓducen-
tibus ꝛ ꝓductis ponūt eas esse formas accidentales eē
desinentes positis ꝓductis. ꝛ ita ꝯsimiliter oportet dice
re de huiusmodi actiuis creationibus ꝛ passiuis si essent
aliqua a creāte ꝛ a creatura distincta. sed hoc est impos-
sibile. qr cum omne accidēs supponat subiectū in quo est
vel saltem existere potest: ꝑ ꝯñs nullū prius tota substā-
tia potest esse accidens/nec in aliquo existere subiectiue
sed tā actiua creatio ꝙ passiua si ponantur ab extremis
distincta sunt priora rebus creatis cū terminentur ad rē
cuius nihil ꝑfuit. ergo ꝛc. ¶ Tertia ꝛ vltima ꝯclusio est:
ꝙ creatio actiua scđo modo sumpta est etiā īpossibil' oī
cause secūde facte. ¶ Hec cōmuniter ꝯceditur. solus eī
deus de nihilo aliquid facere posse asseritur. ¶ Proba-
tur etiā ista ꝯclusio sic ab aliqb⁹. nulla causa aliquid in
agendo necessario presupponens potest creare. Hoc ap
paret. quia creatio ē de nihilo ꝑsupposito: ꝛ ita soli illi ē
possibilis qui nihil alicuius effectus sibi possibilis neces
sario ꝑsupponit. sed sola prima causa est talis. oīs autem
alia ꝑsupponit sue actionis subiectū. ¶ Hoc ꝓbatur. qr
omne accidēs ꝑsupponit naturaliter subiectū. sed ꝓdu-
ctio vel ꝓductiua actio cuiuscūq; scđe cause est accidēs
nō aūt ꝓductio prime cause: cū sit ab ipa indistincta. er-
go licet ꝓductū a prima causa non exigat subiectū: sicut
nec eius actio ꝓductiua ꝓductū: cū a scđa causa exigat
subiectū ꝓductionis vt forme accidētalis receptiuuz. q̄
re ꝛc. ¶ Sed ista ratio deficit dupl'r. Primo qr falsuz ac
cipit. Scđo. qr nec illo dato ꝓpositū ostēdit. ¶ Primū
appet. qm̄ accipit ꝙ actiua ꝓductio scđe cause sit forma
aliqua ꝑ se vna ab ipsa causa ꝛ eius effectu distincta. hoc
aūt vt patet ex ꝑcedētibus nō est verum. q̄re ꝛc. ¶ Se-
cūdū: vez ꝙ nō ꝯcludat etiā huiusmodi falso cōcesso/ap-

paret. quoniā nō magis actio secūde cause esto ꝙ sit accidens a causa ⁊ ab effectu distinctū exigit subiectum q̄ suus terminus qui habet esse forma accidētalis vel substātialis materialis. tā forma eñ materialis substātialis/ que sola est naturaliter possibilis īter formas substātiales/ q̄ omnis forma accidētalis necessario exigit subiectuꝫ naturaliter loquēdo ꝓpter se/ qꝛ vcꝫ talis nature nō ꝓpter aliquid aliud. nec eñ forma substātialis exigit materiā ꝓpter aliquā formā accidētalem eā p̄cedētem cum nulla accidētalis forma substātialē in materia antecedat. ⁊ ita materia nō poterit poni subiectum generationis forme substātialis si huiusmodi generatio ponat' for̄a accidētalis. accidēs etiā naturaliter ꝓductū vt albedo vl' nigredo nō exigit subiectū ꝓpter aliud accidēs ip̄m antecedēs vel sequēs: cū quodlibet accidens subiectum exigat per seipꝫ omni a se alio circūscripto. ⁊ ita si eius actiua ꝓductio vel passiua est accidēs ab ip̄o differēs/ nō magis ꝓpter ip̄m potest argui eius terminū naturaliter ꝓducibilem subiectū exigere: q̄ ecōuerso ꝓductionē ipsam subiectū exigere ꝓpter terminū. cum enim productio ⁊ eius terminus vt supponitur nō sint simul quia habito termino cessat ꝓductio/ ꝑ ꝯñs nec ꝓductio exigit nec potest ꝓbari ꝙ exigat subiectū ꝓpter terminū/ nec ecōuerso terminus ꝓpter ꝓductionē ipsam: esto ꝙ ipsa ꝓductio accidēs ꝯcedatur. quare ⁊c̄. ¶ Cōfirmatur. qꝛ nihil cōueniēter potest de aliquo demōstrari ꝑ illud de quo ip̄m nō est noti⁹ q̄ de illo de quo demōstratur sicut si passio demōstrabilis de subiecto non esset notior de eius diffinitione q̄ de ipso subiecto diffinito/ nūq̄ ꝑ diffinitionem posset demōstrari de eo magis q̄ ecōuerso de diffinitione ꝑ diffinitū. sed exigere subiectū nō est notius de ꝓductione actiua secūde cause: esto ꝙ sit accidens ab ipsa distinctū: q̄ de eius termino qui est forma accidētalis vel substātialis materialis. ergo ꝓpter ꝓductionem nō potest ꝓbari ꝙ terminus exigat subiectū. ¶ Et ideo aliter potest ꝓbari ꝯclusio supradicta. qm̄ constat nullā accidentalē nec substātialem materialē formā posse esse naturaliter sine aliquo p̄supposito. forma eñ accidentalis omnis exigit subiectū: forma vero substātialis materialis materiā. ¶ Ex hoc supposito vt cuilibet ꝑ se noto arguo ad ꝓpositum sic in forma. nullum agens pōt creare cuius terminus seu effectus oñus sibi possibilis cause secūde habet ab ip̄a ꝓduci in subiecto p̄supposito quod effectus ipse necessario p̄supponit. ergo ⁊c̄. ¶ Maior ē euidēs ex significato nominis. soluꝫ eñ illud agens pōt creare qd̄ potest aliquid de nihilo facere: cuꝫ nec creatio sit aliud q̄ de nihilo nullo presupposito alicuius productio. ergo ꝑ ꝯtrariū illud nō potest creare a quo non pōt aliquid fieri nisi ī aliquo p̄supposito sibi subiecto. ¶ Minor etiā: vcꝫ ꝙ oīs effectus scd̄e cause possibil' subiectū exigat/ apparet. quoniā causa secūda nō potest nisi ī formā substātialem materialem ⁊ accidētalem. sed cōstat ꝙ forma substātialis materialis exigit materiā/ ⁊ accidentalis subiectum: sic ꝙ nec accidētalis sine subiecto nec substātialis materialis sine materia p̄supposita potest fieri per naturā. ergo ⁊c̄. ¶ Cōfirmatur. qꝛ cuius virtute aliquid potest fieri sine aliquo p̄supposito/ ⁊ factum potest manere sine eo accidētaliter. sed nulla forma substātialis naturaliter possibilis potest manere sine materia ꝑ naturā: nec accidētalis sine subiecto. ergo nec substātialis potest fieri sine materia/ nec accidentalis sine subiecto p̄supposito ꝑ naturā. sed nullum agēs creatum cōtinet virtualiter aliquam formā aliam ab istis. ergo ⁊c̄. ¶ Nec valet si instetur de cōposito. quoniā ꝯpositum est a partibus indistinctum. vel esto ꝙ distinguatur/ non potest creare: cum nō possit fieri nisi de aliquo presupposito puta omnibus eius partibus simul sumptis. quare ⁊c̄.

¶ Hec de primo.

Quantū ad secūdum: si teneretur via cōmunis ⁊ vulgata opinantium ꝙ omne agēs creatum vel creabile agit actione de genere accidētis tāq̄ forma aliqua ꝑ se vna ab ip̄o ⁊ effectu sibi possibili realiter differente/ esset ꝯsequēter dicēdū ꝙ creatio est impossibilis cuicūq̄ agenti creabili vel creato. qm̄ nullum agēs subiectum exigēs effectus sibi possibilis receptiuū pōt esse creatiuū. sed si omne agēs possibile citra primū haberet agere tali mediāte actiōe/ ꝑ ꝯñs necessario exigeret subiectum sue ꝓductionis passiue ⁊ termini: cū idē ponatur subiectum ꝓductionis passiue ⁊ forme ad quā ꝓductio terminatur. ergo ⁊c̄. ¶ Sed quia istud suppositū est falsum: vt in p̄cedētibus est ostēsum: ideo est aliter dicēduꝫ. Ad cuius euidentiā est sciendū primo: ꝙ cū creare sit in nihilo ⁊ de nullo p̄supposito aliquid ꝓducere: ⁊ naturaliter ꝓducere nō creādo sit aliquid in aliquo vel de aliquo p̄supposito ꝓducere/ ꝑ ꝯñs de nullo scire possum⁹ an sit an non sit creatiuū nisi de illo cuius effectum ipsi possibilem nouimus. ¶ Hoc appet. qm̄ omnis effectus nullum subiectū exigēs in quo ꝓducatur/ nec aliq̄d aliud de quo ꝓducatur/ sicut est prima materia ⁊ intelligētia/ supposito ꝙ nō sit in ea materia/ habꝫ creari/ ⁊ ꝑ ꝯñs oē illud agens cui talis effectus est possibil' est creatiuū ⁊ ecōtrario effectus subiectū exigens vt agens non potest creari ab illo cuius virtute non potest sine subiecto fieri. quare ⁊c̄. ¶ Secūdo etiā est notādum ꝙ nullum ens creatum scimus nec scire naturaliter possumus esse alteri⁹ productiuū nisi a posteriori: vcꝫ quia cernimus vnuꝫ ab alio esse ꝓductū. nisi enim videremus ad vnū ignē sequi aliū ⁊ ad calorē calorem: nō magis sciremus ignem esse ignis q̄ aque gn̄atiuū/ nec calorē magis caloris q̄ frigoris ꝓductiuū. nō eñ qꝛ oēs ignes sunt eiusdē rōnis sequitur ꝙ vnus sit alterius ꝓductiuus/ nec quia est alterius rationis ab aqua sequitur nec scitur ꝙ nō sit productiuus ipsius: cū nō omniū eiusdē rationis vnū sit alterius productiuū/ nec sit impossibile coꝝ q̄ sunt alterius rationis vnum esse ab altero effectiue: vt patet de calore ꝓducto a sole. Solū igit' scimus calorē esse caloris ⁊ nō frigoris ꝓductiuū. quia ad calorē cernimus sequi calorē ⁊ nō frigus. ⁊ sic ꝯsimiliter est dicēdū de alijs omnibus agētibus creatis ad effectus eis possibiles cōparatis. ¶ Ex predictis duob⁹ suppositis videtur mihi respōdēdo ad propositū esse dicēdū: ꝙ an aliquod ens creatum sit possibile: qd̄ si fieret esset alicui⁹ creatiuū: an nullū sit tale possibile citra deum nō pōt nobis naturaliter esse notū. ¶ Hoc ꝓbo ⁊ deduco ex p̄dictis. qm̄ de nullo naturalit' quis pōt scire cui⁹ sit ⁊ cuius nō sit principiū ꝓductiuū nisi de illo qd̄ scit existere/ ⁊ ad qd̄ cernit sequi vnū aliqd̄ et nō aliud effectiue. sicut eñ illud arguimus esse causaꝫ alicuius/ ad cuius esse illud sequitur vt p̄dictum est: ita ecōuerso illud arguitur nō esse cāꝫ alterius/ ad cuius eē nō sequitur esse illi⁹. sed nō oīa a deo fieri possibilia sunt de facto. ergo non de omni agente possibili alio a primo increato potest sciri naturaliter cuius esset ⁊ cuius non esset si fieret principiū ꝓductiuū: cum nec hoc possit sciri nisi tātūmodo de iam factis. sed de quo nō pōt sciri cui⁹ esset vel nō esset principiū ꝓductiuū: nec potest sciri an si fieret esset an nō esset principiuꝫ creatiuū. qm̄ ideo de agētibus creatis scimus ꝙ nō possunt creare: qꝛ scimus ipsa nō esse ꝓductiua nisi forme substātialis materiam ⁊ accidētalis subiectū aliquod exigentis. ergo de agente cuius effectus sibi possibilis ignoratur quale est omne fieri possibile nūq̄ factuꝫ/ nullus videtur posse naturaliter cert⁹ eē an esset si fieret an nō eēt p̄cipiū creatiuū: ⁊ deo ipsi coagente alicuius de nihilo seu in nullo p̄sup-

posito ꝓductiuū. ¶ Cōfirmatur primo. quia licet prime materie vel substātie īmaterial' nullū agēs creatū de facto in esse positū sit principiū ꝓductiuū: an tñ posset fieri aliquod ens creatū qd̄ ad talia sola creatione ꝓducibilia ꝓducēda posset cum deo agere: an nō: nec videtur eē alicui ꝑ se notum nec demōstrabile ex aliquo alio nobis noto. ¶ Secūdo. quia esto ꝙ talia non possent produci ab aliquo alio q̄ a deo: licet etiā omnis forma substātialis corporalis de facto producta naturaliter materiā exigat/ ⁊ oīs forma accidētalis subiectū: ex hoc nō habetur ꝙ ad nullā aliā formā substantialē corporalē materiam nō exigentē posset cum prima causa agere aliqua scd̄a si fieret: vl' etiā ad formā aliquā substātialē spiritualē. posset eñ forte fieri aliq̄ forma substātialis corporalis materiā nō exigēs ⁊ etiā spiritualis oīno alterius rōnis ab oībus alijs iā ꝓductis: ad quā forsan agere posset ⁊ si nō aliquod agēs creatum/ tamen aliquod aliud ab omnib⁹ creatis creabile ⁊ fieri possibile a deo. si autem aliquod agens creabile ad talia posset agere/ eēt vtiq̄ creatiuū. quare ⁊c. ¶ Hec de secūdo.

aliquam repugnantiam. et ita dicere absolutũ potest fieri sine alio / quia non includit repugnãtiaꝫ: non aũt respectus: quia in hoc appet euidẽs repugnãtia: est dicere ꝙ absolutũ põt fieri sine alio: quia hoc ẽ possibile: nõ aũt respect⁹: quia hoc ẽ ĩpossibile. nec em̃ aliõ ẽ aliq̃d nõ repugnare fieri ꝙ̃ esse possibile: ⁊ ipsum repugnare fieri ꝙ̃ esse impossibile fieri. quare ⁊c. ¶ Quia etiam rationes predicte petãt principium probando idem per idem vel ignotiuꝫ per eq̃ ignotum / apparet. quoniam causam posse producere effectum ⁊ continere virtualiter ipsum / idem est omnino ⁊ totaliter indistinctum. sed omnes sue rationes predicte nõ ꝓbãt deuꝫ posse ꝓducere quodlibet absolutũ possibile ꝑ seipsum nisi quia deus continet totaliter virtualiter q̃dlibꝫ absolutum. ergo hoc mõ arguere: deus põt absolutũ q̃dlꝫ ꝓducere totaliter ꝑ seipm̃ causaliꝰ ꝙ ꝯtinet ipm̃ per moduꝫ cãe totalis virtualiter: nõ est aliud ꝙ̃ arguere ꝙ põt absolutum ꝓducere quia potest absolutum ꝓducere. ¶ Cõfirmaꝰ. quia solem calefacere non est aliõ ꝙ ipm̃ calorẽ ĩ subiecto introducere: nec solẽ virtualiꝰ calorẽ ꝯtinere ẽ aliõ ꝙ̃ ipm̃ calorem posse producere. nec em̃ sol calefacit sicut nec aliõ formaliꝰ calidũ nisi quia calorẽ ĩtroducit. g̃ arguere: sol calefacit vel potest calefacere quia calorẽ virtualiter ꝯtinet: est arguere ꝙ calefacit quia põt calefacere. ¶ Ex q̃ apparet euidẽter ꝙ qñ subdiꝰ in minori ꝙ prima cã ꝯtinet virtualiter oẽm cãm scd̃aꝫ / petitur ⁊ supponiꝰ qd̃ q̃ritur. hoc em̃ est qd̃ q̃rim⁹: veꝫ an prima cã ꝯtineat virtualiꝰ oĩa: cũ q̃ram⁹ / an possit ꝑ se ꝓducere oĩa: ⁊ posse ꝓducere oĩa nõ sit aliud ꝙ̃ ꝯtinere virtualiꝰ oĩa. ¶ Est etiã ꝙ iste due ꝓpõnes / prima cã ꝯtinet ṽtualiter omnia: et prima cã põt ꝓducere oĩa / distinguanꝰ: nõ tñ vna est notior alia: nec per ꝯñs magis per primam põt ꝓbari nec inferri secũda ꝙ̃ ecõuerso ex scd̃a ꝓbeꝰ prima. quare ⁊c. ¶ Preterea de nulla causa etiam secunda scimus ꝙ faciat vel producat effectũ quia potest in ipsum seu qd̃ idẽ est quia virtualiter ꝯtinet eum. sed ecõuerso a posteriori arguimus causam vt calidum posse calefacere: quia videmus ad calidũ in subiecto dispositio seq̃ calorẽ. ergo nec de prima causa naturaliter sciꝰ ꝙ faciat omnia quia virtualiter ꝯtinet oĩa: nec ꝙ possit facere omnia quia virtualiter cõtinet ipsa / cum virtualiter continere aliqua sit vt dictũ est causaliter posse producere ipsa. ¶ Secundum videlicet ꝙ falsa sit conclusio quam ista opinio ponit / puta ꝙ aliquid sit possibile qd̃ non est a deo sine aliquo alio concurrente creabile / apparet. qm̃ ideo vt accipit arguendo / de⁹ põt oĩa quia virtualiter cõtinet ipa. ⁊ ideo nulla est repugnãtia fieri ab ipso absolutuꝫ sine aliq̃ alio: quia de⁹ ꝯtinet absolutum virtualiter totaliꝰ ꝑ seipm̃. Licet em̃ cãe ptiali repugnet per se sine alio agere ad effectũ nõ tamen totali. sed nõ minus deus continet virtualiter totaliꝰ vnuꝫ possibile ꝙ̃ alterum per seipsum: nec ꝑ ꝯñs respectiuum ꝙ̃ absolutũ. vel si facit / ipse hoc nõ ostẽdit: vt videbiꝰ soluẽdo rationes ipsius. ergo ⁊c. ¶ Confirmo. quia nulla causa effectiua simpliciter perfecta potest effectuꝫ cuius est causa virtualiter partialiter ꝯtinere. ¶ Hoc apparet. quia omne principiũ alicuius effectus virtualiter ꝑtialiter cõtentiuum / quale est oĩe illud qd̃ non potest sine alio cõcausante in aliq̃d ꝑ seipm̃ / est impfectum quia depẽdens ab alio in agendo puta a cã alia ꝑtiali. sed prima cã est pfectissima / nec per ꝯñs videtur dependere ab aliqua causa alia in agendo. ergo ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad idem. relationem esse in fundamẽto termino eius insimul existente / nullo ipsoꝝ nec fundamento videlicet nec termino eam efficiente: sed alio ab vtroꝙ videlꝫ prima causa ipsã virtualiter continẽte: est possibile. ergo sine aliquo extremorum concurrente saltem effectiue potest deus respectum facere ꝑ seipm̃. ¶ Antecedens probo ꝑ rationẽ suã quia oẽ virtualiter ꝯtinẽs cãm / ⁊ eius effectum. sꝫ prima causa ꝯtinet virtualiter oẽm aliam: ⁊ per ꝯñs causam relationis effectiuam siue sit fundamentum siue terminus siue vtrunꝙ istorum. Potest etiã prima causa vt saltem fide tenemus suspendere causalitatem cuiuscunꝙ secunde cause. ergo extremis non causantibus respectum põt deus creare ipm̃ per se: ⁊ si non sine eis existentibus saltẽ sine ipsis cõcausantibus effectiue. ¶ Confirmo. quia supposito ꝙ respectus sit forma aliqua per se vna ab extremis realiter distincta: qd̃ tamen non reputo verum: deus posset ĩpedire ne extremis positis aliqua relatio ab eis distincta realiter sequeretur. ad nullum enim prius sequitur necessario simpliciter loquẽdo aliquod posterius ab ipso realiter distinctum. sed extremis positis ⁊ relationẽ ab eis causabilem non causantibus nullum apparet impossibile ipsam causari a sola prima causa prohibente ipsam causari ab extremis eius sibi relictis naturaliter ꝓductiuis. non enim magis video esse impossibile deũ impedire extrema puta alba ne causent similitudinem: ꝙ̃ calorem vt calefaciat calefactibile sibi presens. et sicut calido ne calorem induceret ⁊ calefaceret impedito deus posset calefacere per seipsum producendo eundeꝫ calorem quẽ poterit introducere et ipso mediante calefacere calor alius impeditus: ita ⁊ in proposito de omni relatione distincta realiter ab extremis consimiliter est dicendum. quare ⁊c. ¶ Preterea omne quod deus posset per se facere si per impossibile ageret necessario et modo nature vt eũ agere aliqui posuerũt / potest nũc facere agẽdo libere sicut agit. Sed si necessario ageret non tantum posset per seipsum in respectuꝫ sine alio concausante. immo forte secundum aliquos etiam non posset admittere aliquid aliud causans secum: vt superius in quadam questione alia fuit dictum. ergo ⁊c. ¶ Ad rationeꝫ in contrarium: Dico ꝙ omnia que accepit sunt falsa. potest enim deus facere relationem sine fundamento et termino saltem concausantibus: esto ꝙ non sine eis absolute existẽtibus / de quo in sequenti articulo inquiretur. Rationes autem sue videntur probare ꝙ non potest fieri respectus sine extremis ipsum causantibus. Potest etiam deus facere actum liberum voluntatis quantum ad totum eius positiuum absolutum vel respectiuum / si aliquid tale addit liberum super actum sine voluntate concausante: et etiam sine ipsa recipiente vt in sequenti articulo ostendetur. si autem libertas dicta de actu voluntatis non addit super actum aliquid positiuum sed tantum connotat voluntatem creatam vt eius causam / vt actus liber non sit aliud ꝙ̃ actus a voluntate creata productus / tunc nihil ad propositum. ¶ Confirmatur. quia ꝙ actus volendi a deo productus non sit liber: aut hoc est quia eius principium productiuum non est eius libere productiuuꝫ aut quia non habet obiectum libere volitum. sed primum patet esse falsum / cum deus omnia producat libere ⁊ contingenter ad extra vt dictum fuit supra. secundum auteꝫ non obstat. quia etiam actus voluntatis create ab ipsa elicitus effectiue non dicitur esse liber obiectiue / videlicet vt per ipsum voluntas eius effectiuum principium tendit in obiectum actu volendi a se elicito vel aliunde habito in ipso actualiter existente. Unde nec in bono nec in malo voluntatis actu ab ipsa voluntate non elicito effectiue sed in ea recepto tãtummodo subiectiue posset esse vt videtur aliquod meritum nec demeritum / sicut nullum est meritum sed premium in actu fruitionis bonorum / nec demeritum sed supplicium in actu damnatorũ vbi em̃ non est liberũ nec est merituꝫ nec demeritum. quare ⁊c. ¶ Tertium etiã qd̃ addit non est verum: veꝫ ꝙ de⁹ non possit facere notitiam intuitiuaꝫ sine obiecto. potest enim facere ita intuitiuam sicut et abstractiuam: vt in prologo super primum prolixius est ostensum. quia nec

magis intuitiua q̄ abstractiua importat respectū aliquē ad obiectum. vel esto ꝙ importet: hoc non impedit: cum omnis respectus supposito ꝙ sit ī re aliquid per se vnū distinctum ab extremis possit vt dicetur in sequenti articulo fieri sine eis. ¶ Quartuz qḋ dicit de effectu cause secunde/apparet ꝙ non concludit. quia lumen esse effectum solis non importat seu dicit aliquid per se vnum ab extremis distinctum absolutum non respectiuum/sed tātum dicit ipsa extrema vt eorum vnum est ab alio quocūꝗ ab eis alio circunscripto/ vt in precedentibus questionibus prolixius est ostensum. Et ideo dicere ꝙ deus non potest facere aliquid puta lumen esse effectum solis sine sole: est dicere ipsum non posse facere lumen esse effectum solis et non esse effectum solis: cum lumen esse effectum solis non sit lumen ipsum esse a sole forma aliqua informatū absoluta nec respectiua sed esse a sole: sicut et econuerso lumen non esse solis effectum non est lumen carere aliquo positiuo sed tantum non esse a sole ipso. potest enim idem effectus esse ab aliqua causa nullo sibi impresso ab ipso distincto: vel non esse ab ea nullo in eo corrupto: sicut vna albedo vel saltem eius vnio si ponatur ab ipsa distincta vt ponitur cōmuniter potest esse in subiecto nullo mediante sibi impresso: ꝛ non esse in eo nullo ab ipsa alio interrupto. quare ꝛc. ¶ Si dicas ꝙ immo aliquid esse effectum alicuius cause dicit preter extrema respectum aliquem tanꝗ formam aliquam per se vnam tam effectus q̄ forma illa respectiua potest esse immediate a deo: nec per consequēs propter ipsam sequitur nec arguitur ꝙ illud cui talis forma respectiua imprimitur sit effectus alicuius cause secunde. quare ꝛc. ¶ Ad illa omnia quatuor exēpla dico ꝙ omnia supponunt vnuz falsum/ videlicz ꝙ productio passiua rei sit aliq̄d per se vnū a re producta ꝛ a producēte distinctum. hoc etiam vt patet ex precedentibus questionibus non est verum: et ita cum productio passiua radij verbi amoris spirati et filij geniti sit ab istis rebus ꝛ ab ipsarum productiuis principijs indistincta: per ꝯsequens qḋ exēpla illa accipiunt non est verum. ¶ Si tamen omnino ponatur ꝙ productio passiua cuiuscunꝗ creature sit forma aliqua per se vna a producto ꝛ a producente distincta: Dico tunc et concedo ꝙ etiam talis forma qualiscunꝗ ponatur siue respectiua siue absoluta potest effectiue esse a deo: et ita tam generatio passiua luminis q̄ cuiuscunꝗ sibi naturalis q̄ dictio verbi q̄ spiratio amoris potest esse a deo effectiue. ¶ Et quando arguis contra hoc: ꝙ deus ad extra non generat sed ad intra: Respondeo ꝙ aliud est generare terminum aliquem seu effectum mediante generatione existente in generante a quo est terminus generationis: et aliud est generare/hoc est ad generationem et ad eius terminum agere effectiue. ¶ Tunc dico ꝙ deus primo modo non generat ad extra. Secundo autem modo falsum est etiam secundum opinionem omnium catholicorum. constat enim secundum communem opinionem primam causam principaliter ad omnem effectum secūde cause concurrere effectiue/ita ꝙ nulla res est absoluta nec respectiua que nōn sit a deo vel totaliter vel saltē partialiter effectiue. ergo si actiua generatio et passiua sunt forme distincte realiter a causa secunda generante ꝛ ab eius effectu producto/non magis deus concurrit ad effectum genitum q̄ eius effectiuam generationez ꝛ passiuam partialiter effectiue: sed nullum maius est inconueniens deum concedere generare ad extra isto modo totaliter per se sine causa secunda q̄ partialiter simul cum ipsa. ergo ꝛc. Dico tamē deum nec totaliter nec partialiter proprie generare. quia aliud est habere generationem actiuam et passiuam per modum actus informantis / si ponātur vt communiť dicitur tales forme a ꝓductis distincte. ꝛ aliud est habere vel respicere quamlibet ipsarū per modum termini seu obiecti producti. primo modo habens actiuam generationem dicitur generare: ꝛ passiuaz generari: ꝛ hoc modo sunt in creaturis: vt generatio actiua in producente ꝛ passiua in producto ab ipō. generatio eñ seu productio passiua ponitur esse actus producti/et actiua producentis. terminus aūt vtriusꝗ istoꝝ actuū dicitur esse ipsum productum. non sic autem esset nec esse posset ī deo aliqua actiua productio terminata ad extra esto ꝙ esset ab ipso totaliter. non enim oporteret ipsaz eē in eo aliter tunc q̄ nunc quando partialiter nō totaliter est ab ipso. ꝛ ideo sicut nūc deus respicit ipsam hm̄oi generationem actiuam nō ꝑ moduz actus in ipso existētis formaliter: sed per modū effectus ab ipso progredientis causaliter: ita consimiliter esset si ad ipsam ageret totaliter per seipsum. quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secūdum: vbi est aliter ad questionē propositam tenendū/ est sciēdum ad euidētiaz dicendorum ꝙ deuz agere ad extra aliq̄d creādo sine oī alio concurrente/pōt intelligi tripliciť. Uno modo ꝙ possit agere sine alio concurrente in ratione cause extrīsece efficiētis vcz vel finalis concausantis secum ad effectum. Alio modo ꝙ possit agere sine alio concurrēte in ratione cause intrinsece/vt forma substantialis ꝛ materia concurrunt ad ꝯpositum ꝑ se vnum. Tertio modo ꝙ possit agere sine q̄cūꝗ alio ꝯcurrēte absolute aliquo mō/vcz nec vt ꝯcausante nec vt qualitercūꝗ aliť antecedēter vľ ꝯñter vľ ꝯcomitāter ad effectum necessario requisito. nō eñ sequitur: deus pōt facere accidens sine subiecto causante q̄ sine ipso recipiēte. ꝛ ita aliud est querere/an possit deꝰ facere aliqḋ possibile ꝑ seipsuz sine alio necessario ad ꝓducēdū effectū/ꝛ aliud an sine alio necessario ad ipm̄ sustētandum vľ quōcūꝗ aliť ꝑterq̄ in ratione cause efficiētis.

Hoc præmisso pono quatuor conclusiones. ¶ Pria est: ꝙ deus pōt in omne possibile ꝑ seipz sine quocunꝗ alio ꝯcurrēte in rōne cause extrīsece: efficientis vcz vel finalis. ¶ Hec nō pōt ꝓbari ꝑ hoc ꝙ deꝰ est oīm possibiliū virtualiť totaliť ꝯtētiuus: qꝛ vt dictū ē arguēdo ꝯ opinionē aliā in articulo p̄cedēti/idē ē dicere deū oīa possibilia ꝯtinere totaliť virtualiť/ꝛ posse ꝓducere ꝑ se oīa cāliť. vľ esto ꝙ iste ꝓpōnes distiguāť/puta deꝰ ꝯtinet oīa possibilia v̄tualiť/ꝛ deꝰ pōt ꝓducere oīa cāliť nulla tñ istarū ē notior alia: nec ꝑ ꝯñs ꝑ vnā pōt ꝓbari altera. ¶ Et ideo probo aliter ꝯclusionem istā: ꝛ primo primā eius ptē: vcz ꝙ deus possit in oīe possibile sine omni alio concurrente in ratione efficiētis cause. ꝛ arguo primo sic. oē agens ꝑfectissimum potest ꝑ seipsum in omnem effectum in quē potest cū aliqua causa concurrente secūz. sed pria causa est ꝑfectissima ꝛ pōt in oēm effectū possibilē vľ ꝑ se vel cū alia causa scḋa. g̃ ꝛ sine ipa poterit ꝑ seipz. ¶ Maior est euidens. nunq̄ eñ ad aliquem effectum ꝓducēdū sunt necessarie plures cause efficiētes nisi ꝓpť iꝑfectionē causalitatis seu v̄tutis iparū: vt appet ī exēplo de pluribus necessario requisitis ad tractum nauis vel cuiuscūꝗ alterius magni ponderis propter imperfectionem potentie motiue ipsorum. ¶ Cōfirmať. qꝛ ꝙ vna cā possit ī aliquē effectū cū alia ꝛ nō ꝑ seipam/hoc nō videť esse nisi qꝛ ambe simul sumpte sunt aliq̄d ꝑfectius q̄ altera per se tantuz. qḋ eñ est tante ꝑfectionis ꝑ se quāte cū alio/quicquid potest facere cum alio ꝛ per se. sed agens ꝑfectissimum quale est tantū primum non ē aliq̄d ꝑfectius sumptū cum q̄cūꝗ alio a se nec simul cū oībꝰ q̄ tñmō ꝑ seipm̄. ergo in omnem effectū pōt ꝑ seipm̄ in quē pōt aliq̄ causa secunda mediante. ¶ Minor vcz ꝙ deus possit in omnem effectum possibilē vel ꝑ se vel causa alia mediāte

apparet: quia ꝛ de facto vt in fine huius libri videbitur concurrit ad omnem effectum cuiuscunꝗ cause secunde: nec aliqua secūda causa potest in effectū aliquez nisi ipō secum concausante vt postea ostendeť. g̃ ꝛc. ¶ Sed nunquid ex omnipotentia dei vel ex ipsius infinita ꝑfectione potest probari deum posse in omne possibile per seipsum? ¶ Respōdeo ꝙ non/ vt videtur. quoniam omnipotens dicitur esse illud qḋ est in omne possibile potēs: non est autem notius deum esse oīpotentē q̄ in oīe possibile potentem: immo cū esse oīpotētem/ꝛ in omnia potētem sint omnino idem: per consequens ratio q̄ ex omnipotētia probaret deum posse producere omnia/ peteret principium in minori: que haberet esse ista/ deus est omnipotens. hec autem non est notior q̄ sit ista / deus potest in omne possibile: immo nec videtur esse alia ab ista: que tamen est conclusio ipsa probanda. quare ꝛc. ¶ Nec potest etiam vt videtur ꝯclusio ista ꝓbari ex perfectione īfinita dei sine alio assumpto: tum qꝛ constat ꝙ non omne intrinsece perfectius est semper actiuius vt ī creaturis euidēter apparet: tum quia de nullo etiam intuitiue cognito scimus an sit productiuum principium alicuius nisi a posteriori: videlicet quia ad ipsū cernimus sequi effectū. nisi eñ videremus ad calorem vnum sequi aliū/nunq̄ sciremus calorem esse calefactiuum seu caloris productiuum: esto ꝙ intuitiue cognosceremus ipsum. ergo consimiliter in proposito solum ex hoc quia scimus omnes effectus esse a deo/arguimus ipsum esse omnium productiuum. et quia actiuum principium non potens per se ī effectum sine alio est imperfectum/ideo ex hoc vlterius arguere possumus deum esse omnium productiuum totaliter per seipsū. Quomodo probare possemus omnem effectum a deo esse effectiue de facto postea ostendetur. ¶ Preterea ad idē arguitur. quia cum deus sit oīm possibilium causa equiuoca: ꝛ per consequens ipsorum virtualiter contētiuꝰ/nulla apparet ratio quare magis possit in effectum vnum possibilem q̄ in quemcunꝗ alium ꝑ seipsum. sed constat ꝙ multa potest per se: quia et de facto multa vt omnia īcorruptibilia per se fecit. alioꝝ etiā que operať mediantibus causis scḋis aliqua posset facere sine eis. ergo ꝛc. ¶ Confirmať. qꝛ qḋ est ꝓductiuū principium effectus perfecti ꝛ imperfecti si potest in effectuz perfectiorem per seipsum sine alio cōcausante multo magis videtur ꝙ possit in effectum imperfectiorem. sed prima causa est productiua omnium: quia et de facto produxit omnia. quorum perfectiora vt spirituales substātias ꝛ alia omnia incorruptibilia creauit per se sine quacunꝗ causa alia concausante. ergo multo magis quemcunꝗ effectum alium imperfectum absolutum vel respectiuum harum causarum inferiorum posset producere ꝑ seipsum. ¶ Secunda pars conclusionis predicte: videlicet ꝙ etiam deus possit agere sine omni alio concurrente in ratione finis: apparet. quoniam sicut ipse potest per se omnia facere causaliter: ita ꝛ propter se tantū finaliter. ¶ Confirmo primo. quia agens propter finem supponit ipsuz seu ꝑintelligit. sed deū in agendo nō oportet supponere nec etiā ꝑintelligere aliq̄d aliud a seipso ꝛ ab effectu producibili vel producto. ergo ꝛc. ¶ Secundo quia ordo essentialis non supponit accidentalē. sed ordo omnium aliorum a deo ad deuz est essentialis quodammō ꝛ necessarius: qꝛ ad necessariū sine quo non potest subsistere aliquod ens contingens. Ordo autem vnius creatoꝝ ad alterum est contingens ꝛ accidētalis. ergo ꝛc.

Secunda conclusio est: ꝙ si compositū per se vnū est a ꝑtibus distinctum in re extra/deus nō potest facere creatuz intrinsece puta tale cōpositū sine suis causis intrinsecis puta ꝑtibus. potest tñ econuerso ꝑtes facere sine toto. ¶ Hec apparet primo quātuz ad primā partez. qm̄ nihil potest esse nec fieri sine ipso qḋ est de sua intrīseca ratione. sed tales cause sunt intrinsece causato vt ꝑtes toti. g̃ ꝛc. ¶ Secunda pars vcz ꝙ possit fieri ecōuerso vcz vt partes existerēt sine toto/apparet. qꝛ oē priꝰ potest fieri sine posteriori a q̄ realiter est distictū. sed partes sunt priores toto vt corpus ꝛ anima hoīe ex eis resultante. ergo possunt fieri et vnite existere vt forma est vnita materie absꝗ homine resultante supposito ꝙ ab ipso realiter distinguantur. ¶ Et si contra hoc arguatur: quia non tantum prius sine posteriori: sed etiam econuerso potest per diuinam potentiam fieri videlicet posterius sine priori: ¶ Respondetur ꝙ hoc est verum de posteriori non includente intrinsece prius: sicut est in accidente et subiecto. non autem de posteriori in quo includitur prius/sicut est in proposito de partibus et de toto. ¶ Quia tamen vniuersaliter omnia realiter distincta videntur esse per diuinam potentiam separabilia: ideo melius forte et verius concediť totum ipsum eē a suis partibus simul sumptis indistinctum totaliter in re extra.

Tertia conclusio est: ꝙ deus potest facere omnem substantiam possibilem sine quocunꝗ accidēte ipsaz precedente vel sequente ab ea realiter differente. ¶ Hec probatur primo quantum ad primam partem: videlicet ꝙ possit facere substantiam sine accidente ipsam in fieri p̄cedente. quoniam sine quocunꝗ aliquid potest esse/ꝛ fieri ab eodem per quem potest existere sine ipso. sz omnis substantia generabilis ꝛ corruptibilis potest esse immo etiam est de facto scḋz aliquos sine omni accidente ipsam in fieri precedente. supponitur enim cōiter ꝛ teneť ꝙ forma substātialis materiā in qua introducitur immediate informat corrupto omni accidente priori quo mediante fuit prius materia existens sub forma contraria alterata. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia nō magis ignis exigit in fieri aliquod accidens precedens q̄ in facto esse. ꝙ enim accidens habeat in fieri precedere in materia existente sub forma opposita generationem ignis/hoc est ꝓpter impꝑfectionem naturalis agentis non valentis primo inducere terminum perfectiorem puta formam substantialem propositam nec corrumpere oppositam. vel propter ordinem agentiū diuersoꝝ supposito ꝙ ab alio agente fiat preuia alteratio ꝛ ab alio forme vltime introductio. sed in facto esse potest per diuinam potentiaz existere sine omni accidente/ cum omne prius deus possit separare a posteriori a quo realiter distinguitur: et substantia sit omni creabili accidente prior in facto esse. ergo ꝛc. ¶ Scḋa pars ꝯclusionis/vcz ꝙ etiā possit fieri sine oī accidēte ꝯñte seu ꝯcomitāte/appeť. qꝛ vt dictuz ē ad nullū prius seq̄tur necessario absolute aliqḋ posteriꝰ qḋ ab ipō priori realiter est distinctū. sz substātia est nature ordine prior suo q̄lz accidente ab ipsa realiter differēte. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmo. quia aut hm̄oi accidens sequens est effectiue a causa scḋa puta ab ipsa substātia quā sequiť vt calor ab igne: vel a generāte: vel a quacunꝗ alia causa secūda aut a prima. si a secunda: g̃ potest nō sequi: cū deus possit cuiuscūꝗ cāe scḋe oēm suspēdere actionez vt postea ostēdeť. si aūt fit a deo: ꝯstat ꝙ nō necessario: cū ipē libere ꝛ cōtingenter agat ad extra vt fuit dictū supra: nec ꝑ ꝯñs necessiteť ad ꝓducēdū aliqḋ posterius propť prius. sed substantia prior est omni accidēte. ergo ꝛc. ¶ Ex hoc seq̄tur corollarie: ꝙ supposito ꝙ rlatio sit vt cōiť pōiť forma aliq̄ ꝑ se vna distincta realiť ab extremis: pñt vtiꝗ fieri extrema cuiuscūꝗ talis relationis absꝗ relatione hm̄oi ꝯñte. ¶ Hoc apparet. qꝛ extrema ponunť eē p̄ora rlatiōe sicut duo alba similitudie vt eiꝰ cā. g̃ si ab ea realiť sunt distincta possunt eē ꝛ fieri sine ipsa. ¶ Confirmať. quia mirabilius

est posterius separi a priori a quo realiter est dependens
q̄ econuerso prius a posteriori a quo in nullo dependet: si
cut nec extrema in nullo dependent a relatione puta duo
alba a similitudine. sed primū est deo possibile/ vt appet
in eucharistie sacramēto ī q̄ ē accidēs sepatū supnatura
liter a subiecto. ergo multo magis pōt fieri ecōuerso/ vt
vez subiectum sepetur ab accidēte: ꝛ p ꝯñs a relatione ēt
non existente.

Quarta conclusio est: ꝙ etiam ecōuerso
deus potest facere vniuersaliter omne accidens tam abso
lutum q̄ respectiuum: si aliq̄d tale ponat̄ qđ a subiecto ꝛ
a termino realiter distinguat̄ sine omi subiecto existente
ꝛ sine q̄cūq̄ alio accidente ab ipso realit̄ differēte. ¶ Hec
conclusio communit̄ concessa: quantum ad alteram eius
ptem vez quantum ad accidentia absoluta nō aūt q̄tum
ad alia respectiua/ pbatur ab aliq̄bus sic. omne accidēta
liter dependens ab aliquo pōt existere sine ipso. sed omis
dependentia cuiuscunq̄ effectus ad causam eius scđam
extrinsecam est accidentalis. sola em̄ illa q̄ est ad primaz
causam ꝛ ad scđam intrinsecam vt totius ad ptes est essē
tialis. ergo omnis effectus pōt manere sine sui dependē
tia ad aliquā secundam extrinsecā eius cām. cōstat autē
subiectum esse causam extrinsecā accidētis. g̊ ꝛc. ¶ Sed
ista ratio non concludit. qm̄ aut accipit in minori depen
dentiā essentialē p dependentia intrīseca depēdēti ꝛ acci
dentalem p extrinseca: aut vocat dependentiam essen
tialem necessariam ꝛ accidentalē dependētiam ꝯtingē
tē non necessariam. si primū dr̄: falsum assumitur: cum se
cūdum ipos depēdētia sit respectus: ꝛ nullus respectus
sit scđm eos intrinsecꝰ alicui absoluto. si scđm: rō nō ꝯclu
dit. q2 petit qđ est pbandum: vez ꝙ dependentia acciden
tis ad subiectū sit ꝯtingens sic ꝙ accidens possit existe
re sine ipsa ꝛ sine subiecto. ¶ Nec valet si pbet̄ p hoc: q2
pria causa pōt supplere vicē cuiuscūq̄ secūde cause ꝛ eiꝰ
suspendere actionē. qm̄ hic nō q̄ritur an accidens possit
esse sine subiecto ipsū producente effectiue: sed sine eo ipz
recipiēte subiectiue. sed lz deus possit supplere vicem sub
iecti vt accidētis pductiui/ non tn̄ vt eius receptiui. q̄re
ꝛc. ¶ Alij probant cōclusionem predictam per hoc: quia
licet extrema non possint separari a respectu intrinsecus
adueniente/ pñt tn̄ ab omi alio extrinsecus adueniente.
sz inherentia accidentis ad subiectū est respectus extrin
secus adueniens: cum subiecto ꝛ accidente existentibus
sine ipsoꝝ approximatione mutua non ponatur/ cuius
contrarium est de duobus albis respectu similitudinis.
ergo ꝛc. ¶ Sed nec ista ratio concludit magis immo
minus q̄ prima. Primo. q2 siue voces respectū intrinse
cus aduenientē proprie siue large vez omnem respectuz
sua extrema necessario ꝯsequētē/ nullꝰ est respectus intrī
secus etiā isto modo/ cū nullū posterius vt dictū ē supꝰ
sequat̄ necessario ad prius. ¶ Secundo. q2 magis neces
sario inherentia accidētis ad subiectū videt̄ seq̄ ad acci
dens a subiecto dependens q̄ similitudo ad duo alba vel
nigra nec alia q̄cūq̄ relatio ad extrema quoꝝ vnū nec
est in aliquo nec dependet ab ipso. ¶ Tertio. quia non se
quitur: accidens pōt separi a sua dependentia ad subie
ctum terminata: ergo ꝛ a subiecto huiusmodi depēdētie
termino. qm̄ ista depēdētia si ē forma aliq̄ p se vna a sub
iecto ꝛ accidente distincta/ sicut arguentes esse ꝯcedunt
accidēs ipm in subiecto positū seq̄tur nō p̄cedit. sz destru
cto posteriori nō oportet priꝰ mutari. ergo nec hmōi amo
ta depēdētia ab accidēte oportet a subiecto ipm accidēs
separari. nec em̄ ppter talē depēdētiā id accidens est in
subiecto: sz q2 est in subiecto/ ideo seq̄t̄ ista dependētia si
ponat̄. q2 em̄ accidēs exigit subiectū ꝛ in ipso existit/ ideo
depēdet ab ipso tali depēdētia mediāte: nō aūt ecōuerso
q̄re ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. q2 sicut rlatio nō exigēs extrema sua
approximata sed tm̄ posita absolute vt similitudo pōt non
sequi extrema absolute posita q2 eis posterior: ita ꝛ oīs
aliꝰ respectus quē vocant extrinsecus aduenientem/ q̄lez
dicunt esse hmōi depēdentiam seu inherentiaz accidētis
pōt destrui seu nō seq̄ eius extremis existētibꝰ ꝛ vnitis p
pter ꝯsilem rationē: vez q2 est posterior ipsis non tantuz
vt absolute sumptis sed etiam vt vnitis. ergo ꝛc. ¶ Alij
tertio pbant conclusionē istam. Primo: q2 prius pōt eē
sine posteriori: sed īherētia accidētis ad subiectū ē poste
rior accidente. ergo ꝛc. ¶ Scđo. q2 respectus accidētis
ad subiectū vt ad ipm sustentās/ est alius realiter a respe
ctu accidentis ad subiectū vt ad informatum. primꝰ em̄
est pfectiōis: secūdus vero īperfectiōis ī subiecto. g̊ pōt
deus supplere vicē subiecti accidētis accidēs ipm sustē
tando seu hmōi eius depēdentiam terminādo absq̄ hoc
ꝙ informet̄ seu pficiatur ab ipo. quare ꝛc. ¶ Sed nec ali
qua istarū rationū ꝯcludit. Primo. q2 vtraq̄ falsum sup
ponit/ vez accidētis ad subiectū informatū p ipm esse ali
quam depēdētiā seu inherentiam tanq̄ formā aliquaz p
se vnā a subiecto ꝛ ab eius accidēte distictā. hoc em̄ non
est verum vt in q̄rto plixius ostendetur. ¶ Secundo. q2
esto ꝙ hoc esset verum/ ex hoc non seq̄tur ꝯclusio q̄ infert̄.
nō em̄ seq̄tur: accidens pōt esse vel est sine respectu a sub
iecto ꝛ a seipso realiter distincto: ergo ꝛ sine subiecto: cuz
possit esse in subiecto omi alio medio circūscripto. q̄re ꝛc.
¶ Et ideo videt̄ mihi ꝙ ꝯclusio supradicta vel sola veri
tate fidei sit tenēda ꝛ nota: vel si aliquo mō pōt probari
naturalit̄ non aliter ita efficacit̄ q̄ p realē differētiā acci
dentis ꝛ subiecti/ cum oīa realiter distincta videant̄ esse
separabilia sine ꝯtradictione aliqua. ¶ Ex quo infero co
rollarie: ꝙ ponentes relationem vel quemcūq̄ respectuz
tanq̄ formam aliquam p se vnā distinctam realiter ab ex
tremis/ nō magis debēt negare formā talē respectiuam
posse fieri sine subiecto q̄ aliā absolutam: cum tam rōnes
opiniōis p̄dicte q̄ q̄cūq̄ alie quas adducūt ad pbandū
omne absolutum posse fieri sine alio: pbent consimiliter
de respectu. Dico tamen ꝙ secundum veritatem nullus
respectus in creaturis est forma aliqua per se vna alia ab
extremis: nec p ꝯñs oportet q̄rere an sit vel nō sit sepabi
lis ab eis/ cū nō sit aliq̄d nisi ipsa. ¶ Ex p̄dictis oībꝰ ap
paret solutio q̄stiōis. cū em̄ creari sit de nihilo fieri/ ꝛ crea
bile de nihilo supposito tam intrinsece q̄ extrinsece facti
bile: ꝛ omne possibile sit a deo factibile isto mō vez sine q̄
cunq̄ sibi intrinseco/ ꝛ etiā sine subiecto extrinseco p̄sup
posito: p ꝯñs oē possibile diuisū ꝯ necesse eē nō aūt ꝯtra
possibile ē a deo creabile q2 pducibile sine q̄cūq̄ alio cō
currente. hoc autez nō pñt ponere dicētes respectū eē rē
aliquā distictā realiter ab extremis: nec tn̄ fieri possibilē
sine eis. nihil eī ī subiecto pductū pprie ē creatū. ꝛ ita qđ
nō ē pducibile nisi ī subiecto p̄supposito/ nō ē creabile. g̊
nō oē possibile est creabile: hoc supposito: vez ꝙ respectꝰ
sit res distincta realiter ab extremis: non tn̄ possibilis fie
ri sine eis. ¶ Hec de secundo.

Quātū ad tertiū: vbi ē respōdēdū ad ali
q̄ q̄ ꝯ duas ꝯclusiones p̄dictas vltias arguunt̄: Prio ar
guit̄ ꝯtra penultimā. qm̄ deꝰ nō pōt facere hoīez sine vni
one aīe ꝛ corpis ipm hoiem nature ordine p̄cedēte/ nec si
ne q̄titate cū ꝯñte/ cū eius aīa sit forā corporis organici
physici ī potētia vitā habētis scđz phm. nullū aūt corpꝰ
potest esse organicū nisi quātū: g̊ nō est vera ꝯclusio supra
dicta dicēs subiecta fieri posse sine omi accidente tā pre
cedēte q̄ ꝯñte. ¶ Confirmo. quia etiā linea nō pōt fieri si
ne curuitate ꝛ sine rectitudīe: nec aliq̄d subiectū sine sua
propria passiōe: nec totuz sine maioritate: nec pars sine
minoritate alias pricipium p se notū possz eē falsū. g̊ non

omne prius potest separari a suo posteriori. ¶ Secun
do arguitur contra vltimam conclusionem dicentem ꝙ
oīa accidētia ꝛ q̄cūq̄ alia distincta sunt separabilia. qm̄
fruitio nō pōt eē sine delectatione/ alias posset esse cum
suo opposito: nec delectatio etiā seu letitia beatifica pōt
esse sine fruitione beata/ nec vnio sine vnitis/ nec inherē
tia sine inherēte/ ꝛ multa alia similia arguuntur. ¶ Ad
primū cōcedo ꝙ homo nō potest fieri sine anima ꝛ corpo
re vnitis/ quia nec forte est aliud q̄ partes iste vnite/ nec
hoc est ꝯtra cōclusionē istam. quia huiusmodi ptiū vnio
non est vt supponit ratio/ forma vna a partibus distin
cta: vt in tertio prolixius ostēdetur. Uel si dicas ꝙ īmo
a partibus distinguitur realiter: Dico tūc ꝙ deus potest
hominē facere sine tali ptium vnione. potest em̄ aīa vniri
immediate corpori omni forma ab anima ꝛ corpore alia
circūscripta. sed nō minus ex anima ꝛ corpore vnitis im
mediate potest fieri homo q̄ ex eis vnitis vnione vel q̄
cūq̄ forma alia mediāte p̄cedēte vel seq̄ēte ab ipsis vni
tis ptibus realiter differēte. quare ꝛc. ¶ Ad illud qđ ar
guitur de quātitate: dico ꝙ quantitas nō est res alia ab
eo cuius est: vt apparet ex declaratis ī quarto. concedo
tn̄ ꝙ siue sit res alia siue non: homo posset fieri nō quan
tus. posset em̄ anima intellectiua hoīs informare corpꝰ
nō habēs vnā partē extra aliā: p qđ p̄cise homo dicitur
esse quātus. ¶ Et ideo cū dicitur ꝙ homo non pōt fieri
sine quātitate: si intelligatur ꝙ nō possit fieri sine quāti
tate tāq̄ sine re alia ab ipso realiter differēte/ falsum vel
saltē dubiū supponit̄: ꝛ illo supposito falsum est quod as
seritur. ¶ Primū appet. supponitur em̄ ꝙ substātia sit
quāta mediāte alia re ab ipsa realiter distincta: qđ non
est verū. ¶ Scđm: vez ꝙ hoc supposito falsum assumat̄/
apparet. qm̄ vt dictū est in p̄cedētibꝰ/ oē prius pōt sepa
ri a posteriori a quo realiter est distīctū. g̊ ꝛ homo a quā
titate/ si quātitas est accidētalis forma ipso posterior/ ꝛ
ab eo realiter disticta. ¶ Et si q̄ras: quō posset eē homo
nō quātus: ex quo quātitas nō est ab ipso distinctū ali
quid in re extra? ¶ Respōdeo. ꝙ nec etiā vnio est forma
aliqua distincta ab vnitis puta ab albedine q̄ posset sal
tem p diuinā potētiā subiecto īmediate vniri absq̄ aliq̄
vnione ab ipsa ꝛ a subiecto distincta. que tn̄ sic vnita pos
sunt diuidi/ ꝛ p ꝯñs nō eē vnita absq̄ aliqua re corrupta.
cōsimiliter in pposito est dicēdū. solū em̄ oīs res quanta
ex hoc dicitur esse quāta quia habet ptes extra partes
quacunq̄ forma alia a ptibus circūscripta. sed sicut res
nulla forma a suis partibus alia mediāte pōt habere p
tes extra ptes: ita pōt etiā nō habere/ ꝛ p ꝯñs nō eē quā
ta absq̄ aliqua re corrupta. qđ em̄ est tale nullo mediā
te alio a seipso ꝛ pōt esse nō tale/ potest etiam eē nō tale
nō corrupto aliquo: sed seipo aliqualiter variato. q̄re ꝛc.
¶ Et quādo arguitur cōtra hoc p phm diffinientem ani
mā: dicēdū ꝙ illa descriptio est aīe corpus quantū infor
mātis: quā phs tn̄ agnouit. nō aūt ē anime vt absolute
nec etiā vt informatiue seu pfectiue quantū est ex se cor
poris habētis ptes aliter dispositas q̄ sint modo. ¶ Et
ad aliud de curuitate ꝛ rectitudine dicēdum: ꝙ ista non
dicūt in subiecto nisi diuersū ordinē ptium siue sitū: qui
partiū situs varius est ab ipsis situatis ptibus indistin
ctꝰ totaliter in re extra: vt pbaui prolixe in quarto. nul
la em̄ addita forma alicui virgule nec subtracta potest
nūc recta existere ꝛ nunc curua. quare ꝛc. ¶ Ad aliud de
passione dico ꝙ vocādo passionē rem aliquam in aliquo
realiter existētē/ modo quo calor dicit̄ passio ignis/ oīs
passio talis est separabilis a subiecto. vocādo aūt passio
nem qđ est p̄dicabile de aliquo in secūdo modo/ q̄ passio
in demōstratione cōcludit̄ de subiecto: passio sic sumpta
quidditatiue nō est in re extra sed tm̄ in aīa sicut et eius
subiectū. ꝛ hoc modo passio significatiue accepta idē si
gnificat cū subiecto aliquid sibi extrinsecū cōnotādo: si
cut risibile idē significat qđ homo seu connotat: ꝛ vltra
hoc actum ridendi importat ipm primo significādo vel
secūdo cōnotando. ¶ Ad aliud de maioritate ꝛ minorita
te dicēdū ꝙ nec totū est maius sua pte aliquo alio q̄ se
ipso/ nec pars minor toto nisi etiā semetipsa. eo em̄ totū
est maius parte quo excedit ipsam: quia vez est tm̄ ꝛ am
plius q̄ sit ipsa. ꝛ cōsimiliter econuerso eo pars p̄cise est
minor toto quo exceditur ab eo: sed nec totū excedit ptē
aliquo alio q̄ seipo/ nec pars exceditur a toto nisi seipa.
omni enim re a toto distincta ꝛ a partibus circūscripta
totum est maius parte/ ꝛ pars minor toto. ergo huius
modi maioritas ꝛ minoritas non dicunt formas aliquas
distinctas a ptibus ꝛ a toto. ¶ Et si dicatur ꝙ īmo: dico
ꝙ nec totū est maius tali maioritate magis q̄ minorita
te/ nec ps minor minoritate magis q̄ maioritate. ¶ Ad
primū cōtra aliā ꝯclusionē dico ꝙ īmo: q2 fruitio posset
esse p diuinā potētiā sine delectatione vel letitia ꝛ econ
uerso letitia sine ipsa: supposito ꝙ ista realiter sint distin
cta. hoc aūt est falsum. sunt em̄ idē totalit̄ in re extra: vt
ostēdet̄ in q̄rto vbi de hoc erit q̄stio specialis. ¶ Ad vl
timū dico ꝙ nec vnio est distinctū aliquid ab vnitis nec
inherētia nec alia q̄cūq̄ relatio ab extremis vt pluries
alibi est ostēsum. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationē ī prin
cipio dicēdū ꝙ vocādo ens rationis vel secūdā intētio
nem illud qđ nihil est/ nec esse potest in re extra aliquid
subiectiue: sed tm̄ in anima obiectiue: ens rationis vt sic
sumptū nec sine aliquo/ nec de aliquo p̄supposito est pro
ducibile: cum nō sit aliquid possibile. si aūt vocetur ens
ratiōis qđ est ab intellectu effectiue ꝛ in ipso subiectiue
tale ens rationis est creabile cum sit supernaturaliter
extra omne subiectuz producibile sicut omne aliud acci
dens reale existens.

SEcundo quero: vtrum creabi
le habebat aliquod esse anteq̄ crearetur
¶ Et videtur ꝙ sic. quia creabile anteq̄
creetur est realiter possibile. sed qđ est ni
hil totaliter nō videtur esse possibile realiter. nec em̄ vnū
nihil est magis possibile q̄ alterū. ergo ꝛc. ¶ Contra. q2
creatio est de nihilo pductio. sed si creabile haberet ali
quod esse anteq̄ crearetur: nō de nihilo sed de aliquo pro
duceretur/ nec p ꝯñs crearetur. ergo ꝛc. ¶ Respōsio. vbi
sic procedam. Primo em̄ excludam vnam opinionem.
Secundo dicam aliter ad questionem.

Quantū ad primū: est opinio quorun
dam dicētiū ꝙ res anteq̄ creetur habet esse essentie: scđz
qđ esse est subiectū creationis passiue ad esse existētie ter
minate. ita ꝙ scđm ipos essentia ē subiectū creatiōis ꝛ exi
stētia terminꝰ: sicut materia est subiectū generationis et
forma eius terminꝰ. ex quo inferūt ꝙ essentia ꝛ existētia
realiter sunt distincta. ¶ Pro ista opinione arguit̄ pri
mo. q2 indifferēs ad aliqua ab oībus est distinctū: sed esse
anteq̄ creetur est indifferēs ad esse ꝛ ad nō esse. ergo ꝛc.
¶ Scđo. q2 solus deus est suū esse. ergo oīs alia essentia
a diuina differt a sua existentia siue esse. ¶ Cōfirmatur.
quia qđ est suū esse est necesse esse. sed solus deus est neces
se esse. ergo ꝛc. ¶ Cum ista opinione vidētu rcoincidere
quidā moderni dicētes ꝙ existentia est quidā gradus in
trinsecus siue motus essentie nō varias eius ratione for
malem/ distinctus ab ipsa essentia in re extra. ¶ Contra
opinionē istā arguo dupliciter. Primo q2 falsum est qđ
dicit: vez essentiam ab existētia esse distinctam/ ꝛ per ꝯñs
creabile anteq̄ fiat haberet aliquod esse tale. ¶ Scđo.
quia etiam nō est verū aliud qđ apponit: vez ꝙ huiusmo
di esse essentie sit subiectum creationis passiue, esto em̄

ꝙ creabile haberet dicit tale esse/ non posset poni vt ipi
intelligūt subiectum creationis passiue. ¶Primo ergo
cōtra primū arguo sic. oē esse intrinsecū creature est effe-
ctiue a deo. ¶Hoc appet. nō eñ est dicēdū ꝙ aliqua res
creata constituatur ex vno creato/ ⁊ ex alio increato. sed
cōstat ꝙ essentia cuiuslibet rei create est ipsi intrinseca
nō minus ꝙ̄ esse qḋ ab ipsa dicūt fore distinctum. ergo est
effectiue creata: sicut ⁊ ipm esse. Quero qñ: aut eñ fu-
it creata ab eterno/ aut simul in tēpore cū suo esse. sed nō
pōt dari primū. cū nihil scḋm fidem sit creatū ab eterno.
ergo relinquitur scḋm: vez ꝙ fuerit creata in tempore. sed
essentia anteꝙ̄ creata fuit nullum esse habere potuit.
nec eñ pfuit eius eē existētie nec essentie: nisi ponas vnū
esse essentie ante aliud in infinitū. ergo esto ꝙ essentia ab
existētia sit distincta / nō oē creabile habuit aliquod esse
sibi intrinsecū anteꝙ̄ crearetur. ¶Cōfirmatur. quia aut
essentia est intrinseca existētie siue esse aut ecōuerso/ aut
neutrum horum est alteri intrinsecum/ nec alicui tertio:
aut ambo vel alterum est intrinsecum alicui tertio: puta
rei create ex existētia ⁊ esse ꝯstitute. Si primū ponat vel
scḋz: ergo neutrū pcessit alterū tēpore: sed ābo simul fue
rūt pducta/ nec p ꝯñs creabile fuit aliquid anteꝙ̄ crea-
retur: siue creabile dicatur de vtroqꝫ istoꝝ siue de aliquo
alio tertio ex vtroqꝫ eoꝝ cōstituto. Si aūt neutrū est alterī
ī intrinsecū: ergo esto ꝙ vnū pcesserit alterum/ puta essen-
tia esse/ ex hoc non habetur ꝙ istḋ creabile qḋ est esse ha
buit aliquod esse anteꝙ̄ crearetur: nec aliud creabile qḋ
est essentia ab ipso esse distincta. Si aūt ambo ponantur
intrinseca esse tertio creato ex eis cōstituto: tūc licet tale
prehabuerit aliquod esse anteꝙ̄ crearet: non tamē aliqḋ
principioꝝ suoꝝ: cū tñ vtrūqꝫ creatū fuerit sicut ista. Si
aūt ista nulli tertio sunt intrinseca/ nec vnū ipoꝝ alteri. ḡ
nullū creabile habuit aliqḋ eē anteꝙ̄ crearetur. ¶Pre-
terea ꝙ nullo modo essentia differat ab esse/ appet. qñ
si sic/ posset manere vnū hoꝝ sine alio. quoꝝcūqꝫ eñ rea
liter diuersoꝝ vnū pōt esse sine alio/ fieri/ ⁊ factū sine ipo
per diuinā potētiā cōseruari. sed si esse ⁊ essentia differūt
in re extra differūt realiter: cū oīa ī creatis qualitercūqꝫ
distinctis in re extra realiter ⁊ essentialiter sint distincta
vt alias prolixius est ostēsum. ergo potest fieri essentia si
ne esse/ ⁊ ecōuerso esse sine essentia. qḋ est falsuz. ¶Ex eo-
dē modo sequitur ꝙ nō possit stare opinio modernoꝝ
dicētiū ꝙ essentia ⁊ esse differūt in re extra sicut quiddi-
tas ⁊ intrinsecus eius gradus. cū omnia creata quali-
tercunqꝫ in re extra distincta realiter ⁊ essentialiter sint
distincta. ¶Scḋo arguo cōtra secūdū: vez ꝙ dicūt vnuz
istoꝝ eē creationis passiue subiectū. esto eñ ꝙ ista essent
distincta/ hoc nullatenus posset poni. Primo. qꝛ vt pba
tum est in pcedētibus: creatio nō est forma aliqua per se
vna distincta a creāte ⁊ a re creata. ergo nō potest aliq̄ I
poni eius subiectū. ¶Scḋo. quia oē subiectum alicuius
existētis realiter est existēs. sed essentia nō est existēs. ni-
hil eñ in re creata est existēs realiter nisi qḋ est creatuz.
essentia aūt nō potest esse creata cū sit ante creationē. si-
cut eñ generationis subiectū nō est genitū qꝛ ante gene
rationē psuppositū: ita nec creationis subiectū pōt esse
creatū: cum nec p creationē sit habitū. ergo cū nō sit exi-
stēs/ nō pōt poni subiectū alicuꝰ existētis/ nec per ꝯñs
creationis si creatio ipsa est existēs aliquid in re extra.
¶Confirmatur. qꝛ aut huiusmodi essentia q̄ creationis
ponitur esse subiectū/ est creata: aut nō. si nō/ ergo nō est
aliquid in re extra: nec p ꝯñs creationis pōt eē subiectū.
si aūt est creata: ergo cū oīs creationis aliquid sit subie-
ctum vt dicūt/ p ꝯñs sequitur ꝙ creatio essentie aliquid
distinctū ab essentia psupponit subiectū. de quo q̄ro an
sit creatū an nō. si nō/ ergo nō potest poni subiectū. si sic/
eius creatio psupponit aliud subiectuz/ ⁊ ipsius creatio
aliud in infinitū. hoc aūt est impossibile. ergo ⁊c. ¶Pre-
terea sicut idē est subiectū generatiōis ⁊ forme generate
ita ⁊ creationis ⁊ termini creati. ergo si essentia est subie
ctum creationis terminate ad esse/ p ꝯñs erit etiā subie-
ctum esse. sed hoc est impossibile. qñ sicut esse illud qḋ ē
subiectū alicuius potēs nō eē sub illo/ realiter est distin
ctum ab eo: ita etiā ecōuerso illud cuius ipm dicitur esse
subiectū ab eo realiter est distinctū/ ⁊ p ꝯñs p diuinā po-
tētiaz potest fieri sine eo. sed nec eē pōt fieri sine essentia
nec ecōuerso essentia sine esse: nisi dicas ꝙ esse cuiuslibet
rei differt ab ipsa sicut accidēs a subiecto: qḋ poni nō po
test. ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur. quia si essentia est subiectum
esse ab ipso realiter distinctū: ac ad ipm ⁊ ad eius priua-
tionē indifferēs puta ad nō esse. ergo materia nō erit ge-
nerationis subiectū: sed essentia cōpositi siue forme ī ma
teria psupposita introducte. qñ idē debet poni subiectū
productionis ⁊ termini eius. sed essentia rei gñabilis est
subiectū esse ipsius scḋz istam opinionē. qḋ quidē eē (vt
dicit) termīat gñationē. ergo ⁊c. ¶Ad primā rationē ī
cōtrariū dicēdum ꝙ nō magis essentia est indifferēs ad
esse ⁊ ad nō eē/ ꝙ̄ esse ad essentiā ⁊ ad nō essentiā: nec ma-
gis essentia est sub esse ⁊ nō esse tāꝙ̄ aliquid posititium
ab vtroqꝫ distinctuz/ ꝙ̄ esse ipm sit sub essentia ⁊ nō essen
tia. nec enim essentia est indifferēs ad esse ⁊ ad nō esse vt
subiectū ad album ⁊ ad nō album: cū essentia nō existens
nihil sit. sed dicitur indifferens ad esse ⁊ ad non esse sicut
homo ad hominē mortuū ⁊ viuū: qꝛ vez potest mori/ ⁊ per
cōsequēs nō esse homo. ita ⁊ essentia potest nō esse qꝛ non
est necesse esse/ ⁊ p ꝯñs pōt nō esse essentia: cū nō existens
nō sit aliquid in re extra. solū aūt illud qḋ est indifferens
sic ad aliqua plura ꝙ potest sub vtroqꝫ ipsoꝝ existere/ est
ab eis distinctū. sed nō sic essentia est indifferēs ad esse et
ad nō esse magis ꝙ̄ ecōuerso. quare ⁊c. ¶Ad scḋam dicē
dum ꝙ ideo solus deus dicitur a sanctis ⁊ doctoribꝰ ca-
tholicis esse suū esse: quia solus ipse sic est esse ꝙ non po
test nō esse cum sit necesse esse/ nec ab alio habet esse. hoc
autem modo nullum a deo aliud est suū esse. quia omne
aliud pōt non esse: cum nō sit necesse esse. et ꝙ etiam ha-
beat esse nō habz a seipo: sed ab alio effectiue. oē tñ aliud
a deo est a suo esse pprio realiter indistinctū. ¶Ad con-
firmationē cōcedo ꝙ illud qḋ est suum esse sic ꝙ nō pōt
non esse/ est necesse esse: non aūt oē illud qḋ est quomodo
cūqꝫ suū esse. quia esto ꝙ esse creature ab eiꝰ essentia eēt
distinctum: adhuc eē cuiuslibet creature eēt suū esse. nec
tamē ppter hoc magis ꝙ̄ modo eēt necesse esse. non eñ
magis qḋ est suū eē est necesse eē ꝙ̄ illud qḋ ē sua essen-
tia. quare ⁊c. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum est sciendum
ꝙ creabile ante suā creationē habere aliquod eē dupli
pōt intelligi. quia vel ꝙ huiusmodi eē suppositum sit rei
create intrinsecū ⁊ in ipsa creatura postꝙ̄ ē creata reali-
ter manēs sicut materia gñationi psupposita ē intrinse-
ca cōposito ⁊ manet realiter in ipso gñato. Vel alio mo-
do ꝙ habeat aliquod eē omnino sibi extrinsecū ⁊ totali-
ter ab ipso diuersum non manens realiter in ipso creato:
modo quo scḋm aliquos res q̄libet intellecta vel sensata
habz eē in itelligēte vel sentiēte. qḋ eē itellectiuū obiecti-
uū est a re ipa intellecta omnino realiter alienū nec sibi ī
trinsecum nec realiter manēs secum.

Hoc præmisso pono duas conclusio-
nes. ¶Prima est: ꝙ nullū creabile anteꝙ̄ crearetur ha-
buit aliquod eē reale sibi intrinsecū ⁊ manens in ipo re
aliter postꝙ̄ creatū. ¶Hec apparet ex pdictis. qñ vt ar
gutū est in articulo pcedēti/ rei create/ nihil ē intrinsecū
nisi qḋ est simul cū ipsa creatū. sed esse qḋ habet creabile

anteꝙ̄ creetur si aliquod habet nō est creatum. ergo ⁊c.
¶Cōfirmatur. qꝛ nihil est rei create intrinsecū nisi qḋ est
in ipsa. sed nullū eē eius creationē pcedēs si aliquod esse
precessit est forma in aliqua re creata. ¶Hoc appet. quia
si in re creata est aliqd creationē ancedēs/ ⁊ aliqd aliud
ipsaz sequēs: aut talia duo vnita facerēt aliquid p se vnū
aut non. si sic: oporteret vnū illoꝝ esse actū alterius/ ⁊ per
ꝯñs vnū eēt sicut materia/ ⁊ alterū sicut forma. si nō: ḡ se-
queretur ꝙ esset sola aggregatione vnum: vel sicut acci
dēs ⁊ subiectum/ vel sicut alique due substantie vel res
alie disparate. sed cōstat ꝙ ista omnia sunt absurda. ḡ ⁊c.
¶Preterea ad idem potest sic argui. nō magis aliqua
res creata habet aliquod esse sibi intrinsecū qḋ pcesserit
eius creationem ꝙ̄ res annihilata. sed re annihilata nul-
lum remanet eius esse. ergo nec anteꝙ̄ crearetur habuit
aliquod intrinsecū sibi esse. ¶Maior pbatur. quia nihil
annihilatur qḋ fuerat anteꝙ̄ eēt creatū. ergo si creabile
anteꝙ̄ crearetur aliquod habuit esse intrinsecū rei crea-
te/ idē maneret re ipsa annihilata. nihil est eñ annihila
bile nisi creabile: ⁊ ecōuerso oē creabile est annihilabile:
et ita p ꝯñs esset qḋ pfuit ante creationē. si aūt nō anni-
hilabile nec creabile. oē eñ creabile ē annihilabile si cre
atū. ⁊ ita si in aliqua re creata est aliquid qḋ nō possit an
nihilari/ nec p ꝯñs illud potuit creari. sed nullū tale pōt
esse: nisi necesse eē. oē eñ aliud ab ipso pōt fieri ⁊ annihi-
lari. ergo ⁊c. ¶Minor vez ꝙ re annihilata nullum rema
neat eius esse/ apparet. qñ annihilato omni illo qḋ ē pos
sibile non esse: nullū remanet eius esse. sed oē esse aliud a
necesse esse qḋ non est nisi tantum vnicū: vez primū incre
atum/ est possibile nō esse cum nō sit necesse esse. ergo ⁊c.
¶Confirmatur. quia oē eē intrinsecum creature ē a deo
creante. sed qḋ ante creationē/ nō est a deo creante. ergo
nullum tale est intrinsecum creature.

Secunda conclusio est: ꝙ nec etiā crea-
tura anꝙ̄ in eē posita seu pducta habuit aliqḋ eē sibi ex
trinsecum ab ipsa ⁊ a deo distinctuz. ¶Hec apparet. qñ
inter ens creatū ⁊ increatū nullum potest esse mediū ab
vtroqꝫ distinctū. Sed cōstat ꝙ nullum ens creatū pcessit
oē creabile fiēdum nōdū in esse posituz. ergo nec fuit ante
ipsum aliquod ens a deo ⁊ ab eo distinctum. ¶Cōfirma
tur. quia nō est nisi vnicū ens eternū vez increatum. sed
si creabile habuisset aliquod esse ab ipso in eē posito dis-
tinctū/ illud fuisset eternum: sicut oē creabile fuit crea-
bile ab eterno. ergo ⁊c. ¶Preterea si creabile habuisset
anteꝙ̄ in esse positū tale eē / hoc nō fuisset nisi quia a deo
intellectū ⁊ volitum. aut quia possibile poni. sed propter
nullum hoꝝ est ponibile tale esse. non eñ obiectū intelle
ctum nec volitū oportet esse aliquod ens ab intelligente
vel volēte distinctū: vt in primo distictiōe. 35. prolixius ē
ostēsum. nec etiā quia possibile creabile habet aliqḋ tale
eē. Qḋ apparet primo/ quia tūc seq̄retur ꝙ nō tm̄ possi-
bile factum seu fiēdum sed etiā possibile quodcūqꝫ nunꝙ̄
fiēdum haberet tale esse/ ⁊ p ꝯñs ꝙ tot essent entia seu eē
talia quot sunt possibilia: qḋ est incōueniēs manifestum.
¶Scḋo. quia ad hoc ꝙ aliquid possit fieri non requirit
ꝙ sit. sicut nec ad hoc ꝙ aliquid ānihilabile/ ꝙ sit nihil.
sicut eñ solū illud qḋ est actu dicitur immediate annihi
labile: non autē illud qḋ nihil est: ita nec possibile fieri di
citur illud qḋ eīā factū. ḡ ⁊c. ¶Cōfirmat. qꝛ nullū possi
bilium realiter distinctoꝝ dicitur possibile ppter alterū
sed si creabile anteꝙ̄ fiat habet eē aliqḋ a deo distictū/ ta
le eē ē distictū ab eē qḋ habet creabile postꝙ̄ est creatū. ḡ
ppt ipm creabile nō fuit creabile seu possibile: magis ꝙ̄
ecōuerso tale eē pcedēs eē creatū fuerit possibile ppt ipz:
vez ppter huiusmodi ens creatum. quare ⁊c. ¶Ad ali-
qua q̄ contra hoc arguūtur de esse intellecto ⁊ volito qḋ
creabile habuisse dicitur ab eterno: respōsum est in pmo
distinctione. 35. q̄stione. 2. vbi est ostēsum ꝙ hmōi esse in-
tellectum vel volitū sempiternū nō fuit aliqd a deo distin
ctum aliqualiter in re extra. quare ⁊c. ¶Sic ad q̄stionē.
¶Ad rationē in pncipio dicēdum est ꝙ creabile nō dici
tur esse realiter creabile tanꝙ̄ res aliqua existēs anteꝙ̄
creetur: sed quia pōt eē talis res. nō eñ magis qḋ dicit
eē realiter creabile est res nec aliquid/ ꝙ̄ illud qḋ dicitur
realiter annihilabile sit realiter nihil. sed constat ꝙ illud
qḋ dicitur realiter annihilabile non est nihil: imo actua
liter est res vera. ergo ⁊c.

Tertio & vltimo quero: vtrum
cuiuscūqꝫ creati ad deū creantē sit aliqua re-
latio distincta realiter ab vtroqꝫ. ¶Et argui
tur ꝙ sic. quoniā oē accidēs distinguitur rea
liter a subiecto. sed relatio creature ad deū est accidens.
nec eñ creatura aliqua secundum suā substātiam refer-
tur ad deū: sed scḋm accidēs. quoniā scḋm Augustinū. 5.
de tri. c. 5. quod non scḋm substātiā dicit/ restat vt scḋm
accidēs dicatur. ergo ⁊c. ¶Cōtra. quia omnia distincta
realiter possunt p diuinaz potētiam separari: ⁊ maxime
prius a posteriori. sed nulla creatura pōt eē sine eius re-
latione ⁊ depēdētia continua ad deum. ergo ista depēdē
tia est ab ipa realiter distincta. ¶Responsio. vbi sic pce
dam. Primo eñ excludam duplicē cōtrariam opinionē.
Scḋo dicam aliter ad q̄stionem.

Quantū ad primū: opiniones exclu-
dēde sunt iste. ¶Prima ē quoꝝdā dicētiū ꝙ relatio cre
ature ad deū ē ab ipsa creatura distīcta ī re extra forma-
liter: est tamē ab ea indistīcta realiter. ¶Alioꝝ contra-
ria opinio est dicentium ꝙ huiusmodi relatio creature
ad deum est ab ipsa creatura distincta realiter ⁊ simplici
ter in re extra. ¶Pro prima opinione arguitur. Et pri-
mo ꝙ distinguatur formaliter. qꝛ huiusmodi relatio non
est de cōceptu intrinseco creature sui fundamēti: nec ca-
dit in eius diffinitione. sed oīa talia formaliter sunt distin-
cta. ergo ⁊c. ¶Scḋo pbatur ꝙ sint idē realiter. quia oē
prius distinctum realiter a posteriori/ pōt ab ipso p diui
nam potētiam separari. sed fundamētum relationis q̄ ē
ad deuz/ ē nature ordine prius huiusmodi relatione/ nec
tamē pōt separari ab ipsa. ergo ⁊c. ¶Minor pbatur. Et
primo q̄tum ad primam eius partē: vez ꝙ fundamē-
tū huiꝰ relationis qḋ ē res creata sit nature ordine priꝰ
relatione. quoniā oē fundamētū siue subiectum ē prius
omni eo qḋ fundatur in ipso. oē etiā absolutū ē nature or
dine prius respectu. ergo etiā res ipsa creata ē prior rela
tione ista in ea fundata. ¶Scḋa pars: vez ꝙ non possit
aliqua res creata separari ab ista relatione: probatur. qꝛ
qḋ pōt separari ab aliqua depēdētia/ ⁊ ab eius termino.
sed impossibile ē eē creaturā aliquā sine deo huius rela-
tionis seu depēdētie termino. ergo ⁊c. ¶Scḋo arguitur
pro scḋa opinione. Primo. qḋ est determinati gñis forma
liter ⁊ realiter/ nō pōt coīcidere ī idē realit cū aliq̄ alteriꝰ
gñis. sed oīs relatio ē gñis determinati. ergo nō pōt eē rea
liter idē cum aliqua re creata alterius generis. ¶Scḋo.
quia nō minus relatio vnius creature ad deū distingui-
tur ab ea ꝙ̄ relatio alterius creature. sz relatio alicuius
creature ad deū puta inherētie accidētis ē ab ipsa reali
ter distincta. ¶Qḋ pbat. quia extrema relationis inhe
rētie sunt subiectum cui accidēs puta albedo inheret: ⁊
ipsa albedo inherēs (Albedo eñ ē hmōi inherētie fun-
damētum ⁊ terminꝰ) ē subiectum. extrema aūt depēdē
tie huius relationis inherētie ad deum sunt ipsa inherē
tia ⁊ deus. inherētia eñ ē fundamētum: ⁊ ipse deus eius
terminus. sed oēs relationes diuersa habētes extrema

realiter sunt distincta.ergo inherentia albedinis ⁊ eius
dependentia ad deum/cū diuersa habeāt extrema/realiter
distinguūtur.¶Contra istas duas opiniones arguo.Et
primo cōtra primā.Primo.quia impossibile est in crea-
tis vt hic suppono ex alibi declaratis/aliqua formaliter
distincta sic ꝙ sint diuersa aliqualiter in re extra eē rea-
liter indistincta.vt enī in scđo Quotlibeto est ostēsū/oīa
creata distincta extra intellectū sunt distincta tam reali
ter ꝙ̄ essentialiter.ergo si relatio creature ad deū est in-
distincta ab ipsa creatura formaliter in re extra/⁊ reali-
ter ac essentialiter est distincta.¶Preterea arguo sic ad
idē. impossibile est aliquā vnam rē creatā eē plures res
realiter distīctas.¶Hoc apparet.hoc enī est solūmodo
ideoqꝫ singularissimū ⁊ naturaliter incōphēsibile in diui
nis.sed relatio creature ad deum est ab ipsa creatura for
maliter distincta/⁊ realiter indistincta.Hoc sequitur ne-
cessario scđm principia opinantis.ergo ⁊c.¶Probatio
minoris.Accipio aliquā vnā rē multa īcludētē seu cōti-
nētē tā īter se ꝙ̄ a se ipsa realiter īdistīcta:cuiusmōi scđm
ipsū est anima intellectiua:in qua sunt multe potētie di
uerse vt dicit formaliter/sed idē realiter tam īter se ꝙ̄ cū
ipsa anima:⁊ q̄ro an ista omnia formaliter distincta puta
anima ⁊ oēs eius potētie referātur ad deū vnica sola re-
latione an alia ⁊ alia?Nō pōt dicere ꝙ oīm horū sit vna
relatio numero ad deum.¶Primo.quia vna relatio nu
mero non pōt eē in diuersis numero fundamētis.sed ista
omnia numero sunt distīcta.idē enī numero nō distinguit̄
realiter nec in re extra formaliter a seipso. sed ista vt di-
cit hec opinio / in re extra formaliter distīguuntur.ergo
nō eadē relatione numero referūtur.¶Scđo.quia quā-
to relatio est magis eadē fundamēto: tāto magis opor-
tet eā multiplicari ipso fundamēto multiplicato . sed re
latio cuiuslibet ad deum vt dicit:est idē realiter cū funda
mēto.ergo oportet magis eā multiplicari ipso multipli
cato ꝙ̄ relationes alias vnius creatorum ad alterum/q̄
scđm ipsū distinguūtur realiter ab extremis.sed iste etiā ꝑ
eū multiplicāt̄ multiplicatis fundamētis.nō enī pōt eē
eadē relatiō diuersorū.ergo relationes istorū realiter dis
tinctorū ad deum oportet eē diuersas. quero tūc quomō
distinguūtur?aut enim distinguūtur formaliter tm̄ sicut
fundamēta ipsarum:aut realiter.sed nō pōt dici ꝙ tm̄ for
maliter:quia nulle relationes create distinguuntur mi-
nus ꝙ̄ increate:quas cōstat realiter eē distīctas.omnino
enī est impossibile ⁊ absurdū dicere aliq̄ creata ī re extra
min⁹ eē distincta ꝙ̄ īcreata:q̄ omnia sunt realiter distin
cta.¶Cōfirmatur.quia nō minus diuersa respectiua exi
stētia in diuersis videtur esse diuersa ꝙ̄ diuersa absoluta
existentia in eisdē.sed forme absolute puta actus eliciti
vel infusi in potētijs anime existētes realiter distinguun
tur vt actus volēdi ab actu intelligēdi. ergo non minus
distinguūtur huiusmodi forme respectiue ad deum ī ipis
vt in earū ꝓprijs fundamētis formalit̄ existētes.¶Pre
terea:quia oēs ille forme realiter sunt distincte quarū q̄-
libet sic sibi determinat ꝓpriū fundamētū ꝙ nō pōt esse
in fundamēto alterius nec ecōuerso.¶Hoc appet in exē
plo euidēti.quia enī albedo ⁊ intellectio sunt tales for-
me ꝙ vna nō pōt eē in subiecto alterius:ideo ꝑ hoc inter
alia probātur eē realiter differētes.sed relatiōes p̄dicto-
rum indistinctorū realiter ad deū habēt poni eē tales ꝙ
vcꝫ q̄libet sibi determinat ꝓpriū fundamētū:sic ꝙ impos
sibile est ipsam existere in alterius fundamēto.sicut rela
tio intellectus ad deū nō pōt eē in voluntate: nec ecōuer
so relatio voluntatis in intellectu . Uel si dicat̄ ꝙ sic:ad
huc habetur ꝓpositū: vcꝫ ꝙ realiter distinguuntur: cū
omnia separabilia sint realiter distincta.ergo ⁊c. ¶Si
forte dicatur ꝙ maior assumpta est vera quādo subiecta
seu fundamenta q̄ sibi declarāt tales forme realiter sunt
distincta:sicut est in exēplo adducto de albedine ⁊ intelle
ctione.nō aūt est vera de formis:quarū fundamēta sunt
realiter indistincta:sicut est in ꝓposito.¶Contra.quia ipe
eedem potētie que sunt fundamēta istarū relationū ad
deum/sunt etiā scđm eū fundamēta seu immediata subie
cta ⁊ elicitiua principia opationū seu actuū. ⁊ tamē hoc
nō obstāte sequitur valde bene: intellectio pōt eē in in-
tellectu ⁊ nō in volūtate: ⁊ volitio in volūtate ⁊ nō in in-
tellectu:ergo intellectio ⁊ volitio realiter distinguūtur.
ergo ꝯsimiliter in ꝓposito de huiusmodi istarū potētia-
rum relationibus est dicēdū.sic ergo apparet ꝙ relatio-
nes iste realiter sunt distincte.¶Ex quo sequit̄ euidēter
assumptū qđ erat ꝓbandū:vcꝫ ꝙ vna aliqua res creata
erit plures res distincte realiter.qđ apparet. quā oē rea-
liter indistinctū a pluribus realiter distinctis est realiter
ipsa plura.sicut quia diuina essentia est a ꝑsonis distinctis
realiter / realiter indistincta: ideo ipsa dicitur esse rea-
liter quelibet ꝑsonarū.sed essentia anime ē vna res a plu
ribus realiter distinctis realiter indistīcta:puta ab oib⁹
relationibus suarū omniū potētiarū ad deum: q̄ vt ꝓba
tum est realiter distinguūtur. ¶Hoc probat̄. quia oē in-
distinctū ab aliquo/⁊ a quocūqꝫ illi eodē.sed essentia ani
me est ab omnibus potētijs suis realiter indistincta.ergo ⁊
ab illis q̄ sunt idē realiter cū eis: cuiusmōi sūt vt suppo
nitur/ ipsarū relationes ad deū.¶Cōfirmatur.quia oīno
videtur eē impossibile.a. eē idē cum.b. ⁊ differre realiter
a.c.qđ est idē realiter cum.a.ergo si anima est idē cū omī
sua potētia realiter/ oportet etiā ipsā eē idē realiter cū
omnibus ipsarū potētiarū relationibus ab ipsis poten-
tijs realiter indistinctis.quare ⁊c.¶Preterea oīno vi-
detur eē impossibile vnā aliquā rē creatā eē fundamētū
realiter alicuius qđ est realiter idē secū/ nec etiā aliquo
ordine realiter prius ipso.sed scđm opinionē istam q̄libꝫ
res creata est fundamētū sue relatiōis ad deū: qđ funda
mētū vt dicūt est nature ordine prius ipsa. ergo nō pōt hoc
supposito eē realiter idē secū. ¶Ad rationē ꝓ ista opi-
nione dico ꝙ maior quā assumit est vera.sed minor ē fal
sa.supponit enī relationē istā creature ad deū eē aliquid
per se vnū in creatura ipsa existēs formalit̄ : qđ ē falsum
cum nō sit distinctū aliquid ab extremis vcꝫ creatura ⁊
deo.Et ideo quā dicit̄ ꝙ fundamētū huiusmōi relationis
est nature ordine prius ipsa: dico ꝙ falsum ē. nec enī est
prius nec posteri⁹/ cū nō sit aliquid ī ea existēs. qđ si eēt
dico ꝙ necessario seq̄retur ꝙ non tm̄ formalit̄:sed etiam
realiter ab ipā distingueret̄.Nec valet ratio qua probat̄
ꝙ non:quia nō pōt existere sine ipsa.quia hoc falsum est.
si enī ista relatio eēt in creatura vt in suo proprio funda-
mēto/ posset vtiqꝫ creatura eē sine tali relatiōe.¶Et quā
arguitur ꝙ non pōt eē sine eius termino qui ē deus:con-
cedo.sed ex hoc nō sequitur ꝙ non possit esse sine aliqua
alia forma mediante ab ipsa ⁊ a deo distincta. esto enī ꝙ
talis relatio ponatur/nō ꝓpter ipsam exigit deum neces
sario aliqua res creata: sed tātūmō semetipām omni re
alia circūscripta.nō enī quia creature ad deū ē talis re-
latio/ideo creatura exigit deū necessario:sed potius ecō
uerso quia creatura exigit deum necessario ideo consur-
git talis relatio si ponatur.sed destructo posteriori nō ꝓ
pter hoc remouetur prius.ergo ista relatione amota ex
hoc nō habet̄ quin creatura necessario deum exigat ad
suū eē/ cum ipsū ꝑ se requirat/ nō aliquo alio mediāte.
quare ⁊c.¶Scđo arguo cōtra scđam opinionē.Primo
sic.nō magis necessario nec immediatius vna creatura
ꝙ̄ alia depēdet a deo.sed si depēdētia creature ad deum
est forma aliqua distincta realiter ab ipā creatura: huius
modi depēdētia cum sit creatura depēdet ad deū sicut ⁊
suū fundamētū.quero quomodo?aut enī depēdet imme-
diate:aut alia depēdētia mediāte.sed nō potest poni scđm

quia tūc in huiusmodi depēdētijs esset processus in infi-
nitum.ergo relinquitur primū qđ est ꝓpositū.quā cū vna
creatura / vt assumptū ē/ nō depēdeat a deo immediati⁹
ꝙ̄ alia/nec magis necessario:ꝑ ꝯñs si vna depēdet seipsa
absqꝫ forma alia mediante:eadē ratione poterit oīs alia
cōsimiliter depēdere/nec ꝑ ꝯñs aliqua talis depēdētia ē
ponēda tāꝙ̄ forma ꝑ se vna distīcta a creatura aliqua de
pēdēte. ¶Confirmat̄. quia huiusmodi depēdētia si po-
natur a creatura distincta /ideo seipsa depēdet ad deum
quia ꝓpter suā naturā nō propter aliquid ab ipsa distin
ctum deum exigit necessario/ nec pōt existere sine eo. sed
cōsimilis ratio repitur in suo fundamēto.oē enī ens crea
tum nō magis respectiuū ꝙ̄ absolutū exigit deum neces-
sario ꝑ seipsum ⁊ ꝓpter suā naturā qua essentialiter ē id
qđ est / quocūqꝫ a se distincto realiter circūscripto. ergo ⁊c.
¶Preterea scđo arguo sic ad idē.nō magis relatio cre
ature ad deū distīguit̄ realiter a creatura ꝙ̄ relatio vni⁹
creature ad alterā. Sed omnis relatio vni⁹ creature ad
alterā est indistincta totaliter ab extremis.ergo ⁊c.¶Ma-
ior est euidēs.quia quāto aliqua magis necessario referū
tur:tāto etiā relatio est magis eadē cum relatis.¶Hoc
apparet.quia quāto aliquid est tale ꝑ aliquid magis a
se distinctū/tāto minus necessario ⁊ magis cōtingēter ē
tale:cū q̄cūqꝫ quāto magis distincta tāto magis sint se-
parabilia.sed magis necessario vna creatura refertur ad
deum ꝙ̄ ad aliquod ens creatū.ergo ⁊c.¶Confirmatur.
quia quod est tale necessario sic ꝙ impossibile est ipsum
nō esse tale/non potest eē tale ꝑ aliquid a se realiter dis-
tinctū.¶Hoc apparet.quā omnia realiter distincta sunt
per diuinā potētiam separabilia/⁊ ita ꝑ ꝯñs nihil tale ꝑ
aliquid a se realiter distinctū est necessario tale: cū illud
qđ est tale sic/ sit ab eo sepabile ex quo ab ipō realiter est
distinctū.sed omnis creatura a deo sic necessario est depē
dens ꝙ impossibile est ipsam nō esse depēdētē.hoc autē
modo nulla creatura ab alia est depēdēs: cū q̄cūqꝫ possit
eē sine omni alia ab ipsa realiter distīcta.ergo illud quo
quelibet creatura refertur ad deum /magis est ipsi idē cū
min⁹ sit ab ipsa separabile:ꝙ̄ illud quo vna creatura re
fertur ad aliā. ¶Minorē vcꝫ ꝙ relatio vnius creature
ad alterā nō sit forma aliqua ꝑ se vna ab extremis distin
cta in re extra/suppono hic ex sepe alibi declaratis ī plu
ribus locis.esto etiā ꝙ ista relatio vcꝫ vnius creature ad
aliā ab extremis poneret̄ realiter esse distincta:qđ tm̄ est
impossibile:adhuc nō deberet hoc poni de relatiōe depē-
dētie creature ad deū:cū nulla creatura a deo dependeat
aliquo alio ꝙ̄ seipsa.eo enī depēdere dicit̄ ad deum quo
exigit ipsum. nō exigit autem ipm nisi tātūmodo semet
ipā/ omni re alia quomōcūqꝫ alia circūscripta.quare ⁊c.
¶Ad primū in cōtrariū quādo dicit̄/ꝙ illud qđ ē vni⁹
generis determinati nō pōt idē esse cum alio alterius ge
neris: Dico ꝙ dupliciter aliquid pōt eē in gñe.quia vel
vt signatum in signo. ⁊ hoc modo nō est aliquid in p̄di-
camēto nisi res extra animā existētes. vel vt aliqua ꝑs
gñis seu p̄dicamēti:modo quo quodlibet gen⁹ ⁊ species
ac differētia cuiuslibet p̄dicamēti dicit̄ eē in ipso.¶Tūc
dico ꝙ q̄ sunt in diuersis p̄dicamētis scđo modo distin-
guūtur sicut diuersa signa existētia non subiectiue in re
extra sed tm̄ in anima.nec enī aliquod predicabile seu di
cibile incōplexū (qđ q̄dē tm̄ ⁊ nihil aliud hoc modo in p̄
dicamēto est) est ī re extra:sed tm̄ ī aīa vt alias prolixi⁹
est ostēsum.Que aūt sunt in diuersis gñibus primo mo-
do vcꝫ vt signata in signis / non omnia sunt res diuerse:
sed tm̄ que sunt in p̄dicamēto substātie ⁊ qualitatis.nec
enī significata aliorū generū a significatis istorum gñali
ter distinguūtur.nec enī quātitas est res aliqua distincta
a ptibus rei quāte : nec respect⁹ aliquis ab extremis vt
hic suppono ex alibi declaratis prolixe.¶Si autē hoc
omnino negetur:tunc negandū est qđ in ratione illā sup-
ponit̄:vcꝫ ꝙ relatio creature ad deū sit alicuius generis
determiāti.nulla enī relatio creature ad deū ē forma ali-
qua ꝑ se vna ab extremis:cum q̄libet creatura referatur
ad deum siue depēdeat seipsa vt dictū est non aliquo alio
mediāte.¶Ad scđm dicēdū ꝙ illa ratio dupliciter defi-
cit in minore.Primo.quia supponit ꝙ inherētia accidētis
ad subiectū sit aliqua forma ꝑ se vna ab accidēte ⁊ a sub
iecto distincta. qđ non est verum vt in quarto euidēter
ostēdet̄. oē enī accidēs seipso inheret subiecto nō inherē
tia aliqua mediāte ab eo ⁊ ab eius subiecto distincta.nul
lum enī est nec oportet ponere mediū inter accidēs ⁊ sub
iectum.¶Scđo.quia esto ꝙ tal̄ inherētia sit forma ali
qua ꝑ se vna ab accidente ⁊ a subiecto distincta/ ipā nō
depēdet ad deū mediāte aliq̄ alia depēdētia / sed seipsa.
¶Et quādo probat̄:ꝙ īmo eius depēdētia est ab ipā dis
tincta/quia eius extrema puta deus ⁊ ipsa accidētis inhe-
rentia sunt alia ab extremis inherētie q̄ sunt accidens ⁊
subiectū: Dico ꝙ ista ratio supponit ꝓbādū.et ideo pe-
tit euidēter principiū.ponit enī relationē inherentie ac-
cidētis ad deum esse formā aliquā mediā respectiuā ab
ipsa inherentia ⁊ a deo distīctā.hoc aūt est qđ hic q̄ritur
et negatur.cum enī q̄libet creatura seipsa referat̄ ad deū
et ab ipso depēdeat vt dictū est/ꝑ ꝯñs nulla ē hmōi inhe
rentie si ponat̄ dependētia ad deum tāꝙ̄ forma aliqua ꝑ
se vna ab ipsa ⁊ a deo distincta/sicut nec alicuius alteri⁹
creature.¶Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi est ad que-
stionē istam aliter respondēdū:pro eius responsione pono
quatuor cōclusiones.¶Prima est:ꝙ si esset aliqua rela
tio creature ad deum tāꝙ̄ forma aliqua ꝑ se vna existēs
formalit̄ in creatura ⁊ ab ipsa alia in re extra/eēt ab ipā
realiter ⁊ essentialiter distīcta.¶Hec appet tā ex dictis
in articulo p̄cedēti ꝙ̄ ex declaratis prolixe alibi: vbi est
ostēsum ⁊ probatū ꝙ q̄cūqꝫ in creaturis formalit̄ vel q̄li
tercūqꝫ in re extra intellectū distinguūtur/tā realiter ꝙ̄
essentialiter sunt distīcta.ergo si relatio creature ad deū
distinguatur ab ipsa creatura formaliter ī re extra / ⁊ re
aliter ac etiā essentialiter est distincta. ¶Ex hoc infero
corollarie ꝙ inter p̄dictas duas opiniones in p̄cedēti ar
ticulo impugnatas irrationabilior ⁊ impossibilior ē pri-
ma ꝙ̄ scđa.quā prima opinio ꝯcedit vnā rem creatā esse
plures res distinctas realiter:qđ est omnino impossibile
et absurdū.Hoc aūt ad secūdā opinionē non sequit̄: nec
aliquid aliud qđ ita manifestū incōueniens videat̄.ergo ⁊c.
¶Assumptū appet.quia ex quo omnia distincta formali-
ter in re extra distinguunt̄ etiā essentialiter in creatis: ꝑ
cōsequēs omne vnū in se formaliter qđ est realiter indis-
tinctū a pluribus diuersis formaliter/ est indistinctū re-
aliter ⁊ essentialit̄ a differētib⁹ realiter:⁊ ꝑ ꝯñs ē plures
res distincte realiter.sed prima opinio hoc concedit: vcꝫ
vnū formaliter in se esse plura distīcta formaliter:vt vnā
anime essentiam esse plures potētias formaliter distin-
ctas.ergo ⁊c.

Secunda conclusio est:ꝙ si esset aliqua
relatio creature ad deū distincta ab ipsa realiter/vel etiā
per īpossibile tm̄ formaliter: ꝑ ipsam creatura nullo mo
do depēderet a deo.¶Hec probat̄.quoniā qđ est tale se
ipso non est tale aliquo alio mediāte ab ipso realiter vel
tātūmodo formaliter differēte.sed q̄libet creatura seipā
est dependēs ad deū.ergo nō aliquo alio mediāte.¶Mi
nor ꝓbat̄.quā vnū dependere ab alio nō est ipsum esse for
ma aliqua informatū:sed est ipm̄ nō posse sine eo existere
et ad sui esse necessario ipm̄ exigere.omne enī necessario
alterū exigēs est ab ipso depēdēs.ergo q̄libet creatura

illo p̄cise est ab eo dependēs quo est ipsuȝ necessario exigens. sed q̄libet res creata exigit ꝛ supponit necessario deum tāq̄ illud sine quo impossibile est ipsaȝ existere: nō aliquo sibi addito ab ea quomōcūq distincto: sed tātum mō semetipsa. nihil em̄ est in creatura qd̄ sit possibile existere sine deo. ergo ꝛ creatura q̄libet ꝛ quicquid est in ip̄a est ꝑ se dependēs a deo: non autem aliquo alio mediāte. ¶ Cōfirmat. q: nullum eorum q̄ equaliter ꝛ vniformiter sunt impossibilia existere sine deo/ ꝛ per ɔ̄ns depēdēt ab ipso/ dependet magis q̄ alterum semetipso. sed oīa creata equaliter depēdēt a deo: q: equaliter est īpossibile qd̄libet existere sine ipso. ergo nullū eorū depēdet a deo magis q̄ alterū ꝑ seip̄ȝ nullo sibi addito mediante. sed si tal' depēdētia creature ad deū poneretur ab ipsa creatura ꝛ a deo distīcta/ oporteret ipsaȝ a deo depēdere seipsa/ nulla depēdētia ab ipsa alia mediāte: nisi poneret ꝓcessus in infinitū in huiusmodi depēdentiis: qui est impossibil'. ergo ꝛc. ¶ Preterea arguo sic ad idē. nihil ē tale ꝑ illō quo circūscripto ɔsiliter esset tale. sed si creature ad deū est aliqua relatio distīcta realiter ab extremis/ ip̄a amota ita creatura depēderet a deo sicut ip̄a mediāte. nō em̄ magis creatura posset sine deo existere tali relatione remota q̄ posita/ nec per ɔ̄ns minus dependeret ipsa non existēte a deo. si etiā tal' relatio poneret distincta formaliter tm̄: ꝛ creatura ordine nature posterior: cuȝ nullum posterius p̄supponēs prius magis seipso ad deum referat seu depēdeat q̄ prius qd̄ p̄supponit: ꝑ ɔ̄ns ita creatura seipsa sicut ꝛ talis relatio dependeret a deo. q̄re ꝛc. ¶ Cōfirmat. quia qd̄ est tale in aliquo priori nō pōt poni tale aliquo mediāte posteriori. sed si creature relatio ad deum sit a creatura distincta realiter vel tm̄ formaliter et sit ea posterior: ipsa creatura depēdet a deo in ipso priori quo antecedit huiusmodi relationē. oē em̄ a deo creatum p̄supponēs presupponit ipsum vt a deo actualiter iam depēdēs: cū impossibile sit esse aliquā rē creatam a deo indepēdentē. sed si relatio ista creature ad deum est ordine aliquo posterior creatura/ p̄supponit ipsam ꝛ nō ecōuerso. ergo cum nullū p̄suppositū possit depēdere ꝑ illud qd̄ supponit ip̄m vt actualiter iā dependēs/ sequit propositū: vcȝ q̄ nullo modo aliqua res creata pōt depēdere a deo aliqua tali relatione mediāte ipsa posteriori siue ab ea realiter siue tm̄ formaliter sit distīcta. ¶ Preterea nulla creatura depēdet a deo magis ꝑ vnū q̄ ꝑ alterum eorū q̄ ab ipsa equaliter distinguūtur/ q̄ etiā p̄supponūt ipsam iam actualiter depēdētē. sed si huiusmodi creature relatio ad deum sit indistincta a creatura/ non minus distinguitur ab ipsa q̄ vna creatura ab alia: cum etiā ipsa depēdētia sit aliqua creatura. ergo hoc supposito nō magis homo depēdet a deo tali relatione seu depēdētia mediāte q̄ albedine vel quocūq alio in ipso existente/ ꝛ ab eo realiter differēte. Si aūt dicatur q̄ huiusmodi relatio tātum ab ipsa creatura formaliter sit distincta: tunc etiam nō magis ꝑ eam ad deum referri nec ab ipso dependere poterit q̄ ꝑ alia que ab ipsa consimiliter vcȝ tātum formaliter ponūtur esse distincta. sed scd̄m opinionē sic loquētium multa sunt alia que tātum formaliter sunt distincta: vt anima ꝛ omnis eius potentia. ergo nō magis anima depēdet a deo tali depēdentia mediāte q̄ mediāte aliq̄ sua potētia ab ipsa cōsimiliter differēte. ¶ Cōfirmat. q: oīno videt sine ratione dicere rem a deo minus differentē q̄ ipsum necessario exigentem esse ab eo remotius depēdētem. sed aliqua res creata (puta angelus) minus a deo distat q̄ huiusmodi eius dependentia respectiua/ supposito q̄ ab ipsa realiter sit distincta: nec minus angelus exigit deum necessario q̄ talis depēdentia. ergo nec minus dependet a deo seipso q̄ huiusmodi sua dependentia si ponatur tanq̄ forma aliqua ab ip̄o quomodocunq in re extra distincta.

Tertia conclusio est: q̄ si relatio seu dependentia creature ad deū esset forma aliqua per se vna existēs in ipsa creatura ab ea in re extra distincta/ ꝛ aliquid horū diceret mediāte alio depēdere: magis talis depēdētia creature depēderet a deo mediāte ip̄a creatura suo fundamēto q̄ creatura tali dependentia mediante. ¶ Hec ꝓbat. q̄m eorū que depēdent ab alio magis p̄supponēs posterius depēderet a deo ꝑ p̄suppositum prius q̄ ecōuerso illud qd̄ est prius p̄suppositū ab alio dependeat mediante alio qd̄ p̄supponit ip̄m. sed tā creatura q̄ eius depēdētia si ponat ab ip̄a distincta dependet a deo. ergo cum creatura sit prior sua depēdētia: ꝛ ip̄a dependētia concedat esse posterior/ et creaturam vt suū fundamētū necessario p̄supponēs: ꝑ ɔ̄ns si aliquid horū ꝑ alterum est depēdens/ magis depēdentia debet dici ꝛ cōcedi depēdere a deo ip̄a creatura p̄supposita: q̄ creatura ip̄a depēdētia mediāte. ¶ Confirmat. quia vt dictū est superius/ nullo modo aliquid pōt dici tale ꝑ illud qd̄ ip̄ȝ supponit iam actualiter esse tale. aliquo aūt modo magis pōt aliquid dici tale illo in quo cōseruat tale qd̄ nec ip̄ȝ p̄supponit existere tale. sed si huiusmodi depēdētia creature ad deū ponit esse ab ip̄a creatura distincta ꝛ formaliter in ip̄a existere: ip̄a p̄supponit creaturā a deo actualiter depēdētē: cū p̄supponat eā actualiter existētē. ecōuerso aūt ip̄a creatura nō p̄supponit huiusmodi depēdētiā formaliter actualiter depēdētem q: nec actualiter existentē: cū nullū prius p̄supponat posterius. ip̄a etiam huiusmodi depēdētia conseruat in creatura vt in suo ꝓprio fundamēto: ꝛ dependet a deo existens in tali fundamento. ergo magis ip̄a dependet a deo ꝑ creaturam q̄ creatura per ipsam.

Quarta & vltima conclusio est: q̄ huiusmodi creature depēdētia ad deum non est forma aliqua ꝑ se vna ab extremis distincta. ¶ Hec sequit ex p̄dictis. ex quo em̄ vt dictum est creatura omnis seip̄a necessario exigit deuȝ nō aliquo a se alio mediāte: qd̄ etiam si ponat nō pōt ꝑ ip̄ȝ depēdere a deo: ꝑ ɔ̄ns nō est imponēda talis depēdētia sic accepta. ¶ Confirmat. q: nō magis huiusmodi creature depēdētia est ponēda tāq̄ forma aliqua ꝑ se vna ab extremis distincta q̄ eius creatio vel conseruatio passiua. sicut em̄ creatura q̄libet creatur et cōseruatur immediate a deo/ nō mediāte cōseruatione vel creatione ab ip̄a creatura ꝛ a deo distincta: ita ꝛ cōsimiliter depēdet ab ip̄o. ergo sicut nec creatio passiua nec cōseruatio est res aliqua ꝑ se vna: sed simul plura vt in p̄cedētibus est ꝓbatū: ita ꝛ de huiusmodi depēdētia est dicēdum: vcȝ q̄ non est in re extra aliquid ꝑ se vnū: sed tm̄ est quoddā nomen connotatiuū duo importans: quorum vnū ꝑ seipsū ab alio est dependens quia ipsum ad sui esse necessario exigens: cū non possit existere sine eo. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem secūdā/ in qua Magister determinat in speciali de creaturis pure spiritualibus: vcȝ de angelis/ ostēdēs quādo ꝛ vbi fuerint creati: Quero de istis duobus: puta de ipsorū duratione: que ponit esse euū: et de loco eorū qui dicit esse celum. ¶ Quātum ad primū: quero primo incipiēdo a notioribus vcȝ a duratione tēporalium: vtrum motus ꝛ tēpus qd̄ dicit esse duratio temporaliuȝ/ sint tam inter se q̄ ab ipsis permanētibus rebus tēporalibus realiter indistincta. ¶ Et videt q̄ sic. quia vnūquodq ens creatū eo durat ꝛ ꝑmanet quo a deo cōseruat. sed qd̄libet tēporaliū et quorūlibet aliorū cōseruat immediate a deo nullo mediāte alio. ergo nec duratio alicuius est distincta ab eo/ nec ꝑ ɔ̄ns tēpus a motu cui⁹ dicit eē primo duratio: nec ab aliqua re alia tēporali. ¶ Contra. q: omne successiuū est distinctū realiter a quolibet ꝑmanēte. sed duratio cuiuslibet rei tēporalis est successiua: q: est tēpus ip̄m. res aūt durans est ꝑmanēs. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedaȝ. Quia em̄ tēporalia appellant illa q̄ sunt mobilia et variabilia: ideo primo videbit de diuersitate vel vnitate motus ꝛ mobilis ac forme seu loci illi possibilis. Secūdo de vnitate vel diuersitate ipsius motus ꝛ tēporis. Tertio soluentur aliqua que contra dicenda cōmuniter arguuntur.

Quantū ad primū: est opinio quorūdam dicētiū q̄ motus est forma respectiua distincta realiter a mobili ꝛ mouēte ꝛ a termino motum ip̄m terminā te. ipsum etiam tempus est (vt dicūt) forma respectiua. ¶ Primū vcȝ de motu/ ꝓbāt. Primo. quia mot⁹ nō est absolutior termino: sed motus localis est ad vbi: qd̄ est respectus. ergo ꝛc. ¶ Scd̄o. quia motus non est a se: sed ad alterū: vcȝ ad terminū. nō em̄ ē nisi aliquid successiuū qd̄ aūt succedit/ alicui succedit. ergo ꝛc. ¶ Scd̄m: vcȝ q̄ etiā ip̄m tēpus sit respect⁹ similiter ꝓbat. q: scd̄m ph̄m tēpus non est nisi prius ꝛ posterius in motu. sed ista vcȝ prioritas ꝛ posterioritas nō sunt aliqua absoluta sed tm̄ modo respectiua. ergo ꝛc. ¶ Cōtra istā opinionē arguo primo sic. omnis motus si est aliquid distinctū a mobili ꝛ mouente est prior termino ip̄o mediāte inducto. sed respectus oīs scd̄m eos est posterior termino. ergo ꝛc. ¶ Sed ad istā rationē aliqui respondēt negādo maiorē. dicunt em̄ q̄ īmo ordine nature mot⁹ ē posterior termīo. ¶ Cōtra. quia aut habito termino sequit totus mot⁹: aut aliqua pars tm̄ eius. si primū: ergo post habitum terminū vel statim ipso habito mobile incipit moueri: sicut subiectum habita albedine incipit alterari. ¶ Consequentia apparet. q: mobile nō mouetur quousq est sub aliqua ꝑte motus. nec em̄ potest moueri aliq̄d sine motu. ¶ Falsitas ɔsequētis apparet: tum q: tūc terminus non esset acquisitus ꝑ motū. sed magis ecōuerso motus acq̄reret per motū si p̄cederet ip̄m. Tum q: si motus est aliquid ꝑ se vnū terminat (vt cōmuniter dicit) ad aliquē ēminū. sed talis motus sequēs terminū nō potest ad aliquē terminū terminari. constat em̄ q̄ nō potest terminari ad p̄cedētē cū ipse sit habitus vt supponit ante eū. nec ad sequentē: q: nullus sequitur vt supponit. q̄ ꝛc. ¶ Si autē dicatur q̄ aliqua pars motus p̄cedit ꝛ aliqua sequitur: Contra. primo quia aut terminus motus acquirit per vtrāq partē motus/ aut ꝑ p̄cedentē/ aut ꝑ sequentē. sed nō potest dici q̄ ꝑ sequentē/ nec ꝑ ɔ̄ns ꝑ vtrāq. q: prius nō acquiritur ꝑ posterius. ergo ꝑ p̄cedentē. sed vltra partem motus ꝑ quā acquiritur terminus nō oportet ponere aliā. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. q: aut pars sequēs habet terminū aut nō. sed non potest dici q̄ nō habeat: cum motus nō sit sine termino. ergo habet terminū. sed nō potest habere alium q̄ sequētem: cū nō possit habere p̄cedētem terminū partē motus aliā terminātē. ergo quelibet pars mot⁹ est prior suo termino totali. ¶ Preterea oīs respectus est ꝑmanēs nō fluens cuius oīa extrema sunt permanētia. sed extrema motus omnia ꝑmanent ꝛ non fluūt. ergo nec motus si ponat respectus. ¶ Probo maiorem. q̄m nullus respectus realis est naturaliter corruptibilis nisi corrupto eius vtroq vel altero extremoruȝ sed forme fluētis/ si aliqua talis ponat/ aliqua pars cōtinue corrumpitur ꝛ cōtinue alia ꝛ alia generatur. ergo impossibile est inter extrema ꝑmanētia/ quorū nulla ꝑs corrūpitur/ esse respectum realē aliquē successiuū. ¶ Minor ꝓbat. quia extrema motus localis sunt partes cōtinui: quas oēs cōstat esse actualiter ꝑmanentes. ¶ Nec valet si dicatur q̄ vbi est terminus hm̄ōi motus: qd̄ vbi successiue acquiritur. ¶ Primo. q: huiusmodi vbi nō est aliquid p̄ter extrema vt ostendet postea. ¶ Scd̄o. quia esto q̄ sit: oīa eius extrema que ponūtur esse locus ꝛ locatum/ sunt ꝑmanentia: ergo nō poterit esse successiuū si est aliquis talis respectus: cū respectus non possit esse successiuus manentibus suis extremis. ¶ Tertio. quia post posteri⁹ quo habito cessat pri⁹/ ip̄ȝ prius nō pōt eē permanēs nec successiuū. sed si motus ꝛ vbi sunt duo distīcta: vbi est motu posterius: quo habito cessat mot⁹. ergo ꝛc. ¶ Quarto. quia saltē in motu alterationis ꝛ augmenti omnia taliū motuū extrema que sunt partes forme p̄cedētes ꝛ sequētes sunt realiter ꝑmanētes. ergo nō potest esse vnius ad alterū forma fluens aliqua respectiua. ¶ Quinto. quia moto aliquo corpore ꝑ totum aliqd̄ spatium/ omnia vbi in illo spatio acquisita videntur esse eiusdē ratiōis/ si huiusmodi vbi sunt vt ɔmuniter ponit aliqua positiua respectiua. sunt em̄ īter extrema eiusdē rationis. sed vltimuȝ vbi acquisitū est forma ꝑmanēs. q̄ et omnia intermedia. ¶ Si forte dicat q̄ vbi est respect⁹ extrinsecus adueniens qui naturaliter potest corrūpi nō tm̄ per extremoꝝ corruptionē: sed etiā ꝑ eorū diuisionē: hoc nō valet. quia scd̄m eos sic loquētes respectus extrisecus aduenientis est qui desinit. ergo ꝛc. ¶ Preterea ad principale arguo. quia si motus est respect⁹/ aut erit respect⁹ motiui ad mobile: aut mobilis ad motorē: aut mobilis ad terminū: aut ꝑtis vnius termini ad aliā partem puta habite ad habēdā. Sed primū nō pōt poni: q: mouens nō mouetur: nec est motus terminus nec subiectū: Nec scd̄m. quia idē potest mouere seip̄m. illud aūt ad se non potest esse omnis respectus realis. Nec tertiū. quia respectus nō desinit esse termino posito: sed ɔsurgit. sed habito motus termino cessat mot⁹. ergo ꝛc. Nec potest poni quartū: vcȝ q̄ sit respectus partis acquisite ad acquirēdā. Primo. q: pars acquirēda nō est. sȝ scd̄m ipsos entis ad non ens nullus potest esse respect⁹ realis: sicut nec ecōuerso nō entis ad ens. ¶ Scd̄o. quia oēs partes forme acquisite sunt ꝑmanētes/ nec ꝑ ɔ̄ns vnius ad aliā acquirendā. similiter ꝑmansurā videt esse respectus aliquis successiuus. ¶ Tertio. q: tūc mobile erit termin⁹ motus. illud em̄ ponit esse mobile qd̄ dicit motus subiectum. ergo ꝛc. ¶ Ad primā rationē in cōtrariū ap̄pet solutio ex p̄dictis. Nec em̄ vbi nec motus est forma aliqua per se vna absoluta nec respectiua: vt postea ostendetur. ¶ Ad scd̄am ɔsimilit est dicēdum: q̄ nec motus est ad se nec ad alterū tāq̄ in re extra aliquid ꝑ se vnū. pōt dici tm̄ ad aliquid: q: dicit plura quoꝝ vnū est post alterum. ¶ Alioꝝ opinio cōmunis est: q̄ motus est forma aliqua absoluta distincta essentialiter ab eius termino ꝛ subiecto. ¶ Pro ista opinione arguit. Et primo: q̄ sit forma absoluta: quia est de gn̄e quātitatis. sed omnis quātitas est forma absoluta. ergo ꝛc. ¶ Confirmat. q: ex quo vt ꝓbatū est/ nō est forma respectiua: oportet q̄ sit absoluta. ¶ Scd̄o arguit q̄ sit distīcta realiter a termino ꝛ a subiecto. q̄m omnis forma fluens est realiter a ꝑmanēte distincta. sed oīs motus est forma fluens existētibus ꝑmanētibus eius termino ꝛ subiecto. ergo ꝛc. ¶ Confirmat. quia illud qd̄ ꝑmanet scd̄m se totū/ essentialiter ē distinctum ab illo cuius nihil ꝑmanet sed totū ꝛ totaliter est destructū. sed motibus alterationis ꝛ augmēti desinētibus totalit ꝛ destructis manēt forme ꝑ ip̄os acq̄site quātum ad oēs partes ipsarū. ergo ꝛc. ¶ Cōtra opinionem

istam arguo. Primo sic. sicut se habet ꝓductū in instāti
ad instans ita ꝓductum in motu ad motū. sed terminus
in instāti ꝓductus non distinguit̃ ab instanti vt a forma
aliqua positiua. ergo nec ꝓductū in motu est aliquid ab
ipso distīctū vt a forma positiua alia ꝑ se vna. ¶ Maior
apparet. quia sicut ꝓduci rē in instanti nō est aliud q̄ ꝓ
duci ipsam simul totā: ita nec ꝓduci eā ꝑ motū est aliud
q̄ ꝓduci vnā eius partem post aliā successiue. ¶ Minor
declarat̃. Primo q̄ instās nihil est. Secūdo. quia esto q̄
sit aliquid / ipso destructo omnis alia res ab ipō pōt fieri
in īstāti. oē eñ qd pōt fieri simul totū / pōt fieri in instāti
sed q̄cūq3 res possibilis pōt fieri simul tota vel vna eius
pars post aliā / quacūq3 forma ab ipā alia realiter totali
ter circūscripta. ergo si motus est forma distīcta realiter
a partibus: quarum vna post aliā acquiritur: ⁊ instās si
militer a re q̄ simul tota ꝓducit̃ / sequitur q̄ sine ipīs pōt
res fieri saltē supnaturaliter vtroq3 istoꝝ modoꝝ / ⁊ etiā
naturaliter vt videt̃. oīni eni re alia creata a sole ⁊ a me
dio circūscripta / ⁊ ꝑ ꝯñs instanti si ponat̃ esse forma ali
qua ꝑ se vna ab istis distincta / nihilominus sol illumina
ret medium sicut modo: quia nec etiā nūc de facto est ve
risimile q̄ sol mediū ipm illuminet mediante forma aliq̄
prius ab eo ꝓducta q̄ sit lumen. sed sicut sol immediate
cōtinet virtualiter vt sic ꝑ ipm ꝓducibile: vz totum si
mul: modo quo ab ipō primo ꝓducitur / nō aliquo mediā
te instāti tāq̄ forma aliqua positiua a lumine distincta
et a sole / nec ab aliquo alio primo ꝓducta: ita quodcūq3
naturale principiū vnius partis alicuius forme / quā vir
tualiter ꝯtinet / post partē aliā ꝓductiuū / sicut calor ꝓ
ducit calorem / videt̃ agere ad talē formā hoc modo: vz
vnā eius partē post aliā ꝓducēdo / omni forma ⁊ re qua
cūq3 ab omnibus ꝑtibus talis forme alia realiter circū
scripta. ergo si motus quo mediāte vt dicit̃ calor a calo
re producitur / est forma distincta realiter a calore ⁊ ab
omnibus eius ꝑtibus: ipō destructo nihilominus calor
poterit isto modo agere ad calorē. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̃.
quia cū dicitur q̄ sol illuminat in instāti: ⁊ calidū calefa
cit in motu: aut intelligit̃ q̄ sol illuminet in instāti / ⁊ ca
lidum ꝓducat calorem in motu tāq̄ in rebus seu formis
existētibus aliīs a ꝓductis. aut nō sic: sed p̄cise sol dicit̃
illuminare in instāti / ⁊ calidum calefacere in motu: q2 lu
men a sole ꝓductū ꝓducitur simul totū / ⁊ calor aliter:
q2 vna ps post aliā / omni re alia a calore hoc modo ꝓdu
cto / ⁊ a lumine alio modo genito circūscripta. sed primū
non videtur esse ponēdū vt ꝓbabo. ergo scđm: qd est ꝓpo
situm: vz q̄ nec instans est forma aliqua ꝑ se vna distin
cta a re q̄ in instāti ꝓducit̃: nec motus ab ipsa q̄ ꝓducit̃
successiue. ¶ Probo minorē. qm̄ si instans est forma aliq̄
alia a lumine sic ꝓducto / et motus alia a calore: aut hu
iusmodi forme ꝓducūtur ab eisdē agētibus a quib9 lu
men ⁊ calor / aut ab aliīs. Sed nō ab eisdē. ¶ Primo. q2
nō ē ꝓbabile q̄ sol ꝓducat p̄mo formā aliā a lumine: nec
calor aliquā aliā a calore. ¶ Scđo. q2 omnis cā secūda
cōtinēs virtualiter plura realiter distincta / ordine quo
dā3 potest naturaliter agere ad prius absq3 hoc q̄ agat
ad posterius prima causa sibi ad ipm prius ⁊ nō ad poste
rius coagente. ergo si omnis causa scđa ꝓducit effectu3
sibi possibilē in instāti vel in motu tāq̄ in formis ab ipā
primo ꝓductis / ⁊ a suo effectu realiter distinctis / sequit̃
q̄ ab ipā causa secūda poterit naturaliter esse motus ⁊
instans absq3 aliqua re alia ꝓducta. hoc autē videt̃ ridi
culum. ergo ⁊c. ¶ Tertio. q2 eorū quorū quodlibet est ꝓ
ducibile simul totū / neutrum magis exigit ad sui ꝓdu
ctionē alterū q̄ econuerso: nec illorum quorū quodlibet ē
producibile ⁊ sic ꝓducitur successiue. sed forma oīs ꝓdu
cta in instāti ꝓducitur simul tota / ⁊ omne ꝓductū ꝑ mo
tum successiue / ⁊ per ꝯñs cōsimiliter ista ꝓducūtur sicut
ipsum instās ⁊ motus / si huiusmodi ab eis distincta esse
ponātur. cōstat eñ q̄ nec instans potest ꝓduci nisi simt̃
totum / cū indiuisibile esse ponat̃: nec motus nisi successi
ue / cum vna ei9 pars post aliā acquiratur. ergo neutrū
horū ad sui ꝓductionē magis exigit aliquid a se distin
ctum q̄ alterū. sed cōstat q̄ nec instans ꝓducit̃ in instāti
tāq̄ in aliquo a se distincto: nec motus similiter successi
ue in motu / nisi ponas ꝓcessum in infinitū in istis. ergo
nec res aliqua ꝓducibil' naturaliter simul tota exigit ī
stās / nec aliqua alia ꝓducibilis successiue exigit motū
vt aliquid ab ipā distinctū quo existēte mediāte ꝓducat̃
quare ⁊c. ¶ Quarto. q2 instās si est aliquid / cū ponatur
esse in tēpore / nō videtur eē ab alio effectiue q̄ ab illo a
quo est tēpus. sed tēpus nō est ab aliquo agēte seu ꝓdu
cēte aliquid in instāti. ergo ⁊c. ¶ Nec pōt dici q̄ ista vz
tēpus seu motus ⁊ instās sint ab aliīs agētibus ab illis
a quibus sunt forme q̄ dicūtur in motu fieri vl' in instāti.
quia tūc sequeret̃ q̄ nec sol illuminare posset nec calidū
calefacere nisi aliīs agētibus ista ꝓducētibus: qd est fal
sum. nec eñ sol ad illuminādum / nec calidum ad calefa
ciēdum exigit alicuius alteri9 naturalis nec etiā super
naturalis cause effectū nouum. ergo ⁊c. ¶ Preterea ar
guo sic ad idē. sicut se habet res habens in seipsa partes
extra partes ad esse quātū: ita omnis res acquirēs vnū
locū vel quodcūq3 aliud post alterum / ad motū. ¶ Hoc
apparet. q2 sicut aliquid esse quātum nō est aliud q̄ ipm
habere ꝑtem extra ꝑtē: ita nec esse motū est aliud q̄ ha
bere vnū aliquid post alterū. sed scđm ph̄m res oīs quā
ta nullo mediāte a suis partibus differēte habet partes
extra ꝑtes / nec ꝑ ꝯñs est quāta aliqua re a suis ꝑtibus
alia mediāte: vt in quarto prolixius ꝓbabitur. ergo nec
ad hoc q̄ aliquod mobile acquirat vnam partem post
aliam alicuius rei sibi possibilis / oportet ponere motum
tāq̄ formā a partib9 talis rei possibilis realiter differē
tem. quare ⁊c.

Et ideo quantum ad istum articulum
aliter est dicēdum. Ad cuius euidentiam pono quatuor
cōclusiones. ¶ Prima est: q̄ non est necessarium ponere
motū esse formā aliquā ꝑ se vnā a mobili ⁊ a mouente ⁊
a forma ꝓducta distinctā. ¶ Hec apparet ex p̄cedētib9.
qm̄ ponentes motū esse aliquā talem formā: nō ponunt
ipsam huiusmodi formā quā dicūt motū eē / nisi respectu
illarū formarū q̄ successiue in subiecto p̄supposito acqui
rūt̃. s3 ꝓpt̃ nullā formā successiue acq̄sitā oportet ponet̃
aliquā talem formā ab ipsa realiter differentē. qm̄ vt di
ctū est / forma ꝑ hoc successiue acquiritur q̄ vna eius ps
post aliā successiue ꝓducitur: nec locus aliquis successi
ue acquiritur / nisi q2 mobile ipm acquirens prius vnam
partē spatiī interiacētis q̄ aliā acquirit. sed nec ad hoc
q̄ localiter mobile prius moueatur ad vnū locū ⁊ post il
lum ad aliū / nec ad hoc q̄ quodcūq3 aliud subiectū alicu
ius forme susceptiuū prius vnā ꝑtē forme ⁊ post illā aliā
acquirat / aliquā re3 oportet ponere inter partes forme
vel locorū successiue acquisibiliū mediantē ab eis oib9
realiter differētē. omnino eñ videt̃ improbabile dicere an
gelum vel aliud quodcūq3 sui localiter motiuū nō posse
se mouere de vno loco ad aliū / nec aliquod subiectū ali
cuius forme sibi possibil' vnā ꝑtem post aliā acquirere
nisi forma successiua alia mediāte ab omnibus locis ⁊ ꝑ
tibus forme possibil' realiter differēte. nec eñ ad hoc q̄
calidum calefaciat / īdiget aliquo alio nisi passo: nec ad
hoc q̄ corpus vel quodcūq3 aliud localiter mobile loca
liter moueat̃ / aliq̄ forma alia a mouēte vel ab omni possi
bili sibi loco. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia cōstat q̄ oēm
rem possibilē deus potest ꝓducere vel totā simul vl' vnā
eius partem post aliā successiue / omni forma alia ab ipā

distincta realiter circūscripta. omne etiā corpus vel q̄d
cūq3 aliud localiter mobile potest localiter mouere / ⁊ de
vno loco ad alium transferre vel in instanti: sic intelligen
do q̄ sit insimul in vtroq3 loco / vel q̄ vltimū ⁊ omnia in
termedia simul acquirat / vel vnu3 post alterum / omni re
alia a locis ⁊ ab ipso mobili circūscripta. ergo nec ad ac
quirendum locum vel formam in instanti: hoc est totum
simul: nec successiue / hoc est vna3 partem post aliā / opor
tet ponere aliquam formam ab ipso mobili ⁊ a termino
sibi possibili differentem. ¶ Si forte dicatur q̄ licet pri
ma causa possit vtroq3 dictorum duorum modorum age
re sine instanti ⁊ etiā sine motu a re ipsa producta vel lo
caliter mota distincto: non tamen hoc potest facere secū
da causa. ¶ Contra. quia nulla secūda causa agit natu
raliter mediante aliqua forma ab ea distincta in ipsa vir
tualiter nō cōtenta saltem primo. sed nec calor continet
primo virtualiter formam aliam a calore / nec sol aliam a
lumine sibi necessario ad illuminādum. ergo nec sol illu
minat in instanti tanq̄ forma aliqua ab ipso prius pro
ducta q̄ lumē: nec calor calefacit per motum tanq̄ per
formam ab ipso primo ꝓductam / ⁊ calorē nature ordine
precedentem. ¶ Confirmatur. quia omnino videtur ridi
culum dicere q̄ nulla causa secūda possit in aliquem effē
ctum sibi possibilē vniuocū primo nisi aliquo priori equi
uoco p̄cedente. sed cum omne ꝓducibile a causa secūda
habeat successiue vel in instāti produci: si ista duo vz in
stans ⁊ motus intelligūtur esse tanq̄ res aliquē ab ipsa
causa secūda ⁊ ab effectu sibi possibili realiter distinctē:
hoc necessario sequeretur: quia tunc nulla secūda causa
posset ī aliquē effectū vniuocū nec equiuocū aliū ab īstāti
et motu: nisi istis effectibus vz instanti ⁊ motu p̄suppo
sitis vel ab ipā productis. ergo ⁊c. ¶ Secūda cōclusio
est: q̄ nō est cōgruū ponere motum esse formam aliquam
per se vnam distinctam a mobili ⁊ mouente: ⁊ a forma in
mobili introducta. ¶ Hec sequitur ex predicta. qm̄ nisi
propter necessitatem nō est cōgruū īmo omnino supfluū
ponere pluralitatem. sed vt ꝓbatum est: nulla est necessi
tas ponēdi motum esse aliquā talem formā: cum omnis
forma possibilis sit ꝓducibilis etiā successiue sine motu
vt taliter intellecto. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia omni
no videt̃ incōgruū ⁊ sine ratiōe dictu3 ponere q̄ calor nō
possit calorem ꝓducere per se solū: sed q̄ ad ꝓducendum
eum oporteat ipsum agere ad formam aliquā aliam a ca
lore realiter differentē. sed hoc necessario habet cōcedere
omnis ponēs motū esse talem formā per se vnā distinctā
realiter ab effectu producibili successiue: sine qua forma
nō pōt ꝓduci naturaliter talis effectus. cōstat eni3 q̄ ca
lor nō pōt in calorem sibi possibilem simul totum: sed tm̄
in vnā partem post alterā. ergo si calor nō pōt sic intro
duci nisi motu huiusmodi mediāte ab ipō calore ⁊ ab ei9
partibus omnibus realiter differēte: sequitur q̄ nūq̄ ca
lor poterit calefacere seu calorem ꝓducere: nisi simul cū
ipso vel ante vel post formā aliam ꝓducēdo / vel ꝓductā
ab alio supponēdo: puta huiusmodi formam motus. sed
hoc oīno videtur irratiōabile. ergo ⁊c. ¶ Tertia ꝯclusio
est: q̄ nō est possibile motū esse aliquā talē forma3 / vt cō
muniter ponitur / ꝑ se vnā a mobili / mouēte / ⁊ a termino
eius distinctā. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ omnis res possibilis
est saltē ꝑ diuinam potētiā cōseruabilis quātū ad quālī
bet eius ꝑtem. Hoc apparet. omnino eñ videtur absur
dum dicere aliquā rē a prima vel a secunda causa ꝓduci
et ꝓductā nullatenus posse cōseruari. sed omnes ponen
tes motū esse formā aliquā ꝑ se vnā ponūt ipsum talē q̄
nulla eius pars est possibilis simul cū alia nec etia3 sine
alia cōseruari / nec actualiter ꝑmanere. ergo ⁊c. ¶ Cōfir
matur. quia oīs illa forma que ex partibus ponit̃ esse
cōstituta quarū nulla pōt existere nec actualiter ꝑmāne
re: est oīno impossibil'. ponere eñ totū cōstitutū ex parti
bus nō existētibus nec existere valētibus est oīno īpossi
bile ⁊ cōtradictionē implicās manifeste. sed oēs ponen
tes motū vel tēpus esse formā aliquā ꝑ se vnam: ponunt
ipsam esse talē vz constantē ex ꝑtibus puta p̄teritis et
futuris: qrū ꝑtiū nulla manet nec manere seu existet̃ pōt.
licet eñ forma aliq̄ successiue introducta remaneāt oēs
partes ipsius forme ꝑmanētis: nō tñ aliqua pars mot9
partes forme ꝑmanētis nature ordine p̄cedētis. ergo ⁊c.
¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est: q̄ motus nō dicit aliq̄d
per se vnū: sed est nomē ꝯnotatiuū plura simul significās
seu importās / vt vnū ipsoꝝ acquiritur post alterū succes
siue. ¶ Hec apparet. cōstat eni3 multa mobilia actu mo
ueri. Quero quō. aut eñ qd mouet̃ dicitur moueri quia
informatur forma aliqua ꝑ se vna: sicut subiectū dicit̃ al
bū q2 albedine informatū. aut mobile dicit̃ esse motū q2
aliquod vnū post aliud acquisiuit quocūq3 ab illis acqui
sitis et ab ipso moto distincto realiter circūscripto. Sed
primū nō pōt poni vt ꝓbatū ē. si eñ subiectū diceret̃ mo
ueri ꝓpter formā aliquā ꝑ se vnā ip3 actualiter īformātē
ab alia forma ei9 termino realiter differētē: cū talis forā
posset esse saltē ꝑ diuinā potētiā cū oībus ꝑtibus sui ter
mini acq̄sitis / ꝑ ꝯñs subiectū mobile nō min9 q̄ añā pos
set moueri termino acq̄sito. ⁊ ita q̄libet existēs ī loco pos
set semꝑ moueri localiter absq3 loco aliquo acquisito: ⁊
existēs sub qualitate alterari cōtinue: qd est falsum. qua
re ⁊c. ¶ Cōfirmat̃. q2 nō magis motus est ponēdus tāq̄
res aliqua per se vna q̄ actio seu actiua ꝓductio ⁊ passi
ua. sicut eñ ꝓductio non est aliud q̄ effectus positio: ita
nec motus aliud q̄ ꝑtium effectus successiua acquisitio.
Cōstat eñ q̄ nō minus vna pars effectus possibilis pōt
acquiri post aliā successiue sine quocūq3 distincto ab effi
ciēte ⁊ effectu / q̄ totus effectus simul possit a causa po
ni in esse ⁊ positus cōseruari sine omni ꝓductione ⁊ ꝯser
uatione acceptis ꝓ formis distinctis a causa ꝓducente
et cōseruāte / ⁊ ab effectu ꝓducto ⁊ cōseruato. ¶ Hoc ap
paret. nō eñ est impossibilius rē moueri ad vnū post alte
rum sine motu ab vtroq3 illorū ad que mouetur ⁊ ab ipsa
re mota distincto: q̄ sine ꝓductione ꝓduci / ⁊ sine cōserua
tione hoc modo accepta cōseruari. sed hoc ē possibile et
de facto vt ꝓbatum est prolixe in p̄cedentibus. ergo ⁊c.
¶ Tunc ergo quātum ad istum articulū dico: q̄ sicut ꝓ
ductio actiua vel passiua nō est res aliqua ꝑ se vna: sed di
cit simul plura vt ꝓbatū est in distinctione alia: ita et de
motu cōsimiliter est dicēdū: vz q̄ dicit diuersa vt eorum
vnū acquiritur post alterū successiue: nō aūt aliquod me
dium ꝑ se vnū inter talia acquisita: qd mediu3 ad ipsa vt
vulgariter intelligit̃ terminetur. sicut eñ ꝓductio nō est
aliquid a ꝓducente distinctū qd terminetur ad ꝓductū
ab ipso distinctū: ita nec motus est aliquid ꝑ se vnū a mo
uente ⁊ mobili distinctum ad terminū introductū in mo
bili terminatum. ¶ Ex quo cōcludo corollarie: q̄ oēs ꝓ
positiones vulgate quibus dicit̃ q̄ ꝑ motū acquirit̃ ter
minus / vel mot9 terminatur ad terminū / ⁊ similes vt so
nant in supficie nō sunt vere. possunt tamen bonū intelle
ctum habere: vt videlicet per istam / res ꝓducitur vel ac
quiritur per motum / intelligatur ista / vna pars rei post
aliam acquiritur seu est acquisita: ⁊ sic propositio est ve
ra: non autem in sensu alio quem pretendit: videlicet q̄
acquiratur per motum tanq̄ per formam aliam a mouē
te terminatā ad ipsam. non enim magis motus est ali
qua talis forma ad rē cuius vna pars post aliā acquira
tur terminata / q̄ instans sit alia forma similiter per se
vna ad rem que tota simul producitur terminata. sed cō
stat q̄ instans nō potest poni forma aliqua que ad formā
aliquā / que tota simul ꝓducitur / terminet̃. g̃ ⁊c. ¶ Cōfir
mat̃. q2 si aliqua forma alia ab agēte posset poni teriarī

ad suũ effectum/ talis nõ deberet poni alia q̃ actio productiua. nulla ergo forma pducta alia a pductione actiua potest poni terminari ad formã aliam productam ab ipsa distinctam. sed motus scđm ponentes eum esse formam aliquam per se vnam/ non est productio: immo est forma producta. ergo esto q poneretur talis forma non deberet dici nec concedi forma ad aliquam aliam terminata. eorum enim que diuersis productionibus producuntur neutrum ad alterum terminatur. sed realiter distincta qualia esse ponuntur motus et eius terminus/ diuersis productionibus producuntur/ supposito q quodlibet productum hoc modo producatur: videlicet productione tali aliqua mediante. ergo etc. ¶ Si contra predicta arguatur. quia habito termino cessat mot⁹. ergo motus distinguitur a termino. ¶ Respondetur q eo modo habito termino cessat motus quo posito producto dicitur cessare productio. non est autem intelligendum q propter productum in esse positum cesset productio tanq̃ res aliqua a producente et a producto distincta: cum productio nõ sit aliqua talis res/ vt in distinctiõe alia est probatum. nec enim propter formam naturaliter in materia ĩtroductã corrumpitur aliqua forma nisi opposita ipsi incompossibilis: qualis non esset pductio si esset aliqua talis forma. Dicitur tamen cessare productio quia res ipsa producta postq̃ est producta non ponitur actu a causa. vt autem actu ponitur/ dicitur pduci: et cã ipsaz actu ponens dicitur producere. Consimiliter in proposito est dicendum. nec enim motus cessat tanq̃ res aliqua que ab habito termino sit distincta et propter terminum ipsum corrupta. nulla enim forma corrumpi habet nec corrumpitur de facto forma quacunq; successiue in materia presupposita introducta: nisi forma precedens in materia sibi contraria qualis non esset motus si ipso mediãte introduceretur. quia tamẽ motus nõ dicitur de partibus forme vt quomodocunq; acceptis: sed tantum vt sic vz vt vna post aliam introducitur actualiter seu acquiritur successiue/ et omnibus introductis nulla introducitur: ideo nec subiectum moueri dicitur. consimiliter est dicẽdum de subiecto localiter moto: cuius subiecti motus localis dicitur cessare habito seu acquisito vltimo loco propter consimilem rationem. nec enim habito loco nec quacunq; forma/ cuius vna pars fuit post aliam introducta/ cessat nec corrumpitur motus tanq̃ res aliqua distĩcta ab omnibus talibus videlicet loci vel forme partibus acquisitis. ¶ Et si queras: quomodo subiectum potest dici magis modo q̃ prius nõ moueri realiter: ex quo totũ quod habebat antea habet modo: quia nihil vt supponitur est corruptũ? ¶ Respondeo q sicut eadem res est nunc minor nunc maior nullo positiuo sibi addito nec subtracto: vt apparet in raro et denso: cuius ratio nõ est nisi quia esse quantum non est esse forma aliq̃ informatũ distincta a re quanta: vt probabitur in. 4. sed est habere partes extra partes. Unuz autẽ et idem nullo sibi addito nec subtracto potest habere ptes magis distantes et ideo esse maius: et postea minus distantes et ideo eẽ minus. ita cõsimiliter in proposito est dicendum. quoniam vt dictum est subiectum moueri ad aliquid/ puta ad albedinem/ non est ipsuz esse forma alia ab albedine informatum: nec etiam esse informatum ipsa albedine qualitercũq; accepta/ sed hoc modo vz vt vna pars post aliam sibi aduenit successiue. et ideo tãdiu moueri dicitur q̃diu hoc modo eius partibus informatur: vnam videlicet acquirẽdo post aliam successiue: nõ autẽ omnibus acquisitis. Nec sequitur q omne realiter tale maneat semper tale nullo corrupto: vt apparet euidẽter in quanto prius maiori et postea minori vel ecõuerso/ et etiam in duob⁹ prius realiter vnitis/ diuisis postea nullo ipsorũ nec aliquo alio ab eis distincto corrupto: vel etiam econuerso in diuisis realiter postea vnitis nullo producto de nouo. quare etc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundũ: vbi est videndũ an tempus distĩguatur a motu/ dicitur a quibusdã q tẽpus distĩguitur a motu sicut forma aliqua respectiua ab absoluta. est enĩ vt dicunt tempus prius et posterius in motu. huiusmodi autẽ relationũ prioritatis et posterioritatis fundate ĩ partibus motus sunt forme alique respectiue. ¶ Sed cõtra opinionẽ istam arguo. Primo. quia supponit motũ esse formã aliquã per se vnã successiuam a partibus forme permanẽtis acquisite seu loci distĩctã qđ nõ est verum vt in precedenti articulo est probatum. ¶ Ex quo sequitur: q si tempus esset prius et posterius q esset prius et posterius nõ aliarum partiũ q̃ forme pmanentis acquisite seu loci. et ita cum motu cessante remaneãt omnes partes forme acquisite in subiecto: quarum acquisitio fuit motus: nec sint nec fuerint partes alie a partibus talis forme/ per consequens cum respectus non destruatur eius extremis manentibus: nec ante ipsa consurgat: sequeretur q tempus tunc esset actualiter et non ante quando motus cessaret. non enim potest esse relatio prioritatis nec posterioritatis partium nisi existentibus partibus seu alijs quibuscunq;: quorũ vnũ fuit prius ĩ quo fundatur relatio prioritatis/ et aliud posterius in quo est relatio posterioritatis. sed partes quarum vna fuit prior et alia posterior non possunt esse alie a partibus forme acquisite. ergo ipsa acquisita et motu terminato incipit esse tempus vel saltem permanet: qđ est falsum. ¶ Preterea iste modus dicendi supponit aliud falsum: videlicet q prioritas et posterioritas sint forme alique positiue a re priori et a posteriori distincte: quod non est verum. nihil enim dicitur alio prius tempore nec perfectione nec loco nec aliquo alio prioritatis modo quia est forma aliqua informatum distincta ab ipso. esse enim prius vnum tempore q̃ alterum est ipsum poni in esse prius alio nõdum posito. Ad hoc autem q aliquid producatur sine alio/ et per consequens q sit prius ipso non oportet ipsum primo productum nec etiam vltimo productum esse forma respectiua aliqua informatũ: cum nec tali mediante/ esto q poneretur/ aliquid esset prius nec posterius. nihil enim potest dici prius nec posterius illo quod p̃supponit ipsum esse prius et posterius. sed si prioritas eẽt forma respectiua: et posterioritas alia: quelibet suum presupponeret fundamentuz. ergo nec fundamẽtũ prioritatis esset prioritate prius/ nec posterioritatis fundamẽtũ posterioritate posterius. quare etc. ¶ Cõfirmatur. quia nõ magis vnus respect⁹ potest dici prior alio p seipsum nullo mediãte alio: q̃ vnũ absolutum prius q̃ alterum semetipso. sed si prioritas et posterioritas essent aliqua positiua respectiua/ prioritas haberet pri⁹ poni q̃ posterioritas/ nõ aliquo alio mediãte: sed tñmõ per seipsaz. ergo cõsimiliter põt dici de q̃buscũq; absolutis vz q ad hoc q vnũ sit prius et alterũ posterius neutrum oportet esse forma absoluta nec respectiua a se distincta actualiter informatuz. ex quo sequitur: q esto q motus eẽt forma aliqua p se vna successiua habẽs ptes priores et posteriores / nullo mõ ĩ hmõi eius ptibus eẽnt ponẽde tales forme respectiue quales imaginat̃ opinio supradicta. ¶ Et ideo dico aliter: vz q tempus et motus sunt in re extra totaliter indistincta. tempus enim dicitur duratio motus. duratio autem in nullo alio a re durante est distincta: vt videbitur in questione sequenti. ¶ Confirmatur. quia si tempus esset res distincta a motu et successiua vt motus: que duo inter se distincta videlicet motus et tempus distinguerentur a forma cuius

partes successiue acquiruntur: sequeretur q nũq̃ posset produci forma aliqua isto modo/ videlicet vna eius pars post aliam/ nisi productis simul vel prius duabus formis alijs successiuis distinctis tam inter se q̃ ab ipsa realiter qđ est falsum. vt enim in precedenti articulo est argutuz non magis illud cuius vna pars post aliam producitur: exigit aliquid a se distinctũ produci q̃ illud qđ simul pducit̃ totũ in instãti. vtroq; enim modorũ istorum est producibilis res quelibet habẽs partes omni forma alia tã permanẽte q̃ successiua qualibet circũscripta. quare etc. ¶ Preterea si tempus differret a motu in re extra: cum omnia creata in re extra distincta realiter sint distincta: vt alias est ostẽsum: et omnia sic distincta sint separabilia per cõsequẽs motus posset fieri sine tempore et ecõuerso qđ est impossibile. nõ potest enim aliquid successiue moueri ad aliquid quin sit motus et tempus: nec econuerso motus potest esse nec tempus nisi aliquo existente moto ad aliquid successiue. Et ita sicut motus vt dictum est superius nõ est res aliquo per se vna sed insimul dicit plura: quorum vnum post aliud acquiritur successiue: ita et de tempore indistincto ab ipso consimiliter est dicẽdũ. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum arguitur multipliciter cõtra p̃dicta. ¶ Primo: q2 tempus est passio motus aut mobilis. ergo etc. ¶ Scđo: q2 tẽpus durationis p̃mi motus est vnicũ. ergo etc. ¶ Tertio. quia mot⁹ dicitur velox et tardus/ nõ aũt tẽpus. ergo ista non sunt idẽ totaliter in re extra ¶ Quarto. q2 tpe existente eq̃li motus aliqui diuersi possunt fieri eq̃les: cũ inequali tempore vnus possit moueri plus quia velocius q̃ ali⁹. sed hoc non videretur esse possibile nisi tẽpus distingueretur a motu. ergo etc. ¶ Quinto. quia corpus vel etiam spiritus posset moueri absq; forma et quacũq; re alia acquisita. quia etiam de facto celum ita videtur moueri cũ nec locum acquirat aliquem nec formam. ergo nõ est verum qđ p̃dictum est: vz q motus nõ sit aliud q̃ acquisitio alicuius partis forme vel spatij sup qđ fit motus post aliam. ¶ Sexto. quia instans siue nunc qđ est in tempore videtur differre a mutato esse qđ est in motu. ergo et tẽpus ipsum differt a motu. ¶ Septimo. q2 nisi tempus et motus sint aliq̃ tam inter se distincta q̃ ab alijs pmanẽtibus/ nulla res poterit dici magis tẽporalis q̃ alia/ nec tẽpore mẽsurari. hoc aũt est falsuz. ergo etc. ¶ Octauo. q2 omnino est ĩpossibile successiuũ ĩ idẽ coincidere cũ re aliqua permanẽte: cum magis pmanẽs a successiuo distinguatur q̃ ab alio pmanẽte. sed tam motus q̃ tẽpus sunt successiua. ergo oportet ipsa ab omnibus alijs pmanẽtibus realiter esse distincta. ¶ Nono. q2 omẽ illud quo aliquid in re extra tale/ realiter est distinctum ab omni alio quo illud nõ dicitur esse tale. sed motus est quo realiter mouetur oẽ qđ realiter mouet̃. nẽ aũt mouetur pp̃ter formã aliquã pmanẽtẽ. alias ipsa manẽte semp moueretur eius subiectũ: qđ est falsuz. ergo etc. ¶ Decimo. q2 tẽpus et motus ponũtur esse de genere quãtitatis. ergo distinguũtur ab omnibus aliorum p̃dicamẽtorũ: cũ p̃dicamẽtaliter distincta nõ possint realiter esse idistincta. ¶ Ad primũ dicendũ q tẽpus nõ dicit̃ passio motus tãq̃ vna res alterius: modo quo calor dicitur passio esse ignis. sed dicitur ei⁹ passio modo quo aliquid significãs idẽ cũ alio tamẽ differẽti modo dicit̃ eius passio. sicut risibile dicit̃ passio hominis: cũ tamẽ nõ significet aliquid distinctum ab homine qđ sit inseparabile ab eo. act⁹ enĩ ridẽdi quẽ vltra hominẽ tñ cõnotat/ ab ipso homine separat̃. consimiliter in pposito est dicendũ. eandẽ enim rem quã significat motus vt vna eius pars post aliã acquiritur/ importat tẽp⁹ vt tal̃ ptiũ acq̃sitio actu manet et durat. et ideo tempus ipsum dicitur esse duratio motus. ista enim in re sunt penitus indistincta. et ideo realiter loquendo nõ magis hoc qđ temp⁹ importat est passio significati motus q̃ ecõuerso. ¶ Ad scđm dicẽdum q licet tẽpus qđ dicit̃ esse duratio primi motus sit vnicũ: quia tamẽ tẽpus illi⁹ motus est ab ipso motu indistinctũ/ nec p ɔsequẽs min⁹ ab alijs motibus inferioribus distinguitur q̃ ipse motus ideo nõ est simpliciter vnũ tempus: ĩmo tot sunt tẽpora quot sunt mot⁹. cũ enĩ ppria duratio cuiuslibz motus sit suũ tẽpus: que duratio a re ipã durante est indistincta totaliter in re extra: p ɔsequẽs multiplicato motu et tẽpus oportet multiplicari. quia tñ oẽs motus inferiores mensurãtur aliquo modo motu primi mobilis ratione sue regularitatis: ideo ille dicitur cõmuniter omniũ tẽporaliũ esse tẽpus. tale aũt vnicũ est cõtinuũ sicut et motus. quare etc. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q loquendo realiter nec motus dicitur velocior nec tardior q̃ sit suũ ppriũ tempus. quia comparãdo diuersos aliquos motus inferiores ad aliũ motũ puta ad supiorẽ: bene vnus illorum põt dici et est velocior et ali⁹ tardior motu primo ad quẽ ɔparãtur motus huiusmodi inferiores/ et etiã eius tẽpore vniformiter se habẽte/ nec p ɔñs velociori nec tardiori existente. nec prim⁹ aũt motus nec aliquis alius põt dici magis velocior nec tardior realiter q̃ suũ tẽpus ab ipo ĩ re extra totaliter indistinctũ. ¶ Ad quartũ ɔsimiliter est dicẽdũ. licet enĩ in motu et tẽpore equali p̃mi mobilis alius possit plus et alius minus moueri: tñ sicut vnus horũ motuũ ẽ alio maior: ita et tẽpus suũ ppriũ a se indistinctũ est etiã maius tẽpore pprio alterius ab ipo siliter indistincto. et ita ista ratio bene pbat q mot⁹ inequales distinguant̃ ab alio motu tertio et ab ei⁹ tempore: quo existẽte equali motus huiusmodi sunt diuersi et realiter inequales. non aũt pbat q aliquis a suo tẽpore/ hoc est a sua duratione propria sit distinctus. ¶ Sed cõtra hoc forsitan arguet̃. quia cũ tẽpus sit duratio motus/ p ɔñs omnes motus durationis equal̃ sunt equalis tẽporis. sed duratio vni⁹ motuũ illorũ qui fiũt in equali tempore seu motu primi mobilis non est maior duratione alterius. nec enim motus localis quo quis vadit ĩ vna die per. 20. miliaria durat minus illo motu quo alius vadit eadez die p. 100. ergo nec tempus pprium vnius motus erit maius tẽpore alterius. ¶ Respõdetur: q cũ duratio rei vt dicetur ĩ questione sequẽti/ sit a re durãte penitus indistincta/ dupliciter potest dici maior duratio alicuius rei durantis. Uno modo quia est maioris rei durantis. Alio modo/ q2 res ipsa siue sit maior intrinsece siue minor plus manet et amplius conseruatur. Quod plus durãs isto secũdo modo/ non oportet esse distinctũ a minus durante p aliquid sibi intrinsecum positiuum. nullo enim alicui addito mediante ipsum potest durare plus vel minus. nec enim angelus quia semp manebit habebit vnq̃ aliud aliquid ab eo qđ nunc habet/ per qđ dicatur plus durasse postea q̃ nunc. Quod autẽ primo modo dicitur durare plus: vz q2 in se est maius: dicitur plus durare q̃ minus durans propter aliquid positiuũ in quo excedit ipsum. ¶ Tunc ad rationem concedo q nullus talium motuũ qui vz fiunt in motu et ĩ tempore equali primi mobilis/ durat plus q̃ alius secundo modo/ sed primo: videlicet q2 vnus est maior motus q̃ alius. et ideo etiam duratio ab eo indistincta dicitur esse maior/ et per consequens tempus (qđ est duratio ipa) maius. ¶ Ad quintum aliqui soluũt dicentes q tale corp⁹ si esset extra vniuersuz nullũ habẽs locũ/ posset moueri non in loco/ nec ad locũ/ nec circa locũ mõ quo dicũt moueri localiter ipm celũ: sed ad formã aliquã respectiuã. ¶ Sed hoc nõ põt stare: q2 supponit falsuz: vz respectiuũ eẽ aliqđ p se vnũ. qđ nõ est verũ vt alias ẽ oñsũ. Et iõ ad hoc alit̃ ẽ dicẽdũ. Ad cui⁹ euidẽtiã ẽ

sciendū ꝙ motuū alius est acquisitio partis rei ꝓducte post partē. que ptes oēs mobili acquirūtur / ⁊ in ipso formaliter reponunt. ⁊ talis motus dicitur esse motus alterationis vt dealbatio. alius est acq̄sitio partis rei p̄supposite a mouente post partem: que partes non ponūtur in subiecto qḋ mouetur: sed magis ecōuerso ip̄z ponitur in eis trāseundo successiue per ipsas. ⁊ talis motus dicit esse localis / quo localiter motū corpus vel sp̄us transit super spatium aliquod qḋ supponit. nec eñ vt imaginātur aliqui / corpus localiter motum acquirit aliquid preter locū / sicut in sequētibus ostendet. Unde licet in motu alterationis seu ꝓductionis forme itensibilis sit acq̄sitio partium forme noue: non tamē in motu locali aliqḋ positiuū nouū acquiritur: sed tm̄ in aliquo presupposito ipsum mobile qḋ localiter mouetur / reponitur. licet aūt omne sic motuȝ naturaliter moueatur ad locum ⁊ super spatiuȝ presuppositū: tamē destructo omni positiuo medio qḋ est inter celum beatorū ⁊ terrā puta tribus celis et alijs spheris omnibꝰ / celo illo ⁊ terra equaliter distātibus / ⁊ cōsimiliter remanētibus sicut prius / nō videret tūc impossibilius q̄ nūc moueri aliquid puta angeluȝ de celo ad terrā ⁊ econuerso successiue ꝯsimilit sicut modo. nec eñ angelus pōt mō moueri faciliꝰ ꝓpter elemēta ⁊ alia corpora interposita ꝑ que oīa ip̄ȝ oportet trāsire / q̄ posset eis oībus circunscriptis. ¶ Ex quo sequit ꝙ licet motus localis quo mouetur de facto quodcūq; mobile sup aliquod spatiū p̄suppositū ad locū similiter p̄suppositū sit trāsitus sup vnā ptē spatij post aliā / ⁊ acquisitio vnius post aliā: nō tm̄ hoc est simpliciter necessariū quin posset aliter fieri vt patet in exēplo p̄dicto. oībus eteni destructis celo vcȝ ⁊ terra / ⁊ alijs corporibꝰ intermedijs propter hoc angelus remanēs nō esset immobilis. sicut nec celū qḋ mouetur oporteret quiescere destructo omni corpore sub eo cōtēto ⁊ quocūq; superiori alio continēte. ¶ Et tūc scḋm hoc ad rationē dico ꝙ illud qḋ p̄dictū est vcȝ ꝙ motus localis est acquisitio ptis post ptē / intelligendū est de motu alterationis ⁊ de motu locali qui fit super spatiū p̄suppositum ⁊ ad locū / nō aūt de quocunq; motu possibili absolute. ¶ Et si queratur: quomodo aliquid posset esse motū cū ipsi nihil nouiter adueniret nec ipsum alicubi nouiter esse inciperet? ¶ Respondeo ꝙ sicut corpus aliquod condensatum positum per se extra omnē locū posset si esset realiter facile fieri a deo rarius et ꝑ consequēs realiter maius nullo positiuo ab ipso distincto sibi aduenīēte nec ipso alicubi vbi non fuit antea existente: cum nullus locus vt supponitur tunc adesset: sed tantum esset motum realiter: quia eius partes se haberēt differēter / nullo tamē eis apposito mediāte: sic cōsimiliter in ꝓposito est dicēdū: vcȝ ꝙ si omne nunc mobile localiter de celo ad terram posset moueri celo et terra destructis ipsum posset taliter variari ꝙ si celum ⁊ terra redirent sicut antea fuerāt / ipsuȝ esset in terra ⁊ nō in celo. ¶ Et si queratur an talꝭ motus quo tunc angelus se moueret esset localis? Ad hoc potest dici ꝙ esset quedam variatio angeli que non potest dici motus localis positiue. quia nec esset in loco nec a loco nec circa locuȝ. esset tamen localis motus permissiue natus sic denominari si locus aliquis poneretur. ¶ Ad sextum dicēdum ꝙ nec instans est in tempore aliquid positiuum ab eo distinctum / nec mutatum esse in motu / nec punctū in linea vt in distinctione ista apparebit inferius. ¶ Ad septimū dicendum ꝙ res corruptibiles dicuntur esse temporales non quia sunt in tempore tanq̄ in re aliqua positiua existente in eis ⁊ distincta ab ipsis. nec enim tempus est res aliqua per se vna existens in aliquo subiectiue / vt in alio articulo est probatum. sed dicūtur solū ideo temporales quia habent terminū sui esse: videlicet quia nō perpetue permanebunt. propter cōtrariam autem rationem alia non dicuntur temporalia sed eterna. nec enim esse eternū est eē aliquo formaliter informatū vel sibi quocūq; vnitum. sed est nūq̄ habere terminū: qḋ nulli eterno conuenit aliquo mediante ab ipso aliqualiter differente in eo formaliter existente vt ostendetur in alia q̄stione. ¶ Ad octauū concedo ꝙ successiuū vt vulgariter ponitur: vcȝ tāq̄ forma aliqua per se vna cuius nulla ps manet actu cum alia / non potest in idem coincidere cū re aliqua permanente. sed successiuū sic sumptū non videt esse ponendum vt in p̄cedentibus est probatuȝ. modo aūt quo hic ponitur successiuū: vcȝ tāq̄ forma cuius vna ps post aliā acquiritur: nō oportet ipsum differre a partibus permanentibus acquisitis. ¶ Ad nonū dicēdum ꝙ illa maior assumpta non ē vera nisi quando illud qḋ est tale / est tale aliquo mediāte a se distincto: sicut quia subiectū est albedine albū tāq̄ aliqua re ab ipso subiecto albo distincta ideo albū est distīctū ab omni illo quo subiectū ipsuȝ nō dicit esse album. Quādo aūt illud qḋ dicitur esse tale nō est tale aliquo a se distincto mediāte: tunc ipsum non est aliud in re extra ab omni illo quo non dicitur esse tale. sicut quia secūdum aliquos res dicitur quanta quantitate / non tanq̄ forma aliqua ab ipsa re distincta / sed precise est quanta realiter suis partibus sic dispositis existentibus: vcȝ extra se: ideo non oportet ꝙ res quanta sit diuersa realiter a seipsa non quāta. potest enim res nūc maior esse / ⁊ postea minor absq; aliquo sibi subtracto: vt apparet in raro primo ⁊ postea condensato. ⁊ eadē ratione vt videtur posset fieri non quātum absq; amisso aliquo positiuo: sicut ⁊ econuerso tātū potest fieri maius nullo sibi addito: ⁊ eadē rōne nō quātū / quātū. sed sic est in proposito. nec enim motus quo aliquid dicitur realiter moueri / puta dealbatio qua aliquid dicit dealbari / est aliqua forma per se vna a subiecto ipso ⁊ albedine eius distīcta. sed dicitur dealbari tantum partibus albedinis vt ipsas actualiter sic acquirit. quare ⁊c. ¶ Ad decimum dicendum: ꝙ licet omnia predicamenta sint distincta vt diuersa signa predicabilia ⁊ subijcibilia / siue vt ex signis talibus constituta: non tamen omniū significata sunt realiter diuersa: vt alibi est ostensum. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

SEcundo quero: vtrum æuum sit aliquid positiuū in re extra ab euiterno distīctū ꝑmanēs: an successiuū? ¶ Et videt ꝙ sic. q: idē omnino nō potest suijpsius realiter esse mēsura. sed euū est mēsura euiterni. ergo oportet ꝙ sit aliquid positiuū ab ipso distinctū. ¶ Contra. q: euū non est aliud q̄ duratio euiterni. sed cuiuslibet duratio rei est ab ipa re durāte indistincta totaliter ī re extra. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic ꝓcedā. quia eñ vt argutum est / euū ipm̄ est duratio euiterni: ideo primo ostēdam ꝙ cuiuslibet rei duratio est ab ipa re durāte indistincta totaliter in re extra. Secūdo ex hoc inferam ꝙ euū qḋ dicitur esse duratio euiterni / non est aliq̄d successiuum sed permanens sicut euiternum: a quo est realiter indistinctum. Ex quo vlterius concludam ꝙ non oportet querere an omniū euiternorum sit tantummodo vnum euum. Tertio tangam ⁊ soluam aliqua que arguuntur cōmuniter contra ista.

Quantū ad primū: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ si duratio esset forma aliqua per se vna a re durante distincta per ipsam res non diceret durare: sed potius ecōuerso duratio ipsa re mediāte cuius esset / duraret. ¶ Hec probatur. Et primo quātum

ad primam partē. quoniā nihil potest dici esse tale per id qḋ supponit existere ipsuȝ tale. sed si duratio alicuius rei puta angeli esset aliquid in eo existēs: ⁊ ab ipso differens ipsa p̄supponeret angelum esse durantē. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. quoniā omne p̄supponēs rem aliquā ꝑmanentē ⁊ actualiter existentē p̄supponit eam esse durātē. nec eñ aliquā rē durare est aliud q̄ ipsam actualiter ꝑmanere. sed si duratio esset a re durāte distincta: ⁊ in ipsa recepta / ip̄am rem p̄supponeret necessario ꝑmanentē et actualiter existentē. omne eñ posterius p̄supponit priꝰ in quo existit. oē etiā accidens p̄supponit suū subiectum existēs. sed duratio angeli ⁊ cuiuscūq; alterius rei si eēt aliquid distinctū ab ip̄a re durāte / esset eius accidēs. nec eñ vna substātia est in alia vt duratio in durāte. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia qḋ est tale aliquo posito vel remoto nō potest dici existere tale ꝑ illud. sed si duratio est res aliqua a re durante distincta / ipsa posita vel amota res ip̄a eius subiectum vniformiter potest manere / ⁊ ꝑ ꝯsequēs durare: cū nullum prius oporteat destrui circūscripto aliquo posteriori ab illo distīcto realiter: quale posterius ponit esse duratio respectu rei durātis. nō eñ potest dici ꝙ ab ipsa tm̄ formaliter distinguat. ergo ⁊c. ¶ Scḋa pars cōclusionis istius: vcȝ ꝙ magis talis duratio diceret durare ꝓpter rē eius subiectū q̄ ecōuerso res ꝓpter ipsam seu ea mediante: apparet. qm̄ omne illud in illo ꝯseruat et manet sine quo nō pōt naturaliter ꝑmanere. sed si duratio distinguit a re durāte est in ipsa vt accidēs in subiecto / ⁊ ꝑ ꝯñs nō posset durare nec manere naturaliter sine ipsa: sicut nec aliqḋ accidēs sine subiecto. ecōuerso autē res durans nō exigit talem rē ad hoc vt maneat naturaliter siue duret: cum ⁊ talis res que dicitur duratio si ponatur distincta a re durāte p̄supponat rem ipsam cuius esse dicitur iam durantē: quia actualiter existētem. g̃ ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est: ꝙ nō est necessariū ponere durationē esse formā aliquā ꝑ se vnam a re durante distinctā. ¶ Hec sequitur ex p̄dicta. quoniā si duratio poneretur vt aliqua talis forma / nō poneret nisi vt res cuius esset duratio ipsa mediāte: modo quo subiectum albū dicitur albedine mediāte. sed vt probatū est nulla res posset durare duratione hoc modo accepta: vcȝ pro forma aliqua in re durāte formaliter existente. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat. q: cū pluralitas non sit sine necessitate ponenda / qḋ potest esse tale seipso omni alio circūscripto nō est necessarium ipsum ponere esse tale aliquo sibi apposito mediante ab ipso realiter differēte. sed sicut omnis res possibilis pōt fieri nulla forma mediāte ab ea ⁊ a deo realiter differēte ita ⁊ in esse posita potest cōseruari / ⁊ ꝑ ꝯsequens durare seu manere oñi forma ab ipsa alia circūscripta. ergo ⁊c. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ nō est congruū ponere durationem esse talē formā aliquā ꝑ se vnam a re durāte distinctam. ¶ Hec ꝓbatur. quoniā nō est cōgruū: imo omnino absonū ponere formā aliquā accidētalem in substātia p̄supposita existētem magis durare immediate seipsa nulla re sibi addita alia mediāte: q̄ duret substātia eius subiectuȝ existēs prius nature ordine tali forma. sed omnis ponēs durationē esse talem formā ꝑ se vnā a re durante distinctā / habet hoc ponere. qḋ ꝓbatur: quoniā talis forma que dicitur esse duratio substātie alicuius puta angeli habet esse forma accidentalis: que nō potest dici ꝙ duret duratione alia mediāte: sed seipsa. si eñ duraret duratione alia mediante oporteret ponere infinitas tales durationes quarum vna duraret alia mediāte. qḋ est impossibile. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. q: qḋ potest fieri ꝑ pauciora nō est congruū ponere fieri per plura. sed quelibet res producta potest durare seipsa a deo cōseruata / nulla mediāte forma sibi impressa / nec alia re quacūq; ab ea diuersa. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est: ꝙ nō est possibile ponere durationem esse formā aliquam per se vnā a re durāte distinctam qua mediante res duret. ¶ Hec ꝓbatur. quoniā aut huiusmodi sic accepta duratio si ponatur causatur a re ipsa durante: aut a causa rem conseruante / duratione huiusmodi mediante. Sed non potest poni primū: quia nulla causa durat propter aliquem effectum ab ipsa productum: cū omnis effectus productus presupponat suā causam producētem existere ⁊ durare. Nec scḋm: quia talis duratio esset forma rei duranti impressa. nec enim existeret subiectiue nisi tantūmodo in re durāte. sed nulla res magis potest dici durare aliquo mediante sibi impresso q̄ possit dici alba aliquo ipsam albam iam actualiter supponēte. omnis enim forma presupponit illud cui imprimitur existere / ⁊ per consequēs actualiter iam durare. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia cū in eodem subiecto sint accidentia multa ⁊ realiter distincta / aut quodlibet durat in subiecto suo duratione propria ⁊ a duratione alterius distincta: aut omnia simul durāt duratione vnica mediāte. Sed primū nō est ponēdū ¶ Primo. quia tūc corrupto subiecto qḋlibet eius accidēs posset naturaliter remanere: imo ⁊ sic remaneret de facto. quoniā nulla res durās depēdet nec ad sui existētiā exigit / nisi illud quo durat. ergo si quodlibet accidēs in subiecto existēs durat duratione propria alia a duratione subiecti / per ꝯsequēs ad sui existētiā nō exigit suū subiectuȝ: magis q̄ ecōuerso subiectum exigat ip̄m. quare ⁊c. ¶ Scḋo. q: tūc seq̄retur ꝙ in qualibet substātia diuersis accidētibꝰ informata ip̄a essent duplicata. ex quo eñ quot ponūtur accidētia durātia tot sunt eorum durationes / que similiter habēt poni forme accidētales / per cōsequēs sequit ꝓpositū: vcȝ ꝙ in nulla substātia posset poni vnū accidēs tātū: cū nullū possit esse nisi duret: nec possit durare nisi duratione vt alio accidēte mediāte ab ipso vt supponit differēte. ⁊ ita etiā tūc materia esset immediatum subiectū forme accñtalis vcȝ sue ꝓprie durationis alterius a duratione substātialis forme. alia etiā multa seq̄rent īpossibilia ⁊ absurda. quare ⁊c. ¶ Tertio quia magis subiectū est cōseruatiuū omniū accidētiū in ipso existētiū q̄ vnū ipsorū ꝑ alterū cōseruet. sed qḋlibet magis pōt dici durare illo mediāte quo cōseruat ꝑ alterū. ergo magis substātia posset dici duratio seu cōseruatio accidētis in ipsa actualiter existentis q̄ vnum accidens alterius. q̄re ⁊c. ¶ Nec pōt poni scḋȝ: vcȝ ꝙ omnia durent vnica duratione. quoniam duratio si est aliquid ꝑ se vnū est subiectiue in re ipsa durante. sed vnū accidens non potest esse saltem naturaliter in diuersis subiectis. accidentia aūt plurima nō supnaturaliter conseruātur nec durāt ꝑ consequēs / sed naturaliter in subiecto. g̃ ⁊c. ¶ Preterea ad idem arguitur. quia aut cum accidētibus separatis ī sacramēto altaris separātur ipsorum ꝓprie durationes / aut non. Si primū: ergo nō supnaturaliter sed naturaliter cōseruant separata actualiter a subiecto. nihil eñ cōseruatum cū illo sibi cōiūcto quo mediāte ē natū naturaliter durare ⁊ actualiter ꝑmanere / pōt dici supnaturaliter ꝯseruari: lȝ conseruet a quocūq; alio separatū: q̄ sibi ꝯiūcto nō durat. sed si cuiuslibȝ rei est sua propria duratio qua durat: nulla res durat mediante re alia q̄ sua duratione propria: nec per ꝯñs aliquod accidens ꝑ subiectū magis q̄ ecōuerso subiectum ip̄m duret accidente mediāte alio a sua duratione. ergo ꝙ accidentia a subiecto separata permaneāt: hoc non fit supernaturaliter: immo magis fieret supernaturaliter si nō manerēt: ex quo quodlibet cū sua duratione propria separat. ¶ Confirmatur. quia non videtur ꝙ aliqḋ accidens duret illo qḋ durat per aliud eiusdē rationis cū ip̄o. ¶ Hoc apparet: nisi ponat circulus in rebus durātibus: dicēdo ꝙ vna durat per aliam et econuerso. sed si duratio rei

cuiuslibet est distincta a sua propria re durante: substātia
quelibet creata durat accidēte. nec eī potest dici ꝙ sua
duratio ab ea distincta sit substātia. qꝛ nec etiā vna sub-
stātia pōt poni duratio alterius. ergo nullū accidēs du-
rat ꝓpter substātiā: sed potius ecōuerso. ex quo sequit̄ ꝓ
positū assumptū: vꝫ ꝙ accidēs sepatū cū sua duratione
propria a subiecto nō supnaturaliter manet / sed potius
naturaliter sicut prius. sed cōstat hoc esse falsum. qꝛ etiā
quorūcūqꝫ accidētiū in corpore existētiū realiter distīcto
rū vno destructo alterū naturaliter manet ⁊ durat in ip̄o
nec ꝑ ꝯñs vnū pōt dici duratio alteriꝰ magis ꝙ̄ ecōuerso.
quare ⁊c. ¶ Si aūt dicat̄ ꝙ accñtia nō sepant̄ cū suis ꝓ
priis durationibus a subiecto ipsoꝝ priori. ergo post cō-
uersionē panis in corpus Christi / ⁊ vini in sanguinē / nō
remanēt oīa accñtia q̄ in cōuersis substātiis ꝑfuerūt. sed
tot sunt destructa quot manent: cū duratio cuiuslibet ꝓ-
pria sit accñs qḋ supponit̄ nō manere cum accidēte ali-
quo sepato. hoc aūt est falsuꝫ. ergo ⁊c. ¶ Preterea arguo
sic ad idē. nō minus res ꝑmanēs pōt durare seipsa nō du
ratione aliqua ab ipsa distincta ꝙ̄ res successiua si ponat̄
vt ꝯmuniter dicit̄ a ꝑmanēte distīcta. sed nulla forma suc
cessiua pōt durare mediāte alio a seipsa. qꝛ si sic: aut illud
quo durat est forma ꝑmanēs: aut aliq̄ successiua. sed non
pōt poni primū. qꝛ res ꝑmanens nō est fluēs / nec ꝑ ꝯñs
eius duratio: nec pōt poni scḋꝫ: qꝛ nullū successiuorū fluē
tium realiter distīctoꝝ pōt durare magis ꝙ̄ alterū per se
ip̄m. ⁊ ita si duratio vniꝰ forme successiue esset forma aliq̄
successiua: ⁊ illiꝰ duratio esset sīliter aliqua alia successi-
ua: ⁊ illius alia in infinitū. ꝯsīliter etiā pōt argui de ꝑma
nētibus: quorū vnū nō videt̄ magis ꝙ̄ alterū eē a sua du
ratione ꝓpria indistinctū. ⁊ ita si duratio rei esset distin-
cta a re ipsa durāte / tam in ꝑmanētibus ꝙ̄ in successiuis
oporteret ꝓcessum ponere in infinitū. hoc aūt est impossi
bile. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ si duratio ē distīcta a re ip̄a
durāte: habet esse impfectior ea cū subiectiue ponat̄ esse
in ip̄a. duratio etiā subbstantie nō pōt dici ꝙ sit substan
tia. cū vna substātia nō sit ī alia nisi forma in materia: q̄ du
rat ⁊ remanet ipsa forā destructa. sed nullū impfectiꝰ po
test magis manere seu durare seip̄o / ⁊ ꝑ ꝯñs esse a sua du
ratione ꝓpria indistinctū ꝙ̄ perfectius. ergo non magis
duratio cū sit impfectior re durāte si ab ipsa ponat̄ distin
cta / est a sua duratione ꝓpria indistincta: ꝙ̄ res cuius di-
citur esse duratio ipsa. quare ⁊c. ¶ Ex p̄dictis infero co-
rollarie: ꝙ duratio nō īportat aliud ꝙ̄ rem ipsam manē
tem vt in esse continuatam seu conseruatā. cuius rei con
tinuatio seu cōseruatio nō fit aliquo mediāte a re cōser-
uata / ⁊ a deo cōseruante distincto. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: infero duo co-
rollarie ex declaratis in articulo p̄cedēti. ¶ Primū est:
ꝙ euū nō est aliquid successiuū: sed permanēs ⁊ simul to
tum existens: quia ab euiterno realiter indistinctum to-
taliter in re extra. ¶ Secūdū est: ꝙ non est querendū an
euū sit vnū omniū euiternorum. ¶ Ad quoꝝ duorum eui
dentiam est sciendum ꝙ eorū que sunt / alia sunt simpli-
citer necessaria ⁊ incōmutabilia: sicut trinus ⁊ vnꝰ deus
Alia cōtingētia ⁊ variabilia tñ incorruptibilia. quorum
alia sunt spiritualia vt substātie īmateriales: ⁊ alia ma-
terialia vt corporales substātie supiores: ⁊ alia corrupti
bilia. quorū alia dicunt̄ fieri ⁊ corrūpi ī instāti: vt illa oīa
quorū vnūquodqꝫ nō fit simul totū sed vna eiꝰ pars post
aliā successiue. Priorū vꝫ solius dei necessarii ⁊ oīno in
cōmutabilis duratio vocatur eternitas. Angelorū vero
euū. corporaliū corruptibiliū ⁊ gñabiliū successiue tēpꝰ
et aliorū instās. ¶ Hoc p̄misso ab oībus cōiter concesso
apparet primū corollariū euidēter. qm̄ vt ꝓbatum est in
articulo p̄cedēti / nullius rei duratio est a re durāte distin
ctum aliquid in re extra. sed vt p̄missum est euū dicit̄ esse
duratio euiternorū omniū vꝫ angeloruꝫ. ergo ⁊c. ¶ Cō-
firmat̄. qꝛ si duratio angeli est distīcta ab ipso: aut est for
ma substātialis aliqua: aut accñtalis. Sed nō pōt poni
primū: qꝛ in nullo durātiū angelorū est forma aliqua sub
stātial' distīcta. esto etiā ꝙ eēt / nō magis vna duraret ꝑ
aliā ꝙ̄ ecōuerso. Nec sm̄ etiā pōt poni. ¶ Primo. qꝛ oīno
est incōueniēs dicere prius durare ꝑ posteriꝰ qḋ ip̄ꝫ priꝰ
p̄supponit durare: cū substantia etiā q̄libet qꝛ accidente
prior ⁊ ab ipso distincta realiter / possit saltē ꝑ diuinā po
tētiā cōseruari oī accidēte ab ipso distīcto realiter circū
scripto. ¶ Scḋo. qꝛ aut illud accidēs esset spirituale aut
aliquod corporale. sed in angelo nō ponit̄ aliquod accñs
corporale nisi forsitan motus localis: qḋ nō pōt poni du
rare: nec spirituale nisi actus intelligēdi volēdi ⁊ nolē-
di: quoꝝ nullꝰ sua duratio pōt dici. ergo ⁊c. ¶ Tertio. qꝛ
si aliquod accidēs sua duratio esse ponat̄ (qḋ oportet cō
cedere si dicat̄ ꝙ ab ipso sua duratio distīguat̄) aut talis
forma accñtalis ē ī ipso durāte ꝑmanēs simul tota: aut
fluēs ⁊ successiua. Sꝫ primū nō possunt ponere q̄ dicunt
suā durationē ab ipso esse distinctā. qꝛ maior ē nūc eiꝰ du
ratio ꝙ̄ fuerit ī principio. quādo nouiter fuerit creatus.
quāto eī plus manet tāto plus durat. qḋ poni nō pos-
set si sua duratio esset ab ip̄o totaliter īdistīcta. Sꝫ si sua
duratio est forma ꝑmanens simul tota / idē inconueniēs
sequitur qḋ vitare ītēdūt: vꝫ ꝙ angeli duratio nō sit mo
do maior ꝙ̄ prius. ergo oportet ip̄os cōcedere hmōi an-
geli durationē eē formā aliquā successiuā. sed hoc ē oīno
absurdū. quod sic ꝓbo. qm̄ aut huiusmodi successio eēt
ꝑtiū diuersarū acq̄sitio: q̄ ꝑtes acq̄site successiue manēt
in angelo ꝑmanēte: aut eēt acq̄sitio ꝑtiū acquisitarū eē
desinētiū. ¶ Hoc appet. nullo eī mō alio pōt ītelligi eē
formā aliquā successiuā nisi alt̄o p̄dictoꝝ duoꝝ modorū
sed nō pōt dici ꝙ duratio angeli sit forma aliq̄ successiua
primo mō. qm̄ tūc seq̄ret̄ ꝙ ꝯtinue cuilibet angelo aduc
niret noua forma accñtalis seu aliq̄s aliꝰ gradꝰ quo me
diāte duraret. qḋ ē oīno īprobabile ⁊ absurdū. esto eī ꝙ
talis forme successiue gradꝰ aliq̄s ꝯtinue adueniret / nō
magis ꝑ ip̄m duraret ꝙ̄ subiectū qḋcūqꝫ aliud alteratū
duret ꝑ accñs ī ip̄o successiue ītroductū: puta ꝑ albedinē
ꝙ̄diu ꝯtinue dealbatur. ꝗ ⁊c. ¶ Nec pōt dici ꝙ sit forma
successiua scḋo mō. qꝛ nec eē corruptibilis pōt poni dura
tio alicuiꝰ īcorruptibilis: q̄le ē qḋlibet euiternū. q̄re ⁊c.
¶ Preterea arguo sic ad idē. aut hmōi duratio angeli ē a
deo: aut ab ipso durāte āgelo effectiue. Sꝫ nō pōt dici ꝙ
a deo: qꝛ deus omnē effectum ꝓductū priorē pōt ꝯserua
re absqꝫ aliquo ab illo distincto realiter ⁊ posteriori ip̄o
q̄lis effectus habet poni hmōi duratio si a re durāte po
nat̄ eē distincta. ꝗ ad hoc ꝙ angelus ꝯseruet̄ ⁊ duret deꝰ
nō necessitatur ad ꝓducēdū ꝯtinue nouū effectum eiꝰ cō
seruatiuū: cū q̄cq̄d deus pōt facere vl' factū ꝯseruare ali
quo mediāte distīcto / possit ꝯseruar̄ ⁊ facer̄ sine illo. nec
pōt dici ꝙ hmōi duratio sit effectiue ab āgelo: qꝛ nec ange
lū aliq̄d oportet in se / nec ī alio ꝓducere ad qḋ duret seu
maneat ī suo eē. nec si aliq̄d tale ꝓduceret / ꝓpt̄ ip̄m ma
neret actualiter seu duraret: cū tale ꝓductū ip̄m suppo-
neret iā durare. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ si hmōi angeli
duratio eēt forma successiua diuersas hñs ꝑtes in fluxu
cōtinue exñtes: aut angelꝰ duraret ꝑ ꝑtes p̄teritas: aut
ꝑ futuras: aut ꝑ p̄ntes. Sꝫ nō ꝑ p̄teritas / nec ꝑ futuras
quia nō sunt. nec ꝑ p̄sentes: qꝛ vt dicūt nullius forme suc
cessiue est aliq̄d actualit̄ nisi īstās qḋ nō ponit̄ eē aliqua
ꝑs tal' forme vꝫ successiue: sicut nec pūctū linee. nec pōt
dici ꝙ duret tali mediāte īstāti p̄nti: vel si sic / ad eiꝰ dura
tionē nō opꝫ ponet̄ formā aliquā successiuā: cū nulla ꝑs
talis forme aliq̄d faciat ad sui durationē. sed sufficit tale
instans / quo solo mediante angelus ipse durat. ¶ Nec

valet si dicatur tale instans non fieri seu conseruari ꝑ
se sine forma aliqua successiua. quoniā ex quo a successi-
uo ponitur esse distīnctū realiter / potest vtiqꝫ per diuinā
potentiā conseruari ⁊ fieri sine ipso. quare ⁊c. ¶ Ex p̄di-
ctis apparet secūdū corollariū supradictū: vꝫ nō esse q̄-
rendū an sit vnicū tm̄ euū omniū euiternorū. ¶ Hoc ap-
paret. qm̄ licet in diuinis vnū sit realiter plura / ⁊ ꝑ ꝯñs
de illo possit queri quomō sit cū oībus illis vnū: in crea-
turis tñ nihil vnū pōt esse a pluribus realiter distinctis
indistinctū. sed vt ꝓbatū est: euū est cū euiterno idē tota
liter in re extra. ergo nō magis est q̄rendū an vnū euū sit
omniū euiternoꝝ ꝙ̄ vtrum vnus angelus possit insimul
esse plures. ¶ Cōfirmat̄. quia oīs q̄stio rationabilis de-
bet esse aliqua ꝓpositio dubitabilis nullū supponēs fal-
sum. sed ista ꝓpō omnia euiterna habēt vnū euiternū vel
plura mediātibus q̄bꝰ durāt / supponit qḋ est indubitā-
ter falsum: vꝫ euū esse aliquid in re extra ab euiterno di
stinctū. apud nullū eī debet esse aliquod dubiū quin res
quelibet possit fieri / ⁊ facta cōseruari / ⁊ ꝑ ꝯñs durare oī
effectu ab ipsa distīcto realiter circūscripto. nullus etiā
debet inclinari ad credēdū aliquā substantiā durare nec
cōseruari ꝑ formā aliquā accidētalem: cū videat̄ esse po-
tius ecōuerso. ergo nec euū qḋ ponit̄ esse duratio angeli
debet poni forma aliqua accñtalis ꝑmanēs / nec successi
ua / nec alia qualiscūqꝫ ab ip̄o distincta. q̄re ⁊c. ¶ Ex p̄e
dictis apparet euidenter improbabilitas ⁊ absurditas
opinionis omniū illoꝝ q̄ dicūt euū esse formā aliquā suc
cessiuā ab euiterno angelo ipsa mediāte durāte distīctā.
que quidē forma vt addūt est vnica omniū euiternoꝝ: vꝫ
ipsoꝝ durātiū angelorū. hoc eī est inintelligibile ⁊ ab-
surdū. qm̄ aut ista forma vnica successiua est subiectiue ī
aliquo vno angelo tm̄: aut in oībꝰ: aut in nullo. sed vnica
accidētal' forma nō pōt naturaliter esse in pluribus. nec
est dicēdū ꝙ supnaturaliter sit in eis: nisi dicas ꝙ deus
ita miraculose cōseruat totū angelorū exercitū sicut acci
dens a substantia separatū. nec pōt dici ꝙ magis in vno
ꝙ̄ in alio. qꝛ nihil existēs in vno angelo subiectiue potest
poni duratio alterius: cū vnus nō duret ꝑ aliū nec ꝑ ali-
quid eius. nec pōt dici ꝙ sit accidēs ab oībus separatū.
tū qꝛ de facto nullū accidēs ponit̄ separatū ab omni sub
iecto nisi in eucharistie sacro. tum qꝛ esto ꝙ poneret̄ nul-
lius substātie duratio posset esse. oīno eī est īpossibile di
cere substātiā nō durare nisi mediāte accidētali vel sub-
stātiali forma aliqua ab ipsa sepata realiter. si eī dura-
tio ponat̄ esse forma aliqua ꝑ se vna nō magis res aliqua
potest durare ꝑ ipsam ab ea realiter separatam / ꝙ̄ subie
ctū aliquod possit dici albū esse aliqua albedine ab ipso
actualiter separatā. quare ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium: vbi est respon-
dendū ad illa q̄ cōtra p̄dicta ꝯmuniter ab aliis arguūtur
Primo adducā illa. Scḋo dicā ad ipsa. ¶ Primo ergo
arguo sic. eiusdē ad se nō pōt esse relatio realis. sed ange
lus vt primo durās refert̄ ad seip̄m vt postea durantē. si
eī angelus nunc creatus postea annihilet̄ / ⁊ iterū creet̄
in creatione fundatur ratio prioritatis ⁊ in reparatione
ratio posterioritatis. ergo oportet hic assignare aliam et
aliā ꝑtē durationis: cū angelus ipse durās sit totaliter ī
distinctus. ¶ Scḋo. qꝛ impossibile est cōtraria inesse sine
successione eidē subiecto. sed ꝯtraria insunt angelis tam
malis ꝙ̄ bonis vel inesse possunt. pōt enim angelus tam
bonꝰ ꝙ̄ malus nūc sursum existere / nūc deorsum. oēs etiā
primo nō fuerūt in gratia / nec in gloria / nec ī pena: ⁊ post
ea alii gratiā ⁊ gloriā / alii vero ꝓpter culpam cōmissam
penā ꝑpetuaꝫ receperūt: ⁊ ita in oībus extrema cōtradi-
ctionis fuerūt. ergo oportet ꝙ in alia ꝑte durationis fue
rit vnū ⁊ in alia alterū: cū cōtradictoria simul eidē inesse
nō possint. ¶ Tertio. qꝛ īpossibile est vnū ⁊ idē simul exi-
stere ⁊ nō esse. sed angelus nūc existēs posset nō esse. ꝗ cū
nō in illo instāti in quo existit / oportet ꝙ in alio. ex quo
sequit̄ ꝓpositū: vꝫ ꝙ est in eius duratione successio. ex
quo sequit̄ ꝙ sit ab ipso distincta sicut successiuū a ꝑma-
nēte. ¶ Quarto. qꝛ illa quoꝝ vnū stat cū priuatione ali-
cuiꝰ ꝑtis alterius / realiter distinguunt̄. sed angelus ⁊ euū
sunt hmōi. ē eī existētia angeli cū priuatione oīꝫ ꝑtiū p̄
teritarū eui. ergo ⁊c. ¶ Quinto. qꝛ illud qḋ plus durauit
nūc ꝙ̄ prius / plꝰ habet de duratione nūc ꝙ̄ prius. sed an
gelus plus durauit nūc ꝙ̄ prius. ergo ⁊ eius duratio est
nūc maior sua essentia existēte eq̄li. sꝫ talia oīa quoꝝ vno
equali existēte alterū ē inequale / qꝛ maiꝰ ꝙ̄ antea / opor
tet realiter esse distincta. ergo ⁊c. ¶ Sexto. qꝛ illud qḋ ē
tā in actu ꝙ̄ in potētia / si est in potētia infinitū: ⁊ ī actu.
sed duratio angeli est ī potētia infinita: qꝛ eterna / nūꝙ̄ ꝑ
ꝯñs termināda. sed si duratio angeli eēt ab eiꝰ essentia ī
distīcta / tāta esset actu quāta ī potētia. ꝗ ⁊c. ¶ Ad eui
dētiā solutionis istorū ⁊ oīm similiū alioꝝ est sciēdum: ꝙ
oēs p̄dicte rōnes ⁊ eis similes ꝓcedūt ex eadē falsa radi
ce ⁊ imaginatione. oēs eī supponunt idē falsum: vꝫ ꝙ
res nō possit manere nec desinere esse nisi in instāti vel ī
tēpore tāꝙ̄ ī re aliqua alia a re manēte vel existere desi-
nēte: ⁊ ꝙ cōtraria vel cōtradictoria esse simul sit ipsa eē
in eodē tēpore vel in īstāti tāꝙ̄ in forma aliqua existente
ab ipsis inexistētibꝰ ꝯtrariis vel ꝯtradictoriis differēte.
hec aūt oīa sunt euidēter falsa. oīs eī res creata potest
manere vel desinere esse circūscripto oī tēpore ⁊ instāti ⁊
quacūqꝫ alia re creata: ⁊ cū illa oīa puta tēpꝰ īstās ⁊ euū
et eius instātialitas ponant̄ eē accidētia: oīno videt̄ eē
irrationabile ponere nullā creatā substātiā posse mane-
re / nec etiā desinere sine eis. qua eī rōne instans ponat̄
esse ⁊ desinere eē nō in alio instāti: ⁊ tēpus nō in alio tp̄e
et euū similiter nō in alio euo: ita ꝯsīliter oīs alia res ab
istis pōt esse ⁊ desinere eē istis oībus circūscriptis: puta
euo / tp̄e / ⁊ instāti: tā ꝙ̄ diuersis ab illis q̄ dicunt̄ existere
vel desinere esse. nec ꝯtradictoria vel ꝯtraria vel q̄cunqꝫ
alia esse simul / est vt rōnes iste accipiūt ipsa esse in eodeꝫ
tēpore vel īstāti tāꝙ̄ aliis formis ab illis q̄ simul dicunt̄
existere ꝑmanētibus: cū aliq̄ simul eē / puta albū ⁊ nigrū
nō dicat p̄ter ip̄ꝫ albū ⁊ nigrū aliquod aliud ens creatū
nec ꝑ ꝯñs instās nec tēpus nec euū: intelligēdo ꝑ ista ali
qua ab illis distīcta. ¶ Tūc ad p̄mū dicēdū: ꝙ nec eiusḋ
ad se nec vniꝰ ad alterū in creatis ē aliq̄ relatio realis tā
ꝙ̄ forma aliqua ꝑ se vna distincta realiter ab extremis:
vt supponit̄ ex alibi declaratis. ¶ Et ideo qm̄ additur ꝙ
angelus primo durās refertur ad seip̄m vt ad postea du
rātē: si intelligat sicut facit ꝙ referat̄ aliqua forma me-
diāte in ipso vel in sua duratione fundata: falsum est: qꝛ
nec albū refert̄ ad albū / nec aliquod vnū ad alterū ī cre-
atis hoc mō. si aūt intelligeret̄ ip̄m referri ad se: qꝛ illud
idē qḋ fuit antea / manet mō: sicut duo alba referūtur se
ipsis: qꝛ seipsis sunt sīl'a nō aliquo eis apposito mediā-
te: sic verum est ip̄m referri ad seip̄m. ¶ Et qm̄ dicitur ꝙ
angelo nō creato postea repato fundaret̄ ratio priorita-
tis in creatione et posterioritatis in repatione: Dico ꝙ
hoc est falsum: ⁊ supponit duplex falsum. Unū ꝙ nihil di
cat̄ prius nisi prioritate / nec posterius nisi posterioritā-
te ab ipso distīcta realiter mediāte: cōtra qḋ alias ⁊ etiā
in p̄cedētibus est argutū. Aliud falsum qḋ supponit / est
ꝙ creatio ⁊ repatio sint duo aliq̄ positiua distincta rea-
liter ab ipso repato angelo ⁊ creato. hoc etiā nō eē verū
satis appet ex dictis in distinctione alia p̄cedenti. ¶ Et
si queras. quomodo angelus posset esse prius duratio-
ne semetip̄o quecunqꝫ alio circūscripto? ¶ Respondeo
ꝙ sicut vnū esse prius alio ꝑfectione nō est ipsuꝫ esse pri
us ipso perfectione tanꝙ̄ aliquo sibi addito mediante

ab ipso differente: sed ipsum esse eo perfectius semetipso omni a se alio circũscripto: ita nec vnũ angelum esse alio duratione priorem est ipsũ esse eo priorem duratione tã ꝙ̄ aliqua re mediante coexistente simul cum illo angelo priori alium angelum precedente: cum vna res possit fieri prius ꝙ̄ alia sine quacunqȝ alia tertia a priori et a posteriori realiter differente. sed aliquẽ prius duratione eẽ ẽ ipsum esse factũ alio nõdum facto: qḋ potest vtiqȝ cõtingere sine omni duratione tãꝙ̄ forma a re ipsa priori ⁊ posteriori diuersa. Quod ex hoc euidenter apparet. qm̃ omne qḋ est simul cum re priori est prius duratione quocunqȝ incipiente esse: ergo ⁊ duratio rei prioris si est ab ipsa re priori distincta / est prior duratione rei posterioris. sed constat ꝙ si est prior duratione alia ꝙ̄ seipsa: ergo cõsimiliter potest dici de re ponendo ipsam esse a sua duratione realiter indistinctã. ⁊ ita sicut duratio rei prioris ꝑ diuinam potentiã (qḋ vtiqȝ posset fieri si a re ipsa ponatur esse distincta: vel saltem reparata re posteriori producta) esset prior vt primo posita seipsa non postea reparata: ita ⁊ de creato ac de reparato angelo est dicendum. ¶Ad secundũ. quando dicitur ꝙ contraria non possunt eidem sine successione inesse: dico ꝙ falsum est si per successionem intelligatur res aliqua quecunqȝ diuersa a cõtrarijs ⁊ subiecto. nulla enim re permanente nec successiua creata existẽte exceptis contrarijs / subiecto ipsorum receptiuo puta homĩe ⁊ albedine ⁊ nigredine / posset homo esse albus ⁊ niger non simul sed successiue: hoc est ꝙ prius est albus ⁊ postea niger: non intelligendo per huiusmodi prius et posterius aliqua positiua distincta ab ipsis contrarijs inexistentibus ⁊ subiecto. ad hoc enim ꝙ subiectum existens sub albedine priuetur ipsa albedine ⁊ informetur ea priuata nigredine / non est necessaria res alia successiua nec permanẽs preter causam ⁊ ipsam nigredinem inducendam: ⁊ ita omni successione destructa tanꝙ̄ re alia a contrarijs ⁊ a contradictorijs ⁊ subiecto diuersa / potest idem sub contrarijs vel contradictorijs esse: non tamen simul. nec sequitur: prius est album et postea non album vel nigrum: ergo oportet esse formã aliquam successiuam a subiecto ⁊ ab albedine distinctã et a nigredine successiue: cum ad hoc ꝙ subiectum sit album nulla forma alia ab albedine requiratur. nec ex hoc quia vȝ nulla est forma alia ab albedine qua subiectum actualiter informatur / est impossibile ipm̃ albedine spoliari ⁊ forma sibi cõtraria informari. quare ⁊c. ¶Ad tertium cõsimiliter est dicẽdũ. si enĩ intelligatur ꝙ impossibile est idẽ simul esse ⁊ nõ esse in eodẽ tẽpore vel instanti manẽte tãꝙ̄ re alia ab illa q̄ dicit̃ esse ⁊ nõ esse / falsũ est. si enĩ instãs cui vel temporis est aliquid positiuũ / potest per diuinã potẽtiã cõseruari / ⁊ ipso existẽte eodẽ ⁊ manẽte idẽ angelus potest esse ⁊ nõ esse: sicut ⁊ vno angelo existẽte / alius potest esse ⁊ nõ esse. nõ enĩ minus vt supponit̃ vnus angelus est distinctus ab huiusmodi instanti ꝙ̄ ab alio angelo: ⁊ ita nõ minus ipso manẽte eodẽ ꝙ̄ alio angelo ipse põt existere ⁊ nõ esse. ⁊ ideo quãdo dicit̃ cõtradictoria nõ posse simul seu in eodẽ instãti vel euo vel tempore existere / nõ est ĩtelligẽdũ ipsa nõ posse simul esse in aliquo p̄dictoꝝ tãꝙ̄ aliquo existẽte ab eis distincto. quocũqȝ enĩ ꝑmanẽte vel successiuo distincto ab vno aliquo angelo actualiter permanẽte põt angelus ille esse ⁊ nõ esse. sed est intelligẽdũ cõtraria vel cõtradictoria nõ posse simul eẽ vera / qꝛ ĩexistẽte vno nõ põt alterum inesse. ⁊ ita si ꝑ tẽpus vel euũ vel instãs intelligas rẽ distinctam ab angelo: ita tali re eadẽ existẽte posset angelus esse et nõ esse sicut deo vel quacũqȝ re alia existente. nec magis sequitur: in eodem tempore sic accepto vȝ ꝓ aliqua tali forma angelus est ⁊ non est: ergo simul est ⁊ nõ est: ꝙ̄ sequatur: deo existẽte est ⁊ nõ fuit: ergo simul fuit ⁊ nõ fuit vel est ⁊ nõ est. nec enim due aliqua contraria vel cõtradictoria simul esse / est ipsa esse re alia ꝑmanẽte ab eis et ab eorũ subiecto distincta. quare ⁊c. ¶Ad quartum apparet ꝙ supponit falsum / vȝ euũ esse formã aliquã successiuã ab angelo distinctã: qḋ non est verũ: vt supius est ostẽsum. ¶Ad quintũ dicẽdũ ꝙ falsum supponit vȝ ꝙ res duret duratione tanꝙ̄ aliqua forma mediãte a se distincta: ꝑ cuius extensionẽ seu ꝑtiũ appositionẽ res ipa dicatur plus durare. hoc enĩ nõ potest esse verũ: cũ nulla res dicatur durare ꝑ aliquid sibi nouiter adueniẽs ipm̃ existere p̄supponens. ¶Et ideo quãdo dicit̃ ꝙ illud qḋ plus durauit plus de duratione habuit: si ꝑ durationem intelligatur res aliqua alia a durãte falsum est cũ ꝑ talẽ durationẽ nõ duret aliquid plus nec minus: imo hoc modo accipiendo durationẽ qḋ minus durat posset habere maiorẽ durationẽ ꝙ̄ illud qḋ plus durat. qḋ euidẽter apparet. qm̃ quicquid potest recipi in aliquo subiecto puta in vno angelo quãtũcũqȝ durãte: ⁊ in alio minus durãte. oẽ enĩ positiuũ põt a deo fieri simul totũ: ⁊ factũ cõicari subiecto eius receptiuo. ergo si duratio est forma aliqua positiua existẽs in angelo durante: quãtã durationẽ deus põt cõmunicare angelo semꝑ permãsuro / tãtã vel maiorẽ alteri ꝑmanẽti tãtũmõ in momẽto. nõ minus enĩ duratio si est talis forma accidẽtalis põt fieri tota simul et facta ꝯmunicari ꝙ̄ beatitudo vel alia quecũqȝ accñtalis forma. nec tñ ex hoc seq̃retur ꝙ isti angeli ꝑmanerẽt equaliter seu durarent. quia nec plus durare est maiorȝ durationẽ habere tãꝙ̄ distinctã formã aliquã a durante alias deus nõ diceret̃ plus durasse ꝙ̄ mũdꝰ: cuiꝰ est duratio sic ab ipso penitus indistincta / nec ꝑ consequẽs ipse haberet plus de duratiõe tãꝙ̄ de aliqua re ab ipso distincta. sed vnã rẽ creatã plus durare ⁊ aliam minus est vnã nullo mediante sibi addito plus manere ⁊ aliam citius desistere seu desinere esse. nec debet hic intelligi aliqua minoritas nec maioritas in re aliqua positiua a re durante distincta. nec enim deus dicitur nunc plus durasse ꝙ̄ ab eterno propter sibi additum aliquid positiuum. nec si per impossibile desineret modo esse / durasset minus ꝙ̄ nunc sit duraturus minoritate alicuius ab ipso realiter differentis. ¶Ad sextum ⁊ vltimũ consimiliter est dicẽdum. nec enim duratio angeli est in actu nec in potentia infinita aliter ꝙ̄ res durans: cum non sit alia res ab ipa. ¶Ergo ad questionẽ. ¶Ad rationem in principio dicẽdum ꝙ sicut tẽpus dicitur mensura rei temporalis cuiꝰ vna pars fit post aliam: non tãꝙ̄ res alia a partibus que sic fiũt: sed cum dicitur / hoc fit in tẽpore / designatur ꝙ vna eius pars post aliaȝ inducatur. Dicitur etiã mẽsura rei existẽtis pro quãto designat eius existẽtiã fiendam. ita eternitas dicitur mẽsura dei ⁊ euũ angeli: pro quãto eternũ significat rem non incepisse nec posse desinere eẽ sed insimul totam esse: ⁊ euiternitas similiter dicit rem insimul totam esse nec vnꝙ̄ desituram esse: sed aliquando incepisse esse. nec tamen euiternitas est magis distincta ab angelo ꝙ̄ eternitas a deo: nec aliter dicitur eius mensura.

Tertio quæro: vtrum Quãdo sit forma aliqua per se vna distĩcta a re tẽporali et a tempore / ⁊ ab euiterno ⁊ euo? ¶Et videtur ꝙ sic. qm̃ q̄ distinguũtur p̄dicamẽtaliter distinguũtur realiter sed quãdo ⁊ tempus ac res tẽporalis euũ ⁊ euiternũ sunt diuersorũ p̄dicamẽtorũ. ergo ⁊c. ¶Minor apparet. quia tã tempus ꝙ̄ res temporalis / ⁊ euũ ⁊ euiternũ sunt in p̄dicamẽtis absolutis. quãdo aũt est p̄dicamẽtum respectiuũ ab oĩbus alijs distĩctũ. ergo ⁊c. ¶Contra. qꝛ vt sepe ostẽsum est / nullus respectus est in creaturis distinctũ aliquid ab extremis. sed quãdo si est aliq̃d / nõ potest forma aliqua absoluta poni / sȝ tñmodo respectiua. ergo est a suis extremis indistincta. extrema aũt eius dicũtur esse tempus ⁊ res temporalis euũ ⁊ euiternũ. ergo ⁊c. ¶Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enĩ ostendam quõ esset respondẽdum ad istã q̄stionẽ scđm vulgatam opinionẽ. Secundo arguã contra ipsam solutionẽ. Tertio dicam aliter ad q̄stionem.

Quantum ad primum est sciendũ: ꝙ secundum vulgarẽ ⁊ cõem opinionem qḋlibet p̄dicamentũ significat formam aliquã ꝑ se vnam vel absolutã vt substantia quantitas et qualitas: vel respectiuam vt qḋlibȝ alioꝝ: de numero quorũ ponit̃ esse qñ / de quo q̃rit̃ ĩ q̄stione p̄nti. qḋ quidem qñ est vt dicitur forma respectiua tẽporis ad rem temporalẽ: ⁊ econuerso rei tẽporalis ad tẽpus: qḋ tempus dicit̃ esse duratio ipsius rei temporalis sicut et euum duratio euiterni. In hoc tñ est diuersimode se habens tempus ad rẽ tẽporalem ⁊ euũ ad euiternũ secundũ aliquos: qꝛ euum est totũ simul ab euiterno tñ distinctum non aliq̃d successiuũ. tempus aũt nõ est simul totum cũ re ipa tẽporali / cũ sit aliq̃d successiuũ. Scđm autem alios sicut tempus est rei temporalis: ita etiã euum ipsius euiterni duratio successiua. ¶Hanc opinionẽ vulgatam tenẽtes habẽt / vt mihi videtur / respõdendo ad q̄stionẽ istã dicere ⁊ concedere quatuor q̄ sequunt̃. ¶Primum est: ꝙ qñ qḋ est inter rẽ tẽporalẽ ⁊ tempus / ẽ forma aliqua successiua. ¶Hoc apꝑet. qꝛ nec accidẽs aliqḋ permanens põt esse in subiecto successiuo: nec respectꝰ etiaȝ aliquis ꝑmanens põt esse / scđm eorũ principia ad aliquẽ terminum successiuũ. sed tps vt dicunt est forma successiua. ergo nec qñ in ipso fundatũ: nec aliud qñ rei tẽporalis ad ipm̃ vt ad ꝓpriũ suum terminũ terminatũ põt esse forma aliqua respectiua ꝑmanens / sed tñmodo successiua. ¶Scđm qḋ oportet eos concedere / est ꝙ nõ tm̃ inter rẽ temporalem ⁊ tempus est talis forma respectiua q̄ dicit̃ qñ: sed etiam inter euiternũ ⁊ euum est vna forma alia similit̃ respectiua q̄ põt etiã dici qñ. ¶Hoc apꝑet. qm̃ nulla põt rõ assignari ꝙ magis inter vnã rẽ durãtẽ creatam ⁊ suam durationẽ ꝙ̄ inter aliam ⁊ durationẽ suã ab ea nõ minus distinctã ꝙ̄ ẽ alia res a sua / sit ponenda aliqua talis forma. sed scđȝ ipos sicut tps est duratio rei temporalis: ita ⁊ euũ euiterni: ⁊ sicut tps differt realit̃ a re temporali: ita ⁊ euum silr̃ ab euiterno. ergo si rei tẽporalis ad tẽpus ⁊ ecõuerso est aliqua talis forma media respectiua: ⁊ inter euum ⁊ euiternũ alia consimilit̃ est ponẽda q̄ etiã poterit dici qñ. ita enĩ põt q̃ri de omni euiterno puta de angelo sicut de re tẽporali qñ fuit vel qñ est vel qñ erit: ⁊ põt responderi ꝙ fuit heri / ⁊ ẽ hodie / ⁊ erit cras. ergo ⁊c. ¶Si forte dicatur: ꝙ non est silr̃ de euo ⁊ de tempore. qꝛ euum est ꝑmanens simul totũ: tẽpus autem successiuũ: ¶Hoc nõ valet. qm̃ non magis vnius rei ad alterã cuiꝰ vna pars acq̃rit̃ post aliam oportet esse formã aliquã mediam respectiuã: ꝙ̄ vnius alteriꝰ rei ad aliã simul totam existentẽ: ⁊ per ꝯñs permanentẽ. ergo lȝ duratio euiterni sit ꝑmanens ⁊ simul tota: duratio aũt rei tẽporalis successiua: ex hoc non sequit̃ ꝙ magis rei tẽporalis ad suam durationem ꝙ̄ euiterni ad suam oporteat ponere formã aliquam mediã respectiuã ab extremis distinctã. ¶Confirmat̃ primo. qꝛ lȝ alit̃ sit in loco angelus ⁊ corpus: qꝛ angelus totus in toto loco ⁊ in q̄libȝ eiꝰ pte: nõ sic aũt corpus: tñ hoc non obstante / cuȝ non minus realiter angelꝰ sit in loco ꝙ̄ corpus / non minus habet vbi in loco ꝙ̄ corpus: licet eius vbi sit alterius rationis ab vbi corporis ĩ loco circunscriptiue existẽtis / vt in sequentibꝰ ostendet̃. ergo consimiliter in ꝓposito est dicendũ de ipso angeli euiterno ⁊ de suo euo: vȝ ꝙ lȝ eiꝰ duratio q̄ est euũ / sit alteriꝰ rationis a duratione rei temporalis ꝙ̄ ista successiua ⁊ illa permanẽs simul tota: quia tamen euum non minus est realis duratio ꝙ̄ sit tẽpus: nec minus a sua re distĩcta ꝙ̄ sit tẽpus ipsum a re temporali: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ minus potest ⁊ debet poni quando inter euum ⁊ euiternum ꝙ̄ inter tẽpus ⁊ rem tpalẽ / licet nõ eiusdem sed alterius rationis. ¶Secũdo. qꝛ rei temporalis ad accidens eius ꝑmanẽs vt ad albedinem ⁊ econuerso ponitur ab eis forma aliq̃ media respectiua vt subsistentia ⁊ inherentia. ergo esto ꝙ duratio euiterni sit ꝑmanẽs / in ipso euiterno simul tota existens: ex hoc non seq̃tur secundum ipsoꝝ principia ꝙ inter ipsa non possit esse forma aliqua media respectiua. ¶Tertiũ qḋ oportet ꝯcedere ponẽtes euũ eẽ successiuũ realiter sicut tempus: est ꝙ qñ euiterni ad euũ est successiuum: sicut qñ rei tẽporalis ad tẽpus. Ponẽtes aũt ipȝ euum esse ꝑmanens simul totũ cum euiterno / p̄nt etiã ponere ꝯñter qñ qḋ est inter ista non esse successiuũ sed ꝑmanens totũ simul sicut eius vtrũqȝ extremũ. ¶Hoc apꝑet quia sicut qñ rei tẽporalis ad tẽpꝰ arguit̃ necessario successiuum: qꝛ tempus successiuũ: ita ꝯsimiliter si euũ ponatur esse euiterni duratio successiua / oportet ponere ⁊ ꝯcedere ꝯñter ꝙ qñ euiterni ad euum est etiã successiuũ. nõ autem si euũ ipm̃ ponat̃ ꝑmanens simul totũ: ꝓpter contrariam rationem. ¶Sȝ nũq̃d hoc ponentes necessario ꝯpellunt̃ concedere qñ esse etiam ꝑmanẽs inter ista q̄ ponunt eẽ permanentia vȝ euiternũ ⁊ euũ: an possent ipm̃ ponere successiuũ licet ponant vtrũqȝ eius extremũ ꝑmanens simul totum? ¶Ad hoc videtur esse dicendũ: cum successio non possit esse nisi inter ptes rei / quarũ vna ps post aliã acquirit̃ successiue: ꝙ per ꝯñs vnius rei ꝑmanẽtis ad aliã permanentẽ ꝯsimiliter simul totã nõ põt esse aliqua successio media ab eis quõcunqȝ distincta. q̃re ⁊c. ¶Quartũ ⁊ vltimum qḋ oportet ꝯcedere sic loquẽtes / ẽ ꝙ põt esse res temporalis ⁊ tempus euum ⁊ euiternuȝ absqȝ qñ aliquo ꝯñte ab eis realiter differẽte. ¶Hoc apparet. qꝛ oẽ prius põt ꝑ diuinam potẽtiaȝ separari a suo posteriori a quo realiter est distinctũ nec in ipo inclusũ. sȝ secundum omes ipsos omnia extrema qñ tam tẽpus vȝ ꝙ̄ res temporalis ꝙ̄ euũ ⁊ euiternũ sunt ab ipso qñ realit̃ distincta ac ipso priora sicut oĩa extrema alia absoluta a respectu quocũqȝ vnius ad alteruȝ. ergo ⁊c. ¶Confirmatur qꝛ oĩe ꝑmanẽs põt separari a quolibet successiuo: ⁊ vnũ successiuũ a quocũqȝ alio ab ipso realiter distincto. sicut enim vnũ ens ꝑmanens põt per diuinam potentiã separari ab omni alio ꝑmanẽte ab ipso realiter differente: ita ⁊ de quocunqȝ successiuo cõparato ad alterum successiuũ a q̄ realiter distinguit̃ / cõsilr̃ est dicẽdũ. sed tẽpus ⁊ suũ qñ sunt realiter diuersa entia successiua / sicut et euũ ⁊ qñ suum si euum ponat̃ successiuum. si aũt ponat̃ ꝑmanens est etiam a qñ realiter differens vt vna res permanẽs ab alia re ꝑmanente. euiternum etiã qḋ est res ꝑmanens est a suo qñ realiter differens: ⁊ silr̃ res tẽporalis q̄ est permanẽs siue successiua / a suo. non enĩ minus differt a qñ ꝙ̄ a tẽpore / a q̄ ponit̃ ab eis realiter esse distincta. ergo ista possunt ꝑ diuinam potẽtiã realiter separari. ¶Hec de primo.

Quãtũ ad secundũ: contra prædictam hmõi q̄stionis solutionẽ quã oportet ponere secundũ vulgatam opinionẽ / arguo non aliter ꝙ̄ ostendẽdo oĩa q̄tuor in precedenti articulo explicata esse supflua ⁊ omnino inꝯuenientia ⁊ absurda. Qḋ apꝑet ꝑ singula discurrendo Primum enĩ ⁊ secundum / vȝ ꝙ inter rẽ temporalẽ ⁊ euiternum ⁊ euum ponere formã aliquã mediã respectiuam sit supfluum ⁊ absurdũ: probat̃ primo. qꝛ supponit falsũ vȝ durationẽ esse distinctam a re durante aliqualiter ĩ re extra. Hoc siquidẽ nõ est verum vt in p̄cedẽtibꝰ est ostensum. Secũdo. qꝛ esto ꝙ hoc esset verum / adhuc nõ magis inter aliquam rẽ durantẽ ⁊ suam durationẽ ab ipsa diffe

rentem oportet ponere formã aliquam mediantẽ ꝙ inter aliud accidens qđcunqꝫ ⁊ suum subiectũ.sed accidentis subiecto inherentis ad suũ subiectũ nulla est forma media:nec econuerso subiecti ad accidens: vt appebit ex dicẽdis in tertio ⁊ in quarto.ꝗ ⁊c.¶Cõfirmat.qz inter nulla immediate vnita est ponenda aliqua forma media ab ipsis extremis immediate vnitis distincta.sed qlibet res durans ⁊ sua duratio si ab ipsa ponat distincta/sunt imediata ⁊ simul existentia.nulla em forma põt poni media inter aliquam rẽ durantẽ ⁊ suam duratione. ergo nec qñ potest poni aliqd distinctũ a re tpali ⁊ a tempore/nec ab euo ⁊ euiterno.¶Preterea arguo sic ad idẽ.omis forma essentialiter successiua qualis est omis illa cuius nulla ptiũ manet simul cũ alia/est mot⁹ vel tẽpus.¶Hoc appet qz nec motus vel tempus est aliud ꝙ forma successiue habens multas ptes:quarum nulla cũ alia manet simul. sz si qñ rei tpalis ad tẽpus vel euiterni ad euũ si ponat successiuum/est forma aliqua ab extremis distincta/habz eẽ forma essentialiter successiua: vt in alio articulo est pbatum.ꝗ qñ ipm est essentialiter tps vel mot⁹.sed inter tempus ⁊ rẽ temporalẽ non oportet ponere nec potest poni tempus mediũ simul existẽs cum alio priori tpe ⁊ re tpali:nec inter euiternum ⁊ euuz aliud euũ mediũ successiuũ quale oporteret esse qñ si esset ab euo distinctum ⁊ euum ipm esset forma successiua.ꝗ ⁊c.¶Cõfirmat.qz nulla forma essentialiter successiua est imediatior ꝙ alia similiter successiua alicui pmanẽti.¶Hoc appet qz qđcũqꝫ successiuum equaliter a re pmanẽti est distinctũ.sed qñ vt pbatum est si ab euo ⁊ a tempore est distinctũ/est successiuum aliqđ/sicut ⁊ tẽpus ipm ⁊ euum.ꝗ non est imediatius euiterno ꝙ euum nec rei tẽporali ꝙ tps.⁊ ita p ꝯñs sicut inter rem tẽporalem ⁊ tps/euũ ⁊ euiternũ ponit qñ mediũ ab extremis distinctũ:ita consimilit inter qñ euiterni et euum / ⁊ rei temporalis ⁊ tempus est ponendũ aliud mediũ.hoc aũt est impossibile.qz tunc seqret pcessus in infinitum.ꝗ nec qñ est ponẽdum tanꝙ forma aliqua p se vna disticta a re tẽporali ⁊ a tẽpore ⁊ ab euiterno ⁊ euo:cũ eq immediate tempus possit esse in re temporali ⁊ euũ i euiterno sicut quando:immo immediatius.qñ duratio rei imediatius esse videt in ipsa si ab ea ponatur distincta/ꝙ qđcunqꝫ aliud accidẽs a duratione.sz tẽpus ponit eẽ duratio rei tẽporalis/⁊ euũ euiterni:nõ aũt qñ:imo qñ supponit durationem ⁊ rem durantẽ sicut sua extrema.ꝗ ⁊c. ¶Ex eisdem apparet esse inconueniens ⁊ oino improbabile tertium qđ oportet ꝯcedere sic loquentes : ꝙ qñ euiterni sit forma aliqua pmanẽs vel successiua ab euo ⁊ ab euiterno distincta.qñ si euum est duratio successiua euiterni ab ipso vt successiuũ a pmanente distincta/nõ oportet ponere inter ipsam durationem hmõi successiuã ⁊ rẽ durantẽ formam aliquã aliam mediam successiuam:cum vt pdictũ est de tempore ⁊ de qñ: nullũ successiuũ a duratione rei distinctum sit in re durante immediatius ꝙ ipa duratio.nec p ꝯñs tale qñ si ponat successiuuz /erit i euiterno immediatius ꝙ sit euũ qđ ponit eius vz euiterni duratio ⁊ non qñ:cũ qñ supponat vt dicit euiternuz ⁊ euũ ⁊ p ꝯñs rem durantẽ ⁊ suam duratione.qre ⁊c. ¶Si aũt euũ dicat esse duratio euiterni permanẽs/⁊ ab ipso vt vnũ permanẽtium ab alio differens/tunc nec qñ est ponenduz tanꝙ forma aliqua pmanens media inter ipsa.qñ sicut inter rem durãtem ⁊ eius duratione successiuam/vt dictũ est/nulla est ponẽda forma media successiua: ita nec inter rem durantẽ ⁊ suã duratione pmanentẽ est ponẽda aliq forma pmanens media/a re durante ⁊ ab eius duratione distincta.quare ⁊c.¶Confirmat.qz si euuz ⁊ quando sũt duo distincta pmanentia in angelo euiterno existẽtia/ambo habent poni accidentia esse.sed accidẽtium pmanentium nullũ est in re durante immediatius ipa duratione:⁊ maxime illud qđ psupponit durationem:quale est omne qñ tã rei tpalis ꝙ etiam euiterne.ꝗ ⁊c.¶Quartũ ⁊ vltimum vz ꝙ qñ si ponat forma distincta a re durante ⁊ a duratione possit non poni posita re durãte ⁊ sua duratione/est verum ⁊ cuilz catholico manifestũ.⁊ hoc est ppter quod inter alia non oportet ponere tale qñ.ex q em omi forma media a re durante ⁊ a duratione distincta amota potest res durare vniformiter/nõ est ponẽdũ aliquod medium inter ipsa.¶Hec de secũdo.

Quantum ad tertiũ & vltimum:vbi ad qstionem istam est aliter respondẽdũ/pono tres cõclusiones.¶Prima est:ꝙ qñ non est forma aliqua p se vna rei tẽporalis ad tẽpus nec euiterni ad euũ distincta ab vtroqꝫ istoꝝ.¶Hec probat.qz nec tẽpus est distinctum aliqđ in re extra a re temporali nec euũ ab euiterno/vt in pcedentibus est ostẽsum.¶Cõfirmat.quia si qñ esset aliqua talis forma:aut esset absoluta:aut respectiua.sed absoluta non ponit.nec põt poni respectiua:qz eiusdẽ ad se non potest eẽ aliq talis forma respectiua.duratio aũt est a re durante penitus indistincta.ergo qñ nõ est aliqua forma inter ipsa.¶Secunda ꝯclusio est: ꝙ esto ꝙ res tpalis et tempus ⁊ euuz ⁊ euiternũ realiter essent distincta/adhuc qñ non esset aliqua forma media inter ea ab eis distincta sed diceret ipsa simul/vnũ significando ⁊ aliud ꝯnotando ¶Hec ꝙtũ ad pmã partẽ eius pbata ẽ in articulo pcedẽti.vt em ibi dictum est/si duratio est a re durante disticta nullũ est mediũ inter ipsa vz inter duratione ⁊ rẽ durãtẽ pcedens nec sequens.ergo ⁊c.¶Scđa ps vz ꝙ hoc supposito qñ diceret simul vtrunqꝫ vz duratione ⁊ rẽ durãtẽ/apparet.qñ sicut siñtudo ad extrema puta ad duo alba: ⁊ vbi ad locatũ ⁊ locũ:ita qñ se haberet ad rez durãtẽ ⁊ ad duratione. ⁊ sicut nulla relatio dicit aliud ꝙ extrema vt pluries est pbatũ:ita nec qñ aliud ꝙ rem durãtez ⁊ eius duratione:sicut nec vbi aliud ꝙ locatũ ⁊ locuz:nec pductio aliud ꝙ pducens ⁊ productũ:vt in principio huius libri est pbatũ.¶Tertia conclusio est: ꝙ qñ qđ dicit esse pdicamentum significat rem variabilẽ non absolute sed vel vt actualiter pmanentem:vel vt in preterito fuit/vel vt in futuro manebit.¶Hec appet.qñ nihil est in pdicamento qñ vt signatum in signo/ nisi vel pteritum vel futurum vel psens:qz nec aliud respondet ad interrogationem factã p qñ nisi qđ fuit vel qđ est vel qđ erit. sed pteritum futurum et pñs nõ sunt aliud ꝙ res ipsa vt different accepta.nec enim res aliqua dicit pñs pterita nec futura aliqua re alia sibi addita mediante.ergo ⁊c.¶Ex hoc seqtur corollarie:ꝙ aliter qñ dicit pdicamẽtũ respectiuũ ⁊ aliter qđlibet aliorũ.vnũqđqꝫ em alioꝝ dicit pdicamẽtum respectiuũ qz qđlibz ipsorum est ꝯnotatiuũ seu significatiuum plurium realiter distictoꝝ:vt vbi significat locatũ ⁊ locũ:actio ⁊ passio pducẽs ⁊ pductũ/⁊ sic de alijs. qñ aũt non sic importat diuersa sed tñ vnũ.qz tñ illđ non significat vt absolute sed vt existẽs vel pteritũ vel futurũ ideo dicit respectiuũ non vt respectiuũ est idẽ qđ ꝯnotatiuũ seu plurium significatiuũ.Si tñ euum ponat distinctũ ab euiterno ⁊ tps a re tpali:tũc ꝯñter ẽ dicẽdũ ꝙ sicut qđlibet alioꝝ respectiuoꝝ pdicamẽtoꝝ dicit pcise psa realiter disticta nõ aliqđ p se vnũ:ita cõsilr ipm qñ.¶Sic ad qstionẽ.¶Ad rationẽ in principio dicẽdũ: ꝙ vt alias est ostensum pdicamẽta non sunt nisi diuersa signa pdicabilia incõplexa:q signa lz sint distincta/non tñ sunt distincta ipsorum omnium signata.

QVãtum ad tertium videlicet de loco angeloꝝ/cum locus dicat esse superficies continua corporis ambientis:ideo quero primo:vtrum continuum sit compositum ex ptibus cõtinuis ⁊ ex alijs indiuisibilibus puta punctis vel instantibus infinitis.¶Et videtur ꝙ sic.qz scđm phum in libro pdicamẽtoꝝ/ ꝙtũ est diuisibile i ea q insũt.sed oẽ quantũ est diuisibile in infinitũ.ꝗ ei insunt actualiter infinita.¶Confirmatur.qz oẽ diuisibile est ꝯpositũ ex tot ptibus in ipso actu existentibus in quot est diuisibile.non em est diuisibile nisi in ptes in ipso actualiter existẽtes. sed omẽ ꝯtinuũ est diuisibile in infinitũ:⁊ per ꝯñs in partes infinitas.ergo est cõpositũ ex ptibus infinitis. sed in omibus ptib⁹ continui pmanẽtis sunt pũcta/⁊ in ptib⁹ ꝯtinui successiui instantia/cũ ptes cuiuslibet continui ad aliqđ indiuisibile copulent.ergo in quolibz continuo sũt infinita tam diuisibilia ꝙ indiuisibilia.¶Contra. qz nullum finitum ꝯtinet actualiter infinita. sed oẽ ꝯtinuum ẽ finituz.ergo ⁊c.¶Confirmo. qz infinitũ est q maius fieri non põt.sed quocunqꝫ continuo põt aliud maius esse. ergo qđlibet est finitũ:nec p ꝯñs continet infinita.¶Responsio.vbi sic pcedam.Primo em inqram/an ꝯtinuum sit aliqđ preter ptes ipsius.Secũdo/an punctum sit aliqđ positiuum in ꝯtinuo pmanente:⁊ instãs in ꝯtinuo successiuo.Tertio/an in quolibz continuo sint ptes actualit infinite:qđ est quesitum.

Quantum ad primum dimissis duab⁹ opinionib⁹:quarum vna cõis dicit ꝙ quantitas ꝯtinua est forma absoluta: ⁊ alia specialis ⁊ singularis ꝙ est respectiua a re quãta cuius est realiter disticta: ꝯtra quas duas opiniones in quarto prolixe est argutũ : premitto ad euidentiam dicendoꝝ:ꝙ continuoꝝ aliud dicit esse pmanens:vt illud cuius omes ptes sunt actualiter existẽtes.⁊ aliud successiuũ:vt illud cuius vna pars post aliam itorducit successiue.Et hoc ꝯtinuũ dicit eẽ res vt in fieri. Primũ aũt vz pmanẽs in facto esse.hmõi aũt continuũ successiuum est ois forma cuius ptes successiue in subiecto indiuisibili pducunt.⁊ tale continuũ dicit ꝯtinuũ ꝙ diu est i fieri:nõ aũt postꝙ factũ est. Aliud est forma cui⁹ ptes sũt successiue i subiecto diuisibili ⁊ ꝯtinuo pducunt vt albedo successiue i corp⁹ introducta.⁊ tale ꝯtinuũ manet ꝯtinuũ postꝙ factũ/nõ tñ tale qle fuit qñ fiebat. tunc em dicebatur successiuum:postea vero pmanens: qz oẽs ptes actu hñs extra se inuicẽ existẽtes. Tertiũ aũt continuũ successiuum vz illud cuius nulla ptiũ remanet:quale cõiter ponitur esse tempus vel motus/non reputo esse verum:nec etiam possibile: vz esse aliqđ successiuum cõtinuum sic acceptum.

Hoc præmisso pono quatuor conclusiones.¶Prima est:ꝙ nullũ ꝯtinuuz successiuũ est aliqđ in re extra distictum a ptibus forme successiue in passo psupposito introductis/puta calefacto a calore.¶Hec lz pateat ex dictis in prima qstione huius:potest hic iteruz confirmari.qñ si calefactio est forma aliqua successiua a calore realiter disticta:aut ei⁹ ptes successiue habite manẽt i subiecto calefacto simul cũ ptibus caloris ꝯsilit introductis/vz successiue:aut non manẽt sed corrupte sũt. sed non põt dici ꝙ maneãt:qz in subiecto calido postꝙ calefactum est non remanet nisi calor:nec etiã calidum vt calidũ videt agere ad illud in subiecto psupposito/nisi ad calorez tñmõ introducẽdũ.nec põt dici ꝙ desinant eẽ:qa tunc seqretur ꝙ calor non posset agere ad calorem nisi pducendo simul cũ ipso aliam formam ei incõpossibilẽ puta calefactionem hmõi successiuã.hoc aũt videt omnino esse inconueniens.nullum em agẽs ad aliquã formã agit simul ad aliã illi incompossibilem tã in fieri ꝙ in esse/sic ꝙ nulla ps illius põt cũ pte alteri⁹ pmanere.ꝗ ⁊c.¶Cõfirmatur.qz quanto forme alique sunt magis incompossibiles tanto minus potest eas introducere insimul idem

agens.sed si calefactio successiua est sic a calore distincta vt ponitur:vz ꝙ nulla eius pars pmanere põt cum aliq parte caloris in subiecto psupposito itroducti:magis calor ⁊ calefactio repugnant ⁊ sunt forme incompossibiles in eodem ꝙ calor ⁊ frigus/cum calor ⁊ frigus scđm aliquos non repugnent scđm aliqđ ipsoꝝ esse remissum. ergo min⁹ videtur posse calor agere ad calefactionẽ hmõi sic acceptã ꝙ ad frigiditatẽ: ⁊ frigus similit ecõuerso minus ad ifrigidationẽ ꝙ ad calorẽ.¶Preterea arguo sic ad idem.aut hmõi ptes calefactionis distincte a ptibus caloris acquiruntur immediate successiue:aut mediante forma aliqua alia inter ipsas. Sed non potest poni secundum.qz tunc qrerem de partibus alterius forme mediantibus in infinitum.qñ aut illa forma esset pmanẽs aut successiua.sed pmanẽs non põt dici:qz nulla forma pmanens pducit alia a calore:qui non ponitur mediare inter ptes calefactionis:sed potius econuerso. nec põt dici ꝙ esset successiua:qz si vna forma successiua acqreret mediante alia: ⁊ illa eadem ratione alia mediante/⁊ sic eẽt pcessus in infinitũ.ergo relinqt primũ/vz ꝙ nulla sit forma medians inter ptes calefactionis distinctas a ptib⁹ caloris.sed nõ magis ptes calefactionis ꝙ ptes ipsius caloris pñt immediate successiue in subiecto psupposito ab agente calido introduci absqꝫ mediante forma aliqua alia inter ipsas.nullius enim forme alteri⁹ a calore ptes continet calor immediatius ꝙ ptes caloris.ergo ad pducendũ vnam ptẽ caloris post aliã/non est necessaria calefactio medians tanꝙ forma alia a calore.¶Confirmat. qz nullũ naturale agens ad aliquã vnam formam pmansurã agit simul ad aliã corrumpẽdã nisi ad psuppositãz in passo:q est incompossibilis forme introducende in ipso ¶Hoc apparet.lz em ignis generando ignem corrũpat aliquam psuppositam/ qz ignis forme incõpossibilem:nõ tñ agẽs ad formam ignis agit ad aliã nouiter pducendã statim vt corrupta fuerit corrũpendã.nullũ em agẽs intẽdit corruptionem sed potius conseruationẽ ⁊ pmanẽtiaz illius qđ pducit.sed calefactio ⁊ omis alia forma successiua est forma cuius ptes vt communiter ponit sicut fiũt ita ⁊ corrumpunt seu esse desinũt.ergo talis forma successiua non est ab agente pducente formã aliam pmanentẽ. nec est dicendũ ꝙ sit ab alio/cum calidũ ad calefacendũ non indigeat aliquo agente creato alio:sz psupposito solo passo.ergo ⁊c.

Secũda conclusio est:ꝙ continuum successiuum pdictũ postꝙ est factum manet qcqđ in ipso qñ erat in fieri/pfuit positiuũ.qđ tñ aliqñ dicit continuũ non successiuum vt prius sed pmanens . aliqñ autem nec est ꝯtinuum pmanẽs nec etiã successiuũ.¶Hec appet ꝙtũ ad primã eius ptem.qñ vt dictũ est in ꝯclusione pcedẽti calidũ calefaciendo ⁊ calorẽ i passo psupposito pducẽdo nihil corrũpendum calore pducto cũ ipso calore pducit ergo qcqđ est in calore dũ fit qđ a calido effectiue fit/manet cum calore ipso in passo psupposito.ex q sequtur ppositum/vz ꝙ cũ omẽ qđ pducitur cũ calore sit sicut ⁊ calor ab ipso calido effectiue:qcqđ pfuit cũ ptibus caloris vt in fieri qñ vna itroducebat post aliam successiue/manet cũ eisdem in passo psupposito introductis . ¶Secũda pars/vz ꝙ illud remanens post factum esse non sit cõtinuum successiuuz vt prius qñ pfuit in fieri:apparet.qz p ꝯtinuũ successiuũ in pposito nihil aliud intelligenduz puto ꝙ formam puta calorẽ ipm non quõcunqꝫ acceptuz sed vt vna eius ptiũ post aliã actu introducit successiue. sed oibus introductis nulla post aliam introducitur. ergo nec successiuum de ipsa forma introducta totaliter dicitur.¶Tertia ⁊ vltia ps conclusionis/vz ꝙ hmõi continuum successiuũ postꝙ factũ aliqñ remaneat cõtinuuz

pmanens:ꝛ aliqñ nõ/apparet.qꝛ omnis forma ꝛ res que cunqꝫ hñs ptes extra om̄es ptes actualiter insimul existentes/est ꝯtinua ꝛ pmanẽs:ꝛ ꝑ ꝯtrariũ nulla res ẽ quãta nec ꝯtinua cuius ptes nõ sunt extra seinuicem existẽtes.nec enim q̄tũ seu ꝯtinuũ pmanens est aliud q̄ res q̄cunqꝫ sic dispositas habens partes.ergo aut ptes forme/ quarum vna post aliã acq̄rit̃ successiue/recipiũtur in subiecto diuisibili ꝛ extenso/vel indiuisibili ꝛ non quãto.Si partes forme recipiant̃ in subiecto quanto:vel etiã sine subiecto fierent:dum tñ vna fieret extra aliã:talis forma postq̄ successiue pfecta/vere manet ꝯtinua/nõ tñ vt pri⁹ successiua sed pmanẽs.Si aũt vna ei⁹ ps non fiat extra aliaꝫ/talis forma postq̄ est facta nullo mõ manet ꝯtinua nullũ eñi nõ hñs ptes extra ptes põt dici q̄tũ nec ꝑ ꝯñs ꝯtinuũ/magꝭ q̄ aliq̄d aliõ nullas penit⁹ hñs ptes.¶Ex p̄dictis seq̄t̃ corollarie/ꝙ ꝯtinuũ successiuũ dictuꝫ de forma in fieri:ꝛ ꝯtinuum pmanens dictum de eadeꝫ in facto esse/in nullo distinguunt̃ penitus ĩ re extra.¶Hoc apparet.qꝛ nec successiuũ cõtinuum est aliud q̄ ptes forme vt insimul actualiter existẽtes.sed ille eedẽ ptes forme simul̃ existunt actualit̃ postq̄ ꝓducte/quarũ vna fuit post aliã acquisita.ergo ꝛc.¶Confirmat̃.qꝛ ꝓpt̃ ꝓductã albedinẽ siue in instãti vcꝫ totam simul/siue vnã eius ptẽ post aliam successiue/non oportet aliquam formã eẽ corruptã distinctam ab ipsa albedine introducta.ꝗ om̄e qđ est cuꝫ albedine in fieri/potest esse cũ ipsa albedine iam pfecta.q̄re ꝛc.¶Et si q̄rat̃/quõ eadem forma põt esse pmanens ꝛ successiua:Respõdeo ꝙ non est maius inconueniens eãdem formam esse pmanentẽ ꝛ successiuã q̄ eandẽ fieri et factam esse.qꝛ nec ꝯtinuũ successiuum est aliud q̄ forma vt in fieri vna eius ps post aliã introducit̃ successiue:nec continuum pmanens aliud q̄ eadẽ forma vt p̄mo est ĩ fieri ꝛ scđo in facto esse.ita ꝛ eadẽ vt primo sumpta dicitur successiua:ꝛ vt scđo modo pmanens continua si habet ptes extra partes:vel non continua si nullam partem habeat extra partem.

Tertia cõclusio est:ꝙ continuũ permanens est omnino ab omnibus suis partibus indistinctuꝫ vt cõtinuitas q̄litatis a qualitate ꝛ substãtie a substãtie ptib⁹.¶Hec ꝓbat̃ hic breuiter.qꝛ in quarto ꝓlixius est ꝓbata.qm̄ si continuitas q̄litatis puta albedinis pmanentis est forma aliqua distincta ab albedine:aut est continua ꝛ diuisibilis vt albedo ipsa;aut indiuisibilis.Sed nõ põt dici ꝙ sit indiuisibilis:qꝛ ꝑ nullã formã indiuisibilẽ aliqua alia põt esse diuisibilis ꝛ cõtinua:ꝛ ita ꝑ ꝯñs albedo non posset esse continua tali continuitate sic s̄upra vcꝫ ꝓ indiuisibili forma.ergo oportet ꝙ sit forma ꝯtinua ꝛ per ꝯñs diuersas hñs ptes extra se inuicem existẽtes. Quero tunc de ista forma ꝑ q̄d est continua ꝛ taliter dispositas habens ptes:aut eñi hoc ei cõuenit ꝑ seipsã:aut ꝑ formã aliã mediantẽ.Sꝫ nõ põt dari scđm:qꝛ quereremꝫ de illa alia forma ꝑ quid esset cõtinua in ĩfinitũ.ꝗ oportꝫ concedere talem formam esse continuã ꝑ se tñ ꝛ ꝑ suas ptes sic dispositas existẽtes.sed q̄ ratione talis forma conceditur esse continua semetipsa omni forma alia circunscripta/eadẽ hoc põt concedi de albedine ꝛ de alia om̄i forma habente diuersas partes extra se mutuo existẽtes.sicut enim formarum indiuisibilium vna est indiuisibilis: non tñ ꝓpter aliam sed q̄libet per seipsam:ita nec diuisibilium continuarum vna est rõ cõtinuitatis nec diuisibilitatis alterius.quare ꝛc.¶Qđ dictum est de cõtinuitate qualitatis/idẽ intelligẽdũ est de cõtinuitate substãtie. nec eñi substantia est quãta seu cõtinua mediãte sibi addito aliquo accidẽte:sicut nec accidẽs substantia mediãte.¶Cõfirmat̃.qꝛ qđlibet alteri coniunctum est tale ꝑ se ip̄m non per alterum sibi cõiũctũ qđ remanet tale ab ip̄o realiter separatum.¶Hoc apparet.qm̄ qđ est tale ꝑ alterum/non potest manere tale ipso separato ab illo:sicut nulla substãtia manet alba albedine ab ip̄a realiter separata.sed substãtia separata ab omni accidente cũ quo cõiuncta erat quãta/manet quãta ꝯsimiliter sicut ante.et accidens etiam in subiecto existẽs extẽsum a substantia separatũ potest esse vt erat in substãtia cõtinuũ seu extẽsum.ꝗ nec substantia est quãta seu extensa accidente:nec econuerso aliqđ accidẽs est extẽsum substãtia mediãte. ¶Minor ꝓbatur.qm̄ qđ separatũ ab alio habet ptes extra ptes cõsimiliter sicut prius coniũctũ cũ eo/est extensum separatũ vniformiter vt ꝯiũctũ.sed om̄e extẽsuꝫ alteri coniũctum habẽti etiã ptes extra partes alias realiter a ptibus alterius/põt ab ipso per diuinam potẽtiã separari eius ptib⁹ ꝯsimiliter ab inuicẽ distãtibus sicut prius.ergo esto ꝙ quãtitas esset forma mediãs inter substantiã ꝛ qualitatẽ vt cõiter ponitur/posset ipsa destructa vel ꝑ diuinam potentiã a substantia sepata manere substãtia ex vna pte ꝛ qualitas ex alia sepata similiter a substãtia cũ eisdẽ ptibus ꝛ cõsimiliter distãtibus quas habebant antea qñ erant simul in quãtitate media inter ipsas vnita.sed cũ esse extẽsũ vel cõtinuũ non sit aliud q̄ habere ptes extra ptes:ꝑ ꝯñs oẽ illud vniformit̃ est nũc vt prius cõtinuũ seu extẽsum qđ habet ptes extra se existẽtes ꝛ distãtes vniformit̃ sicut prius.ergo sequit̃ ꝓpositum:vcꝫ ꝙ nulla res continua est cõtinua mediante aliqua re alia sibi addita:sed tãtummõ semetipsa siue suis ptibus sic dispositis puta extra se existẽtib⁹.¶Preterea arguo sic ad idẽ.non magis vna partiũ forme potest fieri post aliã successiue circũscripta omni forma ꝛ quacũqꝫ re alia media inter ipsas:q̄ ipse postq̄ facte sunt possint extra se existere nullo existente medio inter eas.sed primũ est possibile ꝛ de facto vt ꝓbatum est in p̄cedẽtibus.ergo et secũdũ.sed oẽ habẽs seipso sine aliquo sibi addito partes extra partes/per seip̄m est cõtinuũ seu quantũ non ꝑ aliqđ additamẽtũ.ergo ꝛc.¶Cõfirmat̃.qꝛ nihil põt esse continuũ per illud rõne cuius nullã habet partem extra aliam.sed nulla res habẽs partes distinctas a partibus alterius/habet eas absolute:nec etiã extra se per aliam nec per ei⁹ ptes.ꝗ ꝛc.¶Minor appet primo.qꝛ vt dictũ est omnis res hñs ptes extra ptes põt ipsas hr̄e similiter extra a quacũqꝫ alia sepata.¶Secũdo.qꝛ nulla apparet ratio quare magis formarũ habẽtiũ ptes extra ptes vna possit ip̄as sic habere ꝑ se nulla alia mediãte/q̄ alia ab ipsa.sed necessario est ponẽda aliqua q̄ seipsa habeat vnã ptem extra aliam nulla re sibi addita mediãte alias seq̄retur ꝓcessus in infinitũ vt supius est deductũ. ergo ꝛc.¶Tertio.qꝛ aut forma illa per quã alia ponit̃ esse cõtinua ꝛ extẽsa/erit eius subiectũ: vel econuerso.sed nõ põt poni primũ.qm̄ qđ p̄supponit aliud eẽ cõtinuũ ꝛ extẽsum/nõ dat ipsi esse ꝯtinuũ nec extẽsum.sed sicut accidens inextẽsum puta intellectio p̄supponit subiectuꝫ inextẽsum:ita ꝛ accidens extensum p̄supponit ipsuꝫ suũ subiectũ in quo recipit̃/eẽ cõtinuũ ꝛ extẽsum.ꝗ nulla res põt esse extensa seu continua ꝑ aliã in ipsa vt in suo subiecto ꝓprio existẽtẽ.Nec põt poni scđm/vcꝫ ꝙ forma aliqua sit extensa per aliam eius subiectũ.qm̄ licet albedo recipiatur in subiecto extẽso ꝛ cõtinuo:tñ sicut ptes ei⁹ sunt alie a ptibus subiecti:ita ꝛ continuitas ipsaruꝫ seu extensio est alia a ꝯtinuitate ꝛ extensione ptium subiecti qđ apparet ex hoc:qꝛ quanta est in subiecto tanta põt eẽ per diuinã potentiam separata ab ipso ꝛ a quacũqꝫ alia re ab ipsa realiter differente.ergo ꝛc.¶Ex his seq̄tur corollarie:ꝙ esto ꝙ quantitas poneretur esse vt cõmuniter ponitur forma aliqua medians inter substãtiam ꝛ qualitatem/vt immediatũ subiectũ qualitatis existens immediate in substãtia subiectiue:nec ꝓpter ip̄am substantia nec etiam qualitas esset quanta:immo consimiliter tam substantia q̄ qualitas esset sicut ꝛ etiã quantitas quanta seu continua semetip̄a:qꝛ nec substantia nec qualitas esset minor a quãtitate separata q̄ sit coniuncta.

Quarta & vltima conclusio est:ꝙ si preter continua supradicta ponat̃ aliud ꝯtinuũ sicut ꝛ cõmuniter ponit̃ puta tempus vel motus tãq̄ aliq̄d distinctũ realiter ab omni re pmanente/ꝙ nec etiam tale cõtinuũ est aliq̄d distinctũ a suis ptibus in re extra.¶Hec apparet.qm̄ si continuitas motus esset forma distincta a suis partibus/cum esset forma ꝯtinua haberet alias ptes a q̄bus aut erit distincta:aut non.si distincta/haberet alias in infinitum:vt de continuo permanenti est argutum ĩ cõclusione p̄cedenti.si autem dicatur ꝙ non esset distincta ab eis:ꝯsimiliter fuit standuꝫ in principio: vt vcꝫ ꝯtinuitas motus poneretur a suis ptib⁹ indistincta.quare ꝛc.¶Cõfirmat̃.qꝛ vt predictum est/nullũ ꝯtinuum pmanens nec successiuum est ꝯtinuũ ꝑ aliq̄d sibi additum:sed tñmõ ꝑ seipsum.¶Ex hoc seq̄tur corollarie:ꝙ tale continuuꝫ nõ existit nec etiam scđm ponentes ip̄m potest existere ĩ re extra.Qđ appet.qm̄ scđm ipsos nulla pars ꝯtinui talis successiui puta motus vel temporis est/cum q̄libet sit p̄terita vel futura.instans autem qđ ponunt existere nõ ẽ aliquid temporis:nec mutatuꝫ esse aliq̄d motus cũ qđlibet istorꝫ sit vt dicũt indiuisibile:qđ nõ põt esse aliqua ps ꝯtinui seu extensi.sed vtrũqꝫ horꝫ vcꝫ tam motus q̄ tempus est a suis ptibus indistinctum.ergo cum nulla ptiuꝫ ipsorum maneat:nec ipsum etiam aliqđ tale ꝯtinuũ põt esse.¶Ex p̄dictis appet:ꝙ nullũ continuũ est a suis ptibus aliquid in re extra distinctum:qđ erat in isto articulo declarãdũ.Aliqua q̄ possent obĳci ꝯtra p̄dicta hic omitto:qꝛ in quarto sunt soluenda.¶Reliqua desiderantur in exemplari nobis transmisso.

Secundo quæro: vtrum angelus sit in loco.¶Et videt̃ ꝙ sic.qꝛ om̄e qđ moueri põt localiter/est ĩ loco.sed angelus est localiter mobilis:cũ possit moueri de celo ad terram:et sic de facto aliqñ fuerit motus: iuxta illud Lu.i. Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilee cui nomẽ Nazareth ad virginẽ desponsatam viro cui nomen erat Joseph.ergo ꝛc.¶Contra.qꝛ nõ magis angel⁹ põt esse in re aliqua corporali qualis est loc⁹/q̄ aliqđ accidens corporeũ ꝛ extensum possit esse in ipso.sed nullum accidens corporeũ ꝛ extensum qualis ẽ albedo vel nigredo/potest in ipso existere subiectiue magis q̄ accidẽs spiritualẽ qualis est intellectio/possit esse in subiecto aliq̄ corporali.ꝗ ꝛc.¶Responsio.vbi sic ꝓcedam.Primo eñi inq̄ram q̄stuꝫ/vcꝫ an angelus sit in loco.Scđo/an plures possint esse in eodẽ loco:ꝛ vnus in pluribus locis simul. Tertio/an angelus possit moueri localiter ꝛ quõ.vtrum videlicet in ĩstanti an in tpe:ꝛ an possit moueri de extremo in extremũ non transeundo ꝑ medium.

Quantum ad primum non oportet inquirere an angelus sit ĩ loco diuisibili an indiuisibili:qđ q̄runt aliq̄.qm̄ om̄is locus vt hic de ipso loq̄mur est cõtinuus seu extensus.in nulla autem re ꝯtinua est aliq̄d indiuisibile:cum nec pũctuꝫ nec instans sit aliq̄d in re vt ꝓbatum est in alia q̄stione supra.ꝗ cũ nec locus possit esse ĩdiuisibilis nec aliq̄d eius/nõ est q̄renduꝫ an angelus sit vel esse possit in loco indiuisibili:sicut nec vtrum aliquid possit existere in instãti:intelligendo ꝑ instans vt communiter accipit̃ aliq̄d positiuum indiuisibile qđ sit in tpe:cũ tale nihil sit.¶Est ergo tñ hic inuestigandũ quõ angelus sit in loco continuo ꝛ extenso.¶Ad hoc auteꝫ dicũt aliqui ꝙ ipse angelus est in loco negatiue ꝑ realem indistantiam ipsius a loco:modo q̄ deus est in om̄i loco:qꝛ indistans a q̄libet:non aũt positiue ꝑ realẽ presentiaꝫ:qꝛ talis modus essendi in loco est ꝓprius corporis ĩ loco presentialit̃ ꝛ situaliter existentis.¶Alĳ dicunt:ꝙ est ĩ loco non ꝑ suaꝫ essentiã sed tñ ꝑ operationẽ:vcꝫ qꝛ operat̃ in loco:ꝛ ita ĩ vno ꝙ nõ ĩ alio.¶Alĳ tertio:ꝙ sicut angel⁹ mouet localiter actiue ꝑ aliquaꝫ potentiã motiuã a sua essentia ꝛ ab intellectu ꝛ a voce distinctã:ita etiã recipit̃ in loco passiue non immediate per essentiã sed ꝑ aliquam potẽtiaꝫ ĩmediate receptiuã motus localis ꝛ vbi.¶Sꝫ nullus p̄dictorum modorꝫ dicendi videt̃ esse conueniens. Primus eñi supponit falsũ:vcꝫ corpus esse in loco ꝑ aliquam p̄sentiã siue vbi/tanq̄ ꝑ formã aliquam a corpore ipso locato ꝛ a loco distinctã:qđ non est verũ vt in q̄stiõe sequenti dicet̃.vnde oẽ indistans a loco est realiter ei presens.impossibile eñi est aliq̄d esse indistans ab aliquo cui realiter non est p̄ns.ꝗ si deus vel angelus est a loco indistans:est per ꝯñs realiter ipsi p̄ns.¶Et si dicas ꝙ non ẽ realiter ipsi presens presentialitate distincta a se ꝛ a loco conceditur:qꝛ nec etiam isto mõ corpus aliqđ est in loco.eẽ eñi p̄sentialit̃ alicubi non est ip̄m qđ est ibi esse forma aliqua informatũ/cum ꝑ hoc ꝙ aliquid est forma aliqua informatum non sit presens alteri nisi forma qua actualiter informat̃.ꝛ ita si presentialitas vel vbi esset forma aliqua ꝑ se vna a corpore locato ꝛ a loco distincta/nõ magis corpus esset in loco p̄sentialiter ꝓpter ipsaꝫ q̄ ꝓpter albedinem vel ꝓpter quamcunqꝫ aliam ipsum actualiter informantẽ.Et ideo falsum est illud qđ dicit̃:vcꝫ ꝙ eẽ hoc modo in loco sit modus ꝓprius quantitatis siue corporis:cum nec corpus ip̄m magis q̄ sp̄us sit in loco aliquo presentialiter isto mõ:vcꝫ qꝛ presentialitate seu vbi tanq̄ vna ꝑ se forma aliqua informatum:sicut in quarto ꝓlixi⁹ ostendetur.quare ꝛc.¶Scđus etiã mod⁹ dicendi est falsus ꝛ excõmunicat⁹.erroneum eñi est dicere substantias separatas non esse in loco nisi qꝛ opantur in ipso:vt dicit articulus in q̄ ista opinio condẽnatur.¶Confirmat̃.q̄a agens finitũ alicubi opãs pri⁹ videt̃ ibi esse q̄ opetur ibi ꝛ ita angel⁹ mouẽs celũ põt mouere ꝛ mouet ip̄m qꝛ realiter ꝛ presentialit̃ est in ip̄o:nec ꝑ ꝯñs est in loco:qꝛ operatur in ipso:sed potius ecõuerso qꝛ ẽ ĩ loco põt operari in eo.nisi enim angelus mouẽs celum esset ꝭm suã essentiã p̄ns ibi/nõ magis posset mouere ip̄m nec in ipso operari aliq̄d q̄ in terra.q̄re ꝛc.¶Preterea:qꝛ si angelus est in loco tñ qꝛ opat̃ in ipso:ꝗ angelus qui nõ opat̃ in loco non est in aliquo loco.sed non om̄es operant̃ in locis corporaliter:immo pauci sic opant̃:vcꝫ illi a q̄ mouẽt̃ orbes ergo sequitur ꝙ alĳ non sint alicubi:qđ est falsuꝫ:cũ sint in celo beatorꝫ:qđ celum ꝯstat esse continuum ꝛ extensuꝫ ¶Nec valet si dicatur ꝙ angeli ĩ celo opant̃ qꝛ deo fruũtur ꝛ ip̄m continue contemplantur:ꝛ ideo etiam possunt esse in celo quia operant̃ in ipso.¶Hoc siquidẽ non põt stare.Primo.qꝛ hm̄õi beatorꝫ operatio vcꝫ diuia visio ꝛ beata fruitio est forma sp̄ualis ꝛ ĩcorporalis:sicut ꝛ essẽtia ãgeli.sꝫ scđm ipsos essentia ãgeli qꝛ sp̄ualis ꝛ ĩcorpalis non põt esse in loco.ergo nec poterit esse in ipso ꝓpter operationem aliquam sp̄ualẽ ꝛ eque cũ ipsa incorporalẽ qualis est opatio beatorꝫ in celo.¶Secundo.qꝛ constat angelos scđm ipsorum substãtias sicut ꝛ animas humanas beatas esse realiter ĩ celo/vt in loco beatis om̄ibus deputato.ergo ꝛc.¶Tertius etiam modus dicendi deficit.Prĩo:qꝛ falsum accipit ꝛ supponit:vcꝫ ꝙ potẽtie angeli vel anime sint ab essentia angeli ꝛ aĩe distincte aliq̄liter in re extra.Hoc siquidẽ non est verũ vt in sequentib⁹ ostendetur.¶Scđo:qꝛ esto ꝙ assumptũ hm̄õi esset verũ cum om̄es potentie angeli essent eque incorporales ꝛ spirituales sicut essentia ei⁹:ꝑ ꝯñs non magis ꝑ potentiaꝫ

aliquam ꝙ per essentiam angelus posset esse in loco: cum ipsa essentia solum: qꝛ spiritualis ꝛ incorporalis / ideo dicatur nō posse in loco existere corporali.

Et ideo prætermissis modis dicēdi omnibus supradictis: dico aliter. Ad cuius euidentiam ē sciēdum: ꝙ dupliciter potest intelligi vt communiter dicitur ꝛ bene / aliq̄d esse in loco: vꝫ circumscriptiue ꝛ diffinitiue. Illud dicitur esse in loco circūscriptiue qđ est ī ipso cōmēsuratiue: sic ꝙ totū ipm locatum est in toto loco non ī aliqua parte eius: ꝛ ps in parte: ꝛ hoc est locatū ꝯmēsurari loco vꝫ totum locatum esse in toto loco ꝛ diuersas ptes eius in diuersis partibus loci: nō tñ intelligendo vt multi intelligunt ꝙ cōmensuratio ista sit forma aliqua absoluta nec respectiua a locato ꝛ a loco distincta. nulla eñ forma est media inter locatū ꝛ ipsius locū circumscriptiuum siue diffinitiuum. ¶ Scđo mō vꝫ diffinitiue esse in loco / potest accipi dupliciť. Uno mō communiť ꝛ vniuersaliter ꝓ quocunq₃ qđ est in aliquo determinato loco tñ presentialiter qualitercūq₃. ꝛ hoc mō non diuidiť ꝯtra eē in loco circūscriptiue: sed se habet ad ip₃ sicut superius ad inferius. oē eñ qđ est in loco circūscriptiue / ꝛ diffinitiue: non tamen econuerso: cum aliq̄d possit esse ī aliquo loco determinato vt totū ī toto ꝛ in qualibet eius pte quo mō existens in loco non est circumscriptiue in ipso. Alio mō esse ī loco diffinitiue accipiť specialiter modo p̄dicto: vꝫ tantū ꝓ illo qđ est in loco aliquo determinato hoc modo vꝫ ꝓ illo qđ est in loco aliquo determinato qđ est totum in toto ꝛ in qualibet eius pte. ꝛ hoc modo accipiendo eē in loco diffinitiue / diuidiť ꝯtra esse in loco circumscriptiue sic ꝙ impossibile est vnū ꝛ idē in eodē loco esse vtroq₃ istorum modorū vꝫ diffinitiue ꝛ circumscriptiue. Tertio etiā modo posset dici esse in loco diffinitiue omne qđ est ī loco siue vno determinato siue in omnibus non circumscriptiue. ꝛ vt sic deus est in loco quocunq₃ nō in aliquo vno tñ diffinitiue: qꝛ in toto loco ꝛ in qualibet eiꝰ parte. ¶ Hoc premisso ꝛ supposito vt cōiter concesso pono duas ꝯclusiones. ¶ Prima est: ꝙ angelus scđm suam substantiam potest esse in loco ꝛ est de facto in ipso. ¶ Hec ꝯclusio probať ab aliquibus per hoc: qꝛ non repugnat spiritui esse ī loco corporali nisi modo quātitatiuo siue circūscriptiue modo q̄ oīe corpus est in loco. sed esse in loco diffinitiue potest separari ab esse in loco circūscriptiue. ergo hoc modo angelus potest esse in loco. ¶ Maior probať. qꝛ prius pōt separari a posteriori. sed esse ī loco diffinitiue est prius ꝙ esse in ipso circūscriptiue seu dimensiue: sicut ens absolutum est prius ꝙ extensum. ergo ꝛc. ¶ Sed ista ratio falsū accipit in minori qñ dicit ꝙ esse in loco diffinitiue est priꝰ ꝙ esse in loco dimensiue. qñ lꝫ esse in loco diffinitiue vt cōmuniter sumptū possit dici prius quia cōius: modo q̄ cōmuniora dicūtur priora: qꝛ ab eis ad inferiora non ꝯuertitur ꝯña: tñ vt esse in loco neutrū istorū est prius nec posterius alio: sed sunt quedam cōtraria et disparata non tñ separabilia sed etiam impossibilia concurrere insimul in eodem. impossibile est eñ vnum ꝛ idē esse totum ꝛ in toto loco ꝛ in qualibet eiꝰ parte: ꝛ non esse totū in aliqua eius pte. sed esse in loco primo mō est esse ī ipso diffinitiue: scđo modo circūscriptiue seu dimēsiue. ergo ꝛc. ¶ Et ideo aliť ꝓbať conclusio ista sic. si angelo repugnaret esse in loco realiter / hoc non esset nisi qꝛ angelus ipse est spūalis: ꝛ locus corporalis. sed hoc non obuiat. qđ appet. qñ aīa intellectiua est spiritualis ꝛ incorporalis: q̄ tñ est in corpe vt propria eius forma. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmať. qꝛ non ē maior immo minor vnio locati cū loco ꝙ forme cū materia. ergo si non repugnat spiritui ista vnio q̄ est maior: nec alia q̄ est minor. sed constat ꝙ anime intellectiue spirituali ꝛ incorporali cōuenit vniri corpori vt suo ꝑfectibili. ergo nec angelo repugnare videť / qꝛ spūs ē / eē ī loco aliquo corporali. sed nulla videť posse assignari alia ratio hmōi repugnātie essendi in loco. ergo ꝛc. ¶ Preterea angelus non est spūalior nec incorporalior ꝙ sit deus. sed ipse deus spiritualissimus ꝛ simplicissimꝰ est in omi loco ꝛ in omi corpore realiter scđm suam essentiā. ergo ꝛc. ¶ Secunda pars ꝯclusionis vꝫ ꝙ de facto sit in loco / nō pōt ꝓbari per rationem aliquam naturalē: cum posset esse extra omnem locū: sed tñ est nota per fidē: qua constat oēs beatos tā angelos ꝙ alios esse in celo supremo / exceptis q̄busdam ad motū inferiorum orbiū deputatis. constat etiam plures aliqñ fuisse missos ad terram / ꝛ demones esse in terra nec angeli missi in mūdū erāt tantū in mundo. erant enī simul in celo scđꝫ sententiā Damasceni. q̄re ꝛc. ¶ Scđa conclusio est: ꝙ angelus potest esse in loco tñmō diffinitiue. ¶ Hec apparet. qñ non est possibilis alius modus essendi ī loco ꝙ duplex: vꝫ diffinitiue ꝛ circūscriptiue seu dimensiue. sed angelus non pōt esse in loco circumscriptiue. quoniam solum illud est in loco hoc modo qđ habet partes diuersas extra se existentes correspondētes diuersis partibus loci. sed angelus cū sit inextēsus ꝛ incorporeus non habet tales ptes. ergo in nullo loco nec corpore pōt esse nisi totus in toto ꝛ in q̄libet eius pte: qđ ē diffinitiue esse in loco: sicut anima totalis habet esse in corpore qđ informat. non eñ potest esse nisi tota in toto ꝛ in q̄lib₃ eiꝰ parte ꝓpter consimilem rōnem: vꝫ qꝛ indiuisibile carēs partibus extra se existētibus: scđm quarum vnam possit esse in vna corporis parte / ꝛ scđm aliam in alia. quare ꝛc. ¶ Ex hoc seq̄tur corollarie: ꝙ esse in loco diffinitiue etiā vt diuidiť contra esse in loco circūscriptiue / pluribus pōt conuenire ꝙ esse in loco circumscriptiue. ¶ Hoc apparet qñ esse in loco diffinitiue hoc mō vꝫ vt in toto loco ꝛ ī q̄libet eius pte / ꝯuenit spiritui: ꝛ pōt etiam conuenire saltem per diuinam potentiā corpori: vt apparet de corpe Christi existente hoc modo in eucharistie sacramento. eē in loco autem circumscriptiue seu dimensiue ita conuenit corpori ꝙ nullo modo pōt per aliquam potentiā conuenire spiritui. ꝛ ita lꝫ corpus naturaliť sibi determinet modū essendi in loco circūscriptiue non tñ simpliciť: cū possit esse in loco aliter ꝛ si non naturaliter tñ supnaturaliter. spiritus autem nullo modo aliter ꝙ diffinitiue potest esse in loco.

Sed sunt duo dubia circa dicta. Primū an aliquid habens partes diuersas non tamen extra se existentes posset eē in loco circumscriptiue. Scđm dubiū est quantus est ille locꝰ in quo angelus potest esse modo predicto vꝫ diffinitiue. ¶ Ad primum dicendum ꝙ tale habens partes non tñ extra se inuicem existētes / nō magis naturaliter loquendo posset esse in loco circunscriptiue ꝙ angelus nullam habens partē. supnaturaliter aūt non videtur esse impossibile talem formam taliter habētem partes dispositas esse circūscriptiue ī loco: sic ꝙ vna pars illius esset tantum in vna pte loci: ꝛ alia in altera. ꝙ eñ vnum alteri coniunctum sit alicubi sine illo existēte ibi / non videtur esse impossibile apud deum: quia etiā naturaliter anima est in omnibus partibus: quarum tñ vna non est in alia nec in loco ipsius. ꝛ ita si esset res aliq̄ multas habens ptes totaliter indistinctas / ex hoc quia vna esset indistans ab alia non seq̄reť ꝙ non posset esse ī vna parte loci in qua non esset illa: sicut nec qꝛ anima est indistans a capite seq̄ť ꝙ non possit esse in pede distante a capite. ¶ Nec tñ ex hoc talis res extēsa qꝛ sic in loco existeret / ipm aliter occuparet: nec per ꝯñs recipi aliq̄d aliud in ipso īpediret ꝙ si in ipso diffinitiue existeret vꝫ tota in toto ꝛ in qualibet eius parte. nec eñ magis vna eius pars existens in vnica pte loci occuparet illam quā

ipsa res hmōi tota si existeret in eadē: qđ ꝛ faceret si in loco illo diffinitiue esset. ¶ Confirmať. qꝛ non est simpliciť necessariū oīa inter se vnita esse vnita in quocūq₃ alio ab eis omnibus realiter inter se distinctis / lꝫ vnitis realiter differēte. ergo licet partes alique essent inter se totaliter vnite / non videreť simpliciter eē necessariū eas vniri: nec simul ꝑ ꝯñs existere in aliqua pte loci. q̄re ꝛc. ¶ Ad scđꝫ dubium respōdeť: ꝙ sicut nulla res corporalis existēs circunscriptiue in loco pōt ꝓpria virtute maiorem locū nec minorem occupare: nec in maiori nec in minori existere loco sibi debito: ita consimiliť intelligendum de angelo: vꝫ ꝙ quilibet habet ex sua quantitate virtutis ꝙ possit esse in tanto loco: nec potest ex sua virtute in maiori existere nec etiam in minori: sicut ꝛ de aīa rationali etiam est dicēdū. non magis eñ aīa pōt esse in loco quātūcūq₃ magno ꝙ possit corpus quantecūq₃ quantitatis informare. sꝫ cōstat animam non posse corpus quantūcūq₃ magnū informare. ergo nec in quantocūq₃ loco existere. ¶ Confirmatur qꝛ si anima vel angelus posset in loco quantumcūq₃ magno existere: ita ꝙ non determinaret sibi locum aliquem determinate magnitudinis: seq̄reť ꝙ posset sua virtute esse vbiq₃: quod est falsum. ¶ Consequētia est euidēs: qꝛ eñ existens in vno loco non possit simul esse in alio distāte ab illo: hoc nō pōt esse nisi qꝛ sibi determinat locū determinate magnitudinis: alias posset esse in locis extremis distantibus ꝛ in toto medio inter ipsa. ergo ꝛc. ¶ Quātus aūt sit locus quem sibi determinat ꝛ in cuius parte qualibet potest esse ꝛ semꝑ necessario est loquendo naturaliter ipse angelus / hoc nullus naturaliter scire potest. ¶ Aliq̄ tñ dicunt ꝙ quanto angelus est ꝑfectior tanto suus locus est maior: ꝛ quanto imꝑfectior seu inferior tāto minor. ꝙ enim ipse possit esse in aliquo tanto loco ꝛ ī q̄libet eius parte / hoc est ratione sue ꝑfectionis ꝛ alicuius illimitationis: ꝛ ita per ꝯñs quanto maioris ꝑfectionis ꝛ illimitationis tanto potest esse in pluribus ptibus loci simul: et per ꝯñs in maiori loco. ¶ Sed q̄cq̄d sit de ꝯclusione nobis occulta / rō nō multū cogit. qñ non magis eē in maiori loco arguit maiorem ꝑfectionē ꝙ esse in maiori corpore ꝛ ipm actualiter informare. sed hoc non arguit maiorem perfectionē. maioris enim perfectionis est aīa intellectiua hominis ꝙ sensitiua bruti animalis: ꝛ sensitiua animalis ꝙ vegetatiua arboris ꝛ tñ vegetatiua informat corpus maius ꝙ sensitiua: ꝛ sensitiua maius ꝙ intellectiua: cum tamen scđm multos iā sensitiua ꝙ vegetatiua sit sicut et intellectiua indiuisibilis forma / ꝛ in qualibet sui corporis pte tota / de quo postea in sequentibus inq̄retur. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum constat ex predictis ꝙ vnus angelus nō pōt sua virtute magis ꝙ corpus esse in pluribꝰ locis simul: nec etiā ē de facto. ¶ Primum apparet. qñ si sua virtute posset in pluribus locis simul existere / ꝛ vbiq₃: qđ est īpossibile nisi sola diuina virtute / qua concedendū est angelū posse esse sicut ꝛ corpus in pluribꝰ locis simul. non tñ hoc videť posse ꝓbari: sꝫ sola fide teneri sicut in quarto dicetur. ¶ Secundum etiam vꝫ ꝙ nec de facto sit in pluribus locis simul / expresse dicit Damascenus scđo sententiarum suarū cap. 4. ibi eñ dicit ꝙ cum angeli sunt in celo non sunt in terra: nec econuerso cum sunt in terra sunt in celo. ¶ Ex quo appet falsitas opinionis dicētium angelum esse in loco p̄cise quia operať in ipso. qñ qđ est in loco tñ qꝛ operatur in ipso nō desinit esse in loco nisi qꝛ desinit opari in ipso. sed cū existens in loco tñ ꝑ operationem opereť in loco in q̄ nō est per ꝯñs per hoc ꝙ angelus est in terra non oportet ꝙ desistat operari in celo: nec per ꝯñs esse ibi. qđ ē contra Damascenū ꝛ alios doctores de hoc loquētes. q̄re ꝛc. ¶ Hoc ergo supposito tanq̄ certo ꝛ ab omibus ꝯcesso / vꝫ ꝙ vnꝰ angelus non potest esse in pluribus locis simul / est dubiū an econuerso plures possint esse simul in eodē. ¶ Ad hoc dicunt aliqui ꝙ non. Quod ꝓbant. primo: quia q̄ habent eundem modum essendi in loco nō pñt existere in eodē loco sed omnes angeli habent eūdem modum essendi in loco vꝫ diffinitiue. ergo ꝛc. ¶ Sed ꝯtra hoc arguiť. Primo: quia non magis angelus vnus est alteri incompossibilis in eodē loco / ꝙ anime intellectiue. sed angelus ꝛ anima intellectiua simul possunt esse in eodem corpore: vt patet de facto in homine demoniaco. ¶ Scđo etiam apparet de facto plures spūs malignos simuľ fuisse in eodē / vt de illo a quo legio demonū est expulsa. ¶ Confirmať. qꝛ sola illa que sunt quanta ꝛ in loco circūscriptiue seu dimensiue / sunt repugnātia in eodē loco simul esse. sola enim quātitas est ꝓpter quā corpus non pōt secū admittere aliud corpus simul. sed ista ratio nō est in ꝓposito. ergo ꝛc. ¶ Preterea non magis diuersa accidentia vt intellectiōes vel volitiones possunt esse insimul in eodē subiecto ꝙ diuersi angeli in eodem loco. ita eñ talia accidētia habent eūdem modū essendi in subiecto sicut angeli in loco. sed primum apparet esse possibile. ergo ꝛc. ¶ Et ideo dicendū ē aliter: videlicꝫ ꝙ possunt vtiq₃ plures angeli ꝛ per ꝯñs omnes esse in eodem loco. non eñ magis repugnat spūi spiritui ꝙ corpori esse simul. sed spūs potest cum corpore eē simul in eodem loco. ergo ꝛ cum alio spū. ¶ Ad primum ī cōtrarium apparet ꝙ nō ꝯcludit. qꝛ vt dictum est sicut plures angeli habent eūdem modū essendi in loco: ita ꝛ accidentia eundem modum essendi in subiecto: q̄ nō obstante insimul possunt esse in ipso. quare ꝛc. ¶ Ad scđm dicendum ꝙ falsum supponit: vꝫ ꝙ angelum esse in loco sit angelū aliq̄d operari in loco vel causare ipm locū. qđ vtiq₃ non est verum. Esto etiam ꝙ sic esset / non est inconueniens plures angelos aliq̄d idem causare in loco magis ꝙ sit inconueniens ꝙ plures moueant idē corpus. q̄re ꝛc. ¶ Hec de scđo.

Quantum ad tertiū & vltimum dicūt aliqui ꝙ angelus moueť localiter: aliter tñ ꝙ corpus. cū eñ omne qđ moueť localiter sit ptim in termino a q̄ ꝛ ptim in termino ad quem: aliter hoc conuenit angelo ꝛ aliter corpori. angelus eñ dū mouetur partim in termino a quo ꝛ partim in termino ad quem: vt ptim opponitur nō toti sed totaliter. corpus autē vt ptim opponiť toti. nec eñ totum est in termino a quo nec in termino ad quē: sed vna eius ps in vno ꝛ alia in altero. hoc aūt nō pōt dici de angelo cum sit indiuisibilis: ꝛ ꝑ ꝯñs vbicunq₃ sit habeat esse totꝰ non tñ totaliter. Sicut eñ aīa lꝫ sit tota in capite non tñ totaliter: qꝛ alias non esset in pede: ita nec angelus qñ moueť est totaliter in termino a q̄ nec in termino ad quē. ¶ Sed hic modus dicendi videť esse īpossibilis: qꝛ nec corpus ipm motum est sic vt accipit ptim ī termino a q̄ ꝛ ptim in termino ad quē: cū corpus aliquod simul totum moueatur non vna pars prius ꝙ alia: nec angelus etiam esse possit virtute propria nisi in vno loco tātum. ꝛ ideo non magis quando moueť ꝙ qñ q̄escit est in pluribus locis simul. sed oē illud est in loco totaliter qđ est tñ in ipso ꝛ in nullo alio. ergo angelus motus non est ptim in termino ad quem ꝛ partim in termino a quo: sic intelligendo sicut intelligere illi videnť ꝙ sit totus ī vtroq₃ termino: quia iam tūc non moueret: sed potius q̄esceret. nec etiā corpus est ptim in termino a q̄ ꝛ ptim in termino ad quem: sic intelligendo ꝙ vna eius pars sit in vno termino ꝛ alia in alio. cum partes non sint separate ab ipso toto sed sint simul cum eo. nec hoc mō phūs intendit ꝙ omne qđ mouetur sit ptim in vno termino ꝛ ptiꝫ in alio / cū nec hoc sit verum nisi forte in motu alterationis: in quo sub

fectum non tm̄ dum alteraꝛ/immo etiam postꝙ̄ est alteratum aliquē gradū retinet interduꝫ forme opposite ƀm illos qui dicunt ꝙ forma ꝓpria introducenda prius introducitur quantū ad aliquem eius gradū ꝙ̄ tota forma opposita corrūpatur: nec talis forma puta frigiditas a subiecto per calorē simul tota expellaꝛ seu corrumpaꝛ: sed successiue veꝫ pars post ꝑtem.

Et ideo aliter est dicendū. Ad cuius euidentiam pono duas ꝯclusiones. ¶Prima est: ꝙ angel⁹ potest moueri localiter a seipso. ¶Hec apparet ꝙ̄tū ad primam ꝑtē: veꝫ ꝙ possit moueri localiter. qm̄ oē qđ pōt esse in ꝗcunqꝫ loco/ ⁊ dum est in vno nō pōt simul esse ī alio est localiter mobile. sed angelus vt dictū est in articulo ꝑcedenti pōt esse in loco: ⁊ qua rōne in vno/ ⁊ in alio: nec tm̄ pōt simul esse in pluribus distātib⁹. ꝟ pōt moueri ab vno in alium. ¶Confirmatur. qꝛ sicut oīe illud est localiter motum: qđ vnum locum in q̄ ꝑfuit/dimisit/ ⁊ alterum acquisiuit: ita oīe illud est localiter mobile qđ pōt in alio loco esse ab illo in q̄ est. sed constat ꝙ sicut corpus ita et angelus pōt dum est in vno loco existere ī alio illo dimisso/cum nullum locum sibi determinet vnum magis ꝙ̄ alterum. ꝟ ⁊c. ¶Secunda ps: veꝫ ꝙ angelus possit moueri a seipso/apparet. Primo: qꝛ qđ est perfectionis in mobilē inferiori non debꝫ negari esse in supiori. sed ꝙ mobile possit se mouere effectiue ad oēm locum sibi possibilē/ est ꝑfectionis in ipso: qđ cōuenit inferioribus. Grauia eñi mouent se deorsuꝫ ⁊ leuia sursum ⁊ animalia motu ꝓgressiuo. ꝟ hoc nō est angelis ꝑfectioribus denegandū. ¶Secūdo quia ꝯstat angelum moueri localiꝛ: nec videꝛ posse moueri conuenientius ab alio ꝙ̄ a seipso vel alio angelo. nō magis autē vnus angelus est motiu⁹ alterius ꝙ̄ suiipsi⁹. ꝟ ⁊c. ¶Nec valet si dicaꝛ ꝙ moueꝛ a deo. qꝛ cōsimiliꝛ pōt hoc dici de quocūqꝫ alio effectu scđe cause: veꝫ ꝙ est a deo ⁊ ita per hoc ꝙ videmus ad ignem sequi calorem ⁊ ad frigidum frigus/ non potest argui a nobis talis effect⁹ esse ab hmōi secūdis causis. non eñi magis motuꝫ āgeli ꝙ̄ cuiuscunqꝫ alterius inferioris mobilis se mouētis vel quēcunqꝫ effectum alicuius creati agentis oportet in deum reduci nisi vt in cām vlēm effectus causarum secundarū oīm attingentem. quare ⁊c. ¶Confirmaꝛ. qꝛ non minus angelus pōt mouere seipsum ꝙ̄ celum. sed celum dicitur moueri ab eo. ergo ⁊c. ¶Secunda conclusio est: ꝙ angelus non pōt moueri a seipso de vno loco ad alterum ab illo distātē in instāti. ¶Hec apparet. qꝛ moueri de loco ad aliū distātē in instanti est ad eum ꝑtingere non transeūdo vl' trāseūdo ꝑ mediū īterpositū simꝛ totū. ¶Hoc appꝫ sicut eñi calorem ꝓduci in instāti non est aliud ꝙ̄ ipm̄ fieri totum simul: ita nec aliqđ moueri ad locum distantem aliquem in instanti est aliud ꝙ̄ ipm̄ moueri ad illum locū non transeundo per mediū vel transeūdo ꝑ ipm̄ simul totum nō prius ꝑ vnam ꝑtem ꝙ̄ per aliam. sed neutruꝫ istorum pōt facere angelus: sicut nec corpus aliqđ per seipꝫ. nō pōt eñi transire de extremo in extremū non transeūdo per mediū: nec pōt transire ꝑ medium acqrendo insimul ipm̄ totum. qm̄ vt dictum est in articulo ꝑcedenti nō pōt esse in maiori loco ꝙ̄ sit locus sibi debitus. sed mediū qđ est inter loca distantia pōt esse maius loco sibi debito. ꝟ non pōt simul esse in ipso toto. sed si posset in instāti trāsire per ipm̄ ad locum alium/hoc necessario seqreꝛ: veꝫ ꝙ esset in toto medio simul. ergo ⁊c. ¶Confirmatur. qꝛ aut transiret per totum medium simul: aut ꝑ vnā eius ꝑtem post aliam. Si primū: ergo esset in toto medio simul. Si secundum: ergo nō transiret in instanti sed in tempore: cū transire seu moueri per aliqđ medium in tempore nō sit aliud ꝙ̄ transire prius ꝑ vnam ꝑtem ꝙ̄ ꝑ aliam. ¶Sed nunqđ angelus posset moueri a seipso in instanti ab vno loco ad aliquem alium ab illo indistātem/puta ad quemcunqꝫ inter quem ⁊ priorem nullū est mediū? Ad hoc forsitā diceretur ꝙ sic. Qđ ꝓbareꝛ. qm̄ sicut oē subiectū acquirens aliquem gradū forme puta caloris simul totum diciꝛ ipm̄ acqrere in istāti: cū nec aliđ sit formā ī istāti acqrere ꝙ̄ ipāꝫ acqrere simul totā: ita oīe motuꝫ de vno loco ad alium simul totum non transeundo primo ꝑ mediū est in instanti motū. sed angelus a loco in quo est sibi adequato ad alium illi equalem ac ab ipso indistantem non potest moueri primo transeūdo ꝑ medium: quia vt supponiꝛ nullum est nec pōt dici qđ prius acqrat vnam ꝑtem illius loci sibi adequati ꝙ̄ aliam/cum non possit esse ī aliqua eius ꝑte tm̄ sed in toto. qꝛ vt dictum est non pōt esse in minori loco ꝙ̄ sit loc⁹ sibi debit⁹ ⁊ adequat⁹. Nec pōt dici ꝙ necessario habeat locū priorē dimittere nō simꝛ totum sed tm̄ aliquam eius ꝑtem/rōne cuius dimisse possit partem loci alterius subintrare. ergo si totū locuꝫ primū simul potest dimittere: et totum alium/inter quem ⁊ dimissum nullum est mediū/ acqrere: seqtur ꝓpositū veꝫ ꝙ in instanti pōt ab vno loco ad alium se mouere. ¶Cōfirmatur. qꝛ non est impossibilius angeluꝫ vel aliud qđcūqꝫ suiipsius motiuum mouere seipm̄ de vno loco ad aliquē alium in instanti: ꝙ̄ calidum subiectum calefacere aliquē caloris gradū in ipso introducendo etiā in instāti. ¶Hoc apparet. qm̄ sicut videmus oīe qđ moueꝛ localiter moueri de vno loco ad alium successiue / prius transeundo ꝑ vnaꝫ partem mediꝫ ꝙ̄ ꝑ aliam: ita oīe subiectum qđ calefit consimiliter calefit: veꝫ vnum gradum post alium recipiendo caloris. sed calidum in subiectuꝫ agens aliquē gradum caloris in ipso introducit in instāti. oīs enim ille caloris gradus introduciꝛ in instāti q̄ introducitur non post aliū sꝫ simul totus. sed ꝯstat ꝙ calidum calefaciens aliquem caloris gradum primum ītroducit quem nullus alius antecessit. omnis aūt gradus quem nullus ꝑcessit ali⁹ habuit ītroduci simul tot⁹: ⁊ ꝑ ꝯñs in instāti. ergo ꝯsiꝛter oīe motum localiter de vno loco ad alium oportet acquirere aliquem locum primū ante quē nulluꝫ acquisiuit aliū. sed locus primo acqsitus ante quē null⁹ fuit alius acqsitus: nō potest successiue esse acquisit⁹: cū locus successiue acqsitus nō sit nisi vnus locus post aliū acqsitus. ergo ⁊c. ¶Nec valet si dicaꝛ ꝙ locus prīo acquisitus est acquisitus successiue: qꝛ post aliū priorē in q̄ mobile primo fuit. ¶Primo: qꝛ etiaꝫ angelus motus de celo ad terram per diuinā potentiaꝫ in instāti prius fuit in celo ꝙ̄ in terra: nec tm̄ propter hoc diceꝛ successiue siue in tempore esse motus. ¶Secundo. quia materia prius fuit sub forma opposita nunc corrupta ꝙ̄ sub alia in ipā nouiter generata. quo non obstāte: qꝛ ipsa substantialis forma in ipsa introduciꝛ simul tota: ideo nō in tēpore sed in instāti diciꝛ generari. quare ⁊c. ¶Confirmaꝛ. qꝛ nulla forma ꝓducta dicitur in instanti nec successiue ꝓducta ī ordine ad formam sibi oppositam corrumpēdam. ¶Hoc apparet. vnde esto ꝙ ignis calefaceret aquam non corrūpendo eius frigiditatem: dum tm̄ caloris vnum gradum post alium introduceret/nihilominus calefaceret ⁊ calorē ꝓduceret successiue. nec eñi ꝓducere successiue dicit ꝓducere post corruptionē sed ꝓducere post ꝓductionē. ergo productio gradus forme quem nullius gradus alterius ꝓductio antecessit/esto ꝙ corruptio alteri⁹ sibi oppositi gradus ipsum precessit/ non pōt dici ꝓductio successiua. quare ⁊c.

Sed contra prædictum dicendi modū insolitū/arguiꝛ. qm̄ grad⁹ forme ītroducibilis successiue vt caloris/sunt eiusdem rationis: ⁊ etiam omnia loca īter media inter extrema distantia a quorum vno angelus vl' aliđ quodcūqꝫ est mobile ad alterum. ergo potens in vnū

gradū caloris in instāti: ⁊ post illū pōt siꝛiter in aliū ī istāti: ⁊ motum etiaꝫ ab vno loco ad aliū ī istāti ⁊ ab illo moueri poterit ad aliū in istāti. ex q̄ seqtur ꝙ tot⁹ motus alterationis q̄ ignis calefacit aquā: ⁊ siꝛiter mot⁹ localis q̄ āgel⁹ vel aliđ qđcūqꝫ corp⁹ de vno loco ad aliū trāsmutaꝛ/ꝯponeꝛ ex istātib⁹: qđ ē falsū. qre ⁊c. ¶Ad hoc forte diceret ꝙ rō ista supponit falsū: veꝫ ꝙ mot⁹ seu successio sit aliqđ distinctū a re cuius vna ps post aliā introduciꝛ successiue: ⁊ instans ab illa q̄ introduciꝛ tota simul. hoc siquidem nō est verū vt ī ꝑcedētib⁹ ē ostēsuꝫ. nō eñi instās dicit aliud ꝙ̄ rem ipsaꝫ vt tota ī simꝛ ē ꝓducta: nec mot⁹ aliđ ꝙ̄ ꝑtes rei diuersas quarū vna ē post aliā ītroducta. ¶Tunc hoc supposito vt ꝓbato ex ꝑcedētibus/diceret aliq̄ ꝯcedēdo ꝙ qꝛ oēs grad⁹ caloris sūt eiusdē rōnis ꝗ vniformiꝛ in passo ꝑsupposito introducūꝛ/sic intelligēdo ꝙ nec magis vnus potuit prīo ītroduci ꝙ̄ alius: nec magis prīo ꝓductus ē simul ītroduct⁹ tot⁹ ꝙ̄ terti⁹ vel secūdus. ex q̄ seqꝛ ꝙ sicut prim⁹ dꝫ esse ī istāti ꝓductus qꝛ simul tot⁹ ītroduct⁹: ꝯsiꝛiter ⁊ q̄libet alioꝝ ꝑ se sūpt⁹ veꝫ put vnus ab alio ē distict⁹. nec tm̄ ex hoc seqꝛ ꝙ tota ipā forma sit in instanti ꝓducta. qm̄ lꝫ prīa ei⁹ pars sit simꝛ tota introducta/ ⁊ scđa siꝛiter vt a prima est disticta/ ⁊ sic vsqꝫ ad vltimā ascēdēdo: nō tm̄ prīa fuit simul cū scđa nec scđa cū tertia ītroducta. lꝫ eñi ignis calefaciēs possit aliquē caloris gradū remissū introducere simul totū: nō tm̄ oēm. qre ⁊c. ¶Cōsiꝛiter sic loquētes dicerent de angelo vel de ꝗcunqꝫ alio corpore localiter moto. sicut eñi aq̄ qm̄ calefit aliquē caloris gradū primo recipit simul totū: ⁊ ꝑ ꝯñs ī istāti: ita ⁊ oē qđ moueꝛ de vno loco ad alterū oportet ꝙ aliquē locū acqrat prīo: ⁊ post illuꝫ aliū siꝛiter ꝑmo ⁊ sic vsqꝫ ad vltimū. ¶Et qm̄ infertur ꝙ tunc mot⁹ ex instantibus cōponiꝛ: dicerent ꝙ lꝫ sit impossibile motū vt vulgariter capiꝛ ꝓ ꝯtinua forma successiua ab oī re ꝑmanente realiꝛ distincta/ ꝯponi ex istātib⁹ ꝯsiꝛiter puta vulgariter sumptis: veꝫ ꝓ rebus aliis indiuisibilib⁹: cū nec motus hoc mō sumptus nec instās sit aliqđ ī re extra: tm̄ accipiendo motū alteratiōis puta dealbationem eo mō q̄ ē forma aliq̄ in re extra puta ipsa albedo vt vna ei⁹ ps post aliā ītroduciꝛ: et istās ꝓ q̄libꝫ ei⁹ ꝑte vt ab alia distincta simꝛ tota ītroducta/vtiqꝫ dealbatio sic accepta ē ex istantib⁹ sic acceptis realiter ꝯstituta: cū nec dealbatio sit aliđ ꝙ̄ albedo vt vna ei⁹ ps post aliā ītroduciꝛ: nec instans aliud ꝙ̄ q̄libet eius ps ītroducta vt distincta ab alia simꝛ tota. ¶Sꝫ hoc nō pōt stare. Prīo: qꝛ sicut q̄libꝫ ps ꝯtinui est ꝯtinua: ita q̄libet ps motus ē mot⁹: ⁊ ꝑ ꝯñs oīs ps cuiuscunqꝫ forme ꝑ motū seu successiue ītroducte est introducta etiam successiue. sed nulla ps forme ītroducta simul tota est successiue siue per motū introducta. ꝟ ī nulla forma ꝑ motū acqsita est pars aliq̄ simul tota ītroducta. qre ⁊c. ¶Scđo: qꝛ tūc seqreꝛ ꝙ vnū ñ moueret citius ꝙ̄ alterū ad formā aliquā nec ad locum. qm̄ eorum quoꝝ qđlibꝫ sit simul totum/neutrū sit citius ꝙ̄ alterū. ꝟ si oē corp⁹ localiꝛ motū acqrit ꝑmū locū simꝛ totū ⁊ post illū aliū siꝛiꝛ simul totū/seqꝛ ꝙ oīa moueanꝛ eq̄ velociter qđ est falsū ⁊ ꝯtra sensū. ¶Sꝫ ad hoc forsitā diceret: ꝙ sicut calidū intensius diciꝛ calefacere citius ꝙ̄ remissius nō qꝛ pri⁹ graduꝫ caloris ī passo ꝑsupposito ⁊ disposito introducat: sꝫ qꝛ maiorē ⁊ ītensiorē prīo introducit ⁊ post illū aliū siꝛiter ꝑfectiorem. ex q̄ eñi passū ē dispositum nec resistit/statim ad ꝑsentiam calidi quātūcūqꝫ non sic perfecti seu intensi seqtur in ipso aliq̄s gradus caloris simul totus: qui licet sit in ꝑtes seu gradus aliquos diuisibilis omnes tamen illi insimul nō vnus post aliū introducunꝛ. constat enim aliquē graduꝫ primo introduci. ⁊ ita cū nullus sit indiuisibilis sicut nec aliqua pars cōtinua: per cōsequens habet partes que oēs insimul introducūtur. ita de motu locali pōt dici consimiliter suo mō: veꝫ ꝙ vnum corpus vel spirit⁹ moueꝛ velocius alio/vel qꝛ primo maiorem acquirit locum ⁊ post illum alium vsqꝫ ad terminū seu locum: vel quia esto ꝙ non maiorem/tamē post primū acquisitum simul totum citius acqrit secūdum ⁊ post secundū tertiū vsqꝫ ad vltimū. ¶Sꝫ appꝫ euidēter ꝙ hoc non valꝫ. Prīo: qꝛ non oē corpus maius moueꝛ veloci⁹ immo aliqñ tardius ꝙ̄ minus. sed corpus quāto est mai⁹ tanto qm̄ moueꝛ acquirit maiorē locū. ꝟ nō ideo localiꝛ motum moueꝛ velocius quia maiorē acqrit locuꝫ primo qꝛ nec post primū locū acqsitū citi⁹ acqrit secūdū: ⁊ post scđm tertiū/supponēdo vt ꝯcedis ꝙ q̄libet acqraꝛ simꝛ totus: nec inter acquisitionem vnius ⁊ acqsitionē alteri⁹ sit aliqua q̄es media. qm̄ vt dictū est/eoꝝ quoꝝ quodlibet acquiritur simul totum/neutrū sit nec acqritur velocius ꝙ̄ alterū. ꝟ ⁊c. ¶Secundo. nec illud qđ diciꝛ de motu alterationis videtur esse veruꝫ: videlicet ꝙ pars aliqua forme acquisite per motum introducatur simul tota quantum ad eius omnes partes ex quibus constat: immo semper vna post aliam introducitur: vt non sit dare prius introductam ꝙ̄ aliam immediate introducendaꝫ. sicut nec in motu locali est dare primum vbi seu locum simul totum a re mota localiter acquisitum. quare ⁊c. ¶Sic ergo videtur esse dicendum aliter ad dubium supradictum videlicet ꝙ angelus non possit se mouere localiꝛ etiam ad locū indistantem aliquem in instanti. quoniam esto ꝙ talis aliquis locus indistans ab illo in quo nunc existat angelus poneretur/adhuc angelus non videtur posse dimittere primū locum in quo actualiter existit simul totū nec per consequens in instanti. sed non magis potest aliū locum simul totum ⁊ per consequens in instanti acquirere ꝙ̄ primum dimittere. ergo ⁊c. ¶Assumptum ꝓbaꝛ. qm̄ si angelus posset locū in q̄ existit dimittere ⁊ alium ab eo indistantem acquirere in instāti: sequeretur ꝙ posset de celo ad terram sic descendere ꝙ omnem locum intermedium licet vnum post alterum acquireret simul totum: nec per consequēs talis eius descensus esset localis motus. sed mutatio sicut nec corruptio forme substantialis opposite nec generatio ꝓposite/potest poni motus licet corruptionem sequatur generatio/ supposito ꝙ vtrūqꝫ horum fiat in instāti. hoc autem non videꝛ verum. nec eñi aliter ꝙ̄ ꝑ motū localem angelus videtur posse de celo ad terram descēdere per seipm̄. ꝟ ⁊c. ¶Sic ad q̄stionē.

¶Ad rationem in principio apparet ex alibi declaratis ꝙ falsum assumitur in maiori. anima enim indiuisibilis ē in corpore qđ īformat: nec tm̄ aliqđ accidēs corporeū seu extensū pōt existere in ipsa anima vt in suo subiecto. qre ⁊c.

TErtio quæro: vtrū in angelo existente in loco sit vbi tāꝙ̄ forma aliq̄ ꝑ se vna disticta ab ipso realiꝛ ⁊ a loco. ¶Et videꝛ ꝙ sic qm̄ corpus nō ē ī loco aliq̄ determinato reali⁹ nec intimius ꝙ̄ angelus. sꝫ qꝛ corp⁹ ē realiter ī loco aliq̄ determinato: nō hēt vbi in ipso. ꝟ ⁊ in angelo ꝯsiꝛiter erit ꝓpē ꝯsileꝫ rōnē. ¶Cōtra: qꝛ scđm ipm̄. vi. pricipi. auctorem vbi ē circūscriptio corporis locati a circūscriptiōe loci ꝓcedēs. sꝫ angel⁹ nō est corp⁹. ꝟ nec hēt aliqđ vbi ī loco. ¶Respōsio. vbi sic ꝓcedā. Primo eī ostēdā q̄liꝛ hic erit respondendū scđm vulgarē ⁊ cōem dicēdi modū. Secundo arguā ꝯtra ipm̄. Tertio dicam aliter ad quesitum.

Quātū ad primum est sciēdū: ꝙ secūdū opinionē cōem vbi est forma aliqua respectiua ꝑ se vna exñs in locato corpore subiectiue terminata ad locū in q̄ est vnum aliud vbi actiuum terminatū ad locatū. ¶Hoc supposito vt vulgari ⁊ cōmuni dicto/videꝛ mihi ꝙ essent duo hic ꝯcedenda in q̄stione ista. Primū est: ꝙ angelus exñs ī loco hēt veraciꝛ vbi in ipo. Scđm ē: ꝙ vbi ipsi⁹ est ab vbi locati corꝑis alteri⁹ rōnis. ¶Primū ꝓbaꝛ. qm̄ ñ

magis r̄pugnat āgelo tale vbi ꝙ mot⁹ locaľ q̄ ad ip̄ꝫ dz ter minari. sicut enim cui nō r̄pugnat dealbatio nec albedo: ita ꝯsiliľ cui nō repugnat motus localis nec ľmin⁹ ei⁹. sed angelus vere mouetľ scđꝫ locū. vbi aūt scđm sic loquē tes est terminus talis motus. ğ angelus vere h̄et vbi ī lo co sicut ⁊ corp⁹ q̄ðcūqꝫ locatū. ¶Cōfirmaľ. qꝛ sicut nulla est maior rō q̄re īter vnū accn̄s subiecto īherēs ⁊ suū sub iectū cui inheret sit īherētia media seu vnio ab extremis vnitis distincta/ꝙ īter aliud q̄ðcūqꝫ accn̄s ⁊ suū subiectū ita ꝯsiľiter nec ī ꝓposito pōt assignari rō aliq̄ q̄re magis inter locum ⁊ corpus locatū sit ītermediū aliqð tale vbi vnum in corpe locato ⁊ alterū sibi correspōdēs ī loco: ꝙ inter angelū ⁊ locū ꝯtinētē ip̄m. sed cōstat ꝙ si inter cor pus ⁊ albedinē ī ip̄o actualiľ existētē est aliq̄ vnio seu in herētia tāꝙ forma ꝑ se vna ab extremis distĩcta: ꝙ etiaꝫ est inter angelū ⁊ actū intelligēdi vel volēdi vel aliū quē cūqꝫ accidētalē ī eo actualiter existētem. ergo ⁊ in ꝓposi to de vbi ipsius ad locū ⁊ loci ad eū ꝯsimiliľ ē dicendum. ¶Et si forte dicaľ ꝙ nō est siľe de āgelo ⁊ de corpe existē te ī loco. Primo: qꝛ corpus est circūscriptiue ī loco: qꝛ to tuꝫ ī toto: non autem ī aliq̄ eius pte. angelus aūt ē ī loco diffinitiue: qꝛ totus in q̄libet pte loci. Secundo: qꝛ vbi ē forma corporalis/⁊ extensa: que per consequens non pōt eē nisi in subiecto aliq̄ corporali. ¶Ista non valent. con cedo enim quantum ad primuꝫ ꝙ angelus est in loco ali ter ꝙ corpus: qꝛ diffinitiue totus ī q̄libet parte loci: corp⁹ autē dimēsiue. Sed ex hoc non seq̄ľ ꝙ sibi repugnet vbi. ¶Primo: qꝛ ⁊ corpus Christi ī eucharistie sacramento h̄et ꝯsimilē modū essendi: cū nō min⁹ ī sacramēto ipso vbi habeat ꝙ in celo lꝫ forte alteri⁹ rōnis ab illo. ¶Scđo: qꝛ vbi ponitur in corpore locato propľ vnionem seu est ipsa vnio eius cū loco. sed nō minus vniľ loco īmo magis illð q̄ð est totum in ipso ⁊ ī q̄libet sua parte ꝙ illud q̄ð non ē totum in aliqua parte eius. ergo nō minus debet poni in ter angelū existētē in q̄libet pte loci ⁊ locū ꝙ inter corp⁹ in nulla pte loci existens totum/et locum. ¶Cōfirmaľ. quia etiā aīa intellectiua est hoc modo ī corpore q̄ð infor mat vcꝫ tota in toto ⁊ tota in q̄libet sua pte: nec tn̄ ꝓpter hoc negaľ esse vnio magis inter ipsam ⁊ corpus sibi con iunctum ꝙ inter albedinem ⁊ subiectum. ğ ⁊c. ¶Ad scđꝫ etiaꝫ qn̄ dicitľ ꝙ vbi est forma aliqua corporalis/apparet ꝙ nō valet. qm̄ sicut vbi corporis ad locū ē forma corpa lis ⁊ extensa sicut eius vtrūqꝫ extremū: ita ⁊ vnio albedi nis cū subiecto ē forma corporalis ꝓpľ ꝯsimilē rōnē. nec tn̄ ex hoc seq̄ľ ꝙ magis sit ponenda vnio īter albedinem ⁊ subiectuꝫ ꝙ inter aīam intellectiuam ⁊ corpus ꝑ ip̄am actualiter informatū. qm̄ lꝫ vnio corporalis ⁊ extēsa nō possit eē in aīa: pōt tn̄ eē ī ipsa vnio īextensa: nec qꝛ vnio albedinis cū subiecto ē extēsa magis est negādū vnionē esse inter aīam ītellectiuā ⁊ corpus: ꝙ qꝛ vnio aīe cū cor pore ē īextensa/negeľ vnio albedinis cū subiecto: cū non magis vnio īextēsa possit recipi ī subiecto extēso ꝙ extē sa ⁊ diuisibiľ vnio ī subiecto īextēso. ⁊ ita cōsiľiter ī ꝓposi to ē dicēdū: vcꝫ ꝙ lꝫ qꝛ angelus est spūalis ⁊ īcorporalis nō possit ī ipso esse vbi aliqð corporale ⁊ extēsū: ex hoc tn̄ non habetur q̄n possit in ipso esse vbi alið īextēsū. sicut eī ponentes relationem eē formaꝫ aliquā ꝑ se vnā ab extre mis distinctam ⁊ in fundamento formaliter existētem ha bent dicere ꝯn̄ter ꝙ similitudo vel dissimilitudo corporū est extensa: spiritualium vero rerum oīm tam inter se ꝙ etiaꝫ cuiuslibet ipsarū dissimilitudo vel diuersitas ad cor pus habet esse necessario inextensa: sicut ⁊ eius subiectū per ipsam vt dicunt actualiter informatū: ita consimiliľ in proposito est dicēdū/videlicet ꝙ licet vbi corporis sit extensum: vbi tamē spiritus est inextensuꝫ: licet vbi alið sibi correspondens q̄ð ponitur esse vbi actiuum loci ad ipsum/sit extensuꝫ sicut ⁊ suum subiectum. nec magis est

incōueniens vbi extensū ⁊ inextensuꝫ esse eiusdē gn̄is ꝙ substantiam extensā ⁊ inextensam qualitatē ⁊ relationē inextensam similiter et extensam. quare ⁊c. ¶Ex predi ctis apparet secundum: q̄ð est consequenter secundū opi nionem preexpositam concedendum: videlicet ꝙ vbi an geli locati ⁊ cuiuscunqꝫ alterius rei spiritualis est ab vbi corporis ⁊ etiam ab vbi loci ipsam rem spiritualem con tinentis alterius rationis. quoniam omnis forma exten sa vt albedo ⁊ inextensa vt intellectio sunt alterius ra tionis. sed si vbi est aliqua forma accidentalis existens in locato vt supponiľ subiectiue vt rei spiritualis/habet concedi esse indiuisibile ⁊ inextensum. aliud autem q̄ð ē loci ad ipsam ⁊ omne aliud cuiuscūqꝫ corporis locati ad locum habet esse extensum sicut eius fundamentū puta locatum corpus per ipsum realiter informatuꝫ. ergo ⁊c. ¶Hec de primo.

Quātum ad secundum: vbi est arguen dum contra opinionē predictam: s̄m quā habent conce di que predicta sunt: arguo p̄io sic. Ad hoc ꝙ corp⁹ vel angelus sit in loco non est necessarium aliquod tale vbi videlicet tanꝙ aliqua forma per se vna a loco ⁊ a locato distincta. ergo non est ponendum vbi huiusmodi sic acce ptum. ¶Consequentia est euidens. quia non est ponen da pluralitas vbi nulla est necessitas. sed huiusmodi vbi non ponitur nisi propter locatuꝫ in loco contentū ⁊ locū ip̄m. ergo si ipso circunscripto locatum potest esse in loco sicut ⁊ ip̄o posito/non oportet ip̄m ponere. ¶Antecedēs probaľ. qm̄ inter illa quorum vnū est immediate ī altero non est necessariū ponere formaꝫ aliquā mediantē ab eis realiľ differētē: īmo ēt nō videľ ꝙ īter talia sic vnita pos sit esse aliq̄ talis forma: cū nulla īter q̄ est forma vel alia q̄cūqꝫ res media esse possint īmediate vnita. sed locatū si ue sit angelus siue corpus est īmediate in loco. ergo ⁊c. ¶Confirmatur. qꝛ nihil est in loco īmediati⁹ ꝙ locatū: ī mo nec ē ī ipso aliq̄d alið a locato nisi mediāte ipso. sꝫ hu iusmōi vbi q̄ð poniľ nō ē locatū sꝫ ē subiectiue ī ip̄o. ğ ad hoc ꝙ corp⁹ sit ī loco vel angel⁹ nō req̄riľ vbi ab ipso ⁊ a loco diuersum. ¶Cōsequētia est euidēs. qꝛ q̄ð p̄supponit locatum esse in loco non est necessarium locato ad hoc ꝙ sit in loco. sed vbi si est forma qualis ponitur p̄supponit locatum esse in loco. nec etiam secūduꝫ sic opinantes hu iusmodi respectus mutui loci ad locatū ⁊ locati ad locū consurgunt nisi locato in loco primitus existēte. ergo ⁊c. ¶Preterea arguo sic ad idem. nō minus locatuꝫ potest esse in loco absqꝫ omni forma ipsum informante nec locū ꝙ vbi huiusmodi si ponatur in loco ⁊ locato existere sub iectiue/possit eē ⁊ sit de facto in suo subiecto omni forma alia circūscripta. sed si vbi esset forma accidētalis exn̄s in corpore vel in angelo locato subiectiue/nō eēt ibi for̄a aliq̄ mediāte ip̄m corp⁹ seu angelū vel ip̄m vbi inherens realiter informāte. ğ ⁊c. ¶Mior appet. Prīo. qꝛ vt hic suppono ex dicēdis ī q̄rto īter nullū subiectū ⁊ for̄aꝫ acci dētalē sibi actualiter inherētē ē aliq̄ forma media abso luta nec respectiua ab ip̄o subiecto ⁊ ab accidēte distĩcta nec magis inter locatū ⁊ locū videtur aliq̄ talis esse po nēda. quare ⁊c. ¶Scđo. qꝛ oīno videľ somniū ⁊ ridiculū dicere: ꝙ qn̄cūqꝫ locatū aliqð mutat locū/corrūpanľ sex forme: ⁊ genereľ nouiter totidē a locato distĩcte realiter ⁊ a loco. sed ponētes vbi esse formā accidētalem in subie cto mediāte alia exn̄tē puta mediāte vniōe vel q̄cūqꝫ for ma actiua/hoc ꝯcedere cōpelluntľ. Mð appet. quoniam scđm ipsos aliud vbi est locati ad locum ⁊ aliud loci ad locatum. ergo corpore vel angelo nouiter incipiente esse in loco ꝓducuntur due forme quarum vna est subiectiue in loco ⁊ alia in locato. sed si vbi quod est in locato est in ipso forma alia mediante puta vnione/alia erit vnio

vbi ad locatū ⁊ alia ꝯuersa locati ad vbi: ⁊ ꝯsiliľ alia erit vnio loci ad suū vbi ⁊ alia vbi ad locum. ⁊ ita inter quod cunqꝫ locatum ⁊ locum suum habes ponere sex distincta ⁊ inter se realiter: ⁊ etiam ab extremis: videlicet duo vbi ⁊ ipsorum quatuor vniones: q̄ oīa moto corpore vel ange lo localiter corrūpunľ in loco priori ⁊ gn̄anľ alia sex eis similia ī alio posteriori loco ad quē ip̄m locatū est localiľ transmutatū. Sed hoc videtur oīno esse sine rōne dictuꝫ Nulla em̄ forma q̄ angelus in vno loco exn̄s actualiter informaľ/oportet ip̄m priuari nec ī eo aliā ītroduci p̄ter locū q̄ nō est ei⁹ forma/ad hoc ꝙ ad locū aliū transmuteľ cū nec ꝑ motū hmōi acq̄rat nec ꝑdat aliq̄d nisi locū. ğ ⁊c. ¶Cōfirmo. qꝛ si in corpore vel in angelo existēte ī loco ē talis forma accidētalis ⁊ in loco alia: q̄ro a q̄ forme hmōi producuntur: nō em̄ pōt dici: ꝙ vbi exn̄s ī angelo causeľ a loco: qꝛ locus corpalis non pōt agere in āgelū ad taleꝫ formam spūalē ⁊ indiuisibilem qualis poniľ esse ista. nec ecōuerso illud vbi q̄ð est in loco subiectiue pōt esse ab an gelo effectiue. non em̄ magis angelus se mouēs ꝓducit aliquid in aliq̄ p̄ter motū ꝙ intelligēs ꝓducat ī seipso ali q̄d preter actū. ğ ⁊c. ¶Hec de secundo.

Quantum ad tertiū: vbi ad q̄stionē istā est aliter respōdendū/pono q̄tuor ꝯclusiones. ¶Prima est: ꝙ si angelo vel corpe existēte ī loco eēt tale vbi tanꝙ for̄a aliq̄ ꝑ se vna/nec corpus nec angel⁹ nec q̄ðcūqꝫ alið locatū esset ī loco ꝑ ip̄ꝫ: sed poti⁹ ecōuerso vbi esset ī loco mediante eius subiecto locato. ¶Hec ꝓbaľ primo quā tū ad primā ptē. qm̄ nullū tale pri⁹ est tale ꝑ aliq̄d poste rius q̄ð p̄supponit existere ip̄m tale. sꝫ oē locatū pri⁹ est in loco ꝙ hmōi tale vbi ponaľ in ipso. nec em̄ qꝛ vbi est in eo/ideo ip̄ꝫ est in loco: sꝫ ecōuerso qꝛ locatū est ī loco ideo ꝯseq̄tur ip̄m vbi. Cōsiliľ dico de loco ⁊ de vbi exn̄te ī ip̄o. nō em̄ loc⁹ ꝯtinet locatū qꝛ h̄et vbi ad ip̄ꝫ: sꝫ ecōuerso q̄a ꝯtinet locatum ideo seq̄ľ vt ꝯcediľ in eo vbi ad ip̄m. ğ ⁊c. ¶Scđa pars vcꝫ ꝙ magis vbi locati posset dici esse ī lo co mediāte locato: ⁊ vbi loci ꝯtinere locatū ꝑ locū: appa ret. quoniaꝫ magis accidēs ī subiecto existēs diciľ ī loco existere propľ subiectū existēs in ipso/ꝙ ecōuerso. nec em̄ homo albus est in loco propter albedinem existentē ī ip̄o sed econuerso albedo est in loco hoīe mediante existēte in ipso. ğ si vbi est accidens in locato existens/magis tale ac cidēs erit ī loco propter eius subiectū ꝙ ecōuerso. ¶Cō firmatur. qꝛ min⁹ subiectū pōt dici ī loco existere per illð accidēs q̄ð supponit ip̄m eē ī loco ꝙ ꝑ aliq̄d q̄ð nō suppo nit existere ip̄m ibi. sed ipsum vbi poniľ ⁊ ꝯceditur esse ta le accidens: q̄ð nō pōt ꝯsurgere nisi suo subiecto existēte prius in loco. ergo non magis immo minus aliqð locatū dicitur esse in loco ꝓpter talem respectū ꝙ qꝛ albū vel ni grum: vel q̄ loco siľe vel dissiľe vel q̄cunqꝫ accidente ab soluto vel respectiuo alio informatū. ¶Secūda ꝯclusio est. ꝙ si vbi poneret eē aliq̄ talis for̄a existēs ī corpore lo cato ⁊ ī angelo subiectiue/posset manere ī ip̄o sepato a lo co. ¶Hec appet: qꝛ ꝑ hoc ꝙ vnū alteri cōiūctū ab eo rea liter sepaľ non oportet corrumpi aliq̄d ab vtroqꝫ distĩctū ¶Hoc appet: qꝛ etiā aīa posset a corpe separari absqꝫ ali q̄ forma corrupta in corpe vel ī aīa existēte. ğ multo possi bilius est locatū separari a loco/nulla forma absoluta vľ respectiua corrupta ab vtroqꝫ distĩcta/q̄lis poniľ eē ista. ¶Tertia ꝯclusio est: ꝙ nulla ē necessitas nec cōgruitas nec possibilitas ponēdi hmōi vbi ī corpe locato vel ī āge lo nec in loco vt cōiter poniľ: vcꝫ tāꝙ for̄a aliq̄ ꝑ se vna a loco ⁊ a locato distĩcta. ¶Hec appet tū ex dictis: tū qꝛ nul la relatio ē aliq̄ talis forma ꝑ se vna ab extremis distĩcta vt sepe alibi ē ꝓbatū. ğ nec hmōi vbi pōt pōi for̄a aliq̄ re spectiua taľ nec absoluta. nullū eī absolutū aduenit loca to quia ponitur in loco. ğ ⁊c. ¶Quarta ⁊ vltima ꝯclusio

est: ꝙ vbi non est aliq̄d ī re extra p̄ter locū ⁊ locatū: siue lo catū sit corpus siue angelus siue deus. ¶Hec seq̄ľ ex pre dictis. qm̄ aut vbi significat aliq̄d ꝑ se vnū: aut pľa simul aut nihil. sed vt dictū est non significat aliq̄d ꝑ se vnū exi stens ī locato corpe: nec ī loco. nec ē dicēdū ꝙ nihil signi ficet: nec tm̄ vnū puta locū sine locato. nec ecōuerso loca bile sine loco. ğ īportat simul vtrūqꝫ istoꝝ vcꝫ locatū ⁊ lo cū nō q̄litercūqꝫ: sꝫ vt sunt simul ambo vnita. vn̄ sicut īhe rentia accidētis nō dicit aliq̄d ꝑ se vnū sꝫ tm̄ accn̄s ⁊ sub iectū illi subsistēs. nec em̄ ē aliqð mediū īter accn̄s ⁊ sub iectū: vt in q̄rto ꝓlixius ostendetur. ita ⁊ de vbi consimi liter est dicendū: nec tantuꝫ de vbi sed etiā de habitu ⁊ de situ. Nec em̄ habitus dicit formā aliquā ꝑ se vnam ab ex tremis distinctā/nec sit⁹. sꝫ q̄ðlibet horum dicit p̄cise pľa vt vnita. ⁊ hec tn̄ est dr̄a inter situ ⁊ vbi: qꝛ ad pľa se exten dit vbi ꝙ sit⁹. vbi em̄ se extēdit ad oēm locū ⁊ locatū ī ip̄o quōcūqꝫ ꝯtentū. sit⁹ aūt nō nisi ad locatū ī loco circūscri ptiue seu dimensiue ꝯtentuꝫ. ¶Ex p̄dictis ꝯcludo corol larie. Primo: ꝙ nec de vbi nec de situ nec de habitu nec de alio q̄cūqꝫ respectu oportet q̄rere q̄d sit. Scđo: ꝙ nec in angelo nec ī corpore existēte ī loco est vbi tāꝙ for̄a ali qua per se vna ab ipso ⁊ a loco distĩcta. ¶Primū patet. qm̄ q̄stio q̄d sit de nullo fieri debꝫ nisi de habēte diffinitio nem q̄d rei. sꝫ nullum p̄dictorū habet diffinitionem q̄d rei sed quid nominis tm̄: cū q̄ðlibet plura simul significet nō aliquid ꝑ se vnū. ğ sicut albū albedinem simul significās ⁊ subiectū aliquo mō importās nō habet diffinitioneꝫ q̄d rei/ vcꝫ explicantē aliq̄d ꝑ se vnū a subiecto ⁊ albedine di stinctū: sed q̄d noīs tm̄ explicantē vcꝫ ista duo quoꝝ vnū ꝑ ipsum significaľ ⁊ alterū connotaľ: ita consimiliter est dicendū de q̄libꝫ p̄dictorū. ¶Scđm vcꝫ ꝙ nec vbi sit ali q̄d in locato nec situs in situato nec habitus ī habituato ab extremis distinctum: seq̄ľ ex p̄dicto. qꝛ vt dictū est nul lū hoꝝ est distinctū aliq̄d ab extremis. sicut em̄ albū ē siľe albo ⁊ dissimile nigro seipso non similitudine distincta ab eo: ita ⁊ oē locatū est locatū vel situatū nō ꝑ aliq̄d a loco ⁊ a locato distinctū. ¶Sic ad questionem. ¶Ad primaꝫ rationē in principio apparet solutio ex p̄dictis. vt em̄ di ctū est ꝑ hoc ꝙ locatum ē loco intimū/nō est aliqð inter ip̄m ⁊ locū ponēdū mediū: sed negādū. ¶Ad aliā ī cōtra riū dicēdū ꝙ illa vbi descriptio nō est q̄d rei significās sꝫ noīs tm̄: cū nihil vnū explicet sed pľa simul vcꝫ locatum ⁊ locum. poniľ aūt in descriptione illa corp⁹ tanꝙ locatū notius ꝙ sit species.

CIrca distinctionē tertiā in qua magister determinat ⁊ ostē dit q̄les fuerint creati angeli quā tum ad sua naturalia et essentia lia: Quero primū vtrū angeli sint ꝯpositi ex materia ⁊ ex for̄a. ¶Et videľ ꝙ sic. qm̄ āgeli sūt directe ī gn̄e sb̄e. sꝫ ī p̄dicamēto sb̄e nō vide tur eē aliq̄ simplex for̄a: sicut nec materia: sꝫ tm̄ sb̄a ꝯposita ex maľia ⁊ forma. nec em̄ prin cipia ꝯpositi ī gn̄e exn̄tis sūt ꝑ se ⁊ directe ī gn̄e: sicut aīa ītellectiua nō ē ī gn̄e sb̄e nisi qꝛ ps hoīs ī gn̄e exn̄tis. ğ ⁊c. ¶Contra. qꝛ nullū incorruptibiliū includit materiā ptē sui. oē eī ex materia ꝯpositū videľ eē corruptibile: cū ma teria ipsa sub vna existēs forma sit ī potētia ad aliā illi ī cōpossibilē. sꝫ ꝯstat angelos eē sb̄as īcorruptibiles. ğ ⁊c. ¶Respōsio. vbi sic ꝓcedā. Oēs em̄ ī q̄stiōe ista moderni vt cōiľ quibusdā antiq̄s doctorib⁹ cōtradicūt. Ideo p̄io adducā rōnes vtrorūqꝫ/ tā āntiquoꝝ vcꝫ ꝙ modernoꝝ. Se cūdo soluā ipsas. Tertio dicā ad questionem.

Quantū ad primū fuit opinio multorū

antiquoꝝ: ꝙ tã in angelis ꝙ̃ ĩ aĩa ĩtellectiua de q̃ erit ser mo postea/est materia. ¶ Pro q̃ ꝯclusione arguunt p̄rio sic. in q̃cũq; debꝫ poni ⁊ ꝯcedi materia in q̃ repit̃ materie passio ꝓpria. ¶ Hoc apparet. qꝛ a nullo subiecto sepatur sua propria passio. sed in angelis reperit̃ passio ꝓpria ma terie. g̃ ⁊c. ¶ Maior ꝓbat̃. qm̃ pati ẽ passio ꝓpria mat̃ie sicut agere forme. sꝫ ꝯstat ãgelũ eẽ passibilẽ. g̃ ⁊c. ¶ Pre terea scd̃o. cui nõ repugnat maior ꝯpositio / neq; mĩor. sꝫ angelo non repugnat ꝯpositio ex subiecto ⁊ ex accidẽte q̃ maior ẽ ꝯpositiõe ex materia ⁊ ex for̃a. ẽ eñ angel⁹ sub iectum accidẽtis. ergo ⁊c. ¶ Preterea tertio. qualẽ ordi nẽ hñt act⁹ aliquoꝝ talẽ hñt potẽtie ipsoꝝ. sꝫ actus acci dẽtal̃ ad substãtialẽ hẽt ordinẽ necessariũ cũ exigat ip̃m ergo ⁊ potẽtia ad actũ accidẽtalẽ necessario p̄supponit potentiam ad actũ substãtialẽ: qualis potẽtia ẽ materia sꝫ ꝯstat in angelis esse potentiã ad actũ accidẽtalẽ. g̃ ⁊c. ¶ Pret̃ea q̃rto arguit̃ sic. si ĩ angelo nõ eẽt materia/hoc nõ esset nisi qꝛ ãgel⁹ ẽ ĩcorruptibilis. sꝫ hoc nõ obstat: cuꝫ eñ materia sit ĩcorruptibilis nõ videt̃ oĩ ĩcorruptibili re pugnare: cũ ẽt corp̃a supiora sint ĩcorruptibilia: q̃ tñ sũt ex mat̃ia ⁊ for̃a ꝯposita. g̃ ⁊c. ¶ Preterea q̃nto. oĩs sb̃a ꝯposita ex gñe ⁊ dr̃a ẽ ꝯposita ex materia ⁊ ex forma. sꝫ angelus ẽ ꝯposit⁹ ex gñe ⁊ dr̃a. g̃ ⁊c. ¶ Pret̃ea sexto: qꝛ vt arguebat̃ ĩ p̄ricipio for̃a sb̃alis simplex nõ magꝭ ẽ dire cte ĩ gñe sb̃e ꝙ̃ materia. sꝫ materia nõ ẽ ĩ gñe sb̃e. g̃ nec ali q̃ simplex forma. angelus autẽ est ĩ gñe sb̃e. g̃ ⁊c. ¶ Alio rũ ẽ opinio sicut cõiter modernoꝝ: ꝙ angelus ẽ for̃a sim plex non hñs materiã ptẽ sui. ¶ Pro q̃ ꝯclusiõe arguit̃. P̄rio sic. si ĩ ãgelo ẽ mat̃ia: aut ip̃a viuit ꝑ se: aut ꝑ formã suã. sꝫ nõ ꝑ se: cũ oĩs vita sit a forma. nec ꝑ formã suã. q̄a tũc seq̃ret̃ ꝙ ãgelus eẽt q̇dã ens aĩatũ ex rõnali anima ⁊ spirituali materia ꝯstitutũ. qm̃ oĩs forma viuens vita ĩ tellectiua materiam aliquam viuificans seu informãs/ẽ aĩa rõnalis. ⁊ ita cũ materia angeli viuat aliq̃ vita ꝑ suã formã: et non possit viuere nisi vita intellectiua: seq̃tur ꝙ in angelo erit aĩa ĩtellectiua: ⁊ ita ꝑ ꝯñs ipse angel⁹ erit ex rõnali aĩa ⁊ ex sp̄ũali materia ꝯstitut⁹: ⁊ per ꝯñs aĩa tus. hoc aũt ẽ falsũ. tunc eñ seq̃ret̃ ꝙ essent due aĩe intel lectiue: quarũ vna eẽt viuificatiua seu ꝑfectiua corporis vt anima hominis ⁊ alia materie sp̄ũalis ⁊ incorporalis vt for̃a angeli. hoc aũt est falsũ ⁊ ĩcõueniẽs. g̃ ⁊c. ¶ Pre terea aut forma angeli est nata ꝑ se subsistere sine sua ma teria quã informat: aut nõ. sed neutrũ hoꝝ põt poni. qm̃ si dicat̃ ꝙ ẽ nata ꝑ se existere siue sua materia: sequitur q̇ p̄dictũ est: vꝫ ꝙ sit aĩa ĩtellectiua. nec eñ aĩa ĩtellectiua est aliud ꝙ̃ forma viuẽs vita intellectuali nata ꝑ se subsi stere sine suo ꝓprio ꝑfectibili. ⁊ ita ĩ nullo alio forma ãge li differret ab aĩa ĩtellectuali hoĩs nisi qꝛ aĩa hoĩs est na ta informare corpus ⁊ nõ illa. si aũt dicat̃ ꝙ nõ põt a sua propria materia separari: tunc seq̃tur ꝙ sit imperfectior anima rationali. forma eñ a materia sepabilis perfectior esse videt̃ ꝙ̃ insepabilis: sicut aĩa ĩtellectiua est ꝑfectior ꝙ̃ aĩa sensitiua: ⁊ etiã ꝙ̃ vegetatiua: qꝛ ipsa est a sua ma teria quã ĩformat separabilis ⁊ nõ aliq̃ istarũ. sꝫ ꝑfectior forma est ꝑfectioris ꝑfectibilis. g̃ corp⁹ ĩformabile ⁊ ꝑfe ctibile aĩa ĩtellectiua erit ꝑfectius mat̃ia angeli: ⁊ ꝑ ꝯñs tot⁹ hõ ꝑfectior toto ãgelo: que oĩa sũt absurda. ergo ⁊c. ¶ Preterea: qꝛ in nullo incorruptibili est mat̃ia. sola eñ trãsmutatio ad formã facit scire materiã. sed angelus est incorruptibilis. g̃ ⁊c. ¶ Preterea etiã aliq̃ arguũt ꝑ hoc qꝛ modus operandi seq̃t̃ modũ essendi. sed angel⁹ ĩ opan do abstrahit a materia. g̃ ⁊ in essendo. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est ad præ

elicere ⁊ non elicere: nō tamē recipere ⁊ nō recipere: cum ipm ꝓductū necessario recipiat. sed null⁹ act⁹ est magis in volūtatis potestate ꝙ actus volendi vel nolendi. ergo nullus actus est in sua potestate quātū ad recipi vel non recipi in subiecto/nec magis in vno ꝙ in alio. ¶ Scdo. quia omnis intuitiue intelligens aliquod subiectum potest cognoscere oēm formā accntalē ei actualiter inherētem. sed oēs angeli possunt etiā cuiuslibet formā intuitiue intelligere. ergo quilibet potest intelligere quodcūqꝫ huiusmodi intellectuale signū a loquēte angelo audiēti impressum. sed omnis intelligens signū maxime naturaliter significatiuū/quale ponitur esse istud/potest intelligere eius signatum. ergo ⁊ quēcūqꝫ angelū loquentē vni possunt audire oēs alij. ¶ Cōsequētia est euidēs. q: oīs potēs loquētis signū ⁊ signi signatuꝫ intelligere/ potest ipm loquētem audire. cum nec audire intellectualiter sit aliud ꝙ loquētis signū ⁊ signatum intelligere. ¶ Confirmatur. quia nec audiēs dicitur audire ꝑ hoc ꝙ aliquid ī se recipit subiectiue: immo hoc ipi vt audiēs est est oīno actiue: sed tm̄ ꝑ hoc loquētē audit: q: signū ab eo prolatum vel eius signatū ꝑcipit obiectiue. ¶ Qd apparet: qm̄ si homo in se speciē cuiuscūqꝫ rei sensibil' reciperet subiectiue/nisi rē illā cui⁹ est species obiectiue perciperet nō sentiret: ⁊ ecōuerso si nullo in se recepto rem sentiret puta sonū audiret eiusqꝫ signatum ītelligeret: talis vtiqꝫ audire veraciter diceretur. ergo consimiliter in ꝓposito est dicēdū: vcꝫ ꝙ licet signū loquētis angeli nō recipiat nisi vnus: oēs tm̄ angeli ipm loquentē angelū audiūt: qui huiusmodi signū licet in alio receptū eiusqꝫ signatū percipiūt. quare ⁊c. ¶ Ad primū dicēdum ꝙ non est simile de actu volendi vel nolendi/⁊ de huiusmodi signo intelligibili loquētis. ꝙ cū actus volendi elicitus sit in volūtate necessario subiectiue: hoc est quia sola ipsa volūtas q̄ est talis actus principiū effectiuū/est eius subiectū receptiuū. ⁊ ideo cū accidēs nō possit a subiecto naturaliter separari/nec ꝑ ꝯñs aliquis volūtatis actus elicitus potest in volūtate ipm eliciente nō recipi ꝑ naturā. cū enīꝫ nullū aliud sit subiectū ei⁹ receptiuū naturaliter/ ī quo vcꝫ volūtas ipm eliciens possit cū ꝓducere/per ꝯñs si in sua potestate esset eū ꝓducere ⁊ nō recipere/posset ipꝫ a subiecto quolibet separare: ⁊ facere eū existere ꝑ seipsum qd nō potest. secus autēꝫ est de angelo loquente. qm̄ oīs talis respicit plures: quorū quilibet potest esse subiectū signi intelligibilis ab ipso ꝓducibilis receptiuū. ⁊ ideo licet nō sit in sua potestate signū huiusmodi ab ipso ꝓductū in aliquo angelo audiēte recipi vel nō recipi: est tm̄ in sua potestate in isto recipi vel in illo: sicut et si actus volūtatis create essent aliqua plura receptiua/ipse actus volūtatis elicitus esset in volūtatis potestate nō tm̄ vt eliceretur effectiue: sed etiā vt reciperetur in vno ipsoruꝫ vel in alio subiectiue. quare ⁊c. ¶ Ad scdm posset dupliciter respōderi. posset em̄ vno modo negari illud qd assumitur in maiore. qm̄ vt cōmuniter dicit': nullus potest cōceptū mētis alterius intelligere nisi de⁹/ quātūcūqꝫ mētem eius subiectū possit naturaliter intuitiue cognoscere ⁊ cognoscat. sed nō potēs cognoscere aliqd ꝯsequens nec antecedēs ad cuius cognitionē seq̄retur cognitio cōsequētis. ergo si ad cognitionē signi naturaliter significātis in audiēte angelo existētis sequit' necessario vt infert illa ratio/cognitio possibilis cōceptus mētis ipsius angeli audiētis: ꝑ ꝯñs nō magis cognitio tal' signi naturalis ꝙ cognitio cōcept⁹ mētis angeli audiētis est alteri possibil' per naturā. ¶ Tunc igitur posset dici: ꝙ sicut deus nō sinit aliquē cōceptū alterius intelligere: licet forte naturaliter hoc esset possibile: ita nec huiusmōi signū ītelligibile angeli audiētis. q̄re ⁊c. ¶ Sed istd nō videtur sufficere. qm̄ sicut actus volendi vl' intelligendi vel sentiēdi. licet nō naturaliter expressiui possunt tamē intelligi obiecto nō intellecto: cū ab ipo essentialiter sint distincti: ita huiusmodi signū intelligibile existēs in angelo audiēte potest ab alijs intelligi nō intellecta re per ipsum signata: vl' etiā intellecta ipsa vt absolute sumpta nō tamē vt ab ipso angelo audiēte/ ī quo est signū huiusmodi/ītellecta. ⁊ sic nullo istorū duorū modoꝝ cognoscēdo huiusmodi intelligibile signū oportet cognoscere cōceptū angeli audiētis. sicut em̄ speciē alicuius rei in organo oculi alterius existentē ⁊ etiā rē ipsaꝫ posset alius videre nesciens an res ipsa ab illo in cuius oculo est species videatur: ita cōsimiliter in ꝓposito diceretur: vcꝫ ꝙ posset quis speciē vl' quodcūqꝫ aliud signū rei naturaliter expressiuū in mēte alicuius existēs eiusqꝫ signatum intelligere nesciēs an res ipsa ab illo in quo est signū intelligeretur. sicut enim ille cui alius sensibiliter loquitur interdū ipm loquētē nō audit: quia distractus circa alia nō aduertit: ita posset cōtīgere ꝙ angelus loquēs alicui angelo signū intelligibile per qd loquitur ei imprimeret qd quidem non eius signatum ipse angelus audiret seu intelligeret quia distract⁹ circa alia nō aduerteret. ⁊ ita per ꝯñs cognoscēs signū huiusmodi in angelo vl' in quocūqꝫ alio existēs/nō potest ꝓpter hoc arguere nec cognoscere signū ipm/nec eius signatum ei in quo est signum actualiter esse notum. quare ⁊c. ¶ Et ideo potest aliter respōderi. Ad cuius euidētiam est sciēdū: ꝙ vnū audire aliū loquētē potest dupliciter intelligi: sicut ⁊ audire dupliciter potest sumi. Vno em̄ modo actualiter audire ꝓprie sumptū est ꝑ signū intelligibile vt ꝑ mediū significatiuū ītellectum signatum eius qd intēdit loquēs exprimere. ⁊ hoc modo solus ille intelligibiliter audit cui loquens signū ipm intelligibile imprimit. solus em̄ vtitur illo primo signo intelligibili vt medio non vt obiecto cognito/licet possit vti eo scdario isto modo. Alio modo intelligibiliter audire potest accipi magis large: vt sit idē ꝙ per signū loquētis vt ꝑ obiectū pmo cognitū nō vt ꝑ significatiuū mediū intelligere scdario eius signatum. ⁊ hoc modo oēs angeli ⁊ etiā anime separate possunt audire loquētem quēcūqꝫ angelū cuicūqꝫ: supposito ꝙ ei cui angelus loquitur sint p̄sentes. supposito etiaꝫ ꝙ oē ens creatū: ⁊ per ꝯñs istud loquētis angeli ītelligibile signū naturaliter possit intelligi a quocūqꝫ intellectu separato. possunt em̄ his suppositis oēs alij angeli intelligere tale signum loquētis receptū in mente audiētis: ⁊ ī ipo vt in obiecto cognito prius rem ipsam intelligere ꝙ designat. Alio em̄ modo angelus audiēs huiusmodi signuꝫ intelligibile a loquente recipiēs videtur vti ipso: ⁊ alio modo omnis alius in audiēte angelo huiusmodi signum videns. ¶ Si aūt omnino dicatur ꝙ etiā oēs alij ab illo cui signū/imprimitur a loquēte vniformiter per ipsuꝫ signū eius signatum possunt intelligere/ sicut audiēs cui signū huiusmodi est impressum: tūc videtur cōsequenter esse dicēdū ꝙ oēs possunt audire vniformiter loquētem angelū sicut ille. quo supposito licꝫ angelus possit signū intelligibile imprimere vni ⁊ nō alteri eque disposito et propinquo: nō tamen potest impedire quin alij audiant qd ipse loquitur si aduertāt. ⁊ hoc modo facile esset videre ꝙ quilibet angelus intelligibiliter loquens potest loqui quotcūqꝫ alijs. non sic aūt est facile tenendo ꝙ non possunt esse plures angeli audiētes ꝙ sint signa intelligibilia ꝓducta a loquēte angelo: cum siml' nō videatur angelus posse quotcūqꝫ talia signa ꝓducere effectiue. propter quā etiā rationē nec sensibiliter loquēs pōt a quocūqꝫ siml' audiri: si vt cōmuniter dicitur qdlibet sensibile sentitur aliqua mediāte specie ꝓducta ab alio sensato in organo potētie sensitiue. nō em̄ magis vnus sonus potest quotcūqꝫ tales species siml' causare/ nec ꝑ ꝯsequēs

a quocūqꝫ audiri ꝙ angelus loquens signa huiusmodi intelligibilia. Si etiā ponatur ꝙ sensibiliter audiēs nō audiat ꝑ talē speciē aliquā mediātē: sed imediate percipit audibile vcꝫ sonū ipꝫ: adhuc nec sit loquens sensibiliter potest audiri insimul a quocunqꝫ sensibiliter: licet possit loqui sensibiliter quotcūqꝫ audiētib⁹ nō sensibiliter sed intelligibiliter sicut angelis etiā infinitis. ¶ Primum ex hoc apparet. quoniā nullus potest audire nec actualiter obiectū aliqd sensibile sensu percipere nisi sit aliq̄liter sibi p̄sens. nō em̄ act⁹ sentiēdi ⁊ maxime audiēdi potest terminari ad obiectū quātūcūqꝫ distans. sed nec infinita nec etiā quotcunqꝫ finita possunt esse alicui obiecto sensus sensibili presentia ⁊ ꝓpinqua propinquitate ad actū sentiēdi eliciēdū ⁊ terminādū necessario requisita. ergo ⁊c. ¶ Et si dicatur ꝙ ꝑ diuinā potentiā possent oīa esse siml' ⁊ per ꝯñs eidē obiecto sensibili ꝓpinqua: et ita possint dici siml' illud sensibiliter percipere: ¶ Dicetur ꝙ si oīa essent siml'/nō haberēt cōuenientē modū essendi ad actum sentiēdi eliciēdū: esto ꝙ ad recipiēdū: sicut nec Christus habet in eucharistie sacramento. ⁊ ideo sicut Christus vt in eucharistia nō videt nec audit/ nec aliqd sentit: ita nec talia in eodē loco existentia ⁊ eidē obiecto sensibili presentia possent circa ipm actū sentiēdi elicere effectiue/licet recipere subiectiue. quomō aūt hoc sit intelligendū/in quarto est diffusius explicatū ī materia de eucharistia. ¶ Tertiū vcꝫ ꝙ loquens sensibiliter posset audiri nō sensibiliter sed intelligibiliter siml' a quotcunqꝫ angelis et ab alijs omnibus spiritibus separatis apparet. qm̄ oēs angeli ⁊ alij spirit⁹ sepati possent presentialiē assistere cuicunqꝫ homini sensibiliter loquenti. sed quilibet eorum signatus ⁊ oēs vl' possunt quecunqꝫ sensibilia/⁊ ꝑ ꝯñs talia audibilia signa per que fit talis locutio intelligere: eorūqꝫ signata licet ad placitum ꝑcipere. ergo oēs vni loquēti sensibiliter p̄sentialiter assistentes possunt ipꝫ audire: cū nec loquētē audire sit aliud ꝙ signa locutionis eorūqꝫ signata percipere. ¶ Confirmatur. quia ex quo oēs loquēti equaliter sunt presentes nulla apparet ratio quare magis vn⁹ possit ꝙ alius audire intelligibiliter sic loquentē. ⁊ ita aut oēs eū possunt audire aut nullus. sed scdm nō potest poni. nō em̄ est verisimile ꝙ nullus angeloꝝ possit intelligere vocē vl' qdcūqꝫ aliud sensibile signū hominis sensibiliter loquētis sibi p̄sentialiter assistētis/etiā signi signatum. quare ⁊c. ¶ Et si queratur: quare magis sensibiliter loquens pōt audiri intelligibiliter ꝙ sensibiliter a quotcūqꝫ/apparet ratio ex p̄dictis. quia vcꝫ angeli intelligibiliter audientes possunt eē loquēti sensibiliter nō aūt audiētes sensibiliter p̄sentialiter assistētes: ꝓpterea q: angeli sic signū loquētis sensibiliter audiētes intelligibiliter nō audiūt seu intelligūt hmōi signū per aliquod mediū puta ꝑ speciem ab eo causatā. cuius cōtrariū ponitur a multis cōmuniter de audientibus sensibiliter: licet forsitan nō sit verum. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: pono tres cōclusiones. ¶ Prima est. ꝙ angelus potest loqui cuicūqꝫ anime separate: ⁊ econuerso anima separata ipsi. ¶ Hec probatur. Et primo quātū ad primā eius partē. qm̄ cuicūqꝫ potenti audire angelum ipē angelus potest loqui. sed quelibet anima separata potest angelum sibi loquētē audire. Qd ꝓbatur. quia potens signū intelligibile angeli loquētis recipere/eiusqꝫ signatum intelligere/ potest eū perfecte audire. sed anima separata potest signū loquentis angeli in se recipere subiectiue/ipmqꝫ ac eius signatum percipere obiectiue. null⁹ em̄ forme angelus est receptiu⁹ que repugnet anime separate: vt appet de actu intelligendi ⁊ volendi/⁊ de alio quocunqꝫ. nisi insistetur in proposito de isto intelligibili signo. cuius instantie nulla apparet ratio. omne em̄ qd angelus potest intelligere/⁊ anima seperata. ergo sicut angelus potest talia signa recipere subiectiue/⁊ ipsa ac eorum signata intelligere obiectiue: ita ⁊ anima separata. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. quia accidēs spirituale nō repugnat alicui subiecto spirituali: sicut nec corporale corporali. sed huiusmodi intelligibile signū loquētiū angeloꝝ est accidens spirituale habēs esse aliqd subiectiuū. angelus etiā est ꝓductiuus ipsius nō in seipso vt actus intelligēdi vl' volendi sed in alio. ergo cū anima sit subiectū spirituale intellectiuum est accidētis huiusmodi receptiuū. ¶ Secūda pars cōclusionis: vcꝫ ꝙ etiā anima a corpore separata possit loqui angelo ecōuerso: apparet. Primo. q: oīs potens audire aliū potest respōdere/⁊ ꝑ ꝯñs loqui ei. Secūdo. q: sicut anima sepata potest localiter se mouere: ⁊ actū intelligendi ⁊ volendi elicere: ita etā videtur ꝙ possit ꝑ tale p̄dictū intelligibile signū formatū alteri suū explicare conceptū causando in quocūqꝫ subiecto receptiuo ipsiuꝫ cū nec aliter vcꝫ sensibiliter loqui possit. sed angelus et anima quelibet sepata possunt talia recipere. ergo ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est. ꝙ angeli hoībus ⁊ ecōuerso homines angelis in patria poterūt loqui. ¶ Hec videt' rationabilis. nō eniꝫ est verisimile ponere aliquos beatos nō potentes suos conceptus mutuo explicare/⁊ ꝑ ꝯñs sibi loqui. sed constat angelos nō loqui hominibus sensibiliter: quia nec sic sine assumpto corpore possunt loqui. ergo habēt eis loqui ītelligibiliter mō quo loqunt' mutuo sibiipsis ⁊ animabus etiā separatis. nō em̄ apparet impossibile hominē in patria posse audire angelū loquētem intelligibiliter: sicut ⁊ potest cū audire anima separata. homo etiā ipē in illo statu poterit loqui: vt videtur vtroqꝫ istorū duorū modorū: vcꝫ sensibiliter ⁊ intelligibiliter. ¶ Primū: vcꝫ ꝙ sensibiliter: apparet. qm̄ oīs modus locutionis homini possibilis in p̄senti est ipsi possibilis in sequēti. ergo sicut ī p̄senti homo potest loqui deo et angelo sensibiliter: ita etiā poterit in sequēti loqui cōsiliter. ¶ Scdꝫ: vcꝫ ꝙ etiā ītelligibiliter loqui possit: videtur. idem em̄ modus locutionis cōueniēs anime separate videtur cōuenire posse ipi cōiūcte corpori ī sequēti. ¶ Tertia cōclusio est. ꝙ angelus nō possit loqui homini sine assumpto corpore in p̄senti. ¶ Hec ꝓbatur. quia cōstat sine assumpto corpore angelū sensibiliter loqui non posse: cū signorū sensibiliū nō sit formatiu⁹ sine aliquo mediāte corpore ꝑ seipꝫ. nec intelligibiliter vt videt' pōt loqui. qm̄ talis locutio fit ꝑ impressionē signi intelligibilis audienti. sed cū tota hominis cognitio ipi in p̄senti possibil' a sensu aliquo modo trahat originē/ ꝑ ꝯsequēs nō videtur ꝙ homo possit naturaliter recipere ab extrinseco aliquā talē formā nullū habētē ordinē ad actū aliquē sentiēdi. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia vt ꝯmuniter dicitur intellectus hominis ꝓ statu isto est passum determinatū ad determinatū actiuū: vcꝫ ad scipm vel ad intellectū agētē si a possibili ponatur esse distinctus: qd non credo: sic ꝙ nec potest naturaliter intellectus noster formā aliquā recipere in hoc statu nisi vel a se vel ab ītellectu agēte phātasmate mediāte: sicut nec etiā sensus pōt nisi ab aliquo obiecto sensibili naturaliter immutari: cū nec act⁹ sentiēdi possit ad obiectū aliquod aliud terminari. quare ⁊c. ¶ Cum hoc tm̄ stat ꝙ angelus potest hominē in p̄senti docere. scdꝫ em̄ Dionysiū de angelica hierarchia: reuelationes fiūt hominib⁹ ꝑ angelos. possunt aūt angeli docere hoīes in p̄senti vel sensibiliter. ⁊ hoc ī assumpto corpore vtēdo signis sensibilibus ad placitū significātibus/ quib⁹ vtunt' hoīes alios instruētes: vel sine assumpto corpore forsitan ꝑ seipsos vtēdo reb⁹ ipis sensibilibus easqꝫ p̄sentātibus sensibus ab eis valētib⁹

immutari. Possunt etiā ab organo phantasie omnia impedimēta remouere/ ꝛ turbationē sedare spirituū et humorū impedientiū cōcursum phantasticū ordinatū. nō potest aūt docere hominē ꝓducēdo in ipo habitū nec actū. ¶ Hec de secundo.

Quantū ad tertiū & vltimū: quibusdā dicētibus ꝙ potest loqui alteri quātūcūq; distanti sicut et p̄senti: ꝛ alijs ꝙ nō: quorū neutrū sufficienter ꝓbatur dico aliter. Ad cuius euidētiā pono duas conclusiones. ¶ Prima est. an angelus possit loqui alteri quantūcūq; distāti: an nō nisi sibi ꝓpinquo/ nō potest nobis naturaliter eē notū. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ sicut de nullo ente possumus naturaliter scire cuius sit principiū effectiuū nisi a posteriori: vez quia videmus ad ipm sequi talē et nō aliū effectū: ita nec an requirat passum ꝓpinquū: an nō: nisi consimiliter: vez qꝛ videmus ipm agere in passum ꝓpinquū ꝛ cessare passo a longe existēte: sicut apparet in igne quia cū videmus ꝙ cōbustibili igni approximato sequitur in eo forma caloris ꝛ ignis: nō aūt ipso distante: ꝛ sic de omni alio elemēto: ideo arguimus ꝛ scimus talia agētia seu actiua principia nō posse agere in passum quātūcūq; remotum. sed hoc vez angelū posse ꝓducere tale intelligibile signū quo loquitur in alio tm̄ vel tm̄ distante nulli potest naturaliter notū esse: qꝛ nec scimus etiā nisi fide vnū angelū loqui alteri. ergo ꝛc. ¶ Scḋa ꝯclusio est: ꝙ si quāto agēs est perfectius tāto potest in passum remotius/ angelus potest loqui cuicūq; quātūcūq; distāti itra istud vniuersū existēti. ¶ Hec potest ꝓbari supposito ꝙ obiectū visibile sit causa actus vidēdi vt dicūt multi: vel saltem alicuius speciei sensibilis vt dicūt alij. qm̄ nō minus angelus existēs in celo potest loqui alicui existenti in terra ꝓducendo in ipso signū intelligibile supradictū ꝙ corpora superiora possint agere in ipsa inferiora: cū nō sint angelo perfectiora: ꝛ vt supponitur quāto agēs perfectius tāto potest in passum remotius. sed constat superiora corpora agere in ista inferiora/ licet multū distātia. esto etiā ꝙ nō producant speciē nec actū vidēdi in illis a quibus videntur: tm̄ alia multa etiā in visceribus terre agūt. ergo nec videtur angelo denegādū/ posse huiusmodi signū sensibile sue locutionis terminū ꝓducere ī passo eius receptiuo cōsimili modo ꝛ etiā amplius remoto; existēte tm̄ in vniuerso. Nō ꝓ tāto dico: qꝛ cū deus posset facere aliud ꝛ aliud vniuersū in īfinitū: vel istud augere similiter in infinitū: intantū possent distare inferiora a superioribus ꝙ nihil possent forte in eis agere superiora. Et ita ꝯsimiliter de loquēte āgelo potest dici: vez ꝙ esto ꝙ possit loqui alteri quātūcūq; ab ipso intra istū mūdū distanti: nō tm̄ forte quantūcūq; absolute distare potēti. ꝛ ita tūc secūdū hoc posset cōcedi ꝙ oē agēs creatum exigit passum aliquo modo sibi ꝓpinquū: licet possit agere in ipm quātūcūq; distans intra p̄sens vniuersū: cū quātūcūq; sit distās adhuc posset fieri remotius/ ꝛ ꝑ ꝯñs aliqualiter sit ꝓpinquū. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationē ī principio apparet solutio ex immediate dictis.

Quarto quero: vtrū vnus angelus possit naturaliter intelligere cogitationem vel dilectionē alterius angeli. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄ omne ens creatū est naturaliter intelligibile ab intellectu īdepēdēte a sensibus: qualis est omnis angelicus intellectus. sed cōceptus seu affectus cuiuslibet creature ītellectualis est aliqua forma accn̄talis. ergo ꝛc. ¶ Contra. quia vt dicit̄ p̄mo Regno. cap. 16. homo videt ea que patēt/ deus aūt intuetur cor. ¶ Responsio. vbi supposito vt a doctoribus cōmuniter cōcesso/ ꝛ quasi ex scriptura expresso/ ꝙ nullꝰ potest naturaliter intelligere cōceptum alterius/ est inquirēdum de causa istius impossibilitatis. Et quantum ad hoc primo excludam aliquos modos dicendi. Secundo dicam aliter.

Quantum ad primum: aliqui dicunt ꝙ ideo vnus angelus nō potest alterius conceptū intueri: quia nō potest ipsi illabi. ¶ Sed ista ratio parum valet. Primo: qꝛ ad hoc ꝙ obiectū aliquod ītelligat̄ nō est necessarius talis intelligētis illapsus: magis q̄ ad hoc ꝙ sentiatur. ꝯstat eñ ꝙ sentiēs nō illabitur obiecto qḋ sentit. ergo nec ītelligētē oportet illabi obiecto qḋ ītelligit. ¶ Secūdo. esto ꝙ talis illapsus sit necessarius: nō minꝰ angelus pōt illabi cogitationi alterius q̄ eius essentie ꝛ potētie ꝛ alijs oībus que sunt in ipso. sed constat ꝙ angelus ꝛ quilibet intellectus alius separatus naturaliter ītelligit essentiā alterius ꝛ potētias oēs/ si ab ipsa ponātur distincte: ꝛ habitus ꝛ alia oīa q̄ sunt in ipso p̄ter actū et ꝑ ꝯñs eis oībus illabitur/ si ad ipsa intelligēda necessarius est illapsus. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ si ꝑ illapsum intelligis intimā presentiā illabētis ei cui illabitur/ nō minus intime ꝛ īmediate p̄sens potest esse angelus conceptui alteriꝰ q̄ habitui ꝛ essentie eiꝰ. Si aūt ꝑ illapsū huiusmodi intelligas aliquid aliud qḋ nō cōuenit angelo respectu cōceptus mētis alterius/ nec respectu essentie eius/ nec habitus/ nec alicuius rei alteriꝰ: nō magis propter hoc debet dici cōceptus mētis nō posse ab ipso intelligi q̄ aliquod aliorū angelorū obiectorū. quare ꝛc. ¶ Alij dicūt: ꝙ sicut in corporibus est dare intrinsecum et extrinsecū scḋm sitū/ ita ꝛ in spiritualibꝰ scḋz virtutē. ꝛ ita sicut qḋ est in corporalibus scḋm sitū extrinsecum potest corporaliter seu sensibiliter videri: nō aūt qḋ est ītrinsecū: ita ꝛ de spiritualibus est intelligēdū: vez ꝙ cor extrīsecū scḋz virtutē potest ab aliq̄ intelligi: nō aūt qḋ est in eis intrinsecū. sed operatio immanens ipsoꝝ vt intellectio ꝛ volitio est quid ītrinsecū eis scḋz virtutē: operatio aūt transiens vt motus localis extrīseca. ergo ista potest ab alijs intelligi naturaliter ꝛ nō illa. ¶ Sed nec iste modus dicēdi est cōueniēs. Primo. qꝛ nulla operatio est angelo nec alicui magis intrinseca nec intima q̄ sua essentia ꝓpria. ergo nulla operatio/ qꝛ intrīseca illi cuius est/ minus est ab alio intelligibilis q̄ ipsa essentia seu potentia in qua est. sed cōstat ꝙ intellectus separatus potest naturaliter intelligere essentiā alterius creature intellectualis. ergo ꝛc. ¶ Scḋo. qꝛ aut intelligūt huiusmodi īmanentē operationē internā esse intrinsecā realiter: vez quia est angelo intimior q̄ operatio transiēs: vl' tm̄ virtualiter: qꝛ vez trāsiens potest ab alijs intelligi: nō aūt immanēs. Si ꝓpter primū vez qꝛ talis operatio est realiter ītrinseca dicāt ipsam nō posse ab alijs intelligi: cū nō magis realiter sit intrinseca q̄ habitus: ꝓpter hoc nō minꝰ intelligi poterit q̄ habitus. Si ꝓpter scḋz: petūt principiū. hoc ē eñ qḋ q̄ritur: vez quare operatio īmanēs est sic virtualiter intrīseca operanti: ꝙ nō pōt ab alio intelligi. q̄re ꝛc. ¶ Confirmatur. qꝛ qḋ est obiectū ꝓportionatum vnius intellectus/ ꝛ respectu alterius eiusdem rationis cū illo. sed cōceptus mētis cuiuslibet angeli est obiectū intelligibile ꝓportionatū suo intellectui. ergo ꝛ intellectui alterius angeli eiusdē speciei. sed obiectū ꝓportionatū pl'ibus equaliter potest intelligi ab oībus. ergo ꝛc. ¶ Alij tertio dicunt: ꝙ ideo essentia angeli ꝛ oīa alia a conceptu mētis possunt ab alio intelligi: qꝛ nec essentia alicuius nec potētia nec habitus est in potestate alicuius quātum ad fieri nec etiā quantū ad esse. licet eñ sit in potestate angeli vl' etiam nostra ponere vl' nō ponere antecedēs ad habitū puta actū: ipo tm̄ actu posito nō est in nostra potestate nō sequi seu fieri habitū. ipse autē

actus interior est ī nostra potestate totaliter ꝛ quātū ad esse ꝛ quātū ad fieri. ꝛ ideo etiā est in mea potestate quantū ad operari/ ne vez immutet ītellectū alterius nec terminet actū eius cōtra impiū volūtatis. ¶ Nō probat̄. Primo. qꝛ a quo aliq̄d depēdet cōtinue in essendo/ ꝛ operando. sed actus huiusmodi immanētes sunt a nostra volūtate in essendo cōtinue depēdētes. ergo ꝛ in operando et ita ꝑ cōsequēs in mouēdo aliū intellectū: ac in ꝯminādo eiꝰ actū. quare ꝛc. ¶ Tertio. qꝛ volūtas angeli ꝛ alia quecūq; non habet minus dominiū sup se ꝛ intellectū ac operationē vtriusq; q̄ sup potētiā executiuā ꝛ eiꝰ actū. sed sup istā vez executiuā potētiā habet dominiū: cū potentia executiua nullū actum habeat nisi ad imperium volūtatis. ergo ꝛc. ¶ Sed nec iste modus dicēdi est conueniēs. Unde arguit̄ cōtra ipm. Primo. quia operatio angeli vel anime intellectiue immanēs seu ītrinseca nō magis est in sua p̄tāte quātū ad motionē extrīsecā q̄ quātum ad intrinsecā. sed quātū ad intrinsecā nullo modo ē in eiꝰ potestate. posito eñ actu volēdi intelligēdi nō est ī volūtatis potestate ex eis nō sequi interius habitus intellectus ex actibus intelligēdi: ꝛ appetitus ex actibus volendi. ergo nec magis tales actus sunt in nostra potestate respectu extrīsece motionis seu causationis cuiuscūq; eis mediātibus possibilis causari ī ītellectu alteriꝰ quare ꝛc. ¶ Scḋo. qꝛ si intellectio vel volitio vnius eēt in sua potestate vt vez immutaret vel nō īmutaret intellectū alterius: hoc nō esset nisi qꝛ huius immutationis principiū/ puta operatio ipa/ est in eius potestate tam quo ad fieri q̄ etiā quo ad esse. sed ex hoc nō sequitur ꝙ sit ī potestate alicuius eius operatio isto modo: qꝛ etiam operatio exterior vt motus localis est etiā in potestate mouētis: a quo etiā cōtinue est depēdēs. nec tm̄ est in eiꝰ potestate ne ab alijs sensibilit̄ videat̄/ ꝛ ītuitiue dū manet intelligatur. quare ꝛc. ¶ Preterea tertio. qꝛ non minus oīs creatura dependet continue a deo: q̄ operatio ipsa immanēs ab operatione. sed ista depēdētia nō obstāte color naturaliter mouet visum: ꝛ oīs alia causa secūda agit ad omnē possibilem sibi effectum causa ipsa prima nō impediente. ergo cū sola prima causa nō aliqua secūda possit impedire actionē cuiuscūq; cause secūde: nō magis volūtas creata: qꝛ actus volendi vel intelligēdi dependet ab ipa/ potest īpedire aliquā actionē seu immutationē talibus actibus possibilē: q̄ ꝓhibere ne ignis vel qḋcunq; aliud actiuū principiū agat in passum dispositū sibi presens. quare ꝛc. ¶ Preterea quarto. qꝛ aut hmōi immutationis qua tales actus īmanētes possunt ītellectū alterius immutare/ causa totalis sunt ipsi actus aut potentia lis nō valentes sine volūtate eis coagente intellectū aliquē īmutare. Sed non potest poni secūdū. qꝛ intellectus nō immutat̄ nisi aut ab obiecto intellecto: aut a principio effectiuo ꝓducēte actū in eo. sed volūtas nō est obiectū intellectionis alterius intelligentis actus hmōi immanentes: sed p̄cise ipse actus: nec est eius principiū effectiuū. ergo actus quilibet immanēs est ꝑ se immutatus totaliter intellectus. sed nulla causa secūda totalis naturaliter potest ab aliqua alia secūda causa īpediri: maxime ab illa que non est effectus ipsius nec eius correctionis virtualiter contentiua. ergo nullo modo volūtas potest impediri ne intellectus alius ab eius actibꝰ immutetur. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ ideo prima causa potest impedire omnē cuiuscūq; cause secūde effectum: qꝛ nulla secūda causa cōtinet virtualiter totaliter effectum aliquē per seipsam. nec potest aliquid agere sine prima causa secū insimul coagente. sed hoc nō est in ꝓposito verum de volūtate creata/ ꝛ de huiusmōi operationibus īmanētibꝰ. ergo ꝛc. ¶ Ad primā rationē apparet ex dictis ꝙ falsum accipit in maiore. solum enim illud dependet ab alio in agendo/ qḋ nō potest agere sine eo: sicut omnis causa secūda dependet a prima. multa aūt sunt que dependēt in essendo ab aliquibus: que tm̄ possunt agere sine eis. pōt eñ calor calefacere sine subiecto. nō tm̄ naturaliter existere sine ipso. quare ꝛc. ¶ Ad secūdū: cōcedo ꝙ sicut actus exterior nō causatur nisi volūtate imperāte/ ꝛ ꝑ ꝯñs est in potestate volūtatis: vt in rōne effectꝰ causabilis vl' nō causabilis: nō tm̄ vt in rōne obiecti intelligibil' vl' sensibilis: cū postq̄ est in esse positus nō sit in potestate volūtatis qua imperante fuit productus/ ne ab alijs sentiat̄: ita consimiliter per omnia de hmōi actibus immanentibus est dicendum.

Alij quarto dicunt aliter: videlicet ꝙ ideo nullus pōt app̄hendere ꝯceptum mentis alterius qꝛ nō potest app̄hendere eius obiectū vt terminās ipm actū. cū eñ actus intelligēdi (vt dicūt) nō possit intelligi actu recto: sed tātū reflexo: q̄ quidez semp ꝑsupponit ipm actū rectū ad obiectū intellectū terminatū/ ꝑ ꝯñs solus ille potest actū intelligere qui pōt primo intelligere obiectū alterius intellectus vt terminās actū ipsum. sed impossibile est aliquem intellectū intelligere obiectū alterius intellectus vt terminās actū eius. qm̄ solus ille intellectus in quo est actus formaliter/ intelligit obiectū: nō tm̄ vt terminās ipsum actum. alius autem intellectus licet possit intelligere idem obiectū qḋ est ab alio ītellectū: nō tm̄ vt terminās illius actuz/ sed suū ꝓprium. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. quia actus intelligendi vnius nō prius intelligibilis ab alio q̄ ab illo in quo est/ nō potest intelligi primo. oportet eñ eius obiectū esse ab ipso p̄intellectū: cū non possit intelligi nisi actu reflexo p̄supponēte actū rectū quo p̄intelligit̄ eius obiectū. ergo nec ab aliquo alio intellectu pōt intelligi aliter neq; primo. sicut eñ obiectū actus a nullo pōt intelligi actu reflexo: sed tātūmō recto: ita nec actus est intelligibilis actu recto: sed tm̄ reflexo. sed nullus pōt intelligere actū intelligendi alterius isto modo: vez actu reflexo. qꝛ talis p̄supponit eius obiectū intellectū vt terminās ipm actū/ ꝛ ꝑ ꝯñs intellectū ꝑ ipm actū. impossibile aūt est vnū intellectū creatū ītelligere aliqḋ obiectū ꝑ aliquē actū alicuius alterius intellectus. q̄re ꝛc. ¶ Sed licet iste modus dicendi sit subtilis ꝛ ratiōabilior oībus supradictis: tm̄ deficit/ qꝛ falsum accipit quādo dicit ꝙ actus intelligendi nō potest intelligi ab aliquo intellectu nisi actu reflexo. licet eñ intellectus in quo est actus nō possit cū intelligere nisi iste actu vez reflexo: potest tm̄ ītelligi actu recto ab omni alio intellectu. ꝛ ratio huius est. qm̄ ideo intellectus habens actū nō potest eū ītelligere actu recto sed reflexo/ qꝛ habens actum necessario intelligit eiꝰ obiectū. sed oīs actus intelligēdi terminatus ad aliū actū quo habens ipm p̄intelligit eius obiectū est actus reflexus: nō aūt ille qui terminatur ad actum quo intelligēs ipm nō intelligit eius obiectū: qꝛ nec in se habet formaliter illū actū: sed tm̄ terminātem vt obiectū intellectuz: sed sic est de omni intellectu intelligente actū intelligendi alterius intellectus. ergo ꝛc. ¶ Confirmat̄. qꝛ si ꝑ impossibile vl' forte ꝑ possibile esset in aliquo intellectu nil intelligēte actus intelligendi: talis intellectus licet nō intelligeret obiectū actus sui intelligendi/ nō ꝓpter hoc esset ipsi impossibile intelligere hmōi actū suū. qḋ apparet. qꝛ cōstat ꝙ talis actus a suo obiecto realiter est distīctus: ꝛ alio actu intelligibil'. sed distinctorū realiter obiectorū ꝛ distinctis actibus intelligibiliū nō est impossibile vnū intelligi alio nō intellecto. ergo existente in intellectu vnius angeli actu intelligendi aliū angelū actu nō intellecto ꝑ diuinā potentiā: talis intellectus angelicus posset intelligere istū actū: licet nō ītelligeret eius

obiectū. ergo multo magis actus intelligēdi vel volēdi vnius potest intelligi ab alio/ licet nō valēte intelligere eius obiectū vt terminās ipm actū: cū nec talē actū possit habere vt actū/ sed tm̄ vt obiectū. quare ꝛc. ¶ Preterea arguo sic ad idem. omnis res scōm se inuariata et se habēs nūc vniformiter sicut prius/ vniformiter est intelligibilis a quocūq; ꝛ sensibilis sicut prius. ¶ hoc appet quātūcūq; em̄ albedo ab vno subiecto ad alterū trāsmutetur: vel qualitercunq; aliter variet: dū tn̄ in se maneat vniformiter scōm q̄ est visibil'/ semp cōsimiliter erit visibilis a quocūq;. sed actum intelligendi vnius angeli deus posset imprimere alteri: qui actus nō intelligibilis esset inuariat?: ꝛ se habēs vniformit̄ sicut añ erat subiectiue in alio ītellectu. q̄ tā ab illo in q̄ nūc est/ q̄ ab alio ī q̄ etiā p̄fuit pōt cōsim̄ intelligi sicut prius. cōstat aūt pu? posse ītelligi ab alio intellectu. q̄ ꝛ nūc ab isto in q̄ posit? est de nouo. ergo ꝛc. ¶ Minor: vcz q̄ act? intelligēdi sic per diuinā potētiā ad subiectū aliud trāsmutatus sit inuariatus quātū ad rationē intelligentis/ probatur. qm̄ sicut nulla res sensibilis est sensibilis nisi ratione sue ꝓprie entitatis: nec homo est risibilis nisi ratione humanitatis. nō em̄ color est visibilis q: in tali vel tali subiecto: nec homo risibilis q: in tali vel in alio loco. ita nulla res est intelligibilis nisi etiā ratione sue ꝓprie entitatis. ergo entitate cuiuscūq; substātialiter inuariata: ꝛ ipsa est vniformiter intelligibil' sicut prius. sed actus intelligēdi licet ad subiectū aliud mutatus/ nō est variatus in entitate. ergo nec in ītelligibilitate. q̄re ꝛc. ¶ Cōfirmatur. q: nō magis actus intelligendi vel volendi vnius angeli est intelligibilis vt existens in ipso ab alio: q̄ vt separat? ab eo. ¶ hoc apparet. nullū em̄ accidens est ab aliquo magis intelligibile nec sensibile qm̄ a subiecto separatū q̄ quādo sibi ꝓiūctū. nec em̄ accītia panis in eucharistia sunt magis sensibilia q: a substātia separata. sed ve? posset separare actū intelligendi vel volendi cuiuscūq; creature intellectual' ab omni subiecto: sicut ꝛ quodcūq; aliū accīs absolutum. nō magis em̄ accidētia panis corporalia sunt a subiecto suo separabilia q̄ accidentia spiritualia a subiecto suo. talis aūt actus separatus ab omni subiecto non videretur eē naturaliter ininteligibilis ab omni intellectu creato: cū nullū ens creatū sic sit intelligibile/ sed tm̄ increatū. ergo posset vtiq; tal' actus separatus/ ꝛ p ꝓs cōiunctus subiecto intelligi naturaliter ab aliquo intellectu creato. sed qua ratione ab vno/ ꝛ a quocūq; alio separato. ergo ꝛc. ¶ Ex ꝓdictis patet: q̄ ratio quā adducit ꝓ se iste modus vltimus/ nō cōcludit. falsum em̄ accipit quādo dicit q̄ actus intelligendi non potest intelligi nisi ab intelligēte eius obiectū vt terminans ipm actū. hoc em̄ nō est verū nisi de actu intelligēdi quo intelligitur eius obiectū: qualis nō esset actus intelligendi separatus ab omni intellectu. nec etiaz actus intelligendi vnius actus est talis respectu alterius intellectus: sed ꝓtse respectu illius in quo subiectiue existit. et ideo licet ille ꝓintelligat eius obiectū antecē ītelligat ipm ꝓ actū reflexū/ nō tn̄ sic oportet ipz intelligi ab aliquo alio intellectu. ¶ Et qm̄ additur in confirmatione: q̄ actus intelligendi vnius nō est prius intelligibilis ab alio q̄ ab illo in quo est/ cōcedo absolute intelligēdo. statim em̄ qō pōt intelligi ab alio/ ꝛ ab illo. si tn̄ intelligat sicut facit/ q̄ sicut intellectus in quo est actus nō potest intelligere actū ipm ante obiectū ꝓintellectū vt terminās actū: ita nec aliqs alius intellectus/ falsum est: quia tūc si nullus posset intelligere actū nisi ꝓintelligeret ei? obiectum vt terminās ipm actū: nullus etiā supnaturaliter posset intelligere actū alterius: qō est falsum. ¶ Cōsequētia est euidēs. q: sicut ē impossibile aliqō subiectū esse albū albedine nō in ipso sed in alio existēte: ita intellectū aliquez intelligere aliq̄ obiectū ꝓ actū nō sibi sed alterius intellectus. sed solus iste intellectus potest ī telligere ꝛ intelligit obiectum actus vt terminans eum qui intelligit per ipsum actū. ergo ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi ad quęstionē istā est aliter respōdendū ꝓmitto quatuor ad euidētiā dicendoū.

¶ Primū est: q̄ huiusmodi actus volēdi vel intelligendi dupliciter possunt sumi. Uno modo: vt sunt quedam entia absoluta vt cōmuniter supponūtur. Alio modo: vt eis meditātibus obiectū apphēdit ꝛ diligitur. posset em̄ eē act? intelligēdi quo nihil ītelligeret: vl' sentiendi quo nihil sentiretur: vt si talis actus ab omni subiecto separet̄. ꝓpter quod licet tendere ī obiectū arguat in potentia tendēte actūm̄ tn̄ ecōuerso act? necessario argunt obiectū esse apphensum: cū etiā q̄ diuinā potētiā forte posset esse in intellectu nō intelligente actus intelligendi. ¶ Scōm ꝓmittendū est: q̄ sicut accidēs substātie realiter inexistēs est immediate in ipsa: ita q̄ nullum est medium inter subiectū ꝛ accīs puta albedinē ipsi realiter inherētē: vt hic suppono ex dicēdis in tertio ꝛ in quarto ita nec inter actus huiusmodi immanētes puta ītelligēdi vl' volendi ꝛ ipsorū obiectū est aliquod medium quo habens actus tendat in obiecta ipsorū. nec em̄ actu intelligendi intelligit eius obiectū ab habēte actū ipm ꝓpter aliquod medium positum inter obiectū ꝛ actū. immediate em̄ q̄ actū ītelligēdi obiectū intelligit: ꝛ q̄ actū diligēdi diligit/ ꝛ sentiēdi sentit. ita q̄ immediate quilibet talium actuū ad suū terminat obiectum. ¶ Tertium ꝓmittēdū est: q̄ aliter actus isti dicunt̄ in subiecto recipi: ꝛ aliter ad suum obiectū terminari. in subiecto em̄ recipiuntur realiter: ꝛ sicut accidētia realia actualit̄ sustentant. non sic aūt ad obiectū terminant. nec em̄ obiecto ad qō terminari dicunt̄/ realiter cōiūguntur: nec obiectū ipz sed tm̄ subiectū eis actualit̄ informat. accīs em̄ cōiunctū realiter subiecto non cōiungit realit̄ alteri diuiso a suo subiecto ꝛ localiter separato. sed obiectū intellectum vl' dilectum vel sensatum potest esse a sentiente intelligente ꝛ diligente subiecto istoꝝ actuū localit̄ ꝛ actualit̄ separatum. ergo actus isti non sic ad suum obiectum realiter terminant̄ q̄ ipsi vt suo subiecto in quo sunt realiter vniunt̄. nec em̄ realiter loquēdo actus videndi vl' intelligendi vl' diligendi albedinem est ꝓpinquior nec magis cōiunctus seu vnitus ipsi albedini intellecte vl' sensate: q̄ alteri nō vise nec intellecte. dicit tamen terminari ad ipaz: ꝛ nō ad aliā: q: est illud quo ab eius subiecto videntе vcz vl' intelligente/ ita hec albedo apphendit̄ q̄ non illa. nec tn̄ ꝓ hoc q̄ apphendit̄ est in apphendente aliq̄d realiter nisi actus: cui etiā accidit q̄ ꝓ eum apphendat̄ obiectū/ seu q̄ eius subiectū tendat in ipm: cū posset esse etiā forte in subiecto non apprehenso eius obiecto. sicut em̄ actus subiecto realiter inexistēs nō dicit aliq̄d ꝓter extrema: cū nullū sit medium inter inherentē albedinem ꝛ subiectū: ꝛ tn̄ albedo ipsa potest subiecto inesse ꝛ non in esse ita cōsimiliter licet habens actū elicitū tendit in eius obiectū ꝓ ipm: posset tn̄ nō tendere nullo corrupto: sicut ꝛ albedo subiecto inexistens posset nō inesse nulla re corrupta/ sed ipsa a subiecto separata. potest em̄ subiecto vni nulla alia re ꝓducta: ꝛ eadem ratione sibi vnita ab eo diuidi absq; aliqua re corrupta. ꝛ ita cōsimiliter sentiēs vel intelligens nunc obiectum aliquod potest nō intelligere ipsum absq; aliquo corrupto/ solo actu ab ipso per diuinā potentiā separato/ vl' etiam forte remanente in eo. q: ecōuerso nunc nō sentiens vel intelligens potest postea intelligere vel sentire nullo ꝓducto de nouo posito in ipso. sicut em̄ albedinem subiecto realiter esse vnitā nō dicit aliquid ꝓter subiectū ꝛ ipsam: ita nec ipsam eē

actu vlsam vel intellectā dicit ꝓter actū ꝛ eius subiectū ac obiectū q̄ est ipsa albedo aliquid in re extra. q̄re ꝛc. ¶ Quartū ꝛ vltimū ꝓmittendū est. q̄ dupliciter potest aliquid intelligi: vcz intuitiue ꝛ abstractiue.

His præmissis: pono duas conclusiones. ¶ Prima est: q̄ cōceptus mētis vel affectus cuiuslibet accept? vt est forma aliqua absoluta ē naturaliter tam abstractiue q̄ etiā intuitiue intelligibil' a quocūq; alio intellectu separato. ¶ hec ꝓbat. qm̄ sicut omne sensibile ab vno sensu est sensibile a quocunq; alio eiusdem rationis cū illo: ita ꝛ oē intelligibile ab intellectu vnius et ab intellectu alterius eiusdē ratiōis. ¶ hoc apparet. sicut em̄ nō potest aliquid videri ab vno homine: qō non possit videri ab alio: ita nec intelligi. sed ꝏceptus mētis cuiuslibet vt est talis forma absoluta est ītelligibilis tā abstractiue q̄ intuitiue ab intellectu illius in quo est. q̄ et ab intellectu cuiuscūq; alteri? etiamsi rationis. ¶ Cōfirmat. q: qō ē tale scōz se ꝛ rōne sue entitatis absolute/ nō min? est tale vt existit ī vno vl' ī alio subiecto. sed act? intelligendi vl' volendi cuiuslibet est intelligibilis naturaliter ab intellectu creato quocūq; absolute scōm se: vt tale ens absolute sicut albedo ē visibilis. ergo ad hoc q̄ possit intelligi naturaliter accidit ipsi q̄ ī tali sit vl' ī alio subiecto: maxie q: vt supr? argutū est posset naturaliter ī telligi/ si q̄ virtū potentia esset ab omni subiecto realiter separatū. ergo nō minus modo q: in tali subiecto/ potest naturaliter intelligi a quocūq; a quo intelligi posset si separatū esset. ¶ Preterea ad idem arguit sic. omnis potentia cognitiua potest naturaliter elicere actū circa obiectū sibi ꝓportionatū ꝛ approximatū. sed conceptus mentis vnius angeli vl' cuiuscūq; alteri? creature intellectualis est obiectū ꝓportionatū intellectui alterius: ꝛ potest existere ipsi presens seu approximatum. ergo ꝛc. ¶ Minor quantū ad primā partem: vcz q̄ sit obiectū ꝓportionatū alterius sicut eius in quo est subiectiue: apparet. Primo. q: sicut qō est obiectū ꝓportionatū visus vnius/ ꝛ alterius: ita qō est obiectū ꝓportionatū intellectus vnius: ꝛ alterius. Sed cōceptus mentis vl' affect? est obiectū ꝓportionatū illius in quo est: ergo ꝛ alteri?. ¶ Scōo. q: oē ens creatū est obiectū ꝓportionatū intellectus abstracti: ꝛ idepēdētis a sensibilibus/ quātū ad suū intelligendi possibilē sibi actum. ¶ Confirmat. q: omne qō est alicuius potētie obiectū ꝓportionatū vt p se sumptū ꝛ ab omni alio sepatū/ ē obiectū ꝓportionatū vt cuicūq; alteri est ꝓiūctū. sed cōceptus mentis vnius vt ab omni subiecto p diuinā potentiā separat? / esset obiectū proportionatū ꝛ naturaliter intelligibile a quocūq; intellectu separato a sensibilibus indepēdēte. ergo cōsimiliter est intelligibil' naturaliter nō existēs realiter in subiecto. quare ꝛc. ¶ Secūda pars minoris: vcz q̄ cōceptus vnius possit esse sufficienter approximatus intellectui alterius siue ꝓsens/ apparet. qm̄ potest esse licet nō per informationē immediate ꝛ realiter ipi ꝓsens. cui em̄ est presens aliquod subiectū / ꝛ offie eius accidens in eo existēs. intellectus aūt separatus potest esse realiter presens alteri intellectui. ergo ꝛ eius actui intelligēdi vl' diligendi in ipso realiter existēti. ¶ Preterea arguo sic ad idem. omne qō absens ꝛ nō existēs est ab aliquo intellectu intelligibile naturaliter abstractiue/ existēs sibiq; p̄sens est ab eodē inteligibile intuitiue. ¶ hoc apparet. qm̄ sicut actus sensus exterioris q: sēp est existētis/ semper est intuitiuus: ita etiā actus intelligendi rem aliquā existētē qualē ipe ītelligēs cognoscit actu illo existere/ ē intuitiuus. sed quodcūq; absens seu nō existēs intellect? potest intelligere absolute/ potest etiā apphendere ipm existere si existens, ergo ꝛ intuitiue apphēdere. sed act? intelligendi vel volendi vnius posti? trāsijt pōt ab alio intellectu in quo nō ꝑfuit intelligi naturaliter abstractiue. ergo ꝛ quādo extitit potuit ab eodē ītelligi intuitiue. ¶ Minor ꝓbat. q: actus intelligendi ꝛ volendi cuiuslibet obiecti existens saltē supnaturaliter potest intelligi ab alio intuitiue. sed omne existens intuitiue intellectū potest nō existens seu absens remanere cognitū abstractiue. Ex quocūq; em̄ precognito intuitiue deterelinq̄tur aliquid in cognoscente in quo ipm absens potest intelligi abstractiue: sicut apparet de Paulo post raptū deum hoc modo quē alio modo ꝓintellexerat cognoscēte recordādo intuitiue ꝑterite visionis. q̄ ꝛc. ¶ Cōfirmat. q: aut ꝏceptus vni? est naturaliter ītelligibilis ab alio quocūq; intellectu creato: aut nō. si est naturaliter intelligibil' ergo potest ītelligi p̄ naturā. sicut em̄ omnis sensus pōt circa omne ab ipso sensibile naturaliter actū elicere / ita et quilibet intellectus. Si aūt dicat̄ q̄ nō est naturaliter intelligibilis. ergo impossibile est ipm intelligi: qō est falsum. ¶ Falsitas ꝓsequētis apparet. q: saltem supnaturaliter ꝛ etiā naturaliter illo in quo est reuelante potest ī telligi. ¶ Sed probo ꝓsequentiā. qm̄ sicut sonū q: inaudibilis est impossibile est videri: sicut nec colorē audiri q: inaudibil' est: ita cōsimiliter est impossibile aliquid ītelligi ab aliquo intellectu a quo illud ē ininteligibile. ergo si act? intelligendi vl' volendi vnius nō est ab alio naturaliter intelligibil' ꝓ impossibile est ipm ītelligi ab eodē. ¶ Sed forte ad hoc respōdebit q̄ cōceptus vnius est naturaliter ininteligibilis ab alio p̄ actū ītelligendi sibi possibilē effectiue. potest tn̄ ītelligi ab ipso p̄ actū sibi supnaturaliter cōmunicabilē ꝛ possibilē subiectiue: cuius cōtrarium est de sono simpliciter inaudibili ꝛ de colore inaudibili: cū nullo modo sonus sit visibilis nec color audibilis, ꝛ ideo non est sim̄ de mentis cōceptu naturaliter ab alio incognoscibili/ ꝛ de istis. ¶ Cōtra. Primo. q: nullus ītellect? creat? est min? ī potentia ad eliciendū actū circa aliquod obiectum creatū q̄ circa increatū. sed omnis intellectus creatus separatus vt dictū fuit in ꝑcedētibus/ ꝛ alibi ꝓbatum est ꝓlixius/ est circa deū obiectū increatum naturaliter elicitu? actus intelligēdi licet nō beatifici. ergo potest elicere etiam circa omne ens creatum. quare ꝛc. ¶ Secundo. q: deo non infundēte actū intelligēdi supnaturaliter potest vnus intelligere cōceptū alterius ipo sibi reuelante cum. sed reuelans alteri suū cōceptū nō ꝓpter hoc ꝓducit in mente ipsius cui reuelat actū intelligendi istum suū cōceptum: nec infundit supnaturaliter a deo. ergo ꝓducit naturaliter ab illo cui reuelat. ex quo sequit̄ q̄ falsum assumit̄ quādo dicit̄ q̄ conceptus mentis vnius nō potest naturaliter intelligi ab alio p̄ aliquē actū sibi possibilez effectiue. ¶ Cōfirmat. q: circa qōcū q̄ obiectū natura intellectual' potest elicere actū volendi/ ꝛ intelligēdi. ¶ hoc apparet. cū em̄ nihil possit naturaliter eē volitum nisi intellectū: nec aliq̄d est ab aliquo volibile actu a se elicito nisi qō est consimiliter ītelligibile ab eodem. sed oīs creatura intellectualis pōt qōcunq; obiectū creatū sibi p̄sentatū p̄ actū intelligendi velle vel nolle actu a se elicito effectiue. ¶ Ō apparet. q: oīs creatura ītellectualis pōt cōsimiliter eligere recto dictamini rationis. ergo omne apprehensum seu intellectum vt diligendum potest diligere ꝛ intellectum vt respuēdum respuere siue nolle. sed hoc non posset facere nisi circa oē obiectū intellectū actū volendi ꝛ nolendi posset elicere effectiue. actus em̄ sibi a deo supnaturaliter cōmunicabilis sibiq; naturaliter ipossibilis est in sua potestate. ergo ꝛc. ¶ Preterea ad eādem cōclusionem arguit. quia omnis potentia potens naturaliter intuitiue apphendere aliquod subiectū/ ꝛ quodcūq; accidens ei⁹ eo existēs. ¶ hoc apparet. qm̄ sicut intuitiue vidēs seu intelligēs

corpus potest cognoscere an sit albedine vel nigredine in
formatũ an omni accidẽte realiter spoliatum: ita ⁊ intui
tiue intelligens animã rationalem vel quãcũq; aliã crea
turam intellectualem potest etiã intueri an possibile sit
an nõ sit accñs sibi possibile puta talis actus ĩtelligẽdi:
cũ vt ꝓbatũ est actus iste nõ minus sit naturaliter intel-
ligibilis q̃ eius subiectũ. sed ĩtellectus angelicus ⁊ qui-
libet alius separatus potest vt cõmuniter dicit᷑ natura-
liter intuitiue intelligere aliũ angelũ ⁊ animã separatã.
ergo ⁊ oẽm actũ ⁊ quãcũq; aliã formã accñtalem in tali
re intellectiua actualiter existentẽ. ¶ Nec valet si dicat᷑
ꝙ actus intelligendi vel volendi vnius nõ potest intelli
gi ab alio: q2 est intimus ei cuius est primo. quia cuilibet
angelo intimior est essentia ⁊ potentia si ab ipa ponat᷑ di
stincta q̃ actus. sed quilibet intellectus separatus põt
intelligere essentiã ⁊ potẽtiã alterius. ergo ⁊ actũ q̃ sibi
nõ est tm̃ intimus. ¶ Scdõ. q2 falsum est hoc assumptũ:
vz ꝙ actus sit habenti ipm intimus. nõ eñ min⁹ actus
intelligendi vel volendi est distinctus a suo subiecto q̃ ha
bitus vel q̃ aliquod aliud accidens: puta albedo a suo/
nec p ꝯñs est magis intimus nec minus intelligibilis.
¶ Tertio. q2 esto ꝙ esset quõcũq; intimus subiecto/ pro
pter hoc nõ ipediret᷑ nec posset ĩtelligi ab alio: cũ qõcũq;
quãtũcũq; intimũ cuicũq; naturaliter ĩtelligibili quale
est subiectũ actus intelligendi ⁊ volendi/ sit naturaliter
intelligibile sicut ⁊ ipz subiectũ cui dicit᷑ esse intimũ. nisi
voces huiusmodi actus intimos: hoc est naturaliter in-
telligibiles ab alio intellectu. sed etiam dicere ꝙ actus
hmõi nõ possunt naturaliter intelligi: quia eoꝝ subiecto
sunt intimi/ est dicere ꝙ non possunt ab alio intelligi q2
nõ possunt ab eo intelligi. qð nihil est dictum. quare ⁊c.
¶ Ex p̃dictis cõcludo corollarie: ꝙ si de facto nullus in
tellectus separatus potest intelligere cõceptũ alterius
hoc habet cõtingere deo nolente alicui coagere ad talẽ
actũ. cũ eñ secũda causa nõ possit in aliquem effectũ nisi
prima sibi coagente ad ipsum/ p ꝯñs si deus non vult co
agere alicui intellectui separato ad intelligendũ conce-
ptum alterius/ nullus p se poterit in talem actũ: vz in-
telligendi cõceptũ alicuius alterius intellect⁹: sicut nec
visibile posset videre/ nec aliquod aliud obiectũ intelli-
gere deo sibi ad actus huiusmodi non coagente: sicut nec
ignis calefacere nec aliqua alia scda causa aliqd ꝓduce
re p seipm. ¶ Hoc corollariũ sic intellectum apparet eui
denter. qm̃ sola prima causa non alia aliqua potest im-
pedire effectum secũde cause possibilem. nullus enim ci-
tra deum potest facere seu impedire ne ignis calefaciat
passum ꝯbustibile sibi presens. ergo nec ꝙ intellectus nõ
intelligat obiectũ ab ipso intelligibile: nec ꝙ sensus non
sentiat obiectum sensibile presens leiciendo circa ipsum
possibilem sibi actum. sed vt patet ex precedentibus con
ceptus mentis cuiuslibet est ab alio intellectu naturali-
ter intelligibil' sicut ⁊ ab illo in quo est. ergo ꝙ alius in-
tellectus ipi presens ⁊ eius subiectũ puta intellectum
intelligens nõ possit eius actum intelligendi intelligere
hoc habet necessario cõtingere deo miraculose ⁊ supna-
turaliter prohibente. nõ eñ est minus miraculum ꝙ duo
rum simul existentium naturaliter intelligibiliũ ab eodẽ
vnũ intelligatur intuitiue alio non intellecto q̃ ꝙ ignis
agat circa vnũ passum ⁊ nõ possit agere circa aliud eque
sibi proximũ ⁊ ab eo passibile sicut illud: vel ꝙ duoꝝ equa
liter visibilium siml' existentiũ vnũ videatur ⁊ aliud non
possit videri. sed vt patet ex p̃cedentibus nõ minus act⁹
volendi ⁊ intelligendi est naturaliter intelligibilis q̃ ei⁹
subiectum ab alio intellectu. ergo ꝙ intellectus separa-
tus possit intelligere intuitiue alium intellectum ⁊ non
eius actum ipsi actualiter inherentẽ/ hoc nõ potest con
tingere nisi deo impediẽte vel ipsi ad talẽ actum coagere
nolente vel ipsum agere nõ sinente. quare ⁊c.

Secũda conclusio est: ꝙ licet intellectus
separatus conceptũ alterius videret ꝓpter hoc non co-
gnosceret quid ille cogitaret. ¶ Hec ꝓbat᷑. qm̃ null⁹ li-
cet videat seu intelligat intuitiue cogitationẽ alterius
potest scire quid ipse cogitet nisi sciat ad qð obiectũ hu-
iusmodi eius cogitatio seu intentio terminet᷑. ¶ Hoc ap
paret. qm̃ sicut sciens albedinẽ ⁊ subiectũ nõ semper co-
gnosceret albedinem subiecto esse vnitã nisi ipaz cogno
sceret vt subiecto realiter inherẽtem: ita nec cognoscẽs
aliquem actũ ĩtelligendi vel volendi vt tale ens absolutũ
potest scire quid p talem actũ velit vel ĩtelligat habens
ipz: esto ꝙ intelligat illius actus intellecti obiectũ: nisi
sciat ꝙ actus ille alterius quem intelligit ad obiectum
huiusmodi terminet᷑. sed ex hoc ꝙ aliquis intellectus in
telligit cõceptũ alteri⁹/ nõ sequitur ꝙ cognoscat ad qð
obiectũ terminet᷑ actus huiusmodi intellectus. ergo ⁊c.
¶ Minorem huius rationis probat vnus doctor subtil'
sic. diuersoꝝ obiectoꝝ specie act⁹ intelligẽdi sunt eiusdẽ
speciei. ergo cõceptus vnus potest terminari ad diuersa
obiecta ⁊ specie distincta. sed intelligens vnũ actũ natu
raliz ad diuersa obiecta/ nõ potest scire ad qð ipsoꝝ actu
aliter terminet᷑ nisi ipse p talem actũ tẽdat ĩ obiectum
terminãs ipm. ergo intelligens cõceptũ alterius/ cum p
ipm nõ tendat in obiectũ eius/ ⁊ ipe cõceptus intellect⁹
sit termnabilis ad diuersa/ non põt scire ad qð obiectũ
terminet᷑/ ⁊ p ꝯñs quid p eũ ab illo cui⁹ est actus hmõi
actualiter cognoscat᷑. ¶ Assumptũ/ vz ꝙ actus intelli
gendi eiusdem speciei possint esse obiectorũ specie diuer
sorũ: ꝓbat doctor ille ex hoc/ q2 act⁹ q̃ arguũtur distincti
specie ex distinctione specifica obiectorũ/ possunt etiã ar
gui cõtrarij ex cõtrarietate ipsoꝝ: ⁊ ecõtrario si contra-
rietas obiectorũ nõ arguit contrarietatem actuũ/ nec di
uersitas diuersitatem. sed cõtrarietas nõ arguit contra-
rietatem. nec eñ actus intelligendi nec videndi ꝯtraria
puta albedinem ⁊ nigredinez/ sunt cõtrarij cũ sint simul
possibiles in eodẽ. ergo ⁊c. ¶ Sed ista ratio assumit du-
biũ: nec oñdit ꝓpositũ. Primo siquidem assumit dubiũ:
vz ꝙ idem actus in specie sit obiectorũ specie diuersoꝝ.
qm̃ si hoc est verũ/ ꝯsiliter potest dici ꝙ habitus eiusdez
speciei potest esse obiectorũ specie distinctorũ: cũ ex acti
bus eiusdem speciei idem habitus in specie generetur.
hoc aũt non videt᷑ esse verũ. quare ⁊c. ¶ Nec valet ratio
quã adducit. Si eñ quia actus intelligendi cõtraria nõ
sunt cõtrarij ex cõtrarietate obiectoꝝ: cũ sint siml' possi
biles: ideo nec distincti specie arguũtur: ꝯsilr potest di-
ci ꝙ oẽs actus ⁊ habitus quorũcũq; obiectorum quãtũ
cũq; diuersoꝝ sunt eiusdẽ speciei q2 nec cõtrarij: cũ simul
possint existere in eodem. hoc autem est falsum. ergo ⁊c.
¶ Cõcedi tamen põt forte ꝙ ex sola specifica diuersita-
te obiectorũ nõ arguit᷑ diuersitas specifica actuũ: sed ex
alio simul cum aliquo. ¶ Scdõm: vz ꝙ ratio p̃dicta nõ
probat ꝓpositũ: appet ex hoc. qm̃ licet actus aliqs eius
dem speciei posset esse plurium obiectoꝝ specie diuersoꝝ
tñ aliquis est (vt beatificus) cui⁹ nõ potest eẽ nisi vnicũ
tm̃ obiectũ. ⁊ tñ ꝓpter hoc nõ sequit᷑ ꝙ intelligẽs actuz
beatificũ vnius beati sciret ꝙ ipse p istum actũ intelli-
geret ipm deũ/ nisi sola fide: sicut scit quilibz alius non
intelligens talem actũ. Vel si dicas ꝙ ĩmo sequit᷑: ergo
tua ratio nõ cõcludit. quare ⁊c. ¶ Confirmat᷑. quia act⁹
quo habẽs ipz nõ potest intelligere nisi vnũ obiectũ tm̃
nõ est terminabil' nisi ad vnũ obiectum tm̃. ¶ Hoc appa
ret. omnis eñ habens actũ potest p ipm tendere/ immo
et de facto tendit in qðcũq; obiectum ei⁹ terminatiuũ.
sed habens actum videndi vel intelligendi aliquod ens
creatum puta nigrum tendit in nigrum nec in aliqð al-

terum. ergo talis actus eius non est terminabilis ad ali
quod aliud obiectum. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ omnis intel
lectus potens intelligere talem actum poterit intelli-
gere obiectum ad qð terminatur: qð ⁊ per eius subiectũ
intelligitur. ergo non potest vt accipit p̃dicta ratio. hoc
non est intelligibile: videlicet ad qð obiectum termine-
tur actus. quia actus ipse est terminabilis ad diuersa. q̃-
re ⁊c. ¶ Et ideo potest probari aliter illa minor rationis
predicte: videlicet ꝙ ex hoc ꝙ aliquis intelligit alteri⁹
conceptum vt tale ens absolutum non oporteat ipsuz in-
telligere ad quod terminetur obiectum. quoniam vt pre
missum fuit in precedẽtibus/ actus non sic ad obiectum
terminatur quasi realiter ipsi coniũgatur: cũ actus ipse
nõ magis suo obiecto ipsum terminãti q̃ alteri realiter
sit vnitus. non enim obiecto coniũgitur realiter: sed sub-
iecto. sed cognoscens aliquod obiectũ ab aliquibus plu
ribus eque distãs realiter ⁊ differens/ per tale obiectum
cognitũ non cognoscit magis vnũ illorum ab eo equali-
ter differentium ⁊ distantium q̃ alterum: nec ꝙ ad vnũ
illorum magis q̃ ad alteruz terminetur. ergo cum actus
intelligendi vel volendi albedinem eque ab albedine si-
cut a nigredine vel rubedine sit distinct⁹ realiter ⁊ diui-
sus/ per cõsequens intelligens ipsum vt tale ens abso
lutum/ modo quo habet intelligi a quocunq; intellectu
in quo realiter nõ existit/ nõ potest intelligere ꝙ magis
ad albedinem q̃ ad nigredinez vel ad quodcũq; obiectũ
aliud terminetur. ¶ Confirmatur. quia ꝙ videns subie-
ctum ⁊ albedinem sibi realiter inherẽtem intelligat sub-
iectum illa albedine esse album: hoc est quia ista duo/ vz
subiectum ⁊ albedo intellecta realiter sunt vnita. si eñ
albedo nõ magis vni subiecto q̃ alteri vniretur/ propter
ipsam intellectam non magis sciretur vnũ subiectum q̃
alterum esse album. sed actus intelligẽdi vel volendi nõ
magis vnitur realiter nec est presens obiecto intellecto
vel volito ipsum non terminanti. ergo propter ipsum in
tellectum ⁊ eius obiectum nõ habetur ꝙ magis ad istud
obiectum q̃ ad alterũ terminetur. ¶ Ex p̃dicta ꝯclusio-
ne ⁊ sua ꝓbatione concludo corollarie: ꝙ nullus intelle
ctus separatus magis q̃ coniunctus potest naturaliter
scire quid intelligit vel diligit alius/ nec per cõsequens
proprie scire põt conceptum mentis ipsius. Dico autẽ
proprie: q2 licet possit naturalit᷑ scire alterius conceptũ
vt tale ens absolutum: nõ tamen vt per ipsum tenditur ĩ
tale obiectum. sed hoc solum est proprie scire alterius cõ
ceptum ⁊ affectũ: videlicet intelligere quid ipse intelli-
git vel diligit. cum eniz cogitatio dicatur quasi mentis
super obiectum iactatio/ nullus proprie dicitur scire al-
terius cogitationẽ nisi sciat super qð obiectũ actualiter
mens iactetur. Q2 autẽ naturaliter hoc scire non possit/
apparet: ꝙ licet vt probatũ est ex prima ꝯclusione natu
raliter possit scire alterius cõceptum vt tale ens absolu
tum (qð non est proprie scire cõceptum) nõ tamẽ potest
scire quid sit obiectum terminans ipsum: vt apparet ex
secũda cõclusione. sed nesciẽs ad qð obiectũ actus alte-
rius terminatur/ non potest scire quid ipe intelligat nec
quid velit. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nõ magis intel
ligens aliquem actum vt suo subiecto cõiũctũ potest in-
telligere eius obiectum terminãs ipsum q̃ intelligens
eũ vt ab eo subiecto realiter separatur. ¶ Hoc apparet.
quia vnus ⁊ idem actus intelligendi omnino substantia
liter inuariatus/ qui est nature intellectualis vt suo pro-
prio subiecto cõiũctus/ posset diuina potentia mediãte
per se existere a subiecto quolibet separat⁹/ habẽs a sub
iecto diuisus quicquid habebat ipsi vnitus. ergo vnifor-
miter est secundũ se intelligibilis separatus a subiecto si
cut existens in ipso. sed nullus actum separatum intelli-
gens potest intelligere eius obiectũ per eũ. quia nullum
habet magis q̃ alterum. quia nec eius vt existit in subie
cto dicitur proprie esse obiectũ: sed potius suijpsius. illi⁹
enim proprie est obiectũ qð tẽdit in ipm. actus aũt nõ tẽ
dit in obiectũ sed eius subiectũ. quia tñ tẽdit per actuz/
ideo etiam ipsius actus dicitur esse obiectum. quare ⁊c.
¶ Predicto modo respondẽdo ad questionẽ/ saluantur
dicta scripture ⁊ sanctoꝝ dicẽtiũ ꝙ nulllus naturaliter
potest scire mentẽ alterius. Saluatur etiã ꝙ omne ens
creatũ est naturaliter ĩtelligibile ab omni intellectu cre
ato separato/ ⁊ p ꝯñs oĩs actus interior cuiuslibet vt est
forma aliqua absoluta. cũ vt dictũ est p hoc ꝙ cõceptus
alicuius vt tale ens absolutũ intelligit᷑/ nõ habeatur nec
naturaliter possit sciri quid sit talis actus obiectũ/ nec
per ꝯñs quid ille cogitet cuius est talis actus ab alio in
tellect⁹. Hec aũt duo nõ potest saluare aliquis predicto
rũ modorũ dicẽdi: propter qð iste rationabilior alijs esse
videtur: licet aliqua cõtineat dubia: de quibus nũc per-
trãseo/ quia ad ipsa apparet solutio ex alibi declaratis.
¶ Sic ad q̃stionẽ. ¶ Ad rationes in principio apparet
solutio ex predictis.

Circa distinctionem de-
cimã/ in qua Magister determinat
de missione angeloꝝ: Quero p̃mo
vtrũ oẽs angeli mittant᷑. ¶ Et vi-
det᷑ ꝙ sic. q2 si supiores mittuntur
multo magis iferiores. sz supiores
legũtur missi in scriptura sacra: vt
appet Esaie. 6. vbi dicit Esaias: vo
lauit ad me vn⁹ de seraphin. ꝯstat
aũt seraphin esse supmũ ordinẽ angeloꝝ. g ⁊c. ¶ Cõtra.
q2 angeli deo in celo semp assistẽtes ⁊ ministrantes non
mittũtur inferius: cum missi quãdo sunt in terra nõ ma-
neãt in celo. sed multi sunt deo semp assistẽtes in celo et
ministrãtes: iuxta illð Dañ. 7. Milia miliũ assistebãt ei/
et decies centena milia ministrabant ei. g ⁊c. ¶ Respon
sio. vbi est vidẽdum primo quomõ angelus mittitur. Se
cundo: quis mittitur. qð est quesitum: vz an oẽs vel: an
tantum aliqui specialiter.

Quantum ad primũ: est sciendũ ꝙ tri-
pliciter potest quis mitti a deo ab vno loco ad alterum.
Vno mõ sic: ꝙ missus nec acquireret nouũ locũ nec pde-
ret antiquũ: modo quo dei filius dicit᷑ fuisse in mũdũ mis
sus. nec eñ per huiusmodi missionẽ ipse incepit esse vbi
antea nõ fuerat: nec esse desiit vbi erat. sed tñ dicitur ĩ
mũdum missus quia in mũdo nõ in celo fuit nouiter ho-
mo factus. ⁊ ita hoc modo oĩs ille posset dici a deo mis-
sus vel ad aliquem locum in quo deus per eum vel in eo
operaretur visibiliter aliquid de nouo. Secũdo modo po
test mitti sic: ꝙ nouiter acquirat locum ad quem dicitur
esse missus: non tamen propter hoc esse desinat vbi erat.
modo quo Christus vt homo potest dici cõtinue mitti in
mũdũ mediãte eucharistie sacramẽto. sic eñ humanitas
Christi virtute dei incipit esse realiter de nouo in isto sa-
cramẽto ꝙ ꝓpter hoc nõ desinit esse in celo. scdõm eñ Au
gustinũ/ sursuz est domin⁹ donec seculũ finiat᷑. tũc siquidẽ
vz in fine mũdi in aduentu ad iudiciũ dimittet corpora-
liter celũ. Tertio modo põt quis mitti sic ꝙ missus desi
nat esse vbi fuerat: ⁊ incipiat esse vbi primo nõ erat. ⁊ hic
modus missiõis est naturalis seu naturaliter possibilis.
primi autem duo sunt possibiles supernaturaliter solũ.
¶ His premissis quãdo queritur quomõ angelus a deo
in mũdũ mittitur: dicẽdũ est ꝙ de facto nunq̃ missus est
qð sciamus nisi tertio modo tantum. de possibili tamen
loquẽdo posset mitti vtroq; aliorũ duoꝝ primoꝝ modoꝝ.
¶ Primũ appet. qm̃ scdõm Damasc. 2. li. sentẽtiarũ. c. 4.

angeli cum sunt in celo non sunt in terra/et econuerso cum sunt in terra non sunt in celo. sed constat ꝙ missi in mūdū istum ad nos sunt in terra. ergo nō remanent vbi prius. quare ꝛc. ¶Secūdum: videlicet ꝙ alijs duobus modis possent mitti/apparet de primo mō. Probat etiā de secundo. quia ab illo cuius virtute vnū ꝛ idem potest esse in pluribus distantibus locis simul/posset mitti angelus sic de celo in mundū ꝙ nouiter in mundo esse inciperet: nec tū esse in celo desineret. sed constat ꝙ diuina virtute vnū ꝛ idem potest esse realiter in pluribus locis simul: sicut de facto apparet in corpore Christi simul existente in celo ꝛ in mūdo i eucharistie sacramēto. ergo ꝛc. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum: distinguitur

cōmuniter a doctoribus de missione ad intra/ꝛ de missione ad extra. Ad intra dicunt mitti angeli superiores diuina mysteria eis reuelata primitus alijs inferioribꝰ reuelantes. deus enim mysteria ad que adimplenda in mūdo mittit inferiores primo reuelat superioribus: vt per ipsos inferioribus explicanda et manifestanda: quibus eis videlicet inferioribus per superiores manifestatis ipsi inferiores mittuntur ꝛ descendunt in mundum ad perficiendum talia que sunt eis per superiores diuinitus nūciata ꝛ ad complendum iniuncta: ita ꝙ secundum hec missio superiorum ad inferiores que missio est ipsorum ad locutio inferiorum illustrativa ꝛ fiendorum per eos indicativa/dicitur missio ad intra. Ad extra autez est missio illorum qui descendunt personaliter ꝛ realiter in hūc mūdum. ꝛ tales qui sic in mundum mittūtur distinguūtur. alij enim sunt qui ettaz mittūtur vt cōmuniter: ꝛ alij qui non sic cōmuniter sed bene aliquādo specialiter trāsmittuntur vel missi sunt. ¶His premissis dicitur hic primo ter ab omnibus. ℣primo. ꝙ oēs angeli mittūtur aliquo predictorum modorum: vez ad intra vel ad extra. Secūdo. ꝙ angeli inferiores mittūtur ad extra vt coiter. Tertio. ꝙ etiam superiores aliquando missi sunt specialiter videlicet pro mysterio aliquo singulari ꝛ arduo exequendo. ¶Primū probatur auctoritate Apostoli dicētis ad Heb. 1. ꝙ omnes sunt administratorij spiritus ꝛ i ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis. sed non est intelligendum nec sic intelligit Apostolus ꝙ omnes cōmuniter mittātur ad extra ad hmōi ministeria exequenda. sed angeli supreme hierarchie mittuntur ad angelos medie: quibus annūciāt que sunt per inferiores fienda: q̄ illi agnoscentes reuelant inferioribus vltime hierarchie: ꝛ per hoc dicuntur mitti ad eos. qui vez ipsi inferiores hierarchie angeli postmodū mittūtur ꝛ descendunt inferius ad talia eis reuelata ministeria adimplenda. ꝛ hoc mō est intelligenda auctoritas Apostoli supradicta. ¶Secūdum: videlicet ꝙ inferiores mittantur ad extra vt cōmuniter/apparet. quia illi mittūtur ad extra vt cōmuniter qui non mittūtur ad intra: sed ad ipsos alij transmittūtur. sed tales sunt inferiores ad quos mittūtur superiores vt dictū est. ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur ꝓ illud Daniel. 7. vbi dicit: ꝙ milia miliū assistebāt ei/et decies centena milia ministrabant ei. ℣hoc enim distinguitur inter assistentes ꝛ ministrātes: ꝙ assistentes vocantur qui ad exteriora cōmuniter non mittuntur. ministrātes vero inferiores missi inferius ad diuersa ministeria exequēda vnde ꝛ Greg. 17. moralium exponēs predictum Daniel verbum/dicit ꝙ assistentium est maior numerus ꝙ ministrantium. exponit enim milia milium hoc est quasi infinita milia. ministrantes autem nō sunt tot vt dicit: quia nec ministrantes hic appellantur nisi qui mittuntur inferius ad diuina ministeria exequēda. tales autem vt cōmuniter missi non sunt nisi angeli infime hierarchie/et etiam vt videtur ordinis infimi. tales autem sunt alijs omnibus īcomparabiliter pauciores. Dionysius tamē dicit aliter. duos enim ponit tantum ordines assistentiū: et omnes alios ministrantium. quia si sic/ tūc plures sunt ministrantes ꝙ assistentes. quomōcūq; autem hoc sit saltem omnes cōcordāt cōmuniter ꝛ concorditer ꝙ assistentes q̄ cōmuniter nō mittūtur sunt superiores. alij autem ministrantes qui mittūtur/inferiores. ¶Tertium et vltimum/videlicet ꝙ aliquādo etiā missi sint inferius superiores/apparet euidenter ex predicto verbo Esaie in prin. allegato. vnde ratione dignitatis seu magnitudinis ministerij seu legatiōis aliquādo missi sunt angeli ordinis suprem: sicut angelus Gabriel ad virginē missus pro incarnationis mysterio nunciando. talis enim angelus debuit esse supioris ordinis taz ratione solemnitatis siue legationis: videlicz dignitatis diuine incarnationis ꝙ etiam ratione virginis ad quam fuit missus. Et ꝙ sic fuerit: videlicet de superioribꝰ nō de inferioribus: ex hoc arguitur: quoniā ministerium ad qō exequendum mittitur aliquis inferioz angelorum etiam cōmuniter alijs inferioribus innotescit. sed diuine incarnationis mysterium latuit angelos inferiores vt arguitur ex illo verbo Esaie. 63. vbi queritur in persona angelorum inferiorum de Christo ascendente: Quis est iste qui venit de Edom/tinctis vestibus de bosra? hoc etiam expresse dicit et ponit ℣Hieronymus: videlicet ꝙ mysterium diuine incarnationis inferiores angeli nescierunt quousq; Christi passio fuit completa ꝛ apostolorum predicatio in gentibus dilatata. non est autē verisimile ꝙ superiores vsq; tunc latuerit huius incarnationis mysterium benedictum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis.

SEcundo quæro: vtrum angeli missi ad nos inferius remaneant beati consimiliter sicut prius? ¶Et videtur ꝙ sic. quia eternum qō nunq; intenditur nec remittitur semper manet vniformiter. sed beatitudo cuiuslibet angelorum ꝛ aliorum beatorum omniū est eterna/ que nec remittitur nec augetur/saltem angelorum: licet beatitudo hominū aliquo modo in resurrectione corpoū sit augenda. ergo ꝛc. ¶Contra. quia si angelus ad nos missus manet beatus/vel est beatus in celo vel in mūdo. sed nō in celo: quia ibi non est. vbi autem non est/nec beatus existere potest. nec in mundo: quia deus non ostendit seipsum facialiter nisi in celo. q̄ ꝛc. ¶Responsio. vbi est videndum primo quomodo angelus existens in mundo potest manere beatus sicut erat prius ī celo realiter et veraciter. Secundo quomodo equaliter.

Quantum ad primū: est sciendum: ꝙ

cum deus realiter sit vbiq;/per consequens non magis in vno loco ꝙ in alio potest se cuilibet creature intellectuali clare ostendere ꝛ fruitionem infundere: ꝛ ita cōsequēter ipsum vbiq; beatificare. qō etiam posset facere/esto ꝙ non esset vbiq;. cum enim agens creatum possit agere vbi non est/per consequens multo magis deus/si per impossibile nō esset alicubi/posset agere ibi. ꝛ ita nō existēs in terra sed tantum in celo posset angelo vel cuicūq; creature beatificabili infundere actum visionis ꝛ fruitionis beate. non magis enim visio intuitiua intellectus exigit obiectum visum esse videnti realiter propinquū: ꝙ visio corporalis visus. cōstat autem visionem corporalē posse terminari ad obiectū visibile corporale remotū. ergo et intuitiuam visionem intellectus. quare ꝛc.

Hoc premisso: pono duas cōclusiones.

¶Prima est: ꝙ angelus existens in terra potest manere beatus perfecte vt prius deum intuēdo vel vt in celo existentem/vel vt in mūdo sibi presentē/vel absolute videndo ipm nō vt in vno loco nec in alio existentem. ¶Hec ꝓbatur. Et primo: quātum ad primam partē. quoniam vt dictum est/visio intellectiua potest esse sicut et sensitiua obiecti remoti a vidente distantis. ergo sicut homo existens in terra corporaliter videt celum distās ab ipso: ita et angelus ad nos missus potest videre intellectualiter deum vt existētem in celo/licet distantē ab ipso et maxime cum ista visio beatifica sit supernaturalis a deo infusa: a quo videlicet a deo potest ꝓmuneari vt hic suppono visio/ꝛ quecunq; intuitiua cognitio obiecti non tātū absentis: sed etiam nullatenus vel nullibi existentis. ergo ꝛc. ¶Secunda pars: vez ꝙ etiam possint deum intueri vt ei presentem ꝛ in mundo realiter existentem/apparet. quia sicut res corporaliter visibilis ibi videri corporaliter potest vbi est: ita ꝛ de quocūq; alio intellectualiter visibili est dicēduz. sed deus ipse intellectualiter visibilis ita est in terra realiter sicut ꝛ in celo. ergo ꝛ ꝓsimiliter angelus vel alius quicūq; beatus potest existens in mūdo deū videre intellectualiter vt existētē in mūdo: sicut existēs in celo videt eū vt ibidem actualiter existētē. ¶Tertia pars: vez ꝙ possit eum videre intellectualiter absolute/non vt alicubi existentē/apparet. qm̄ nec obiectū beatifice visionis est nisi ꝓcise ipa essentia diuina vt absolute accepta/ nō vt hic nec vt alibi est existens. nec eñ beatus vt beatus intuetur aliquid nisi deū licet intueatur ipz alicubi: imo vbiq; vt existentē. sed intuens deū in loco aliquo existentē intuetur ipsum simul ꝛ locum. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. quia constat ꝙ obiectum beatifi cum increatū potest intuitiue intelligi nullo obiecto creato nec ꝙ ipīs loco corporali aliquo intellecto. ergo quilibet beatoꝝ posset videre deū absolute: nō vt in celo nec vt alibi alicubi existentē. licet eñ intuitiue deū intelligens videat eum existere: nō tñ oportet ꝙ videat hic vel alibi ipm esse. nec minus aliquis beatoū esset beatus si precise deum videret absolute q̄ nūc videns eum vt in celo/ꝛ etiam forsitan vt vbiq; actualiter existentem. quare ꝛc. ¶Sed nunquid quilibet beatorum videt deum vt vbiq; existentem? ¶Respondeo: ꝙ non. quoniā non quilibet beatorum actu intelligit omnem locum nec quodlibet aliud ens creatum. sed nullus videt deum vt vbiq; p̄sentem nisi qui videt eum ꝛ omnia a quibus ipe realiter est indistans. ergo licet quilibet videat deum vbiq; existentem hoc est deum qui est vbiq; existens: non tamē intelligit seu videt eum vt vbiq; vlr existētem. sed hoc modo videtur posse ipsum intelligere sola anima Christi ola vlr agnoscentis.

Secūda conclusio est: ꝙ omnes angeli ꝛ alij beati videt deū vt in celo actualiter ꝛ olbꝰ ibi existētibus p̄sentialiter assistentē. ¶Hec apparet. quia sicut corporaliter intuens aliquod obiectū sibi p̄sens/intuetur ipm vt sibi cōiunctū ꝛ simul secū existēs: ita ꝛ de vidente intellectualiter ꝛ de obiecto viso videtur esse dicēdum cōsimiliter. ergo quilibet beatorū in celo existēs et deū ibidē habēs intuetur ipm vt ibi actualiter assistētē. ¶Cōfirmatur. quia licet ꝙ diuinā potentiā absolute loquēdo omne obiectū posset intuitiue vel abstractiue intelligi nullo alio intellecto ab ipso distincto/ꝛ ꝙ nīs deꝰ ipse sine alio quocunq; obiecto creato: tñ naturaliter loquēdo intuitiue videt aliquod obiectū/videt et aliud ei cōiunctū: dū tñ nō sit ab ipso vidente remotū. videt etiam vtrūq; vnitorum videt ipsa esse vnita. ¶Hoc apparet in exēplo. videns eñ animā intuitiue videt ꝛ habitū ꝛ oēm formā accidētalē in ipsa actualiter existentē. ꝛ econuerso videns habitū vel quācūq; formam aliā in anima existē tem videt ꝛ animā nō tātū absolute sed etiam tali forme cōiuncta ac ipsa realiter informatā. ergo cōsimiliter in ꝓposito cū quilibet beatorū videat deum a celo in quo existit realiter indistātem/videat etiam intellectualiter celum a quo ipse etiā est indistans/per cōsequēs videt deū vt in celo secum actualiter existētē. ¶Et si dicas ꝙ etiā potest videre eum vt existētem in mundo: cum deus ipse virtus non distet a terra siue a mundo amplius ꝙ a celo: ¶Respondetur ꝙ verū est si intelligat seu videat ipsam terram. non tamē est verisimile ꝙ de facto beati intellectualiter considerent magis mūdū a quo sunt absentes ꝙ celum cui realiter sunt presentes. esto etiam ꝙ considerent: adhuc non sequitur ꝙ videant deum vt existentem alibi ꝙ in celo: suppositō ꝙ deus ipse nolit ab eis aliter intueri. non est enim impossibile videre aliqua coniuncta ꝛ non cognoscere intuitiue ipsa esse coniuncta. et ideo licet deus sit indistans ab omni loco/ nō ꝓpter hoc oportet ipsum vt sic a quolibet intueri: nec etiam ab aliquo/licet locum omnē a deo indistantē realiter intuente. quare ꝛc. ¶Minor/ vez ꝙ aliqua vnita possint intelligi que intelligens nesciat esse vnita/ apparet in exemplo euidenti de humanitate Christi/ quā angeli inferiores diuine incarnationis mysteriū ignorantes intuitiue intelligere potuerunt: sicut qlibet aliud ens creatū. nec tamē ꝓpter hoc licet intuitiue humanitatē ipsam et dei filium agnouissent/ipsam humanitatē dei filio vnitā esse hypostatice intelligere potuissent. ¶Ex dictis ꝛcludo corollarie: ꝙ credēdū est ꝛ ponēdū angelū inferꝰ ad nos missum remanere beatū vnifōrmiter sicut prius. ¶Hoc apꝑet. qm̄ licet manēs beatus eq̄liter posset esse beatus diffōrmiter cū in celo videat deū vt ibi nō vt in terra existentē: ꝛ in terra posset facere ecōuerso: vez deum videre nō vt in celo/sed vt in terra manentē: tñ ex quo vt ꝓbatū est potest deum in celo ꝛ in terra vnifōrmiter intueri: vez vt in eodē loco actualiter existentē/melius videtur vt sic de facto esse ponatur. ¶Secūdo cōcludo: ꝙ licet diffōrmiter deū vt in celo ꝛ vt in terra existēs intueretur: quia vt in celo videt eum vt in celo quando in terra videt eū vt in terra actualiter existentem: nō tamen ꝓpter hoc diffōrmiter/imo vnifōrmiter esset beatus. ¶Hoc apparet. quia variato eo qō est oīno impertinens ad rationem beatitudinis/ nō ꝓpter hoc beatitudo ipsa in aliquo variatur. sed intueri deū vt in celo vel vt in terra vel vt vbilibet alibi existētē hoc omnino est impertinēs ad rationē beatitudinis absolute in visione ꝛ fruitione diuine essentie cōsistētis. ergo angelo deum vt absolute vnifōrmiter vidente ipsoq; fruēte/siue vt in terra videat eum/ siue vt in celo ꝛ in terra simul existentem/siue tantum vt in terra/siue tantum vt in celo/siue quomodocunq; aliter: nō magis ꝓpter hoc diffōrmiter erit beatus ꝙ erit quādo vltra deum intellectū nouiter intelliget aliquod ens creatum. ¶Hec de primo.

Quantū ad secundum: dicendū est ꝙ

angelus ad nos missus equaliter manet beatus. quoniā visione diuina ꝛ fruitione eadem in nullo remissa manente equaliter quilibet est beatus: cū nec beatitudo sit aliud ꝙ ista duo vel alterum horum tñ vt patuit in quarto. sed per hoc ꝙ angelus in terra manet occupatus circa aliqua diuina mysteria exequēda/in nullo minuitur nec intēditur eius visio nec fruitio beata. qm̄ licet vna disparata operatio remittat aliā quādo vtraq; est ab oparte virtutis finite effective: quia pluribus intētis minor est ad singula sensus: non tñ illa opatio que est in aliquo tñ a deo effectiue ad quā illa se habet mere passiue/ pōt ex aliqua eius opatione quātūcunq; disparata diminui in

aliquo seu remitti. sed operatio beatifica puta visio ⁊ fruitio diuina / est a deo tātū effectiue in quolibet beatorum. ergo nō magis potest p aliquā operationē ipsorū aliqua liter remitti q̄ totaliter amoueri. nullo em̄ modo est i potestate ipsorū quātū ad remissionē nec⁹ quātū ad intēsionē nec⁹ quātū ad amissionē. ponētes tñ beatitudinē esse effectiue a beato ptialiter / sicut oīs effectus secūde causę est ab ipa causa secūda / haberēt cōcedere ꝓsequēter vt videt q̄ operatio beatifica angeli / vl̄ cuiuscūq⁹ alterius beati / remitteret ex opatione alia disparata: nisi tūc de⁹ impotētiā beati suppleret. nisi dicatur q̄ causa scūa pōt eque perfectū vnicū effectū ꝓducere cū aliis infinitis vel saltem quotcūq⁹ finitis sicut vnū illorum tātum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet ex predictis quid dicēduz. angelus em̄ existens in terra est beatus beatitudine existēte similiter secū in terra: cui⁹ beatitudinis obiectū est in celo instmul ⁊ in terra: ad qō ipsa angeli beatitudo pōt vt dictū est multiplicari tertiari.

Circa distinctionem vndecimam / in qua Magister determinat de custodia angelorū hoies custodientiū: Quero primo: vtrū q̄libet homo habeat i psenti aliquē angelū ad sui custodiā deputatū: ¶Et videt q̄ sic: g illd Matth. 18. vbi dicit q̄ angeli eorū: vez hoim quos custodiūt / semp̄ vidēt faciem patris. sed qua ratione vni homini vnus angelus / eadez alteri alius ad sui custodiā deputat. ergo ⁊c. ¶Contra. quia deus nō facit aliquid frustra. sed vanum videtur ad damnationē eternā pscitos custodiri p angelos. ergo ⁊c. ¶Responsio. vbi est videndū primo q̄stū: vez an angeli diuersi sint ad custodiā diuersorū hominū deputati. Secūdo: an p talē custodiā aliquid mereant. Tertio: an propter damnationē illorū quos custodiūt cōtristent / ⁊ propter saluationē cōsolētur seu letentur.

Quantum ad primum: constat tam ex

sacra scriptura q̄ ex cōmuni omniū doctorū sentētia cuilibet homini ad eius custodiā ce angelū deputatū. vnde Hieron. sup Matth. Magna dignitas animarum vt vna quęq⁹ habeat ab ortu sue natiuitatis in custodiā sui angelū deputatū. Itē Chrysostomus sup Matth. li. 1. Duo sunt angeli in hoibus pmanentes: vez bonus ⁊ malus. ⁊ plerūq⁹ scōm dispositionē aliquātulum recedit angelus bonus: imo non recedit: sed se abscondit inuisibilē se reddens ante diabolū: quia nisi voluerit nō videtur ab eo. subtrahit ergo se vt det ei licētiam tentādi: ⁊ stans expectat tētationis euētum. hec Chrysostomus. ¶Hoc etiā sententialiter idē dicit Dionysius in lib. de angelica hierarchia. Et rationem huius vez quare angeli ad hominū custodiā deputant / reddunt sancti ⁊ doctores catholici: q̄ lex diuine puidētie est inferiora ad se reducere per media. sed angeli tenent mediū inter deū ⁊ homines: vt deo inferiores ⁊ hominib⁹ superiores. quare ⁊c. ¶Sed sunt hic tria dubia. Primū: quomō angelus dicit hominē custodire. Secūdū: an sit sem̄ realiter simul cū homine quē custodit. Tertiū: an diabolus tentans hominē videat eū intellectualiter sicut psentē. ¶Ad primū dicendū q̄ angelus potest hominē custodire / vel pro ipso deum orando / vel diabolū repellendo / vel bonū homini suggerēdo. An aūt oībus istis modis: an si aliquo tñ horū custodit / quo istorum custodiat / nō habetur saltē ex scriptura sacra expressum. ¶Ad secundū dicēdum q̄ si angelus est ad custodiam hominis deputatus primo modo: vez pro ipso orando / nō oporteret eum psonaliter sed tantū mētaliter esse presentem homini quē custodit. si autē secūdo modo vel tertio custodit hominem sicut ⁊ de facto esse videtur scōm doctrinā sanctorū / videtur q̄ oporteat ipz hominī custodito realiter esse psentē. nec em̄ existens in celo posset sua naturali virtute talia operari i terra. vnde nec boni angeli potuissent malos de celo expellere ⁊ ad terram prosternere sicut fecerunt quādo peccauerunt / nisi cum eis fuissent in celo. non magis aūt existentes in celo possunt diabolum repellere existētē in terra: q̄ si quādo diaboli peccauerunt in terra fuissent ipsos de celo expellere potuissent. ergo ⁊c. ¶Confirmatur. quia non magis angelum mouentem celum oportet celo esse presentē q̄ repellentem diabolum ipsi diabolo quem repellit. ergo sicut angelus ponitur realiter esse presens celo qō mouet ita ⁊ ponendus est presens homini quem custodit / ipz instruendo seu bonū ei suggerendo / ⁊ infestantem ac impugnantem diabolum repellendo. ¶Ad tertium dicēdum q̄ potest vtiq⁹ diabolus sibi dimissus videre intuitiue angelum presentem homini quē custodit ⁊ ipi diabolo quē repellit. omnis enim intellectus separatus potest intuitiue naturalē intelligere omne ens creatum existēs realiter sibi presens / vt cōmuniter cōceditur. Ex quo sequit q̄ illud dictū Chrysostomi sup Matth. supius allegatū vez q̄ angelus hominē custodiēs se aliquando inuisibilē reddit / nō est intelligendū vt sonat: vez q̄ angelus sua virtute possit impedire ne ipsum diabolus videat intellectualiter / seu cognoscat. hoc enim non posset facere per se magis q̄ ignem ne passum sibi presens combustibile calefaceret impedire. et ideo si angelus se inuisibilē diabolo reddit / hoc habet fieri diuina virtute. vel angelus dicitur se reddere virtualiter aliquando inuisibilem pro quāto nō repellit sed permittit tentare demonē. ¶Hec de primo.

Quantū ad secundū est sciendum: q̄

angelum custodientem hominem aliquid per custodiā huiusmodi mereri potest dupliciter intelligi. Uno modo: q̄ eius premiū qō meretur sequatur meritum. Alio modo: q̄ precedat. non enim omne meritum oportet precedere in re quodcūq⁹ premiū: imo potest sequi ipm: vt alias fuit dictū ⁊ de Christo exēplificatū: cuius meritū passionis fuit post premiū nō glorificationis / sed gratificationis sanctorum patrum ⁊ aliorum Christum pcedentium omniū hominū electorū. ¶Hoc premisso / pono quātū ad istum articulū / tres ꝓclusiones. ¶Prima ē: q̄ angeli q̄ custodiā hominū nō merētur sibi aliquod pmiū sequens huiusmodi actū ipsorū: vez custodiā hominū viatorum. ¶Hec apparet. q̄z quilibet recepit suū premiū simul totum: ita q̄ custodia qua custodiūt homines secuta fuit post ipsorum premiū. ¶Primo enim fuerunt premiati / et postea ad custodiam hominū deputati. sed p actum sequentē ⁊ presupponētē totum premiū nō potest aliquis mereri aliquod premiū sequens actum ipsum. ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur. quia sicut nullus damnatorū per aliquē actū meretur aliquā penam maiorē actum sequentem: ita nec aliquis beatorum gloriam p aliquē actū ipsorum gloriā supponentē. ¶Secūda cōclusio est: q̄ p huiusmodi hoīz custodiā cōsequutā āgeli boni sibi potuerūt mereri gloriā ante ipam ipēsam. ¶Hec apparet. q̄n vt dictū est pmiū pōt pcedere meritū. pōt em̄ deus cōferre pmiū ppē aliquē actū puisum p illū cui cōfert pmiū exequēdū: quē lz nōdū exhibitū acceptat vt pmio tāto digniū: sicut Christi passionis meritū nōdū exhibitū sed puisum acceptauit vt dignuz oībus gratijs omniū hominū Christū pcedētiū electorū. igit ꝓut i ꝓposito posset dici: vez q̄ deus ipe pmiauit āgelos hoies custodientes nō tñ ppē actū cōuersiōis ipoz ad deū q̄ pcessit: sed etiā ppter custodiā hominū futuram quam deus preuidit: et vt tali premio

dignam licet nōdū exhibitā acceptauit. Et si hoc modo Magister sentētiarū intellexit angelos sibi mereri premiū p custodiā hominū / nō video q̄ esset sicut in hoc impugnat cōmuniter ipugnādus. ¶Tertia ꝓclusio est: q̄ an angeli ad custodiā hominū deputati mereant sibi modo pdicto an nō gloriā p talē custodiā / nō habet. ¶Hec apparet. q̄m licet cōstet ipsos cōsecutos esse totā ipsoz gloriā ante istā exhibitam custodiā / ⁊ p ons nō posse ea mereri primo modo: vez tā q̄ meritum eorum ꝓsequentē: tñ nō habet / nec ex hoc sequitur q̄ ipaz non potuerint alio modo pdicto mereri. nec etiā q̄ hoc modo meruerint in aliquo loco scripture reperitur expressum. bene em̄ constat q̄ sibi gloriam meruerūt: sicut ⁊ mali penā. sed vtrū gloriam sibi meruerūt tantū per conuersionem ipsorū ad deum precedētem / an etiā per istam custodiam hominū subsecutam postmodū / nō habetur. ¶Ex quo videtur esse corollarie concludēdum: q̄ nō esset hic determinate aliquid pertinacter asserendum. licet enim constet angelum meruisse sibi pmiū per precedētē suā conuersionē ad deum: nō tamē est omnino ꝓbabile dicere deum ipsi contulisse pmiū nō tātum ppter istā cōuersionis actum exhibitum: sed etiam ppter preuisam custodiā hominū. ¶Et si cōtra hoc argueretur: quia status meriti nō concurrit simul cum statu pmij: cū status meriti sit viatorū: et premij comphensorū: Ad hoc diceretur. q̄ non cōcurrunt simul sic q̄ habens premiū mereatur sibi ipsum vt per meritum cōsequēdum. bene tamē possunt cōcurrere sic q̄ habens pmiū mereatur sibi ipsum vt consecutum. licet enim habens totum premiū non possit mereri aliqō cōsequēduz: potest tamē mereri ipsum totū licet anteme ritum consecutum deo acceptante vt premio collato digniū aliquem eius actum post habitum premiū exequendum. nec tamē propter hoc talis erit viator. non enim homo est viator quia potest mereri: quia tunc stultus non esset viator. sed tantum dicitur esse viator quia non est in termino / sed i via. sed talis vez angelus est i termino: esto q̄ sibi mereatur ipsuz terminū puta eternū premiū dicto modo. ergo ⁊c. ¶Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: pono tres conclusiones.

¶Prima est: q̄ angelus bonus nec de salute hominū quos custodit nec aliquoruz aliorū creatorum consequitur aliquā letitiā beatificam seu ad essentialem beatitudinē pertinētem. ¶Hec apparet. q̄z letitia beatifica est precise illa que est in beato de deo dilecto: que vez cōsequitur actum fruitionis diuine seu est ipsa fruitio vt fuit dictū in quarto. sed illa ppter nullius rei cuētum remittitur in aliquo nec intenditur sicut nec visio nec fruitio ipsa quā immediate cōsequitur. in quoli bet em̄ est talis letitia maior vel minor scōm q̄ est in eo fruitio perfectior vel imperfectior. ergo ⁊c. ¶Secūda conclusio est: q̄ tā angeli custodientes q̄ etiā alij letātur alia letitia a letitia supradicta de salute hominū electorum. ¶Hec apparet auctoritate Saluatoris dicētis. Lu. 15. Dico vobis / gaudiū erit coram angelis dei super vno peccatore penitentiā agente. ¶Confirmatur. q̄z sicut scōm Augustinū: tristitia est de his que nobis nolentibus accidūt: ita ⁊ letitia de alijs que vez nobis volentibus accidūt sed angeli salutem hominū volunt ⁊ appetunt. ergo ⁊c. ¶Nec valet si instetur: quia demones etiā volunt ⁊ appetunt culpam ⁊ penam ipsorum: nec tamen gaudent de euentu istorum. quia hoc fit supernaturaliter deo ipos p tristitiam perpetuam puniente: et omnem letitiam eis possibilem suspendente.

Sed nunquid oēs gaudent æqualiter

de salute hominū / an magis illi q̄ sunt ad ipsorum custodiam deputati? ¶Respondeo: q̄ licet quomodo sit hoc nō habetur expresse; ꝓbabile tamē cē videtur q̄ superiores in gloria / ⁊ per ons in essentiali seu beatifica letitia sint etiam principaliores in tali accidētali letitia / ⁊ p cōsequens magis gaudētes. q̄n magis deū diligūt oīa ipsi grata. sed beatiores sunt deū magis q̄ alij diligentes. ergo ⁊ salutē electorum magis appetentes / ⁊ per cōsequens de ea magis gaudentes. de magis enim volito consequente maius gaudium sequitur i volente. angelus etiam nō magis videtur gaudere de salute hominis quē custodit q̄ de salute alterius. quia cuz omnes diligat tātūmodo propter deum / illum magis diligit et magis ei salutē appetit quē magis deo gratū esse cognoscit: supposito q̄ cognoscat: ⁊ per consequēs de salute illius magis letatur. ¶Tertia ⁊ vltima cōclusio est q̄ nullus angelus contristatur de culpa nec de pena hominis quem custodit nec alicuius alterius reproborum. ¶Hec apparet. quia licet quilibet nolit vtrūq⁹ istorum vez culpam hominū atq⁹ penam: non tamen ad euētum voliti de⁹ sinit eos ꝓtristari: sicut nec demones ex euētu voliti consolari. nec hoc est impossibile: cum omne primo possit separari a suo posteriori a quo realiter est distinctū sicut velle et nolle ab omni letitia ⁊ tristitia cōmuniter conceduntur esse distincta. ⁊ sic etiā est rationabile et iustum vt fiat: cum nec boni mereantur aliquā habere penam / nec per consequēs tristitiam / nec reprobi cōdemnati letitiam sed tristitiam sempiternam. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio dicendum q̄ non frustra mali homines condemnandi per angelos bonos custodiuntur. quia ⁊ si talis custodia non est eis vtilis ad gloriam consequendam: proficit tamen eis vel forte quia preseruantur per eos a culpa aliqua / licet non ab omni in presenti / ⁊ per consequens a maiori pena quam incurrerent in sequenti: vel si non valet ad hoc / valet ad aliquid aliud deo notuz: propter quod sic fieri est diuini gus rationabiliter ⁊ salubriter institutū.



Secundo quero: vtrum angelus custodiens hominem possit causare aliquid i ipso homine quem custodit. ¶Et videtur q̄ sic. quia nisi angelus in homine quem custodit aliquid causaret / non magis eum q̄ aliū custodiret. sed constat q̄ angelus sic custodit hominem illū ad cui⁹ custodiam deputatur / q̄ nō aliū. ergo aliquid facit i illo qō nō i alio. quare ⁊c. ¶Cōtra. q̄z si causaret aliquid / vl̄ causaret illud in corpore vel in anima ipsius hominis custoditi. sed non potest aliquid causare in corpore: cum nō cōtineat virtualiter formā aliquā corporalē: nec in anima / cum nec ꝓtineat formā aliquā spiritualem nisi actū intelligēdi vel volēdi vel intelligibile signū: quoruū nullū potest causare in anima cōiuncta corpori in statu psenti: quia nec ipsi vt alteri angelo potest loqui. q̄ ⁊c. ¶Respōsio. Ubi est videndum primo / an possit aliquid causare in corpore. Secūdo. an i anima. Tertio: q̄ esto q̄ nihil i aliquo istorū possit causare: adhuc pōt docere ⁊ a diabolo defendere hominem quem custodit.

Quantū ad primū: pono duas conclusiones.

¶Prima est: q̄ angelus potest ab organo phantasie ⁊ etiam a toto hoīs corpore remouere oīa impedientia actū intelligēdi. ¶Hec apparet. q̄m cōstat angelum posse mouere nō tñ seipm sed etiam aliud mobile sibi psens. sed angelus hominē custodiēs potest esse inetrius intra corpus hoīs quē custodit. ergo pōt inde oē quod ibi cernit existere impedituū actus intelligēdi puta humorē indecentē vel spiritū remouere / vel eo⁹ turbationē sedare. ¶Ex eodē medio pōt probari q̄ si phantasmata sunt in

phantasia seu in eius organo aliqua necessaria ad intelligendum potest ipsa ab organo vnius ad organum alterius transmutare: ⁊ hoc transmutando simul ipsorum subiectū: puta aliquē spiritum vel humorem si tali mediante sunt in organo phantasie. si em̄ imediate essent in organo / hoc nō posset: cū talia phātasmata ponant̄ esse accidētia q̄ de vno subiecto ad alterū nisi mediāte aliq̄ ipoꝝ subiecto imediate nō possint naturalit̄ trāsmutari. ¶ Scđa cōclusio est: ꝙ angelus nō pōt in corpore hoīs producere formā aliquā absolutā / hoc nō ē demōstrabile nec naturaliter cognoscibile: sed supponit̄ ⁊ creditur ex dictis sanctoꝝ et doctoꝝ catholicoꝝ / vt Augustini et alioꝝ. ꝙ em̄ aliquod ens puta ignis possit ꝓducere calorem / ⁊ nō frigus: hoc nō est nobis notū: nisi a posteriori: vꝫ q2 videmus ad eius p̄sentiā sequi caliditatē ⁊ nō frigiditatē. ⁊ ita notitia qua scit̄ de aliquo cuius est ⁊ cuiꝰ nō est ṗncipiū ꝓductiuū / p̄supponit notitiā illius intuitiuā: quā nos de āgelo nō habemꝰ. q̄re ⁊c. ¶ Hec de p̄mo.

Quantū ad secundū: pono consimiles alias duas ꝯclusiones. ¶ Prima est: ꝙ angelus potest mouere localit̄ animam siue corpori ꝯiūctam siue a corpore separatā. ¶ Hec appet. qm̄ mouere potēs totū hominē / ⁊ animā. sed angelus pōt mouere totū hominē vt apparet de angelo Abacuc de Judea in Babylonē trāsferēte / vt dicit̄ Daniel. 14. Q2 etiā aīam a corpore separatā possit mouere / apparet de aīa illius mēdici Lazari defuncti portata p angelos in sinū Abrahe: vt dicit̄ Lu. 16. ¶ Sed nūquid etiā ecōuerso aīa separata posset mouere angelū? ¶ Ad hoc videtur dicēdū ꝙ sic ipo angelo se moueri ꝑmittēte: nō aūt renitente eo: cum fortior ⁊ potentior sit q̄ ipsa. ipso autem permittēte nō videtur anime difficilius mouere angelum q̄ corpus sibi ꝯiūctum. ¶ Secūda cōclusio est: ꝙ angelus nō potest causare aliquid in anima corpori cōiūcta: sed bene in ipsa a corpore sepata. ¶ Hec quātū ad primā partē / ꝓbat̄. qm̄ si aliq̄d posset causare i ipsa corpori ꝯiūcta: aut illud eēt species aut actus vel habitus vel illud intelligibile signum qđ causat in angelo cui loquit̄. Sed nō potest dici ꝙ sit species. quia talis si ponatur a nullo nisi vel ab obiecto vel a phātasmate ⁊ ab itellectu vt dicūt q̄ ipsam ponūt causatur. nec actus nec habitus: vt patet ex q̄stionibꝰ de locutione angeloꝝ. nec tale itellectuale signū: quia vt patet etiā in eisdem q̄stionibus / angelus non potest loqui intellectualiter aīe intellectuali coniūcte corpori. g̃ ⁊c. ¶ Secūda pars huiꝰ ꝯclusiōis: vꝫ ꝙ possit causare aliquid in anima separata / appet. q2 pōt itellectualiter ipi loqui. sed cuicūq3 itellectualiter loquitur imprimit tale signū: vt in predictis questionibus fuit dictum. ergo ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quantū ad tertium: pono alias duas conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ licet angelus custodiens hominē nihil causet in eo: potest tm̄ ipm docere ⁊ de facto interdū docet. ¶ Hec ꝯclusio apparet quantū ad primā partē. q2 nec hō docēs sensibilit̄ aliquē aliquid causat i ipso. nō em̄ causat actū nec habitū: sed tm̄ ꝓducit seu format in medio coram eo aliquod sensibile signū obiecti significatiuū in q̄ ipi p̄sentat obiectū ipꝫ significatū: circa qđ ipse audiēs nō aūt docens elicit in se intelligēdi actū per quē acquirit itellectiuū habitū. ergo ⁊c. ¶ Secūda pars huius conclusionis: vꝫ ꝙ de facto homines ab angelis doceātur / appet. qm̄ scđm Dionysium reuelatiōes fiunt per eos hominibus. sed reuelare alicui aliquid ipsi ignotum / non est aliud q̄ docere ipm. ergo ⁊c. ¶ Sed tūc est dubiū quomodo angeli docere possint homines eis aliqua reuelando: cum nō possint eis sensibiliter loqui / nec etiā intellectualiter in statu p̄senti. ¶ Ad hoc respōdet̄ ꝙ angelus pōt docere hominē vtēdo rebus ipsis: vꝫ p̄sentando sensibus vel specibꝰ vt dicūt alij naturaliter significātibꝰ vel etiā signis sensibilibꝰ puta vocibꝰ mediantibus: nō tamen sine corpore mediante. nec em̄ ipse est sine aliquo mediante assumpto corpore taliū formatiuus. ¶ Secūda cōclusio est: ꝙ etiam potest custodire hominē ⁊ custodit: licet nihil causet in ipo. ¶ Hec apparet. quia nihil causando in homine potest repellere diabolū impugnātem. sed constat ꝙ repellens demonē inuadētē custodit hominem quem ipse repulsus diabolus inuadebat. ergo ⁊c. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem duodecimam / in qua Magister determinat de creatura pure corporali et corruptibili / cum omnis talis sit materialis: ideo primo quero vtrū potētia materie passiua sit aliquid per se vnū distinctū ab ipsa materia in re extra. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄ propria passio est in re extra distinctū aliquid a subiecto: cum idem non possit esse passio sui ipsius. sed potentia passiua vel receptiua substantialis forme est ꝓpria passio materie. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia materia p seipsam est in potentia passiua ad omnē possibilem sibi formā. sed qđ seipso est tale / nō est tale aliquo mediante a se distincto. ergo potentia passiua qua materia dicitur esse in potentia ad formā et eius receptiua est ab ipsa indistincta totaliter in re extra. ¶ Respōsio. vbi est primo inquirēdū an materia sit entitas aliqua ab omni forma realiter distincta. Scđo est respondendū ad questitum: an vꝫ a sua potentia sit distincta / an totaliter indistincta.

Quantum ad primum: est opinio quorūdam dicētiū ꝙ materia nō habet esse aliquod actuale: sed mere potentiale. ¶ Pro ista opinione arguitur primo. q2 ex duobus in actu nō potest aliquid fieri p se vnū. sed ex forma ⁊ materia fit substātia cōposita p se vna. ergo hoc est q2 alterū horū est actus vt forma / ⁊ alterū potētia vt materia. ¶ Scđo. q2 si materia eēt ens actu / generatio eēt alteratio. qm̄ vt phs arguit p̄mo de gn̄atiōe cōtra ponētes subiectū gn̄atiōis esse aliquod ens i actu oē qđ aduenit enti i actu est accn̄s. sed terminꝰ gn̄atiōis aduenit materie. ergo erit accidens / ⁊ p ꝯn̄s gn̄atio erit alteratio: si materia sit ens actu. sed hoc est falsum. g̃ ⁊c. ¶ Tertio. q2 scđꝫ phm. 5. metaph. materia nō est q̄d nec quale / nec aliquid alioꝝ generū. ¶ Quarto. q2 idē phs probās ꝙ gn̄atio nō est motus / arguit sic. illud qđ gn̄at̄ nō est: sed qđ mouet̄ est. ergo ⁊c. Sed cōstat ꝙ phs in ista rōne accipit gn̄abile seu gn̄atū ⁊ motū seu mobile subiectiue. genitū aūt subiectiue est ipsa materia. ergo materia scđm eū nō est ens aliqđ in actu. ¶ Quinto. q2 oē qđ est ens actu scđꝫ se / ē scibile. ꝫ mat̄ia vt dicit̄. 5. phy. nō ē scibil̄ nisi p analogiā ad formā. ergo ⁊c. ¶ Sexto. q2 fm phm. 1. de gn̄atiōe / per hoc differt gn̄atio ab alteratione q2 in gn̄atione totū transit in totū: nō aūt in alteratione. sed si materia esset ens actu / nō in generatione magis q̄ in alteratione totū trāsiret in totū: cū materia ponat̄ cōmunis genito ⁊ corrupto. ergo ⁊c. ¶ Cōtra opinionē istā arguit̄. qm̄ aut generās distinguit̄ a creāte p hoc q2 gn̄ans supponit contrariū: aut q2 supponit subiectū sue actiōis t̄mini receptiuū. constat em̄ ꝙ oīs causa secūda agēs / aliq̄d p̄suppōit p qđ distīguit̄ a creāte. Sꝫ nō pōt primū poni: qm̄ priuatio seu presuppositio cōtrarij non

est necessaria ad agendū alicui agenti. nō em̄ ad actionē aliquid facit: sed magis ipaꝫ impedit. ergo relinquit̄ secundū. sed qđ est subiectū p̄suppositū / oportet esse aliqđ ens in actu. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q2 nisi materia esset aliquod ens in actu a forma distinctū / nulla generatio nec corruptio esset possibilis. ꝯn̄s est falsuꝫ: ergo ⁊ an̄cedēs. ¶ Cōsequētia ꝓbat̄. qm̄ actio cuiuscūq3 cause secūde p̄supponit subiectū tāq̄ ens actu forme ꝓducibilis receptiuū. sed materia est subiectū generationis ⁊ corruptionis. ergo nisi sit aliq̄d in actu / nihil generari poterit nec corrumpi.

Et ideo aliter est dicendum. Ad cuius euidentiā pono tres cōclusiones. ¶ Prima est: ꝙ materia est ens aliquod positiuū a forma distinctū. ¶ Hec probatur. Primo. q2 materia vere et realiter est a deo creata ⁊ ingenerabilis ⁊ incorruptibil̄. sed omne tale habet esse aliquod ens positiuū. ergo ⁊c. ¶ Scđo. q2 materia ē de essentia cōpositi siue subiectū forme cōpositi. sed ipossibile est aliquod ens actu quale est forma substantialis recipi subiectiue nisi in ente aliquo positiuo actualiter existēte: nec cōpositū esse cōpositū nisi ex ꝑtibus actualiter existētibus. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur primo. q2 scđm phm. 3. physic. ⁊. 5. metaph. materia ē qua inexistente fit res. Scđo. q2 nisi mat̄ia diceret aliquā entitatē / substātia materialis habēs materiā ꝑtē sui nō esset cōpositior q̄ substātia spiritualis carēs materia: qđ est falsuꝫ. g̃ ⁊c.

Secunda conclusio est: ꝙ materia est ens in actu. ¶ Hec ꝓbat̄. q2 p ens actu nō intelligo nec intelligi debꝫ in ꝓposito aliud q̄ ens actualiter existēs. sed ꝯstat ꝙ materia actualiter ē existēs. ergo ⁊c. ¶ Preterea. q2 aut dicētes materiā nō esse in actu sed tm̄ in potentia seu esse entitate potētialem nō actualē: aut intelligūt ipsam esse potētialē solū q2 receptiuā forme substantialis: aut q2 in se nō ē quidditatiue aliqua entitas actualis. Si primo modo vocant materiam potētialem: vꝫ q2 forme receptiuā: cōcedo. sed ex hoc nō sequit̄ ꝙ ipā nō sit scđm se entitas actualis: imo magis cōtrariū: cū solū ens actu existēs / ⁊ nullum aliud sit receptiuū entis actualiter existētis seu actualis / quale est oīs forma substātialis. ¶ Cōfirmat̄. q2 sicut materia dicit̄ ens in potētia q2 forme subiectū receptiuū: ita ⁊ ipsa substātialis forma pōt dici ꝯsilr ratiōe ens potētiale: q2 est ipsiꝰ forme cuiꝰ materia ē subiectū susceptiuū / ṗncipiū ꝓductiuū. nō em̄ minus effectiuū ṗncipiū est i potētia ad effectū q̄ subiectū receptiuū ad receptū. Forma etiā ipsa substātialis ē in potētia ad materiā: nō minus q̄ ecōuerso materia sit i potētia ad ipsaꝫ. nō minꝰ em̄ forma substātialis materialis est in materia realiter receptibilis q̄ mat̄ia sit ipsius realiter receptiua. sed ꝯstat ꝙ licet for̄a sit i potētia ad aliā formā ab ea ꝓducibilē: ⁊ ad aliā materiā ipa infor̄abilē: nō ꝓpt̄ hoc sequit̄ ꝙ forma ipa non sit scđm se vera entitas actualiter: imo magis cōtrariū: cū nihil nisi ens actu possit esse alicuiꝰ entis realis principiū ꝓductiuū: nec possit actualiter recipi in subiecto. ergo ꝯsilr i ꝓposito est dicēdū de mat̄ia: vꝫ ꝙ q2 est i potētia passiua et subiectiua ad formā substātialē nō sequit̄ ꝙ scđꝫ se sit entitas potentialis: sed potius actualis: cū nō magis illđ qđ nō est actu seu actus possit aliq̄d recipe subiectiue / q̄ producere effectiue. quare ⁊c. ¶ Ex p̄dictis appꝫ ꝙ nō potest itelligi materiā esse entitatē potētialeꝫ scđo mō: vꝫ sic ꝙ scđm se non sit aliquid actuale.

Tertia conclusio est: ꝙ materia est entitas actualior quacūq3 forma accn̄tali. ¶ Hec ꝓbat̄. q2 qđlibꝫ existēs actualiter quāto ꝑfectius tāto actualius sed materia cū sit substātia est ꝑfectior omni accn̄tali forma. ergo est etiā actualior.

esse ꝙ̄ alibi ad qō inde recedēs accedit. quare ⁊c. ¶ Cō
firmatur primo. quia si motus orbium esset a formis ip
sorum sicut motus elementorꝫ/oēs mouerētur cōsimi
liter ⁊ ad eandem partem: qō est falsuꝫ. Secundo. quia
quanto corpus est maius/ tanto eius motus qui est for
ma sua ē velocior. sicut ad sensum apparet de motu gra
uium ⁊ leuium. quanto enim corpus leue est maius tan
to mouet sursum ⁊ graue deorsum velocius. sed contra
rium est in corporib⁹ superioribus. sphere eñ maiores
sunt in motu tardiores/⁊ minores velociores. ergo ⁊c.

Ex predictis sequitur ꝙ motus hmōi
corporum superiorꝫ habet esse a motore vel motorib⁹
extrinsecis eis cōiunctis. ¶ Sed tūc est dubiū quis sit
hmōi motor extrinsecus mouens celuꝫ. Ad hoc dicitur
tam a philosophis ꝙ̄ a theologis ꝙ est intelligētia nō
prīa omniuꝫ causa: sed alia creata. Hoc tamen nō video
ꝙ ratione aliqua sit notuꝫ/nec in scriptura clare expres
sum. Unde licet possit naturaliter probari celum ab ex
trinseco moueri/nō autē a quo extrinseco: an vcꝫ a crea
to an increato: pōt tamen ex vniformi volubilitate mo-
tus euidenter probari motorem esse infatigabilem: si-
cut ⁊ philosophi probarunt. Credēdū etiam est/licet nō
sit per rationem notuꝫ/quia ⁊ ad hoc est communis opi
nio tā sanctorū ꝙ̄ etiam philosophorū/celuꝫ moueri ab
aliq̄ motore creato: puta ab angelo nō tm̄ a deo. Quot
sūt etiā sphere mote tot sūt āgeli ipās mouētes. Hōpꝫ
aūt hic q̄rere ꝑ quā potētiā mouēt: an vcꝫ ꝑ volūtatē an
ꝑ executiuā potētiā: ꝙ vt īferius in sequētibus ostēdet
hmōi potentie nō dicūt distinctū aliqd ab essentia ꝑter
actus. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio
dicendū: ꝙ hmōi motus nō est simpliciter seu totalr na-
turalis: q² nō est a forma mobilis: nec totaliter violētus
q² nō est ꝯ naturalē īclinationē seu dispositionē mobilis
mō quo graue dicit moueri violēter sursum: q² inclinat
ad oppositū. sed pōt dici motus volūtarius vt cōparat
ad ꝑncipiū mouēs naturale vt ad dispositionē mobil' ī
ordine ad aliquē aliū motū rectū: ad quē celū q² rotun-
dū nō est sic dispositū vt ad istū. vt aūt cōparat ad alium
motū/puta ad cōtrariū circularē: nec naturalis potest
dici nec violētus: sed neuter: cum ipsum mobile celum
sit eque dispositum ad vtrunqꝫ.

Tertio quero de elementis que
fuerūt facta tertia die. Utrū elemēta mouea-
tur ad loca ꝓpria totaliter a seipsis. ¶ Et vi
det ꝙ sic. quia illud qō mouet quocūqꝫ mo-
tore alio circūscripto/nō mouet ab alio ꝙ̄ a seipso. sꝫ ele
mētū mouet ad locū sibi debitū omni alio circūscripto:
vt apparet de igne moto sursum ⁊ de terra ⁊ de omni
alia re graui mota deorsum. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. quia cor
pora celestia sunt nobiliora ꝙ̄ ista: sed motus illorū non
est ab eis sed ab alijs: vt dictum est in alia questione. er-
go ⁊c. ¶ Responsio. vbi primo videbitur: an forme ele-
mētorꝫ substātiales sint ītēsibiles ⁊ remissibiles. Secū-
do. an sint in seipsis ꝓductiue suarū ꝓpriarū/quas sibi
determināt/naturaliū qualitatum. Tertio. an a seipsis
an ab alio moueantur.

Quantum ad primum: supposito vt cō
muniter cōceditur ꝙ forma oīs intensibilis intēdatur
per partes seu gradus forme eiusdem rationis vnitos:
vt forma intensa/puta albedo non differat ab albedine
remissa: nisi quia plures habet in se gradus albedinis
seu partes ꝙ̄ illa: videt hoc cōcesso cōsequēter eē dicen
dū ꝙ forme elemētorꝫ substātiales sunt forme intensibi
les ⁊ remissibiles. qm̄ oīs forma diuersas habens par-
tes eiusdē rationis vnibiles sic ꝙ vna nō sit extra aliaꝫ
est forma intensibilis ꝑ appositionē taliū partium: ⁊ re
missibilis ꝑ substractioneꝫ ipsarum. ¶ Hoc apparet ex
supposito. nec enim albedo prius remissa arguitur nec
ꝓpter aliud intendi dicit nisi q² sibi alia albedo ab ipsa
indistās apponit. nec propter aliō etiā remittit: nisi q²
aliqua pars sibi substrahit. Dico aūt albedinem intē-
di per aliā ei appositā ac ab ea indistantem: qm̄ nec al-
bedo plures hñs extra se partes est ītēsior lꝫ extēsior. ī-
mo albedo pauciores hñs partes tñ īdistātes est ītēsi
or alia albedine habente plures: sed distantes ⁊ extra
seinuicem existentes: vt apparet de albedine equi ⁊ de
albedine margarite. sed forma cuiuslibet elementi ha-
bet multas partes eiusdē rationis. quarum vna potest
vniri alteri nō tm̄ distāter sed etiā īdistāter. nō est eñ ī-
possibili⁹ plures partes forme ignis vel aque vel terre
vel aeris esse in eadē parte materie ꝙ̄ plures partes al
bedinis in eadē parte subiecti. ergo ⁊c. ¶ Ex eodē me-
dio sequit vt videt/pmo. ꝙ oīs alia forma substātialis
mixti diuisibil' plures vcꝫ habēs ꝑtes eiusdē rōnis vni
biles/est intensibilis ⁊ remissibilis. ¶ Secūdo ꝙ nulla
forma substātialis indiuisibilis vt angelus vel aīa ra-
tionalis/est intensibilis nec remissibilis. ¶ Primū ap
paret. q² vbicunqꝫ reperit cā p̄cisa ⁊ adequata alicuius
effectus/debet cōcedi ⁊ poni ille effectus. sed p̄cisa cau-
sa ⁊ adequata susceptionis magis ⁊ minus in formis ē
vt supponit pluralitas ⁊ diuersitas graduū seu partiū
vnibiliū ipsarū formarū. ergo ⁊c. ¶ Secūdū sequit ex
eodē. qm̄ si nulla forma intēdit nisi q² sibi aliqd appo-
nit eiusdē rationis cū ipsa: nec remittit nisi q² aliqua
pars ei substrahit: cui nec potest aliqd eiusdeꝫ rationis
addi nec substrahi/nec intēdi potest nec remitti. sed for
me īdiuisibili nō potest aliqua pars addi nec substrahi
cū nullas habeat nec possit habere partes sibi intrinse-
cas. ꝙ ⁊c. ¶ Et si cōtra hoc arguat: q² forma substantia-
lis oīs introducit in instāti. est eñ gñatio oīs forme sub
stātialis non successiua vt alteratio: sed instātanea. for-
ma aūt intēsibilis nō in īstāti sed successiue introducit
quare ⁊c. ¶ Ad hoc pōt dici: ꝙ licet forma substātialis
introducat in instanti: q² vcꝫ introducit ī materia dispo
sita tota simul ⁊ tāta quāta pōt ab illo agente introdu-
ci nō absolute sed illa manēte: quia videlicet nō potest
post illā aliā introducere in eadem parte materie: tñ ex
hoc nō sequit formam ipsam non posse secūdū se inten-
di nec remitti: quia etiā calor modo cōsimili in ipō igne
genitus introducit in instāti: q² videlꝫ simul tot⁹. nec tñ
ex hoc sequit ꝙ ipse remitti nō valeat nec intendi. qua-
re ⁊c. ¶ Cōfirmat. quia cū non minus forma substantia
lis ignis sit diuisibilis in partes ꝙ̄ forma caloris: nō mi
nus videt posse eē in eadē parte materie plures vel pau
ciores partes ignis ꝙ̄ in eadē parte tot⁹ ignis vel for
me substantialis plures partes caloris. sed ideo calor ē
intensibilis ⁊ remissibilis: quia plures ei⁹ ꝑtes vel pau
ciores īdistātes ⁊ sil' esse possunt. ꝙ ⁊c. ¶ Hec de pmo.

Quantū ad secūdū videtur esse dicēdū
ꝙ sic. Quod probat ab aliqb⁹ ꝑ hoc. q² qō ē ꝓductiuū
principiū alicuius in altero/⁊ in seipso si est receptiuuꝫ
illius. sed ignis est ꝓductiuus caliditatis/⁊ aqua frigi
ditatis in alio. ergo quodlibet horꝫ est ꝓductiuū hmōi
q̄litatis in seipō: cū ipsuꝫ sit eius receptiuū. ¶ Sed ista
ratio nō cōcludit. Primo: q² nō magis potēs aliqd pro
ducere in alio sequit ꝙ possit illud ꝓducere in seipso li-
cet eius receptiuo: ꝙ̄ ecōuerso oē ꝓductiuū principiū
alicuius in seipso sit ꝓductiuū eiusdē rationis in alio li
cet receptiuo ipsius. sed natura intellectualis est produ
ctiua in se actus intelligēdi ⁊ volēdi: nō tamē in aliqua
alia licet receptiua ipsius: vt dictū est in materia de lo-
cutiōe angelorꝫ. ergo ⁊c. ¶ Secūdo. q² negaret illa mi
nor assumpta: qñ dicit ꝙ ignis ꝓducit calorē in alio. di
ceret eñ ꝙ calor non est a forma substantiali ignis sed
ab accidentali videlicet a calore: sicut frigiditas a frigi
ditate aque. hinc est ꝙ aqua nō pōt infrigidare aliquid
postꝙ̄ frigiditatē ꝑdidit calefacta. Et ideo alit ad ꝓpo
sitū est arguendū sic. oē illud qō positū sequit aliud oī
alio circūscripto/dicit esse ⁊ arguit a posteriori cā ipsi⁹.
sed ad ignem productum sequit in ipso caliditas ⁊ ad
aquā frigiditas oī alio ab ipā circūscripto. ⁊ sic de alijs
omnibus qualitatibus proprijs quorūlibet aliorū ele-
mentorꝫ. ergo ⁊c. ¶ Maior est euidēs. q² nō est alia via
ad sciendū aliqd esse alterius causam/nisi quia ad ipsaꝫ
sequit illud quocūqꝫ alio circūscripto/vcꝫ ente creato.
nihil eñ potest esse suijpsius causa. ergo si non sunt nisi
aliqua duo ad quorꝫ vnū sequit alterū/oportet vnū esse
alterius causam. sed illud qō sequit ad alterū nō potest
esse illi⁹ causa. ergo habet esse necessario ecōuerso. qua-
re ⁊c. ¶ Minor vcꝫ ꝙ ad ignē productū sequat ⁊ ad qō
libet aliud elemētū accñs suū propriū quocūqꝫ alio cir-
cunscripto/ apparet ad sensuꝫ. nō enim potest esse ignis
nō calidus nec aqua non frigida naturaliter: sed tm̄ ab
extrinseco violēter. quare ⁊c. ¶ Nec valet si dicat ꝙ hu
iusmodi accidētia sunt in eis a gñante vel ab aliq̄ alio
extrinseco agente. quia ad sensum apparet cōtrariū de
aqua calefacta calorē in se ītroductū corrūpēte/⁊ se ad

frigiditatē reducēte nullo agēte alio extrinseco mediā
te. nõ minus aũt ignis est in se caliditatis ꝑncipiũ ꝓdu
ctiuũ ꝙ̃ aqua frigiditatis: ⁊ sic de quolibꝫ alio elemēto
respectu sue ꝓprie qualitatis. quare ⁊c. ¶ Hec de scḋo.

Quantũ ad tertiũ & vltimũ dicendum
est omnibus aliis modis dicēdi variis pretermissis/ ꝙ
quodlibet elementũ quod mouetur motu sibi debito/ vt
ignis: ⁊ quodcũqꝫ aliud corpus leue sursũ/ ⁊ graue deor
sum/ mouet seipsum ꝑ propriã substantialē formam pu
ta leue per leuitatē sursum: ⁊ graue ꝑ grauitatem deor
sum. Quod apparet ꝑ rationē factã in articulo precedēti
vꝫ quia leue omni agente creato alio circũscripto seu
mouente mouet̃ sursũ ⁊ graue deorsũ. ergo sicut ignis
arguit̃ esse principium productiuũ caloris: quia ad ipꝫ
sequit̃ calor omni alio circunscripto: ita cõsimili ratiõe
potest argui: ꝙ mouet seipsum sursum ⁊ graue deorsũ.
¶ Sed est dubium quales sunt hmõi forme/ vꝫ graui
tas ⁊ leuitas: que ponunt̃ esse principia taliũ motuum.
¶ Ad hoc cõmuniter respondet̃ ꝙ sunt forme acciden
tales absolute de genere qualitatis: non autē de genere
substãtie. Quod ꝓbant aliq̃ ꝑ hoc: quia ĩpossibile est vnũ et
idem per idē esse mouēs ⁊ motũ. alia enĩ est ratio mouē
tis ⁊ alia mobilis. sed totũ corpus leue ⁊ graue cõposi
tum ex forma substantiali ⁊ materia est naturalit̃ mo
bile. ergo oportet in ipso ponere aliquid ab ipso distin
ctum qḋ sit ratio mouendi ipsum. hoc aũt nõ est nisi gra
uitas ⁊ leuitas. ergo ⁊c. ¶ Sed cõtra istũ modũ dicēdi
licet cõmuniorem arguo. quoniã vbi totũ est motuꝫ ibi non
potest distingui inter mouēs ⁊ motum/ sic vꝫ ꝙ sit ali
quid mouens non motum. sed quicquid est in graui mo
to deorsũ ⁊ in leui moto sursum/ totũ mouet̃ cũ corpore
ipso moto ex forma ⁊ materia cõstituto. ergo nõ põt po
ni in ipso aliqua forma accidentalis/ que tantũ sit mo
uens ⁊ non mota. ⁊ per cõsequēs falsum est illud quod
assumit̃/ vꝫ ꝙ idem non possit esse mouens ⁊ motum.
¶ Confirmatur. quia nõ magis in talibus corporibus se
mouētibus naturaliter motibꝰ ꝓpriis et determinatis
oportet distiguere iter mouēs ⁊ motũ ꝙ̃ in anima sepa
rata vel in angelo. sed nec in angelo nec in anima se mo
uente est dare duo aliqua distincta/ quorũ vnum sit mo
uens ⁊ reliquũ motum. totũ enĩ est ibi mouens ⁊ totum
motũ: cũ potentia motiua nõ differat (vt postea videbi
tur) a re mota. ergo ⁊c.

Et ideo dico aliter. Ad cuius euidentiã
pono duas ꝯclusiones. ¶ Prima est. ꝙ nec leuitas nec
grauitas sunt forme accidētales distincte a formis sub
stantialibus grauis ⁊ leuis: nec alicuius alterius rei le
uis vel grauis. ¶ Hec ꝓbatur. quia qḋ potest seipõ esse
tale nullo alio mediante/ nõ est ponendũ ipsum esse tale
aliquo mediante. ab ipso realiter differēte. sed oĩs res le
uis seipsa potest esse ⁊ ē leuis. ¶ Hoc apparet. omnino
enĩ videt̃ irrationabile dicere vnã rē aliquã fieri leuem
nec leuiorē ꝑ alterã sibi appositã: nec vnam rem nõ gra
uem fieri per aliam sibi appositã grauiorem. quia sicut nõ
album nõ fit magis albũ sꝫ simplr̃ albũ ꝑ albũ: ita nec
nõ graue fit ꝑ alterũ magis graue/ nec nõ leue magis le
ue. aut ergo forma substãtialis leuis/ puta ignis/ ē leuis se
ipsa ⁊ forma grauis substantialis similiter seipsa gra
uis/ aut nõ. si nõ: ergo nec leuis est leuior propter leuitatē si
bi additã: nec forma grauis grauior ꝓpt̃ grauitatē: nec
ꝑ ꝯñs propter leuitatē leue esset magis natum moueri
ad sursum: nec ꝓpter grauitatē forme substantialis gra
ue ad deorsum. ¶ Si dicat̃ ꝙ forma substãtialis ex se
nõ est grauis nec leuis: ⁊ ideo nec leuitate efficitur ma
gis leuis sed simplr̃ ⁊ totaliter leuis: nec grauitate ma
gis grauis: sed simpliciter grauis. ¶ Cõtra: quia tũc seq
retur ꝙ forma substantialis leuis non moueret̃ natura
liter sursum: nec grauis deorsum: sed tantũ forma acci
dentalis. quoniã sicut illud qḋ nõ est ꝑ se albũ/ ꝑ se nõ disgre
gat visum: ita nec illud ꝑ se mouet̃ sursum qḋ nõ est leue
per seipsum sed tantũ ꝑ alterũ ab ipso realiter distinctũ
ergo substãtialis forma ignis nõ mouet̃ naturaliter ad
sursum: nec forma grauis ad deorsũ. hoc aũt videt̃ incõ
ueniens. ergo cõcedendũ est alterũ: qḋ est propositũ/ vꝫ
ꝙ forma substantialis leuis seipsa est leuis: ⁊ forma gra
uis seipsa est grauis. ¶ Cõfirmatur. quia nulla apparet
ratio quare magis aliq̃ forma accidētalis ignis possit ꝑ
se esse leuis ꝙ̃ forma substantialis eius: nec forma acci
dentalis grauis ꝙ̃ forma substantialis. tũc enim forma
substãtialis ignis posset effici grauis cũ possit informa
ri grauitate hmõi accidentali: ⁊ forma substãtialis gra
uis effici leuis propter cõsimilē rationē: nec ꝑ cõsequēs
aliqua forma substãtialis quãtũ est ex se esset magis de
terminata ad vnũ motũ ꝙ̃ ad alterũ. quod nõ videt̃ eē cõ
cedēdũ. qḋ enĩ ex se potest esse determinatũ ad aliquid
non oportet ipsum determinari ad illud ꝑ aliq̃d ab ipso
distinctũ. sed nõ minus forma substantialis ꝙ̃ accidēta
lis potest esse ex seipsa ad certũ motum determinata. er
go ⁊c. ¶ Secũda conclusio est. ꝙ esto ꝙ grauitas pone
retur forma accidentalis distincta a forma substantiali
grauis: ⁊ leuis a forma substantiali leuis: nulla istarum
formarum esset motiua: sed tantuꝫ forma substantialis
vtriusqꝫ subiectũ. ¶ Hec probat̃. quia posse mouere est
ꝑfectiõis: nõ aũt esse mobile passiue: imo ĩperfectiõis.
sed qḋ est ꝑfectionis magis debet attribui ꝑfectiori/ ni
si appareat ꝙ ipsi repugnet/ ꝙ̃ ĩperfectiori. ergo omne
motiuũ magis est forme ꝑfectiori mobilis/ puta substã
tiali/ ꝙ̃ accidētali imperfectiori attribuendũ. ¶ Secũ
do. quia sicut se habet mobile indifferens ⁊ indetermina
tum ad diuersos motus: vt substantia intellectiua ⁊ ēt
sensitiua ad omnem naturaliter possibilem sibi motum
ita se habere videt̃ substantialis quecũqꝫ alia res deter
minata ad certum motum ad illum ad quem tãtum est
naturaliter determinata. Sed primũ vꝫ ꝙ est equalit̃
mobile ⁊ motiuũ ad motũ varium: sic se habet ad omnē
motum ad quem est indeterminatum: ꝙ nullo illorũ est
sui motiuũ per aliq̃d sibi appositũ ab ipso diuersum: sed
tantũmodo ꝑ seipsum. nec enĩ angelus nec anima sepa
rata mouet se nec etiã corpus sibi coniũctũ aliqua for
ma accidentali sibi apposita sed tantũmodo semetipsa
ergo consimiliter est dicendũ de graui corpore ⁊ de leui
respectu motus eis naturaliter possibilis determinati.
¶ Confirmat̃. quia omnino videt̃ irrationabile dicere sub
stantiam esse precise mobilē nõ motiuam/ ⁊ agēs tantũ
esse motiuũ: cũ vt dictũ est omñe motiuũ sit perfectiõis ⁊
mobile iꝑfectiõis. ¶ Preterea arguo sic ad idē. si gra
ue ⁊ leue nõ mouent se effectiue per formas substantia
les suas: sed tantum per accidentales eis aduenientes
ac ab eis realiter differentes: sequit̃ ꝙ nõ magis natu
ralit̃ saltē ĩmediate mouerent̃ ꝙ̃ si ab hmõi formis acci
dentalibꝰ separarent̃/ ⁊ ab alio/ puta ab angelo vel a q̃
cunqꝫ alio motore extrinseco/ mouerent̃. sed ꝯsequēs vi
detur incõueniēs. ergo ⁊ antecedēs. ¶ Cõsequētia pro
batur. quoniam accidens non magis est substãtie intri
secũ quidditatiue/ licet sit ĩ ipsa subiectiue: ꝙ̃ vna sub
stantia alteri. immo magis est ab ipsa distinctum ꝙ̃ vna
substantia ab alia distinguat̃. sed qḋ cõuenit alicui per
aliquid magis a se distinctum/ nõ magis illi naturalit̃
conuenit ꝙ̃ idem sibi conueniēs per alterum minus vel
etiam equaliter a se distinctum. ergo si grauitas est for
ma accidentalis/ nõ magis ꝓpter ipsam forma substã
tialis grauis eius subiectum mouebitur naturaliter

deorsum/ ꝙ̃ separata ab ea moueretur per angeluꝫ ipsaꝫ
impellentē vel ꝑ quēcũqꝫ motorē aliũ ipsi cõiunctuꝫ ab
ipsa nõ magis distĩctũ ꝙ̃ grauitas distiguat̃. ¶ Si dicat̃
ꝙ nõ est simile ꝓpter duo. Primo quia grauis substantia in
format̃ grauitate: nõ sic aũt ipsam motor alius informa
ret. Secũdo. quia substantia grauis licet ex se nõ sit sui
motiua deorsum: tamen ex se sibi determinat formã sui
motiuã: sine qua nõ potest esse naturaliter sed supnatu
raliter tãtũ. ⁊ ideo dicit̃ moueri naturaliter nõ quia se mo
ueat sed quia ab alio qḋ sibi naturalit̃ determinat mo
uetur. nõ aũt sibi determinat quodcũqꝫ mouēs extrinse
cuꝫ: sed tantũmodo grauitatē/ ⁊ leue leuitatē. quare ⁊c.
¶ Ista nõ obstant. quoniã graue nõ mouetur velocius
deorsum quia grauitate informatũ: ꝙ̃ si ipsi tñtũ esset cõ
iunctum. nõ enĩ grauitas mouet formã grauis substan
tialē/ nec leuitas formã leuis propter aliquã informa
tionē: sed tantũ propter ipsorũ/ vꝫ grauitatis cũ substã
tia graui/ ⁊ leuitatis cũ leui ꝯiũctiõeꝫ. vñ si grauitas sic
substantie vniret̃ ꝙ per ipsam substãtia nõ informaret̃
nihilominus ꝑ eã sicut modo substantia moueret̃. ergo nõ
alit̃ grauitas mouet graue/ nec leuitas leue: ꝙ̃ vtrunqꝫ
horũ a grauitate ⁊ leuitate separatum moueret̃ ab alio
motore extrinseco sibi coniuncto. Et ita apparet ꝙ pri
mum non valet. Nec secundũ: quoniã licet per illud sal
uetur ꝙ grauitas est naturaliter in substantia graui/
⁊ leuitas in leui: sicut calor in igne: ex hoc tamē nõ seq̃t̃
nec habet̃ ꝙ substantia grauis naturaliter moueat se
metipsam: nec ꝙ naturaliter magis moueat̃ a grauita
te/ nec leue a leuitate: ꝙ̃ a quocunqꝫ motiuo alio extrin
seco moueret̃ si sibi cõiungeretur. quare ⁊c. ¶ Cõfirma
tur. quia non magis forma grauis sibi determinat natu
raliter grauitatē: supposito ꝙ grauitas sit talis accidē
talis forma a substantia grauis distincta/ ꝙ̃ aqua frigi
ditatē/ vel ignis caliditatē. sed licet ignis sibi determi
net calorē/ non tñ ꝓpter hoc aliquod corpus ipsi appro
ximatum dicit̃ sic naturalit̃ ab igne calefieri: sed ab eiꝰ
calore: nec ab aqua infrigidari/ sed ab eius frigiditate
propter qḋ nec infrigidari potest ab ipsa amota ab ea fri
giditate. ergo ꝯsimiliter in ꝓposito/ nec substantia gra
uis naturalr̃ mouet̃ deorsum/ nec substantia leuis sursũ
magis propter talia accidentia eis apposita: ꝙ̃ moue
retur ab eis separata a quibuscũqꝫ aliis motoribus eis
cõiunctis. ¶ Consequentia est euidens. quia sicut subie
ctum aliquod est ad formã aliquã recipiendã/ vt mate
ria ad formam substantialē/ in potentia tantũ passiua:
⁊ nullo modo actiua: ⁊ ideo non magis eaꝫ naturaliter
recipit ab vno ꝙ̃ ab alio: sed eque naturaliter est eius re
ceptiua a quocunqꝫ ipsius virtualiter contentiuo: ita si
forma substantialis leuis ⁊ grauis est mobilis tantum
passiue ex se ⁊ non actiue/ eque naturaliter poterit mo
ueri passiue a quocunqꝫ principio eius motiuo actiue:
nec per consequēs propter aliquam accidentalem for
mam sibi vnitam magis naturaliter mouebitur ꝙ̃ sine
ipsa ab alio posset moueri. hoc aũt est incõueniēs. ergo
⁊c. ¶ Et si contra hoc arguat̃: quia posset esse forma sub
stantialis ignis que nõ posset se mouere sursum: ⁊ ita ꝑ
consequēs si nunc potest/ ab alio a se potest: Dico ꝙ an
tecedens assumptum est falsum. sicut enĩ est impossibi
le esse calorem non calefactiuuꝫ licet possit ne actu ca
lefaciat ꝑ diuinã potentiã impediri: ita est ĩpossibile for
mam ignis fieri nõ motiuam sui sursum: ⁊ formam gra
uis substãtialis deorsum: licet vtraqꝫ possit impediri si
cut ⁊ grauitas ⁊ leuitas si ponãtur ab eis distincte nec
actualiter moueantur. nec magis est inconueniens po
nere formam substantialē ꝙ̃ accidentalē esse necessario
sui motiuã. sed ponentes grauitatē ⁊ leuitatem esse for
mas accidentales a formis substãtialibus distinctas
habent concedere tales formas esse necessario sui moti
uas. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmat̃. quia nõ maius imo minꝰ in
conueniēs est ponere ignē esse necessario sui motiuũ ad
sursum: ꝙ̃ ponere eũ esse caloris in seipso principiũ ꝓdu
ctiuum. quare ⁊c. ¶ Sed est hic dubium: an etiã quodli
bet accidēs substantie grauis: ⁊ etiã materia sit princi
pium sui motiuũ: an tantũ moueatur a forma substãtia
li grauis. ⁊ cõsimiliter est querendũ de accidentibꝰ ⁊ de
materia forme leuis. ¶ Ad hoc videt̃ esse dicēdũ: ꝙ nec
materia nec aliquod accidēs maxime qḋ est eiusdeꝫ ra
tionis in graui ⁊ leui/ est sui motiuũ actiue/ sꝫ mobile tã
tum passiue. quoniã quodcunqꝫ motiuum principiũ eiusdē
rationis aliud a natura intellectiua ⁊ sensitiua est prin
cipium motus determinatiui. sed materia ⁊ aliqua ac
cidentia diuersa eiusdeꝫ rationis sunt in graui ⁊ leui/ ⁊
in graui mouet̃ deorsuꝫ ⁊ in leui ad ꝯtrariũ/ vꝫ sursum.
ergo huiusmodi motus non sunt ab ipsis sed a formis sub
stãtialibus eis cõiunctis. ¶ Et si ꝯtra hoc arguat̃: Pri
mo. quia accñtia ĩ eucharistia sepata a substãtia mouent̃
deorsum/ vt prius cõiuncta substãtie mouebant̃. Secũ
do. quia si nullũ aliud a forma substãtiali est sui motiuũ
ergo quodlibet aliud ab ipsa/ licet ipsi coniunctũ/ violē
ter mouetur ab ipsa: sicut ⁊ forma substãtialis (vt supra
est argutum) violēter non naturaliter moueret̃ si a gra
uitate ab ipsa distincta realiter moueret̃. ¶ Ad primũ
fuit responsum in quarto. Ad secundum dico ꝙ nullum
aliorum a forma substantiali violenter licet ab alio/ mo
uet̃: quia ad nullum motũ contrarium inclinatur. Cõce
dit̃ tamē ꝙ non magis naturaliter mouet̃ a forma sub
stantiali sibi cõiuncta ꝙ̃ ipsa separata ab alio moueret̃.
¶ Et si dicas ꝙ cõsimiliter potest poni dicendo ꝙ gra
uitas ⁊ leuitas sint forme accidētales distincte: Dico ꝙ
nõ est verum. Tũ quia forme substantiales grauis ⁊ leuis
seipsis sunt alterius rationis: ⁊ ideo possunt esse seipsis
principia motiua diuersorum. Tũ quia forma substantia
lis ignis cuiuscũqꝫ materie ⁊ accidenti cõiungat̃ semꝑ
vniformiter mouet̃: nõ sic aũt eius materia nec accidēs
cũ in ipso existens sursuꝫ ⁊ ĩ alio moueat̃ deorsuꝫ. ex quo ar
guit̃ ꝙ motꝰ sursum nõ est ab aliqua accidentali forma
nec a materia: sed tantũmodo a substãtiali forma. qua
re ⁊c. ¶ Sed nũquid forma leuis est sine omni põdere/ si
cut ⁊ omne graue est põderosum? Videt̃ dicēdũ ꝙ nõ. ni
si concedatur ꝙ quilibet posset portare totũ ignē eque
faciliter sicut aliquã partem eius. quorũ enĩ vnum non
plus ponderat ꝙ̃ alterũ eque potest portari ⁊ moueri fa
ciliter sicut ipsum. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationeꝫ
in principio dicendũ ꝙ licet corpora superiora sint nobi
liora ꝙ̃ elemēta: ex hoc nõ sequitur ꝙ sint sui motiua/ ⁊
maxime tali motu quali mouentur.

QVarto quero de corporibus su
perioribꝰ luminosis que fuerunt opus quar
te diei. Utrũ hmõi corpora luminosa superio
ra oĩa sint lucida ex se an aliunde. ¶ Et vide
tur ꝙ ex se: quia omñe lucis subiectũ est formaliter ex se lu
cidum non aliunde. sed quodlibet luminariũ supiorũ est
vniformiter sue lucis subiectum. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia
omnia alia a sole illustrãtur ab ipõ. sed qḋ est tale ab ali
quo nõ existente in ipõ nõ est tale ex se/ sed aliunde. ergo ⁊c.
¶ Responsio. vbi erit videndũ primo an lux cuiuslibet
corporis luminosi superioris fuerit immediate produ
cta a deo: sicut corpus ipsum quodlibet superius lumi
nosuꝫ: an fuerit effectiue ab ipõ corpore lumĩoso eiꝰ sub
iecto. Scḋo. an qḋlibet corpꝰ illorũ habeat ĩ se lucē sub
iectiue ⁊ a se: an a deo: an vtrunqꝫ eorũ ab alio effectiue.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ

non minus quodlibet luminariū superiorū videtur esse siue propie lucis q̄ ignis sui splendoris virtualiter continentiū.sed secūdū Aug.si ignis fuisset ab eterno/ꝛ splēdor ab ipso genitus fuisset cōsimiliter ab eterno.ex quo sequitur q̄ splendor ignis nō est effectiue ab aliquo agēte alio q̄ ab ipso.ergo cōsimiliter videt esse dicendū de superioribus corporibus luminosis respectu lucis ipsorū.nisi dicat q̄ nullū ipsorū se habet ad lucē sibi debitā actiue.nō em̄ sic est notū q̄ sol nec aliquod aliorū corporū superiorū sit sue lucis sicut ignis sui splendoris principiū productiuū.cuius ratio est:quia q̄ aliquid sit alicuius causa nō arguitur nisi quia illud ad ipsuꝫ sequat sed ad ignē naturaliter productum nos videmus sequi splendorem/non ab aliquo alio q̄ ab ipso:nescimus autem an lux corporū superiorum fuerit subsequuta ꝛ producta īmediate a deo sicut ꝛ quodlibꝫ ip̄oꝝ:an a substātia cuiuslibet immediate deo tamen ipsi coagente sicut agit ad effectū aliū quēcunq̄ creatū. ¶Hec valet si dicat q̄ nec etiā nobꝫ ꝓstat an splēdor ignis sit īmediate a deo an ab igne producto.qm̄ non est verisimile/q̄ deplus agat ad splendorem ignis sequentem q̄ ad ignis substantiā precedētem.sed ad substantiā non sic agit dn ipsa etiā sit ab alio q̄ ab ipso.ergo cōsīr ipse splēdor.nō pōt aūt eēab alio q̄ ab igne genito.ꝛc. ¶Hoc premisso apparet quid sit dicendum ad istum articulū.quoniam si corpus luminosum supernum est subiectum suę lucis receptiuum/nō autē principium productiuū:nō potuit lux eius fieri ab ipso sed a deo/sicut ꝛ eius substantia/effectiue.si autē ipsum sit lucis huiusmodi principium effectiuum/potuit vtiq̄ lux eius fieri effectiue ab ipso vel tantū a deo:a quo solo potest esse cuiuscunq̄ cause secūde effectus:ipa secūda causa nihil causante adeū. Quo autē horum modorū fuerit lux creata corporū superiorū an vꝫ precise a deo/an etiam simul cum ipso a corpore lucido/nō habetur expressum/nisi ex hoc arguaꝫ q̄ habetur Genē.ꝑmo.vbi dicitur q̄ fecit deus duo luminaria magna ꝛ stellas.sed luminare includit lucem.quare ꝛc. ¶Sed ex hoc non sequitur nec euidenter arguiꝫ q̄ lux non fuerit effectiue a substantia luminaris:supposito q̄ sit eius virtualiter cōtentiua.quoniā licet effectus causę secunde fiat ab ipsa causa secunda/nihilominus dicit esse ꝛ fieri p̄incipalius a prima causa a qua sunt vniuersaliter omnia.quare ꝛc. ¶Et si contra hoc arguaꝫ.quia si sol in se lucem produxisset / tantam in se produxisset quantā producere ꝛ recipere potuisset:q̄ tamen nō est verum:cum eius lux sit amplius intendēda secūdū illō Esaie.xij.Erit lux lune sicut lux solis:ꝛ lux solis erit septempliciter:Dico q̄ ex hoc non sequit q̄ infertur:qz etiam ignis posset esse calidior q̄ sit:ꝛ etiā ipse posset in se producere calorē aliū ab illo quē habet:cū per diuinā potentiā isto quē habet destructo vel ipo igne infrigidato ignis ipse nō minus corrūperet frigiditatē ꝛ induceret in se caliditatē aliam a priori destructa:q̄ aqua calefacta corumpat caliditatem ꝛ producat in seipsa frigiditatē. Mectn̄ ex hoc sequitur q̄ ignis nō sit causa caloris:quia tantū in se produxit ꝛ simul totum quantuꝫ potest producere non absolute/sed priori simul toto producto manente.ꝛ ita consimiliter si variatus fieret calidior:/hoc non a se ipso sed ab alio haberet fieri effectiue.ita si sol est sue lucis quam actualiter modo habet principium productiuum:nō tamen lux alia qua ista intenditur/erit ab ipso sed a deo tātū effectiue. Q̄ dictū est de sole respectu sue lucis/potest intelligi ꝛ dici consimiliter de quolibet elemento a deo die tertia creato respectu sue propie qualitatis:licet de istis elementis cōstet q̄ sint accidentia suarum huiusmodi qualitatum:ꝛ per consequens q̄ eorum qualitates potuerunt esse ab eis effectiue:q̄ non sic constat vt dictum est de luce alicuius superioris corporis luminosi. ¶Hec de primo.

¶Quantum ad secundum nihil in exemplari nostro est repertum.

Circa distinctionem decimamquintam in qua post q̄ magister determinauit de operibus prime secūde tertie ꝛ quarte diei/determinat de opere quinte diei:q̄ quidez fuit formatio seu productio quorūdam mixtorum/vt piscium ꝛ auium:Quero primo.Utrum in corpore animalis ꝛ cuiuscunq̄ alterius mixti corporis sint actualiter omnia quatuor elementa. ¶Et videt q̄ sic.quia in quocunq̄ mixto sunt actualiter omnia miscibilia/sicut in composito omnia componētia.sed elemēta dicuntur miscibilia/ꝛ quodcūq̄ aliud corpus mixtū respectu ipsorum:sicut etiam omne compositus dicitur ex componentibus compositum.ergo ita sunt in omni mixto actualiter quatuor elemēta/sicut in quocūq̄ cōposito omnia cōponentia. ¶Contra.quia omne mixtū est per se vnum ꝛ vnius determinate speciei.talia autez sunt diuersarum specierum.sed in nullo per se vno videtur esse actualiter forme diuersarum specierum quales sunt forme elementorum.ergo ꝛc. ¶Responsio.vbi primo est videndū q̄ elementa sunt aliquo modo in mixto Secundo est inquirendum quomodo sunt in ipso.

Quantum ad primum:ab omnibus cōmuniter tam theologis q̄ philosophis conceditur oīa corpora corruptibilia alia ab elementis esse mixta:ipsa elemēta miscibilia.ex quo necessario sequitur q̄ elementa aliquo modo sunt in mixto. ¶Confirmatur primo.quia mixtum non potest aliquid esse nisi ex miscibilibus in ipso aliquo mō existētibus:sicut nec oppositum nisi ex componentibus.sed omnia corruptibilia alia ab elementis conceduntur esse mixta/ꝛ ipsa elementa miscibilia.ergo ꝛc. ¶Secundo:quia vnumquodq̄ ex illis componitur in que resoluitur.sed quodlibet mixtuꝫ resoluitur in elementa/vt apparet ad sensum de ligno cōbusto in cineres seu in terraꝫ resoluto:qui cineres nō videntur nouiter generari . non enim possunt effici a ligno/cum ponatur esse corruptum:nec ab igne/cum vnū elementum non sit altertus productiuum:nec per consequēs ignis terre.ergo ꝛc. ¶Tertio.quia ignis ex collisione corporum generatus /aut generatur a forma mixti/aut a forma elementi/vez ignis in mixto contenti, sed primum non videtur esse dicendum:quia nec mixtū continet virtualiter elementum:magis q̄ econuerso elementum contineat ipsum mixtum.ergo ꝛc. ¶Quarto quia secundum Philosophum mixtio est alteratorum miscibilium non corruptorum vnio . sed quod non corruptum sed tantūmodo alteratum manet in aliquo:veraciter ꝛ realiter manet in ipso.ergo ꝛ elementa sic manent in mixto. ¶Sed quia rationes predicte probant elementa esse in mixto non tantum absolute sed etiam isto modo/puta actualiter et formaliter: de quo est in sequenti articulo inquirendum:ideo sufficit eas pronunc accipere prout probant elementa ipa in mixto existere absolute. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum:primo est videndum an in mixto sint elementa potentialiter.Secundo an virtualiter.Tertio an actualiter ꝛ formaliter secundum ipsarum essentias. ¶Quātum ad primum dicitur a quibusdam: q̄ elementa manent in mixto in potentia propinqua non in potētia tantū remota. ¶Primum probaꝫ.quia si elemēta tantū manerent in mixto i potentia remota/nō manerēt in eo aliter q̄ quodlibꝫ maneat i altero:cū,quodlibet maneat in aliquo isto mō sed hoc est falsuꝫ.ergo ꝛc. ¶Sed cōtra hoc arguiꝫ.quoniam illud ꝓpositū est in potentia ꝓpinquiori ad aliud in cuius materia pōt facilius ꝛ citius introduci forma illius.sed in materia vni⁹ elementi facilius ꝛ citius potest introduci naturaliꝫ forma alteri⁹ q̄ in materia mulꝝ mixtoꝝ.citius enim ignis aquam vel aerem corrūpit q̄ lapidem vel ferrū.ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur.qz nullum compositum est ad formā alterius in potentia propinquiori/nisi cui⁹ materia magis dispositā vel minus indispositā est ad ipsum.sed nō omne mixtum est magis dispositū ad quodlibet elementū q̄ quodlibet elemēruz ad alterū.ergo ꝛc. ¶Et ideo arguiꝫ primo:q̄ quodlibꝫ elementū manet in mixto potētialiꝫ.Secūdo.q̄ in vno propinquius q̄ in alio. ¶Primū probaꝫ.quoniā oīne generabile ex aliquo/potētialiter est in ipso.sed ex quo libet mixto est generabile quodlibet elementū.ergo ꝛc. ¶Ex hoc videtur corollarie posse ꝙcludi:q̄ ipa elemēta oīa sint in mixto potētialiter potentialitate actum excludente.quoniā nulla forma su bstātialis existens secundū suam essentiaz actualiter in aliquo/est generabilis ex ipso.ergo si quodlibet elemētū est generabile ex q̄libet mixto/sequit̄ q̄ nullū actualiter seu formaliē sit i ipso.nisi forsan dicerēt q̄ ex mixto nō generanē proprie elementa:sed tantū mixtum resoluitur in ipsa tam in eo actualiē pexistia:sicut cōpositū in cōponētia. Quo supposito/tunc elemēta nō essent in mixto potētialiter/nisi sicut quedaz partes in toto/nec mixto corrupto elementa nouiter generarenē sed tantū ab inuicem diuideren̄ ꝛ realiter separarenē. ¶Secūdū/vez q̄ in vno mixto sint elementa propinquius q̄ in alio:probaꝫ.quoniā non oīa mixta sunt ad formam cuiuslibet elementi equaliter dispositā.sed qō est ad formā aliquam magis dispositū est ad ipsam magis propinquuꝫ:ꝛ qō indispositius /remotius.ergo ꝛc. ¶Sed contra hoc forsan arguet.quantū aliquid recedit a potētia tantū appropinquat ad actū.sed qō est in potētia ꝓpinqua aliquo modo distincta a potētia pura seu remota /aliquem habet actum:ꝛ ita p consequens elementa actualiter sunt in mixto. ¶Cōfirmatur.qz aut esse in potentia ꝓpinqua est esse in pura potentia aut aliquo mō in actu.sed non pōt poni primū.ergo secōm.quare ꝛc. ¶Ad istā supposito q̄ elemēta nō sint in mixto actualiē secōm suas substātias(de quo infertus inquiret)potest responderi. ¶Ad cuius euidentiā est sciēdū : q̄ nec materia est in potētia propinquiori ad formā aliquā/nec vnū cōpositū ad alterū propter aliquē substantialē quē habet eius actū:sed aliter dupliciē hoc contingit/vez negatiue seu priuatiue/puta propter carentiam seu remotionem indispositōis vel positiue propter positionē alicui⁹ preter dispositiones.que quidē dispositio est p aliquē actū forme nō substantialis ad quem est potentia/sed accidētalis . ¶Ex hoc premisso ad primū quando arguiē cōcedo q̄ exīs in potētia ꝓpinqua appropinquat ad actū ꝛ etiā habet actū:nō tamē illū ad quez appropinquat sed alium/vez accidētalē/si est ad actū substātialē in propinquiori potentia passiue:vel remotionem actus contrarij /si est in propinquiori potētia priuatiue.nullo modo aūt habet actum forme substantialis ad quem est in potentia quātumcunq̄ propinqua. ¶Ad confirmationem consimiliter est dicendum.concedendum em̄ est q̄ esse in potētia ꝓpinqua nō est esse in pura potētia sed in actu:nō tñ illius forme ad quā est in potētia:sed alteri⁹.de actu enim forme substantialis non habet plus existēs ad ipsam in potentia propinquissima q̄ remota:nec de aliquo etiā alio habet plus illud quod dicitur propinquius tantū modo priuatiue. ¶Hec de primo.

¶Quantū ad secundū videtur esse dicendū q̄ elementa saltem omnia non sunt in mixto virtualiter sicut effectus in causa.quoniā nulla forma naturalis vna videt cōtinere ꝓtraria:cuiusmōi sunt elemēta,ꝙre ꝛc. ¶Sed forte hic diceret q̄ forme elemētoꝝ substātiales nō sunt cōtrarie licet cōtrarias habeāt qualitates. Et ideo pōt aliter rationē formando sic arguiꝫ.omne naturale agēs formā aliquā substantialē virtualiter cōtinens cōtinet etiam accidētalē ad illā disponentē:per quam agit primo alterando:ꝛ passum existens sub forma cōtraria disponēdo.sed nulla vnica forma mixti pōt mutare virtualiter omnium elementoū contrarias qualitates.ergo ꝛc. ¶Preterea.supposito q̄ ex mixto generet elementū potest argui sic ad idē.nullā causaz effectū aliquē virtualiter continentē oportet corrūpi ꝓducto effectu.sed mixtū quod resoluitur in elemētū oportet esse corruptū nec ex mixto aliquo incorrupto manēte potest aliquod elementū generari/supposito q̄ elemēta actualiter nō sint in mixto.ergo ꝛc. ¶Hec de secundo.

¶Quantū ad tertiū ꝛ vltimū fuit a diuersis diuersimode opinatū sicut ꝛ modo etiā opinanē. Aliqui em̄ dicūt q̄ manent elementa in mixto secundū suas formas substantiales ꝓfectas licet suas qualitates remissas.ꝛ hui⁹modi opinio fuit Auicē.vt recitat cōmēta.iij.Celi ꝛ mun.ꝛ ꝑmo de gñatione.cap.de mixtio. ¶Pro ista opinione pōt argui.quia qō nō est intensibile nec remissibile/vbicūq̄ est actualiter est equaliter.sed forma substantialis non est intensibilis nec remissibilis:ꝛ est in mixto ergo ꝓfecte. ¶Sed hic modus dicendi nō est cōueniēs: qz impossibile est naturaliter loquendo remitti calorem ignis non remissa sua forma substantiali.ꝛ ita vbi est secundū suam totā ꝛ perfectam formam substantialē:ibidem est secundū suam perfectam formam accidentales. ¶Alij dicūt q̄ manēt i mixto elemēta actualiē in eē remisso/tā quātū ad substātiales q̄ ēt quātū ad ipsoꝝ formas accītales. Et hmōi opinionis fuit(vt dz)Cōmētator. ¶Pro q̄ opinione arguiē ꝑmo.q̄ manēāt actualiē quomā secūdū Philosophū.iij.Metaphy. Elementuꝫ est ex quo cōponitur res.sed omne illud ex quo aliquid cōponit̄ est in ipso.ergo ꝛc. ¶Secundū/vez q̄ maneāt ibi secundū esse imperfectū/tam quantū ad formas substantiales q̄ etiā quātum ad formas accidentales:probatur.quoniam constat in mixto nō esse qualitates elementoū secundū esse perfectū seu intensum/vt appareat ad sensum.nullū em̄ mixtum est ita calidum sicut ignis sed calor ignis nō potest naturaliter remitti nisi forma ignis remissa.qua enim ratiōe posset remitti/eadē posset toto calore priuari/qō falsuꝫ ē.quare ꝛc. ¶Alij tertio dicunt q̄ elementa manent in mixto secundum suos actus substantiales sic imperfectos q̄ in eis non saluātur ipsorum elementorum specifice rationes. Dicit em̄ doctor cuius est hec opinio/q̄ duplex est actus forme. Unus simpliciter:in quo saluātur species/siue sit intensus siue remissus.ꝛ alius secundum quid/vt ille in quo non saluantur species forme. ¶Et si contra hoc arguatur.quia substantia non recipit magis ꝛ minus.Respōdet q̄ dupliciter potest intelligi formam aliquam posse remitti. Uno modo vniuoce/videlicet per gradus/in quorum quolibet saluetur ratio speciei. Et alio modo equiuoce/puta per gradus varios:in quoruꝫ alio saluetur ꝛ in alio nō saluetur ratio speciei. Primo modo(vt dicit)intenditur forma accidentalis. Secundo autem modo forma substātialis. ¶Pro ista opinione arguiē.ꝛ primo q̄ sit dare aliquē talem actū in quo non saluet̄

ratio speciei. Primo.quia ꝯstat ꝙ vnū contrariū agēs
in alterum/vt calidū in frigidū/aliq̄d causat in ipso/scꝫ
in subiecto frigiditatis:ꝛ constat ꝙ nō nisi aliquem gra
dum caloris frigidū remittentis:sed in huiusmodi tali
gradu caloris non pōt saluari ratio specifica caloris:qꝛ
calor ꝛ frigus formalit̄ repugnāt:que aūt sunt formalit̄
repugnātia scōꝫ nullos gradus possunt simul existere ī
q̄bus saluēt̄ eoꝝ formales ꝛ specifice rōnes.ģ ꝛc. ¶ Se
cūdo.qꝛ Phs in lib.de gñatiōe probat primo ꝙ elemē
ta nō corrūpunt̄ in mixtione seu mixti gñatione.Secū-
do.qꝛ nō manēt in mixto ī actu sed in potētia.sed ꝯstat
ꝙ Phs nō intendit dicere ꝙ sint in mixto elementa in
potentia pura/sic ꝙ nullū habeant ibi actū:qꝛ tunc ha-
beret cōcedere ipsa esse corrupta post mixti gñationem
qđ negat.ergo cū ponat ea nō esse corrupta/intēdit ipa
manere scōm actū aliquē imperfectū predictū:quē vo-
cat possibilē.q̄re ꝛc. ¶ Tertio.qꝛ nisi ponat̄ hmōi actus
predictus/aut oportet ponere ꝛ cōcedere oīa elementa
manere in mixto scōm suas formas substātiales ꝛ speci
ficas/aut nullo mō actualit̄ esse in ipso.sed primū nō po
test poni:qꝛ tūc nullū mixtū esset ꝑ se vnū/qđ est falsuꝫ.
nec scōm.quia tūc nullū esset realiter nec veraciter mi-
xtū:qđ simil'r ꝯcedere est incōueniēs ꝛ absurdū.ergo ꝛc.
¶ Ex hoc scđo arguit ad ꝯclusionē.qm̄ eodeꝫ mō elemē
ta manerēt in mixtis sicut forme cōtrarie accidētales ī
medijs.sed qualitates contrarie sunt actual'r in medijs
isto modo/vcꝫ ī actu ꝑmixto potētie:nec retinēt speciē
forme.ģ ꝛc. ¶ Preterea scđo arguit sic.oīa q̄ ī mixto re
soluunt̄ aliquo modo in ipso actual'r p̄fuerūt.sed mixtū
resoluit̄ in omnia elementa:que non possunt existere se
cūdū actus ipsoꝝ species recipiētes:cū impossibile sit
eandē partē materie simul ꝑfici formis ꝯtrarijs ꝛ diuer
sis/cuiusmōi sunt forme elemētoꝝ.ģ ꝛc. ¶ Sed ista opi
nio est omnino impossibilis et cōtradictoria accipiens
euidenter/vcꝫ ꝙ vnū ꝛ idē sit ignis ꝛ non ignis:ꝛ sic de
elementis oībus alijs q̄buscūqꝫ.nō est em̄ possibilius eē
in aliquo gradū aliquē ignis in quo nō sit ignis:q̄ albe-
dinis in quo nō sit albedo:quia nec idiuiduū albedinis
vl' ignis est aliud q̄ albedo ꝛ ignis.q̄re ꝛc. ¶ Preterea
hec opinio dupl'r deficit. Primo.qꝛ falsuꝫ accipit ꝛ sup-
ponit.Secūdo.qꝛ illo cōcesso nō saluat ꝓpositū qđ intē
dit. ¶ Primū apparet.qm̄ supponit indiuiduū speciei
ab ipsa specie vt ab aliqua re extra aīam existente real'r
esse distinctū:qđ est oīno impossibile ꝛ absurdū:cū spēs
sicut nec aliquod aliud vl'e nō sit nisi tantū in aīa:nec di
cati re extra nisi ipa singularia se totis disticta/nihil cōe
habētia in re extra/vt in p̄cedentib⁹ circa p̄ncipiū hu-
ius libri ꝛ alibi est ostensum. ¶ Q. auteꝫ hoc supponat
ista opinio/apparet:qꝛ dicit ꝙ in mixto est ignis indiui
duū sine specifica ratiōe ignis:ꝛ sic de quolibet alio ele-
mento. Quero de illis specificis rationib⁹ de sit'ib⁹ ele-
mentis an sint aliqua possibilia ī re extra an nō? Si sic/
ergo cuiuslibet ratio specifica ꝛ ipsum indiuiduū cuius
est sunt duo in re extra aīam distincta realiter:qđ ē fal-
sum.qꝛ qua ratione indiuiduū potest fieri ꝛ fit de facto
(vt ponit illa opinio)sine specifica ratiōe/eadē possꝫ fie
ri ꝛ ecōuerso hmōi species seu specifica ratio.imo magis
hoc esset possibile q̄ illud:cū secunduꝫ ponentes speciē
esse aliquid commune indiuiduis ī re extra/ipa species
includatur in quolibet indiuiduo/ꝛ nullū indiuiduuꝫ in
specie includatur.ergo ꝛc. ¶ Si autem dicatur ꝙ talis
specifica ratio nō est aliquid in re extra distinctū ab in-
diuiduo/nō est curandū de ipso:qꝛ etiā secūdū hoc quod
libet elementū habebit in mixto esse perfectū:cuꝫ ratio
specifica qua carere dicitur/nō sit ipsi possibilis in re ex
tra.ergo ꝛc. ¶ Confirmat̄.quia indistinctoruꝫ realiter
impossibile est vnū ab alio separari.sed si species dicit

aliquid distinctū ab indiuiduis:qđ tn̄ est falsuꝫ:illud nō
differt realiter ab aliquo indiuiduoꝝ/vt etiā cōcedunt
oēs ponētes talē differentiā inter vl'ia ꝛ particularia
inferiora ꝛ superiora.ergo si in mixto sunt indiuidua ele
mentoꝝ/in ipo sunt ꝛ species ipsoꝝ:supposito vt suppo
nit opinio:qđ tn̄ falsum reputo:ꝙ species sit vel dicat
aliq̄d in re extra in indiuiduis distinctū quomodocūqꝫ
ab eis. ¶ Secūdo/vcꝫ ꝙ ista opinio nō saluet nec habe
at propositū qđ intendit/cōcesso isto falso p̄dicto ꝛ ipos
sibili qđ assumit:apparet.qm̄ opinio ista intendit salua
re ꝛ ponere mixta omnia esse ex elementis ꝛ elemēta eē
in ipsis.sed hoc non saluat̄ ex illo qđ assumit̄:imo nega
tur.quoniā per hoc ꝙ aliquid est mixtum ex aliquibus
non potest poni mixtum ex illis que nō sunt illa ex q̄b⁹
ipsum componit̄:imo ab eis realiter distinguunt̄/nec in
cōposito esse ponunt̄.sed secundū opinionē istam in acti
bus elementorum in composito mixto existentium non
saluantur rationes elementoꝝ:ꝛ ita per cōsequēs oēs
huiusmodi actus in mixto existentes sunt ab elementis
que nec sunt cū eis in mixto realiter differētes.ergo ꝛc.
¶ Confirmat̄.qꝛ aut in mixto est ignis/ꝛ sic de alijs ele
mētis:aut nō.Si sic:ergo est in ipso ratio specifica:hoc
est quidditas seu essentia ignis:cū vnūquodqꝫ sit a sua
essentia realiter ꝛ totaliter indistinctū.Si non:ergo nul
lum mixtū est compositū ex aliquo elemento:esto ꝙ sit
cōpositum ex talibus actibus medijs ab elemētis ipsis
seu eoꝝ quidditatibus realiter distinctis.Nec valēt ra
tiones quas adducit.quādo em̄ p̄mo arguit:ꝙ sit dare
aliquē actum mediū forme in quo nō saluet̄ ratio forme
qꝛ calido frigidū remittente aliq̄s caloris gradus ītro
ducit̄ in passo in q̄ nō saluat̄ ratio formalis caloris:Di
co ꝙ falsuꝫ est.qm̄ nō minus in gradu caloris ītroducto
saluat̄ caloris ratio/q̄ in gradu frigiditatis corrupto
frigiditatis ratio saluaretur.sed in illo vere vtiqꝫ frigi
ditatis ratio saluabatur.Qđ probo.quoniaꝫ sicut nul-
la forma intensibilis intenditur nisi qꝛ aliquis gradus
ipsi apponitur in quo vere esse illius forme saluatur:ita
nec intēsa remittitur:nisi quia aliquis talis gradus ip
si substrahit̄. ¶ Hoc apparet.quia etiam secūdum do-
ctorem illum intensio fit in formis per graduum eius
dem rationis appositionem:ꝛ remissio per talium gra-
duum substractionem.sed frigidum vt supponitur est ca
lido agente in ipsum remissum propter gradum aliquē
frigiditatis sibi substractum ꝛ corruptum:ergo ille gra
dus vere fuit frigidus:ꝛ rationem formalem seu quiddi
tatem frigiditatis habens:siue(vt loquar proprius)q̄d
ditas ipa frigiditatis.nec enim idem proprie habere di
citur semetipsum.quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur.quia cū secū
dum ipsum omnes gradus forme intensibilis sint eius-
dem rationis ꝛ perfectionis:si vnum non est formaliter
tale nec alteruꝫ.ergo si primus gradus corruptus quo
frigidum remittitur non est formaliter frigus:nec pri-
mus etiā grad⁹ caloris introductus calor:nec aliquis
aliorum.hoc autem est impossibile:quia tūc sequeret̄ ꝙ
omnis forma intensa constitueretur ex illis/in quorum
nullo saluaret̄ ratio illius forme/vt albedo ex illis quo
rum nullum esset albedo:qđ est impossibile.sicut enim
forma extensa non componitur ex non quantis extensi-
ue/puta ex indiuisibilibus:ita nec aliqua forma inten-
sa constat nisi ex illis in quibus oībus saluatur ratio
seu quidditas sua tota.quare ꝛc. ¶ Ad secūdum quādo
dicitur ꝙ elementa non corrumpuntur in mixtione seu
mixti generatione:Respondeo ꝙ si in mixtione elemen
ta non corrumpuntur/sequitur ꝙ manent in mixto for-
maliter:qđ tu negas.qđ em̄ erat an̄ verus ignis/ꝛ nūc
nisi sit corruptus.si autē corruptus/nullatenus ibi ma
net.quare ꝛc. ¶ Ad tertium dicēdum ꝙ impossibile est

dare indiuiduum ignis quod non sit ignis:sicut est im-
possibile ꝙ idē sit ignis ꝛ nō ignis.ꝛ ideo cōcedo ꝙ aut
oportet ponere elemēta esse in mixto q̄ ad suas formas
substantiales/aut cōcedere elemēta nullo modo actua-
liter esse in ipso. ¶ Et quando arguit̄ cōtra primum:ꝙ
tūc nullū mixtū esset per se vnū si in quolibet essent oīa
elementa:Dico ꝙ illud idem inconueniens sequitur cō
tra te.quoniā non minus distinguuntur realiter tales
actus quos ponis medios/q̄ ipa elementa:ꝛ ita nō ma
gis possunt cōstituere aliquid ꝑ se vnū. ¶ Qn̄ arguitur
contra secundum:quia tunc nullū eēt vere mixtum:Di
co consimiliter ꝙ idem inconueniens sequit̄ contra ip-
sum:saltem ꝙ nihil esset mixtū ex elemētis sed ex alijs
ab eis/puta ex illis medijs actibus.

Ad alia que arguit ad propositum:Ad
primū dico ꝙ falsum accipit̄ in minori:quādo dicit̄ ꝙ q̄
litates sunt in medijs illo medio.forme enim accidēta-
les medie nō sunt cōpositiores realiter q̄ extreme.qua-
re ꝛc. ¶ Ad secundū:quando dicit̄ ꝙ mixtum resoluit̄ ī
elementa:Respondeo ꝙ omnia elemēta in que resolui
tur mixtū/sunt cōplete ꝛ formaliter elementa:ꝛ ita aut
sic prefuerunt in ipso/aut nullo modo/saltē illo quē po-
nit hec opinio.si prefuerūt actualiter ꝛ formaliter ī mi-
xto:ergo hmōi mixti resolutio non est aliqua generatio
sed generatorū preexistentiū vnitoꝝ diuisio/ꝛ vnius ab
alio separatio.si autē nullo modo p̄fuerint/talis resolu
tio est forme noue productio. ¶ Cōfirmat̄.qꝛ aut mixto
resoluto manent actus elementoꝝ qui prefuerunt in eo
aut nō.si manent in elemētis in que est facta mixti reso-
lutio:ergo forma ignis in quā resoluit̄ corpus mixtum
constat ex actu qui nō est ignis:ꝛ ex alio qui est ignis:et
cōsimiliter omnis alia forma cuiuslibet elementi in qđ
resoluit̄ ipsum mixtum.hoc autē est euidenter falsum.
quare ꝛc. ¶ Et ideo est aliorum opinio:cui assentio:ꝙ
elementa nullo modo manēt in mixto formaliter secun-
dum aliquos actus ipsorum essentiales/sed tantū potē
tialiter ꝛ ꝑfectionaliter ꝓpter aliquā conuenientiā eq-
uocam ipsoꝝ elementorū in mixto:modo quo extremi
colores dicunt̄ esse in medijs. ¶ Pro ista opinione/vcꝫ
ꝙ elementa nō sint actualiter in mixto/arguitur primo
quia quelibet forma elementaris est cōstitutiua suppo-
siti proprie speciei.sed impossibile est vnum suppositū
quale est mixtū/esse pluriū specierū.ergo ꝛc. ¶ Secun-
do.qꝛ nihil vnius speciei in genere substantie est in po-
tentia ad alterū alterius speciei vt faciat cum ipso ali-
quid per se vnum.sed quodlibet elementū est indiuiduū
proprie speciei specialissime.ergo nō potest cum aliquo
facere aliquid per se vnū. ¶ Tertio.quia cum omnē for
mam substātialē corporalē cōsequat̄ propria quātitas
ꝑ ꝯsequens si in mixto essent actualiter elementa/in ip
so essent diuerse ꝛ varie quātitates.hoc autē est impos-
sibile.ergo ꝛc. ¶ Quarto.quia impossibile est eandē ꝑ-
tem materie simul perfici diuersis formis specificis:qđ
necessario oportet ꝯcedere si elemēta in mixto actual'r
ponerent̄.ergo ꝛc. ¶ Sed iste rōnes nō ꝯcludūt/nec ꝓ-
positū ostendūt/vt ptꝫ ꝑ singulas discurrendo.qn̄ enim
dicit̄ in p̄ma ꝙ quelibet forma elemētaris est cōstituti-
ua ꝓprij suppositi/si ꝑ suppositū intelligat̄ res aliqua
distincta a forma ꝛ a materia ꝛ a ꝯposito ex vtrisqꝫ/vcꝫ
forma ꝛ materia/falsum accipit̄ ꝛ supponit̄:qꝛ tale sup-
positū nihil est/vt in tertio est ostēsum.Si autē ꝑ suppo
sitū intelligat̄ ipm cōpositū/accipit̄ dubiū/vcꝫ ꝙ cōpo
sitū a suis oībus partibus sit distinctū.supposito tn̄ ꝙ
sic/cōcedo quālibet formā cū materia cōstituere suppo
sitū.sed postmodum qn̄ addit̄ in minori/ꝙ vnū supposi
tū nō esset pluriū specierū/cōcedo ꝙ nō pōt esse vnū sup

positū supposita pluriū specierū:bene tn̄ potest cōstitui
ex suppositis diuersis pluriū specierū.constat enim for-
mas substātiales partiū toti⁹ heterogenei vt corporis
humani esse alterius speciei:nec minus inter se distin-
gui substātialit̄ q̄ formas elemētoꝝ:ꝛ tamē corpus hu
manū ex partibus cōstātib⁹/ex proprijs formis ꝛ mate
rijs ꝯpositum/dicit̄ esse vnū/ꝛ homo ipsum ꝛ animā in
cludens similiter est vnus ꝑ se.ergo ꝛc. ¶ Confirmatur
quia cum suppositum non sit aliud q̄ substantia per se
stans actualiter ꝛ aptitudinaliter/vt in tertio est decla
ratum:per consequens quot sunt in quacunqꝫ substan-
tia extensa partes realiter distincte/tot sunt in ea sup-
posita:ꝛ si non actualiter/quia partes huiusmodi non
sunt per se/sed in toto:tamen aptitudinaliter.cuꝫ queli-
bet sit nata existere per seipsam:sicut ꝛ substātia ipa to
ta.ꝛ ita nullum maius inconueniens est dicere corpus
aliquod suppositū esse ex diuersis suppositis ꝛ alterius
rationis specifice constitutū/q̄ ex partibus diuersis cō
stantibus ex materijs ꝛ formis alterius rationis:cum q̄
libet talis forma/vt etiam accipit ratio ista/sit constitu
tiua suppositi proprie speciei.quare ꝛc. ¶ Ad secūdam
apparet euidēter ꝙ falsum accipitur in maiori.magis
enī forma substantialis ꝛ materia sunt alterius speciei
q̄ quecunqꝫ forme substantiales inter se:cum amplius
distinguantur:ꝛ tn̄ ex materia ꝛ forma fit compositum
per se vnum.forme etiam partium diuersarum corpo-
ris cuiuslibet animalis sunt alterius rationis:ꝛ tamen
constituunt vnum corpus.quare ꝛc. ¶ Ad tertiam ap-
paret ꝙ non concludit.Primo.quia dubiuꝫ supponit/
vcꝫ ꝙ quantitas sit forma aliqua distincta realiter a re
quanta.hoc siquidem secundū aliquos nō est verū/vt ī
Secunda conclusio est: ꝙ inter formas huiusmodi substantiales/precedentem videlicet naturaliter ⁊ sequentem est ordo sicut inter subiectum ⁊ formam: et etiam aliquo modo et alio modo non/sicut inter dispositionem materie ⁊ formam eius informatiuā. ¶ Hec apparet quantum ad primam partem. quoniam forma sequens posterior/sicut anima/sic est in toto corpore ꝙ est in qualibet eius parte: cū quelibet pars animati corporis sit animata: ergo cum forma corporis substantialis sit principalior pars ipsiꝰ/ sequit̄ ꝙ sit ī qualibet parte forme totius corporis animati. sed animatum est anime subiectum: ergo non tm̄ materia animati corporis sed etiam forma est subiectum anime susceptiuū. quare ⁊c. ¶ Sed sunt hic duo dubia. Primū est: an conclusio ista sit intelligenda de omnibus vniuersaliter: an specialiter de aliquibꝰ formis tm̄. Secundum: an anima possit existere subiectiue in materia corporis sine forma: ⁊ econuerso in ipsa corporis forma a materia separata. ¶ Ad primum dicendum: ꝙ ista conclusio quantum ad secundam suam partem videtur eē vniuersaliter vera de omnibus formis substantialibꝰ. quarūcūqꝫ enim formarum plurium in aliquo existentium ordinate semper p̄cedens disponit aliqualiter ad sequētem. Quantū ad primā autem partem est vera de anima ⁊ de corporis forma. que due forme sunt in quolibet animali. Si autem in homine anima intellectiua sit alia ab anima sensitiua/non videtur ꝙ sensitiua poni debeat vt subiectum ipsius intellectiue. licet enim anima sensitiua sit nata elicere actum vitalem sibi proprium corpore mediante ⁊ non aliter: non sic est de intellectiua respectu anime sensitiue. Et ideo vocādo animatum seu anime subiectum non omne illud in quo est anima absolute: sed in quo est sic/puta vt in illo qđ per ipsam viuificat̄/ ⁊ quo mediante actus vite causatur/ licet anima sensitiua sit in corpore vt in subiecto: ⁊ etiam anima intellectiua: que etiam tota est in qualibet parte corporis animati/licet corpus ipsum per eam non viuificetur: non tamen videtur ꝙ intellectiua sit vt in subiecto in anima sensitiua. vtriusqꝫ enim subiectum est corpus ipsum: non autē vna alteriꝰ. ¶ Et si contra hoc arguatur: quia tunc non magis corpus humanum est anime intellectiue subiectum ꝙ̄ angeli assumentis ipsum. hoc autem videtur inconueniens. ergo ⁊ cet. Consequentia probatur. quoniam solum (vt dictum est) corpus humanum dicitur anime intellectiue subiectum quia anima est in ipso ⁊ in qualibet eius parte. Sed consimiliter est angelus in corpore humano ⁊ in quocūqꝫ alio qđ assumpsit. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc respondetur communiter: ꝙ aliter angelus vnitur assumpto corpori: quia vt motor mobili: ⁊ aliter anima ītellectiua: quia vt forma seu perfectio informato per ipsam animam ⁊ perfecto. ⁊ ita non similiter vniuntur/ licet vtriqꝫ videlicet tam anima ꝙ̄ angelus/vniantur toti corpori et cuilibet eius parti. ¶ Sed hoc non sufficit: nec rationē soluit. quoniam animam intellectiuam informare seu perficere corpus/nō dicit aliud ꝙ̄ ipsam esse in corpore ⁊ in qualibet eiꝰ parte. Qđ apparet: quia constat ꝙ corpus humanū intellectiua anima informatum nullam perfectionem ab aīa distinctam consequitur. nihil enim ab anima in eo causatur: nec anima ipso mediante aliquem actum elicit quem non posset elicere sine ipso: cuius contrarium est de anima sensitiua. ergo animam intellectiuā informare corpus non dicit vltra extrema aliud ꝙ̄ ipsam sic esse in eo/puta in toto ⁊ in q̄libet eius parte. Ex quo sequitur: ꝙ supposito ꝙ intellectiua a sensitiua anima sit distincta: non video ꝙ in alio difformiter ipsa sit in corpore ⁊ angelus/nisi quia anima existens in corpore dependet quantum ad actum sibi ꝓprium ab actu sensitiue anime corpus ipsum necessario exigente: non sic autem est de angelo corpus aliquod assumente. sed ex hoc non video ꝙ arguatur diuersus modus essendi anime ⁊ angeli. ¶ Ad secundum dubium est dicēdum: ꝙ posset vtiqꝫ anima sensitiua existere in materia ⁊ in forma corporis separata a materia existente: non tamē sic ꝙ hmōi eiꝰ tali mediāte subiecto posset exercere seu elicere aliquē actum vite quem nunc elicit mediante corpore qđ informat. ¶ Ex hoc apparet secūda pars cōclusionis predicte/videlicet ꝙ inter tales plures formas est aliq̄ modo ⁊ alio modo non ordo: sicut inter dispositionem materie ⁊ formam eius informatiuā. qm̄ omnis illa forma p̄cedens in materia potest dici eius dispositio ad sequentem/ sine qua in materia existente/non posset ipsa forma sequēs esse in materia isto modo/puta tanꝙ̄ in illo quo mediante potest elicere talem actum. sed corporis p̄cedens sic se habet in materia ad aīam sensitiuā vt dictum est: ergo dispositio dici potest. materia autem corporis licet etiam forte sic se habeat respectu forme corporis ad animam sensitiuam: non tamen eius dispositio dicitur: quia prior est ipsa. prius autem non est dispositio posterioris: licet ad posterius sit disponens. Sic ergo apparet quomodo forma precedens est dispositio materie ad sequentem: non autem est dispositio materie precise/videlicet sic ꝙ non sit eius subiectum: modo quo habitus disponit potentiam ad eliciendum actum: quem tamen nullo modo forte elicit effectiue. forma enim corporis eque mediate subiectum est anime sicut materia eius/vt probatum est superius. quare ⁊c.

Tertia conclusio & vltima est: ꝙ si totum animal esset distinctum a suis partibus puta corpore et anima in re extra/ipsius anime subiectum non esset huiusmodi totum: sed eius partes consimiliter sicut modo. ¶ Hec apparet. quoniam nullum posterius potest poni subiectum alicuius prioris. sed totum est posterius partibus. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia si totum est distinctū a partibus/ipse partes sunt subiectum eius: ergo cum totum sit in partibus suis vt in subiecto aliquo modo/ non potest aliqua partium in ipso toto existere econuerso. nō enim in tali modo essendi vnius in alio potest esse circulꝰ in eisdem. quare ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie/ꝙ supposito ꝙ totum a partibus esset distinctum/aliter totum ex corpore ⁊ anima constitutum diceretur animatum: et aliter corpus eius. corpus enim dicitur animatum tantum denominatiue ⁊ extrinsece: totum vero diceretur intrinsece animatum. quoniam anima a qua vtrunqꝫ dicitur animatum/est extrinseca corpori: intrinseca autem toti. quare ⁊c. ¶ Ad primū qđ arguitur ꝓ illa p̄ma opinione quando dicitur ꝙ forme non est forma/iam responsum est superius: quia dictū est hoc esse intelligendum de vltima forma tantum: non autē de alia aliqua precedente. secundum enim Commentatorem primo physicorum commento primo: omnes forme inter primam materiam ⁊ formam vltimam sunt forme ⁊ materie. sunt quidē materie siue subiectū respectu forme sequētis: ⁊ forē respectu materie: siue etiam forme precedentis. quare ⁊c. ¶ Ad secūdum respondetur: ꝙ cum omnis forma substātialis dicatur ens simpliciter hoc est principaliter: per consequens omne informabile forma substantiali siue sit materia siue forma est in potētia simpliciter: aliter tamē materia ⁊ aliter ipsa forma. quoniam materia est in potentia simpliciter vniuersaliter: quia videlicet ad omnem formam. nulla autem forma substantialis est in potētia isto modo: cum nō sit in potentia nisi ad aliquam formam tm̄. et ideo potest dici in potentia simpliciter non vniuersaliter vt materia sed partialiter. ¶ Ad alia que adducuntur pro secunda opinione. Ad primū quando dicitur ꝙ anima est actꝰ corporis/concedo: quia est actus tam materie ꝙ̄ forme substantialis extense: non autē alicuius alterius substantie vt accipit argumentū. nec eīn per corpus est aliud intelligēdum ꝙ̄ substantia quecunqꝫ extensa siue sit materia siue forma. Et ideo falsum est qđ additur quando dicitur ꝙ materia vt est corpus est materia extensa cuius anima est actus. nec enim anima est actus corporis tanꝙ̄ alicuius resultantis ex forma corporis ⁊ ex materia: cum tale corpus nō sit aliquid in re extra. ⁊ esto ꝙ esset anima non tantum esset actus eius: sed etiam cuiuslibet eiꝰ partis: cum omnis pars animati corporis sit animata. ¶ Et si contra hoc arguatur: quia sicut corpus dicitur animatum anima: ita materia corporis dicitur corporea ꝓpter formā corporis: ⁊ ita per consequens non pōt corpus existere per seipsum: ¶ Respondeo ꝙ omnis substantia co dicitur formaliter quāta ⁊ corporea siue corpus q̄ actualiter est extensa. sed materia forma corporis informata se ipsa nō per formā hmōi corporis est extensa. nulla eīn res quanta est quanta seu extensa aliquo alio ꝙ̄ suis partibus sic se habentibus ⁊ extra se inuicem existentibus/ vt in quarto ꝑlixius est probatum. partes autē materie corporis alie sunt a partibus forme: ergo non magis est extensa materia propter formam ꝙ̄ econuerso forma ꝓpter materiam. quare falsum est qđ accipitur quando dicitur ꝙ sicut corpꝰ dicitur animatum aīa/ita materia corporea propter formam corporis. ¶ Ad secundum: non est intelligendum per illud philosophi dictum/visum acceptū ꝓ principio elicitiuo ⁊ receptiuo visionis esse aliquid distinctum ab anima existens tantum in oculo. Hoc siquidem falsum est: cum anima ipsa sit immediatum principium ⁊ subiectum receptiuum omnis naturaliter possibilis sibi actꝰ. Sed vult dicere philosophus/ꝙ sicut anima vt est vniuersaliter omnis actus sentiendi/se habet ad totum corpus: ita vt est specialiter contentiua virtualiter talis actus puta vidēdi/ se habet ad oculum: quantum ad hoc ꝙ sicut anima vt primo modo sumpta vtitur toto corpore ⁊ diuersis eius partibus/quibus mediantibꝰ diuersos elicit actus sentiendi: ita vt secundo modo sumpta/videlicet vt continens specialiter talem actum puta videndi in ordine ad quem dicitur visus/vtitur oculo tātum: quo solo mediante non aliqua alia forma corporis parte elicit talem actum. ¶ Et quādo additur in minori ꝙ visus non perficit immediate primam materiam: sed organum ex ipsa et ex forma compositum: Dico ꝙ falsum est. quoniam anima ipsa que visus dicitur vt visionis virtualiter contentiua et materialiter receptiua/non est nisi solius materie corporis ⁊ forme corporis perfectiua: nec organum est aliquid preter ista. ⁊ esto ꝙ esset: non tantum ipsum perficeretur anima: sed etiam quelibet pars eius/et per consequens materia atqꝫ forma: sicut nūc ista ea perficiuntur seu informantur quia actualiter animantur. quare ⁊c. ¶ Ad tertium ⁊ vltimum: apparet ꝙ non est contra dicta. Si tamen diceretur ꝙ forma corporis non est anime subiectum: sed tantū disponit materiam ad ipsam: adhuc contra hoc ratio non concluderet quoniam minor quam accipit negaretur. ¶ Et qū ꝓbatur ꝙ omnis forma substantialis informans aliquid constituit cum eo aliquid per se vnum omni alio circunscripto: hoc negaretur si per huiusmodi vnum constitutum intelligatur aliquid in re extra distinctum a materia ⁊ a forma: cum totum non sit aliquid preter partes. Si autem per ly per se vnum non intelligatur aliquid a partibus distinctum sed tantummodo ipse partes sic vnite/ concedo ex materia et ex forma ipsam informante fieri aliquid per se vnū puta ipsa forma ⁊ materia sic vnita ꝙ vnum ex anima et prima materia non esset homo: cū homo includat formam corporis vltra materiam ⁊ animam ipsam informātem. ¶ Et si queras/quid ergo esset tale vnum ex anima intellectiua et prima materia constitutum? Respondeo ꝙ sicut nūc homo nō est aliud ꝙ̄ corpus et anima sic vnita: ita tale vnum esset precise ipsa intellectiua anima ⁊ prima materia ipsi vnita/supposito ꝙ anima prīe materie maneret vnita forma corporis circūscripta. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem decimāoctauā/in q̄ magister determināt specialit̄ de formatiōe seu ꝓductiōe mulieris: Quero prīo de ꝓductione corporis: de q̄ magister primo determinat: Utrum illa corporis Eue ꝓductio fuerit creatio. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia omne a deo tm̄ productum est creatum et omnis dei actio ad extra est creatio. sed corpus illud mulieris fuit a deo productū. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. quia oē creatū ē de

nihilo factū:ſ3 corpꝰ hmōi mulieris nō fuit de nihilo:ſ3 de aliq̄ puta de coſta Ade dormiētis.vt cū dicit Gene.ſecūdo / immiſit deus ſoporem in Adam: cūq3 obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius ⁊ edificauit eam in mulierem ergo ⁊c. ¶ Reſponſio.vbi ſic eſt procedendū. Primo eñ eſt videndum quomodo de coſta corpus mulieris fuerit productum. Secūdo ex hoc videbitur ad queſitum:an videlicet illud corpus fuerit creatum.

Quantum ad primum:non eſt intelligēdum corpus Eue fuiſſe formatum de coſta viri remanente eadem numero quantum ad materiā ⁊ ad formam in corpore mulieris formato que fuerat in corpore viri primo.non enim totum mulieris corpus eſt intelligendum fuiſſe formatum de huiuſmodi coſta tanq̄ de aliqua parte ſui integrali:modo quo aliqua nauis facta de ligno alterius diceret facta de quolibet ligno illius: ⁊ omne totum dicitur factum ex qualibet ſui parte in ipſo actualiter remanente.non enim in Eua remanſit forma coſte:ſ3 tantū materia que preceſſerat in Adam: ſicut nec ī viro forma terre:de qua quidem terra ſeu eius limo ipſius corpus legitur eſſe factum. Ex quo ſequitur ꝙ eo modo eſt intelligendum corpus mulieris factum eſſe de coſta: et corpus viri de limo terre:quo de albo dicitur fieri nigrū vel ignis de aqua vel de omni alio elemento. Sicut enim nigrum dicitur fieri de albo quia nigredo introducitur in ſubiecto ī quo primo preceſſit albedo: ⁊ ignis ex aqua quia forma ignis introducta eſt in materia ſub forma aque antea exiſtente:ita conſimiliter in propoſito eſt intelligendum corpus viri fuiſſe formatum de limo terre et corpus mulieris de coſta: quia forma corporis viri fuit introducta in materia ſub forma terre/et corpus mulieris in materia ſub forma coſte antea exiſtente. ¶ Sed circa hoc qđ videtur eſſe certum/eſt duplex dubiū. Primū eſt/an ipſa coſta ſeu eius forma ſubſtantialis potuerit dici ratio ſeminalis reſpectu corporis mulieris quod ex ipſa dicitur eſſe factum. Scđm/quomodo tā modica portio materie que preceſſit ſeu prefuit ſub forma coſte/potuit fieri ſub forma tanta quanta erat forma totius corporis mulieris. ¶ Ad primum dicendum ꝙ non:quoniam ratio ſeminalis vel eſt ipſa forma ſubſtantialis ſeminis:vel aliqua alia ipſius alteratiua ⁊ ad formam aliam principalē intrinſecā vltimo diſpoſitiua.ſed nec coſta tota nec eiꝰ forma fuit ſemen. ex ſemine enim hominis in loco debito repoſito formatur naturalit̄ corpus prolis. ſed conſtat ex coſta non poſſe fieri naturaliter:ſed tantū ſupernaturaliter factum eſſe corpus mulieris. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur.quia quod vltimo generatur ex ſemine/non eſt ſemen. ¶ Hoc apparet.quoniam ſemen eſt corpus aliqđ mixtum compoſitum ex materia et ex forma ſubſtantiali imperfecta intēta propter aliquam vlteriorem et perfectiorem vltimo in eius materia introducendam.ſed cū totum corpus hominis naturaliter generati ſit generatum et formatum ſemine mediante/quelibet pars forme corporis ⁊ per conſequēs forma coſte eſt in materia que prefuit ſub forma ſeminis introducta:ergo nec coſta nec aliqua alia pars corporis humani poterit dici ſemen. ¶ Ex hoc ſequitur:ꝙ nec huiuſmodi coſta nec etiam eiꝰ forma potuit dici ratio ſeminalis.quoniam huiuſmodi ratio ſeminalis vt predictum eſt vel eſt forma ſubſtantialis ipſius ſeminis vel aliqua alia exiſtens immediate in ſemine ſubiectiue.ſed coſta huiuſmodi non fuit ſemen.ergo nec in ipſa fuit ratio ſeminalis. ¶ Nec valet ſi dicatur ꝙ ex coſta fuit formatum corpus hmōi mulieris. quoniam ex hoc non ſequitur ꝙ fuerit ſemen / nec ratio ſeminalis.non enim oē ex quo aliquid fit dicitur eſſe ſemen. niſi dicas ꝙ omne elementum eſt ſemen reſpectu cuiuſlibet ex ipſo generabilis / ⁊ album reſpectu nigri: ⁊ ſic de omnibus aliis:quod eſt falſum.quare ⁊c. ¶ Ad ſecundū dubium dupliciter reſpondetur.aliqui enim dicunt ꝙ licet materia coſte Ade fuerit ante modice quantitatis/tm̄ ratiōe rarefactionis creuit et augmētata fuit.⁊ ideo ſub maiori forma q̄ eſſet prius puta ſub forma totius corporis fieri potuit. ¶ Sed hic modus dicendi eſt omnino irrationabilis.quoniam corpus Eue non fuit ſic quaſi incomparabiliter ⁊ improportionabiliter rarius corpore Ade / ſicut neceſſario oportuiſſet eſſe ipſum ſi hoc qđ iſti accipiunt eſſet verum.oportet enim formā corporis materie rarioris eſſe rariorem ⁊ denſioris denſiorem. ſed ſi materia forme coſte fuit nullo ſibi addito rarefacta intātū quāto corpus mulieris formatū fuit maius q̄ fuerit ipſa coſta/materia corporis mulieris fuiſſet incomparabiliter et quaſi improportionabiliter rarior q̄ materia corporis viri:ergo ⁊ forma corporis:ergo ⁊ per conſequens totum corpus.quare ⁊c. ¶ Confirmatur.quia forma corporis Ade eſt eiuſdem rationis cum forma corporis Eue et materia vnius cū materia alterius. nec eſt veriſile ꝙ materia vnius fuerit facta rarior q̄ materia alterius/ſaltem tanto quanto oportuiſſet eſſe rariorem materiam corporis mulieris q̄ materiam corporis viri ſi propter ſolam rarefactionē materie coſte viri fuiſſet tante quantitatis quante fuit corpus mulieris. ſicut enim intantū aqua vel ignis poſſet rarefieri ꝙ haberet corrumpi forma ignis et aque:nec poſſet manere taliter rarefacta:ita et de forma carnis eſt dicendum et de quacunq3 alia corporali.quare ⁊c. ¶ Alii reſpondent aliter:dicentes ꝙ illa materia coſte viri abſq3 aliqua alia parte materie ſibi appoſita ratione quātitatis ſibi addite potuit fieri ſub forma totius corporis mulieris . tanta enim fuit quantitas materie coſte addita quantum exceſſit corpus mulieris formatū ipſam coſtam: ⁊ ideo fuit equalis toti forme corporis mulieris: ⁊ ita per conſequens potuit informari ipſa. ¶ Sed hic modus dicendi etiam eſt omnino irrationabilis ſicut prior. deficit enim multipliciter. Primo quia cum illo coincidit. Secundo.qꝛ falſum ſimul ponit. Tertio.quia etiam quod accipit non eſt verum . Primū videlicet ꝙ cum predicto modo dicendi coincidit/apparet.quoniam nulla ſubſtantia poteſt nunc maioris quantitatis eſſe q̄ prius niſi vel propter ſubſtātie appoſitionē vel propter rarefactionem:ſicut nec etiam econuerſo aliqua ſubſtantia poteſt fieri minor nūc q̄ prius niſi vel propter alicuius partis eius ſubſtractionem:vel propter ipſius condenſationem.ſed materie coſte Ade nulla pars ſubſtantie fuit appoſita vt concedūt.ergo ꝙ poſtq̄ Ade ſubſtracta ⁊ ſub forma corporis mulieris poſita fuerit maior q̄ ante /hoc eſſe non potuit niſi quia rarefacta fuit.ex quo apparet ꝙ cum primo modo dicendi incidit iſte ſecundus modus. ¶ Secundum videlicet ꝙ falſum ſupponat etiam iſte modus / apparet.quoniam ſupponit vt videtur ꝙ quantitas ſit forma aliqua per ſe vna qua materia ⁊ quelibet alia ſubſtantia et res quanta dicitur eſſe quanta diſtincta realiter a re quanta . hoc autem forte falſum eſt.vt enim in quarto eſt oſtenſum/nulla res eſt quanta aliquo alio a ſeipſa et ab eius partibus diſpoſitis tali modo.ergo ⁊c. ¶ Tertium videlicet ꝙ nō ſit verum hoc quod accipit iſte modus dicendi/apparet quoniam quando dicit ꝙ materie coſte fuit addita quātitas noua:non autem aliqua materia:non eſt verum ¶ Primo.quia vt dictū eſt quantitas non eſt forma aliqua diſtincta realiter a re quāta:nec per cōſequēs alicui pōt addi. ¶ Scđo.qꝛ ſi q̄titas ſit aliqua talis forā a re cuius eſt diſtincta: conſtat ꝙ eſt forma accidentalis ſubſtantiam exigens vt ſuū ſubiectū ꝓprium/ ſicut qđcunq3 aliud accidens.ſed ſubiectum forme accidentalis maioris neceſſario habet eſſe maius:ergo cū quātitas materie corporis Eue ſit maior q̄ fuerit quātitas materie coſte/per ꝯſequēs oportet materiā q̄ ē ſubiectū quātitatis corporis/eſſe maiorē illa q̄ fuit ſubiectum quātitatis materie exiſtentis ſub forma coſte.ſed hmōi materia nō pōt eſſe maior propter rarefactionem: vt probatum eſt arguēdo cōtra predictum modū dicendi.ergo oportet ipām eē maiorem ꝓpter alterius materie appoſitionē. ¶ Cōfirmatur.qꝛ ſi quantitas corporis eſt forma accidētalis:vt ſupponitur:nulla pars quātitatis corporis mulieris extitit ſine ſubiecto. Quero igitur de illa noua quantitate preexiſtenti quantitati materie coſte appoſita / cui ſubiecto fuit addita? qꝛ aut eius ſubiectum fuit illa eadē materia p̄exiſtens ſub quātitate priori:aut alia pars illi appoſita.ſed non poteſt dari primū:qꝛ vt dictū eſt nulla ſubſtantia poteſt eſſe ſub maiori quātitate q̄ prius abſq3 aliqua parte ſubſtantie ſibi addita niſi propter maiorem rarefactionem/que in ꝓpoſito poni nō pōt/vt dictum eſt.ergo ⁊c.

Et ideo aliter quātum ad iſtud dubium eſt dicēdum. Ad cuius euidentiam eſt ſciēdum:ꝙ omnis forma tam ſubſtantialis q̄ etiam accidētalis extenſa eſt tanta quantū eſt eius ſubiectū per ipſā actualiter informatū: nec eius ſubiectū pōt eſſe maius q̄ ipſa in aliquo nec minus.quanta enim eſt ſuperficies / tantam albedinem eſſe dices.qm̄ ſi ſupficies excederet albedinē nō tota ſuperficies ſed aliqua eius pars tm̄ eēt albedinis ſubiectū.ſi et ā econuerſo ſupficies eſſet minor albedine/aliq̄ pars albedinis exiſteret ſine ſubiecto.q̄re ⁊c. ¶ Ex hoc ſeq̄tur corollarie. Primo: ꝙ cum forma totius corporis Eue fuerit maior q̄ forma coſte: ꝙ etiam p ꝯñs maior fuit materia ipſi ſubiecta q̄ fuerat materia ſubiecta antea forme coſte. ¶ Secūdo/ꝙ fuit maior propt̄ nouā ſibi appoſitam materie portionem.qm̄ vt probatū ē nō potuit ſic eē maior/tanta vꝫ quāta fuit/ propter rarefactionē. ḡ ꝓpt̄ alicuiꝰ matie appoſitionē. ¶ Tūc ergo appet ex his qđ ad hmōi dubiū ſit dicēdū.qm̄ non eſt intelligendū ꝙ materia illa coſte ita modica fuerit vt ſic ſubiectū forme ſubſtātialis totius corporis mulieris:cū illa nō fuerit nec ſit maior q̄ forma coſte:q̄ fuit longe minor q̄ forma totiꝰ corporis mulieris:ſed illi materie fuit alia addita:q̄ ſimꝉ cū illa fuit equalis quantitatis cum forma corporis mulieris totam ipſā materiā vꝫ tam ſub forma coſte p̄ſuppoſitam q̄ aliā ipſi additā informāte. Unde nō eſt intelligēdū corpus mulieris ſic formatū fuiſſe ex coſta ſicut ignis gñatur ex aqua : vel ſicut corpꝰ Ade formatū fuit vel formari potuit ex materia.qm̄ ignis generatur ex aqua vel econuerſo tanq̄ ex illo cuius materia eſt totale ſubiectū termini generationis vꝫ forme in ipſa materia introducte.cōſilr̄ corpus viri fieri potuit de limo terre: ⁊ ſic factum fuit/ſuppoſito ꝙ hmōi limus terre vel eiꝰ materia fuerit equalis quantitatis cum forma corporis in ipſa introducta. Uel eſto ꝙ aliquantulo minoris quantitatis fuiſſet/ſuppoſito ꝙ forma terre requirit materiam denſiorem q̄ forma corporis.hoc enim dato potuit illa materia/licet minor ipſa forma corporis viri / rarefieri/et ſic ſub maiori forma effici nulla addita ipſi parte.non ſic autem ex coſta formatum extitit corpus Eue/cum nec eiꝰ materia fuerit totale ſubiectum totius forme corporis mulieris:ſed tantūmodo partis eius: ⁊ ideo corpus ipſiꝰ fuit formatū ex materia coſte tāq̄ ex pte totiꝰ ſubiecti forme corporis formati. ¶ Et ſi queratur/an huiuſmodi materia addita materie coſte fuerit nouiter tunc creata: an fuerit alicuius reſoluti in ipſam: Ad hoc dicendum eſt ꝙ vtroq3 modo fieri potuit. potuit enim deus ipſam nouiter creare ⁊ creatam addere/vel aliud compoſitum ex ipſa ⁊ forma in eam reſoluere et ipſam illi addere. Quo autē iſtorū modorū factū fuerit deꝰ nouit:quia hoc ſcriptura non exprimit. rationabilius tamen videtur ꝙ fuerit primo modo:videlicet per ipſius materie nouam creationē q̄ per alicuius reſolutionem. quoniam ſi fuiſſet factum per alicuius reſolutionem in ipſam/corpus mulieris fuiſſet factum non tm̄ de coſta: ſed etiam ex illa ſubſtantia in materiam reſoluta: et conſimiliter vt coſta. ſed ſi ſic corpus formatum fuiſſet/ hoc ſcriptura explicaſſet. ſicut enim explicauit coſtam ⁊ materiam ex qua formatū extitit corpus viri: ita vt videtur explicaſſet quamcunq3 aliam ſubſtantiam ſi corpus fuiſſet formatum ex ipſa in materiā reſoluta. ſed conſtat ꝙ non facit de aliqua alia ſubſtantia q̄ de coſta ⁊ de limo terre reſpectu corporis viri aliquam mentionē. ¶ Hec de primo.

Quantum ad ſecundum:licet appareat ex precedentibus quid dicendum: premitto tamē ad maiorem euidentiā iſta duo. Primū eſt: ꝙ creatio non ē aliquid diſtinctum a creante et a re ipſa creata. Hoc ſuppono hic ex dictis circa principium huius libri. ¶ Secundum eſt ꝙ aliquid poteſt dici et dicitur communiter creari tripliciter. Uno modo ꝓprie ⁊ ſtricte. Alio modo large. Tertio modo largiſſime. Primo modo ſolum illđ dicitur eſſe creatū qđ de nihilo preſuppoſito ſimplicit̄ tā quidditatiue videlicet ſeu intrinſece q̄ ſubiectiue ſeu extrinſece/eſt productum:hoc eſt illud cuius ſubiectum non fuit preſuppoſitum nec eſt aliquid ſibi intrinſecum. Secundo modo /videlicet large/ creatum eſſe dicitur omne quod eſt a ſolo deo productum ſiue de aliquo ſubiecto preſuppoſito ſibi extrinſeco ſiue de aliquo intrinſeco. Tertio modo/videlicet largiſſime / dicitur creatum vniuerſaliter omne aliud a deo licet a ſecunda cauſa productum/ non vt ab ipſa cauſa ſecunda/ſed vt a prima productū. ⁊ hoc modo ens diuiditur in creatū ⁊ ī increatum : et omnis res alia a deo dicitur creata: non autē primo nec ſecundo modo.

His præmiſſis & ſuppoſitis ex declaratis in precedentibus prolixius/pono duas cōcluſiones. ¶ Prima eſt: ꝙ ꝓductio corporis mulieris fuit creatio ſecundo modo:non autem primo modo. ¶ Hec apparet quantum ad vtranq3 partem. quoniam conſtat huiuſmodi corpus a deo tantū ſupernaturaliter de aliquo tamen materialiter preſuppoſito/ videlicꝫ de materia coſte/eſſe formatum.ſed omne ſic productum:puta a ſolo deo ſupnaturaliter ⁊ in aliquo ſiue de aliquo preſuppoſito materialiter/eſt creatum illo ſecundo modo:non autem primo ergo ⁊c. ¶ Sed contra hoc forſitan arguetur : quoniam materia coſte non fuit ſubiectum totius forme corporis adequatum:ſed alicuius partis tantum. ḡ licet pars forme corporis in materia coſte preſuppoſita introducta nō fuerit creata illo pmo modo/videlicet proprie : fuit tamē hoc modo creata alia pars forme corporis/que non fuit in illa materia coſte p̄ſuppoſita introducta. ¶ Reſpōdeo ꝙ non ſequitur qđ infertur.quoniam licet nō tota forma corporis fuerit in materia coſte preſuppoſita introducta aliqua tamen pars fuit in illa ⁊ alia in alia nouiter creata introducta: ⁊ ita nulla eius pars fuit hoc modo creata.quia nec ad hoc ꝙ aliquid dicatur non creatum requiritur ꝙ eius ſubiectum preſuppoſitum precedat terminum ꝓductū. ⁊ lō lꝫ ſubiectū alicuiꝰ ptis forme illiꝰ corporis p̄ceſſerit duratiōe ipā ꝑtem puta illam cuiꝰ ſubiectū eſt materia coſte: ⁊ ſubiectum alterius ptis eiꝰ fuerit creatū ſimul cū ipſa:non magis tamen ex hoc vna pars q̄ alia

dicitur esse creata. quare ꝛc. ¶ Secūda ꝓclusio est: ꝙ vocando illud esse creatum qō est ꝓductū non de aliquo ꝓsupposito ipm̄ durationis ordine p̄cedente/aliqua pars formę illius corporis fuit creata: ꝛ alia non. ¶ Hec apparet. qz materia coste prius fuit tēpore hm̄oi corpore mulieris. materia autē alia nouiter creata huic addita simꝫ cum corpore est creata. q̄ pars forme corporis in materia coste ꝓsupposita introducta non fuit hoc modo creata: sed illa alia que fuit in alia materia creata nouiter introducta. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationes ī principio apparet solutio ex p̄dictis in articulo vltimo.

SEcundo quæro de secundo: videlicet de ꝓductiōe anime. Utrū aīa hominis sit cū angelo eiusdē an alteri⁹ specifice rōnis. ¶ Et videt ꝙ eiusdē. qm̄ sicut diuersitas specifica forarū arguit ex diuersitate specifica operationū: ita ꝛ idētitas ex idētitate ipsarū. sed omnis operatio anime rationali ꝛ angelo possibilis est eiusdē specifice rationis. ergo ꝛc. ¶ Cōtra. quia forme eiusdē rationis sunt informatiue seu perfectiue perfectibilium eiusdem rationis: sed anima intellectiua est corporis perfectiua ꝛ non angelus. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi est primo videduz an angelus ꝛ anima intellectiua differant specie. Secundo supposito ꝙ sic q̄ sunt dīe quibus specifice distinguuntur.

Quantū ad primum: est opinio aliquorū dicētiū ꝙ angel⁹ ꝛ aīa differūt specie nō sicut diuerse species/vel sicut illa q̄ sunt in diuersis speciebus directe sed sicut species vna ꝛ pars alterius speciei: siue sicut illa quorum vnum est directe in specie ꝛ reliquum indirecte. angelus em̄ ꝛ homo sunt diuersarum specierum sicut illa quorum quodlibet est directe in specie. anima autem intellectiua non est species nec in specie directe: ꝫ trīmō indirecte/quia videlicet pars totius hominis directe in specie existentis. nulla em̄ forma materialis nata facere cum ipsa materia aliq̄d per se vnum/est in specie isto modo puta directe: sed tantum per reductionez ꝛ indirecte. ¶ Sed hic modus dicendi nō videtur rationabilis. quoniam omne illud de quo species est predicabilis per se ꝛ primo modo/est in specie proprie et directe. sed anima rationalis que est ita proprie species sicut homo/est predicabilis de omni anima rationali singulari. ergo ꝛc.

¶ Minor quantum ad primam partem/videlicet ꝙ ipsa rationalis anima sit species: apparet. quia omnis predicabile tantum de pluribus solum numero differentibus est spēs specialissima. ꝫ anima intellectiua est huiusmodi. q̄ ꝛc. ¶ Confirmat. qz nulla res extra aīam singularis dicitur esse in specie nisi sicut signatum in signo communi et predicabili de proprio signo sui. Sed non minus omnes intellectiue anime singulares possunt conuenire in tali signo communi eis ꝑ omnes lapides vel homines vel forme simplicee immateriales. que enim realiter equaliter conueniunt in re extra signata / equaliter conuenire possunt conceptibiliter in signo aliquo/puta ī conceptu mentis. anime autem intellectiue omnes non minus conueniunt ꝑ alia individua composita vel materie vel forme immateriales eiusdem specifice rationis. ergo ꝛc. ¶ Preterea arguo sic. si ideo anima non est directe in genere nec in specie/quia est corporis pfectiua: ergo nulla forma erit directe in genere nec in specie que sit corporis vel cuiuscunq̄ alterius perfectibilis perfectiua. sed hoc est falsum. quia omnis forma accidētalis est perfectiua alicuius perfectibilis. ergo ꝛc. ¶ Si forte ad hoc dicatur ꝙ non est simile de forma substantiali et accidentali quia ex forma substātiali ꝛ suo perfectibili resultat aliq̄d per se vnum: non autem ex accidente ꝛ suo proprio subiecto: ¶ Hoc non valet primo: quia si totum sit a suis omnibus simul sumptis partibus indistinctum: non magis ex aliqua substātiali forma ꝛ suo subiecto resultat aliq̄d a forma et materia distinctum/ ꝑ ex accidente aliquo et subiecto nec homo dicitur ens aliquod per se vnuz a corpore et ab anima distinctum/magis ꝑ album vel nigruz. Sed homo vel quodcūq̄ aliud cōpositū ex forma substātiali ꝛ ex materia dicitur ens per se vnum: album autem vel nigrum vnum per accidens: quia vtrunq̄ componentium tam forma videlicet ꝑ materia est substantia per se non in alio vt accidens in subiecto: ꝛ propter contrariam rationem homo albus dicitur ens vnum per accidens. q̄ re ꝛc. ¶ Secundo. quia esto ꝙ assumptum esset verum videlicet ꝙ ex materia et ex forma resultaret aliq̄d a partibus distinctum: non autem ex accidente aliquo ꝛ subiecto: ex hoc non haberet nisi ꝙ forma substantialis ꝛ materia non essent directe in specie illius totius substantie composite resultantis. ¶ Ex hoc autem non sequitur q̄n tam forma ꝑ materia possint eē i sua specie propria/sicut accidentalis forma et substantia eius subiectum sunt in diuersis specieb⁹. sicut em̄ res est in illa specie indirecte que p̄dicatur de ipsa siue de eius signo proprio indirecte ꝛ non in recto: ita ꝛ in illa debet poni directe que est de ipsa in recto predicabilis et directe. sed licet homo vel quecūq̄ alia substantia composita non predicetur de aliqua sui parte in recto sed tantū in obliquo: de qualibet tamē parte/videlicet tam de materia ꝑ de forma aliquid est p̄dicabile isto modo: quod quidem predicabile est species de pluribus numero differentibus tm̄: vt anima intellectiua vel forma ignis ꝛ alia quecunq̄ sub se continens distincta solo numero. ergo ꝛc. ¶ Et ideo supposito ex tq̄ dictis/et etiam ex dictis alibi in precedentibus / ꝙ anima rationalis sicut et quelibet alia forma/est in specie ꝛ in genere proprie et directe siue ex materia et forma resultat aliquid ab eis distinctum siue non: aliter quantum ad istū articulum est dicendum.

Ad cuius euidentiam pono tres conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ omnes anime humane sunt eiusdem specifice rationis. ¶ Hec probatur a posteriori: videlicet ex identitate accidentiū tam ipsarum omnium animarum ꝑ etiam totius hominis resultantis ꝛ accidētis ipsius: supposito ꝙ totum a partibus sit distinctum. quoniam tam totum ipsum resultans ꝑ eius ꝛ anime omnis operatio ꝛ accidens est eiusdez rationis in quocunq̄ homine singulari. Sed identitas omnium talium/idētitatē arguit animarum. licet enim forme diuersarum rationum sint alicuius effectus eiusdem rationis virtualiter contentiue: non tamen omnis. non enim reperiuntur aliqua diuersarū specierum communicantium in oī operatione ꝛ accidente quocunq̄ eiusdem rationis vt in actu intelligendi ꝛ volendi ꝛ in aliis quibuscūq̄. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur primo. quia si totum a partibus est distinctum/ex formis alterius rationis non resultat totum eiusdem specifice rationis. sed omnes homines sunt eiusdem speciei. ergo et anime que sunt ipsorum forme. ¶ Secundo. quia forme alle videntur esse eiusdem rationis que sunt perfectiue ꝛ informatiue perfectibilium eiusdem rationis. sed omnia humana corpora quorū sunt anime perfectiue sunt eiusdem rationis. ergo ꝛc. Sed tamē ista ratio nō cōcludit vt statim infertus apparebit.

Secunda conclusio est: ꝙ anima rationalis ē ab āgelo alteri⁹ rōnis: q̄ tū nec ē ꝑ se notū nec demōstrabile seu reducibile ex aliq̄ ꝑ se noto: supposito ꝙ

anima ītellectiua in hoīe sit alia ab aīa sensitiua. ¶ Hec quātum ad primam partem est cuiscūq̄ catholico ꝑ se nota nō naturaliter: sed per fidem. ¶ Scōa pars/vez ꝙ nō sit per se notū naturaliter ita esse: apparet. quoniā q̄ō est naturaliter per se notum ab alio esse diuersū/est notū naturaliter ipm̄ esse. sed angelum esse non est nobis naturaliter per se notum: nec etiā demōstrabile ex aliquo per se noto. quoniam motus orbium/ ex quo solo philosophus concludit hm̄oi substantias separatas/non arguit ipsas esse: cum motus iste possit esse sicut ꝛ omnis alius effectus tantū a prima causa omni alia circunscripta. q̄ ꝛc. ¶ Tertia pars huius conclusionis/videlicet ꝙ non possit probari huiusmodi differētia specifica angeli ꝛ anime ex aliquo per se noto: probatur. quoniam si huiusmodi differētia specifica probaretur/aut medijs sumeretur a priori puta arguēdo ex diffinitiōe: vel a posteriori videlicet ex operatione: vel ab aliquo accidente alio arguendo. Sed ꝓstat ꝙ non potest probari primo mō: tum quia nec anima nec angelus nec aliqua alia similiter forma est secundū aliqs proprie diffinibilis: tum quia esto ꝙ sit sicut ꝛ est/de nullo istorum est nobis naturaliter possibilis saltem in statu ꝓsenti aliquis conceptus diffinitiuus ipsis ꝓpri⁹ sed cōmunis. nec em̄ de angelo nec de anima cognoscimus nec cognoscere possumus nisi ꝙ est substantia spiritualis incorruptibilis ꝛ similia: q̄ omnia tam angelo ꝑ aīe intellectiue sunt cōia. per illō aūt qō aliqbus est commune/non arguit illoꝝ diuersitas: sed pot⁹ probatur idētitas inter ipsa. ergo ꝛc. ¶ Secūda ꝑs minoris/vez ꝙ nō possit ꝓbari a posteriori: ꝓbat ex hoc. qm̄ si sic/aut arguet ex diuersitate operationum eis possibilium/aut quia anima est forma corporis perfectiua: non autem angelus: aut quia ex corpore et ex aīa resultat aliquid per se vnum puta homo: non autem ex corpore aliquo ꝛ ex angelo existente in ipso. Sed ex nullo horū potest hoc argui: vt apparet per singula discurrendo. non ex primo potest argui: quia nulla operatio nobis nota conuenit angelo que sit alterius rationis ab operatione possibili anime rationali. Communicant enim anima rationalis et angelus in actibus intelligendi ꝛ volendi et aliis omnibus accidētibus: q̄ scimus esse eis possibilia eiusdem specifice rationis. nec potest argui ex secundo/videlicet quia anima et non angelus est forma corporis perfectiua seu informatiua. quoniam animam corpus informare seu perficere non est ipsam aliquid in eo causare: sed in eo isto modo existere/videlicet in ipso toto et in qualibet eius parte. ¶ Hoc apparet. quoniam nullum alicuius forme subiectū per hoc ꝙ forma aliqua informatur seu perficitur/aliquid distinctum ab ipsa forma consequitur. nec enim subiectum albedinis quia album habet aliquid ab ipsa albedine sic distinctum. ergo nec corpus humanum quia animatum seu anima informatum habet aliquid ab ipsa anima distinctum. Ex quo sequitur propositum: videlicet ꝙ animam intellectiuam informare corpus humanū non est ipsā aliq̄d a se distinctum in eo causare: cū omni ab ea et a corpe alio circūscripto corpus possit ipsa actualiter informari sed aīam informare corpus non potest esse nisi vel animā aliquid in corpore causare vel ipsā in corpore existere vel vtrunq̄. ergo cū non possit poni primū nec tertiū/relinq̄tur secūm: q̄ est propositum. ¶ Cōfirmat. qz sicut albedinē informare subiectū nō dicit aliud ꝑ subiectū esse albū q̄ nō est aliud ꝑ ipsum albedinis esse subiectum: ita nec corpus informari anima dicit aliud ꝑ corpus ipsum esse animatū. vel esse anime subiectum non est aliud ꝑ animā esse in eo. sicut impossibile est albedinem esse in substantia que non sit eius subiectum: et per cōsequens albedinis nec anima potest esse in corpore quod non sit eius subiectum: et per consequens animatum. ergo animam intellectuam perficere seu informare corpus non dicit aliud ꝑ ipsam animam esse in corpore vt in proprio suo subiecto. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniam anima intellectiua potest esse in alio corpore ab humano sicut in celo ꝛ in quolibet alio. potest enim esse in loco quolibet corporali. sed anima intellectiua non potest informare corpus aliquod aliud ꝑ humanum: non enim celum in quo est anima/dicitur animatum. ergo animā corpus perficere non dicit precise animam esse in corpore absolute. ¶ Consequentia est euidens. quoniam si idem omnino esset corpus cē animatū seu anime subiectum/q̄ animam in corpore existere absolute: non magis anima posset esse in corpore non informato nec animato per ipsam ꝑ conuerso corpus aliquod possit esse animatuz seu informatum anima non existente in ipso. ¶ Preterea aliquid potest esse et de facto est actualiter in aliquo cuius non est formaliter perfectiuum. ergo in aliquo existere et ipsum informare seu formaliter perficere / non est idem. ¶ Consequentia est euidens. Sed probatur antecedens tum quia vt dictum est anima non est informatius omnibus in quibus actualiter potest esse. est enim in verbo q̄ tamen non perficit actualiter nec informat. Deus etiam ē in omni ente creato: cuius tamen non est informatiuus nec formaliter perfectiuus. quare ꝛc. ¶ Ad primum responsio. Ad cuius euidentiam est sciendum: ꝙ per istam corpus est animatum/non debet intelligi aliquid distinctum ab anima de corpore predicari siue pro eo verificari. solum enim pro illo hoc predicatum quod est animatū de corpore verificatur q̄n in ipso actualiter sustentatur. hoc autem est anima ipsa tantūmque si est sensitiua/soluz dicitur animare seu actualiter perficere illud corpus in quo est tanq̄ in subiecto sic disposito: ꝙ potest mediante ipso elicere effectiue actum aliquem sentiendi. propter quod nec lapis nec quodcunq̄ corpus aliud in quo esset per diuinam potentiam/tale diceretur proprie animatuz nec anima informatiue: cū nec quocunq̄ mediante corpore anima possit sentire actum sentiendi eliciendo: secus esse videt de anima intellectiua/supposito vt hic supponitur/ꝙ a sensitiua sit distincta. quoniam anima intellectiua non dependet in intelligendo ab aliquo corpore absolute. nec per consequens corpus aliquod dicitur aīatū tali anima tanq̄ eius subiectum ad actum intelligendi necessariū absolute: sed precise dicit tali anima aīatū qz eius subiectum: q̄ non est aliud ꝑ esse illud in quo toto est ipsa intellectiua anima et in qualibet eius parte.

¶ Tunc igitur ad rationem in forma quando dicitur ꝙ anima intellectiua potest existere in alio corpore ab humano/ concedo. Sed quando additur ꝙ non potest informare aliquod corpus ab humano: Dico ꝙ cum corpus humanum esse intellectiua anima animatuz seu informatum non sit aliud ꝑ corpus ipsum esse subiectum eius in quo ꝛ in qualibet eius parte sit anima ipsa tota: per consequens oīe illud potest dici animatum anima intellecti ua eiusq̄ subiectum / in quo est ipsa anima isto modo: sicut omne illud in quo est immediate albedo dicitur esse album. ꝛ ita omne corpus in quo toto est anima intellectiua potest dici et concedi existere animatum. secus autem forte est de anima sensitiua propter rationem dictā quare ꝛc. ¶ Confirmatur. quia quero a te: quare concedis istam/corpus humanum est actualiter aīatū: aut eī ista est vera q̄: corpus ipm̄ humanū est sic dispositū: aut qz est anime subiectuz: aut ꝓpter vtrūq̄ istoz. Sz nō pōt poni primū: q̄ corpus ipm̄ pōt remanere sic dispositū: et tū nō existere animatū anima ipsa ab eo actualiter separata. Nec propter tertiuz: quia sicut ad hoc ꝙ aliq̄d dicatur albū nō requritur nisi tm̄ ꝙ sit albedinis subiectū: ita nec ad hoc ꝙ corpus aliquod sit animatum plus est ne-

tessarium q̄ ꝙ sit anime subiectum. Sed non solum cor-
pus humanum potest esse anime intellectiue subiectum
cum nec aliquid esse anime intellectiue subiectū sit aliđ
q̄ ipsam animam esse in eo toto: ⁊ in qualibet eius par-
te. Potest autē anima intellectiua esse hoc modo in mul
tis alijs corporibus ab humanis. ergo ⁊c. ¶ Preterea
homine mortuo aut eius corpus dicitur inanimatū quia
sic indispositum/aut precise quia anima ipsa non existit
in eo actualiter sicut prius. sed non potest poni primum:
quia sicut subiectum nūc album non potest effici non al-
bum propter aliquam indispositionem/ sed propter solā
albedinis separationem: ita nec corpus aliquod antea
animatum potest effici inanimatum: nisi precise quia ab
ipsa separatū. sed sicut corpꝰ humanū dicitur inanimatū
solū qꝛ ab ipsa aīa separatū: ita econuerso ex hoc solo vi-
detur debere dici et concedi esse actualiter animatum
quia anima est in ipso. ergo omne corpus aliud potest di-
ci formaliter animatum in quo aīa est actualiter isto modo
sed in multis alijs ab humanis corporibus potest esse vt
dictum est. ergo ⁊c. ¶ Ad secundum consimiliter est dicē
dum. non enim est verum antecedens quod assumitur: cū
animam corpus informare non sit aliud q̄ ipsam in cor-
pore existere/vt est dictum. quoniam aut anima intellecti
ua informat seu perficit corpus humanum quia in eo ex
istit isto modo/ita ꝙ animam informare corpus non sit
aliud q̄ ipsam esse in corpore: aut propter aliquid distin-
ctum a corpore ⁊ ab anima in re extra: quod quidem im-
portatur per hoc ꝙ dicitur ꝙ corpus anima informatur.
sed nō pōt poni secundum. quoniam circunscripto quocū
ꝗ alio ab anima ⁊ a corpore anime subiecto/corpꝰ est ani-
ma informatum. ergo relinquit̄ primū: qđ est propositum
¶ Confirmatur. quia si subiectum aliqđ esse forma aliq̄ ī
formatū includeret seu requireret aliq̄d p̄ter subiectū ⁊ formā
ī ipso subiecto actualr existētē: aut illđ existeret ī subie-
cto ipsius forme vel in aliq̄ alio vel ī nullo. sed nullū horū
pōt poni: nec ad hoc ꝙ subiectum sit albedine informatū
oportet ipm esse aliquo alio ab ipsa albedine informatū
nec req̄ritur etiā aliquid aliud ab albedine ⁊ subiecto ex
istens in aliq̄ subiecto alio vel in nullo: s3 tm̄mō ꝑ seipsum
esto etiā ꝙ forma aliq̄ p̄supponat aliquā aliā ī subiecto
ꝑ ipsam actualiter informato: vt intellectiua aīam sensi-
tiuā: nō tn̄ ex hoc corpus dicit̄ ītellectiua aīa īformatum
quia aīe sensitiue/ s3 precise qꝛ ītellectiue ē subiectū. ḡ ⁊c.
¶ Et qn̄ dicit̄ ꝙ verbū nō dicit̄ anima informatū: qꝛ nec
esse aīa informatū est aliud q̄ esse aīatum sicut ⁊ humana
tū. ḡ ⁊c. ¶ Quādo igitur dicitur ꝙ verbum ꝑ aīam non
actuat̄ nec ꝑficitur seu informatur: aut per aīam actuare
seu informare verbū intelligit̄ aīa3 aliq̄d causare ī verbo
aut p̄cise aīam actualiter esse in ipso. Si primū/concedo
ꝙ aīa non actuat verbum: qꝛ nec etiā aīa informans cor-
pus humanum actuat ipsum nec perficit isto modo. Si
aūt detur secundum: vc3 ꝙ per aīam actuare verbum in-
telligatur tm̄ aīam esse in verbo: tūc falsum est ⁊ hereticū
dicere animam non actuare seu ꝑficere formaliter ipsum
verbum. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ aut per istam/homo
vel aliud quodcūq̄ subiectum albedine actuatur vel ꝑfi-
cit̄ seu informat̄/intelligitur aliq̄d distīctū ab albedine et
subiecto: vel p̄cise ꝙ albedo sit in subiecto omi alio circun
scripto. sed nō pōt poni primū: vt patet ex precedentibꝰ:
ergo relinquitur scđm. sed non magis omē illud ī q̄ est al-
bedo pōt dici albedine informatū q̄ illud in q̄ est anima
dicatur esse animatum seu anima informatum. sed diuinū
verbum est anime assumpte subiectum. non enim minus
potest dici anime ⁊ totius humanitatis assumpte suppo
situm q̄ subiectum. est enim illud in q̄ aīa ipsa ⁊ tota assū
pta humanitas sustentatur. ⁊ hoc p̄cise ⁊ non aliud intel-
ligo per aliquid esse alicuius subiectu3. ergo ⁊c. Quia tn̄

per istā ꝓpositionē/anima informat seu ꝑficit vel actuat
corpus/videtur aliqua imperfectio ⁊ potentialitas ex ꝑ
te corporis importari que non importatur per istam/ani-
ma est in corpore: ideo forte communiter non conceditur
nec admittitur ī verbo diuino prima propositio: sed secū-
da. sic eñ concedunt doctores catholici aīam ⁊ tota3 na
turā assumptā esse in verbo: ꝙ non ꝯcedūt verbū ꝑ hmōi
naturam assūptā actualiter informari nec actuari seu ꝑ
fici. ¶ Ad vltimum quando dicitur ꝙ deus non est alicu
ius formaliter perfectiuus: Dico ꝙ albedinem vel quā-
cunq̄ formam aliam esse formaliter perfectiuam alicuiꝰ
non est aliud q̄ ipsam esse formalem perfectionem nata3
in illo existere cuius dicitur esse formaliter perfectiua: si-
cut nec albedinem subiectum formaliter actu perficere
est aliud vt dictum est/q̄ ipsam in subiecto actu existere.
sed deus ipse est forma simplicissima per se subsistens et
in quolibet actu existens. est enim vt in primo explicatur
in omnibus creaturis. ergo ⁊c. ¶ Si tamen per istam/al-
bedo vel quecunq̄ forma alia est alicuius formaliter per
fectiua/intelligatur ipsam natam formaliter alicui inesse
seu inherere non per se existere/concedo in hoc sensu (qđ
tamē ipsa propositio non pretendit) ꝙ deus ipse non est
alicuius a se alterius formaliter perfectiuus. sed hoc nō
est in aliquo contra propositum supradictum. quare ⁊c.
¶ Sic igit̄ ex p̄dictis apparet alia maior que superius
est assumpta/vc3 ꝙ aīam intellectiuam corpus informa-
re nō ē aliud q̄ ipsam ī toto corpore existere ⁊ in qualibet
eius parte. sed isto modo ⁊ non alio angelus potest esse in
assumpto corpore: videlicet in toto ⁊ in qualibet eius ꝑ-
te. ḡ seq̄tur ꝓpositum principale ꝓbandum qđ supius est
assumptū: vc3 ꝙ aīam rationalē esse ab angelo alteriꝰ spe
ciei nō pōt ꝓbari ex illo secūdo: puta qꝛ anima ⁊ non an-
gelus est corporis formaliter ꝑfectiua. ¶ Cōfirmat̄. quia
ex illo in q̄ aliqua conueniunt: nō ꝓbat̄ eorū differentia:
sed potiꝰ cōuenientia ⁊ indistinctio. S3 modꝰ essendi ī cor
pore eiusdē rōnis/ q̄ mō p̄cise dicit aīam informare corpꝰ
vt probatū est supius/est communis anime intellectiue ⁊
angelo: ergo ex hoc magis identitas specifica inter ipsa3
puta animam et angelum/ q̄ diuersitas comprobatur.
¶ Tertio probatur ꝙ non possit argui hmōi angeli ⁊ ani
me rationalis diuersitas ex tertio puta ex aliquo resul-
tante homine a corpore ⁊ ab anima differente. ¶ Primo
quia nullum tale resultat ex corpore ⁊ anima in corpore
existente magis q̄ ex angelo ⁊ ex corpore ab ipso assum-
pto. ¶ Secundo. qꝛ esto ꝙ ex corpore ⁊ ex anima resulta
ret tale totum ab ipsis partibus realiter distinctum: ex
hoc non sequeretur propositū: puta ꝙ anima intellecti-
ua esset ab angelo alterius rationis. Qđ apparet. quo-
niam cum anima intellectiua/supposito ꝙ a sensitiua sit
distincta/non sit alicuius substantie productiua: per con
sequens totum hmōi quod dicitur esse homo non potest
ab anima ipā resultare seu fieri effectiue. nec potest poni
ꝙ fiat ab aliquo alio q̄ a deo. Sed per hoc ꝙ deus ani-
ma in corpore sic disposito existente producit substantia3
ab ipsa anima et a corpore realiter differentē/quā non ꝓ
ducit angelo in assumpto corpore existente: non sequitur
nec potest argui ꝙ ipsa anima sit ab angelo alterius spe
ciei: magis q̄ corpus anima informatum a corpore assum
pto per angelum. potest enim angelus assumere corpus
humanum eiusdem rationis ⁊ dispositionis cum corpore
alio intellectiua anima informato. ergo ⁊c. ¶ Confirma-
tur. qꝛ si ex anima ⁊ corpore homo resultans sit aliq̄d ab
ipsis omnibus ꝑtibus realiter differens/posset huius-
modi totum non sequi ex partibus sic vnitis: vel postq̄
fuit in esse positum potuit destrui ipsis eius partibus
eisdem et vniformiter vnitis remanentibus sicut prius.
ergo ex tali toto homine resultante non sequitur nec pro

batur ꝙ anima rationalis sit ab angelo alterius ra-
tionis. ¶ Antecedens probatur et communiter conce-
ditur. quoniam omne prius potest fieri sine posteriori ab
ipso realiter differente. Sed partes cuiuslibet totius
prius sunt ordīe nature: et etiam earum vnio ipso toto
quod ab eis realiter ponitur esse distinctum: nec in ipsis
formaliter est inclusum: licet econuerso. ergo ⁊c. ¶ Con-
sequentia est euidēs. quoniam per illa quorum vnum po
test competere alicui ⁊ reliquū alteri cum illo priori eius
dē speciei non potest probari diuersitas specifica aliquo
rum. sed hominem resultare ex partibus et non resulta-
re ex eis/sunt huiusmodi. duabus enim animabus eius-
dem rationis existentibus vnitis duobus corporibus
etiā eiusdem rationis/ potest ex vna ⁊ corpore illi coniun
cto non resultare aliquid ab eis distinctum: qđ tamen ex
alia anima ⁊ corpore eiusdem rationis supponitur resul-
tare. ergo esto ꝙ homo resultet ex corpore et anima: non
autem ex corpore et ex angelo ipsū assumēte ⁊ in eo actu
aliter existente/non sequitur ꝙ anima rationalis sit ab
angelo alterius rationis: magis q̄ corpus animatum
oporteat esse alterius ratiōis a corpore ab angelo assum
pto. ¶ Sic igitur apparet conclusio quantum ad omēs
tres eius partes. ¶ Sed contra tertiam ⁊ vltimam eius
partem arguitur. nituntur enim aliqui demonstrare ani-
mam intellectiuā esse ab angelo alterius speciei. ¶ Pri
mo. quia que sunt diuersorum generum necessario habēt
esse diuersarum specierum. vt enim dicitur in libro predi-
camentorum/ diuersorum generum ⁊ non subalternatim
positorum diuerse sunt species ⁊ differentie: sed angelus
⁊ homo sunt in diuersis generibus non subalternis: quia
genus hominis est corpus: non autem angeli: sed spi-
ignis generatiuū ꝛ aque corruptiuū q̄ ecōuerso. nō enim
qꝛ vnius ignis est cū alio eiusdē rōnis ꝛ ab aqua alterius
sequit̄ ꝙ sit ignis ꝓductiu⁹ ꝛ aque corruptiu⁹: cū nō qḋ
cūqȝ sit cuiuscūqȝ rōnis secū ꝓductiuū: nec cuiuscūqȝ al

teritus corruptiuū.q̄re ⁊c.¶Confirmatur.q2 p̄misse oīs
demōstrationis sunt necessarie. est enim oīs demonstra-
tio ex necessarijs nō ex cōtīgētibus. sed altera p̄missarū
ex quib⁹ habet ꝓbari animā rōnalem esse īcorruptibilē:
est cōtingēs nō necessaria.ergo ⁊c.¶Minor ꝓbat.qm̄ sicut
aliquid esse corruptibile nō pōt ꝓbari nisi ꝑ hoc:q2 de fa
cto corrūpit ab aliquo / puta ab illo ad cuius presentiā
sequit nō esse ipius:ita nec aliq̄d eē incorruptibile est de
mōstrabile nisi ex opposito:vcȝ q2 videmus ꝙ ad nulli⁹
cause secūde presentiā sequit nō esse eius/sed manet quo
cūq3 alio existēte sibiq3 p̄sente. Sed ꝙ ad p̄sentiā vnius
rei sequat vel nō sequat esse vł nō esse alterius/nō est sim
pliciter necessariū/sed cōtingēs.ergo ⁊c.¶Preterea si
cut se habet ista ꝯclusio/homo est risibilis:ad istā p̄mis-
sam ex qua infert/homo ridet:ita ista/aliq̄d est ab aliquo
corruptibile:puta aqua ab igne: ad istā/aq̄ corrūpit ab
igne.⁊ sicut ista/equ⁹ nō est risibilis/ad istā/equ⁹ nūq̄ ri
sit:ita ista/aīa rōnalis nō ē corruptibił/ad istā/aīa nūq̄
ab aliquo est corrupta.¶Hoc appet. q2 vt dictū ē/sicut
precise ꝑ hoc scit ꝙ homo est risibilis q2 risit: ⁊ ꝙ equus
nō est risibilis q2 nūq̄ risit : ita p̄cise ex hoc arguitur ꝙ
aqua est ab igne corruptibił: q2 aliquādo fuit ab eo cor-
rupta:⁊ ꝙ aīa rōnalis nō est corruptibilis q2 nūq̄ ab ali
quo fuit corrupta.sed licet hominē esse risibilē inferatur
a posteriori ex actu ipsi inexistente ridendi/ ⁊ equū non
esse risibilem ex eius negatione:nō tamē demonstratiue
cū hominē actu ridere nō sit ꝓpositio cōueniens demon
strationi/sicut nec aliqua alia in qua aliquid de alio p̄di
cat de quo cōtingenter verificatur.ergo ⁊c.¶Cōfirmat. q2
de nullo est ꝓbabił nec scibilis aptitudo nisi ꝓpter actū
existētē in ipso: ⁊ econuerso carentia aptitudinis ꝓpter
carentiā actus p̄existentis. Sed ꝓpositio ī qua affirmat
vel negatur actus possibilis inesse ⁊ nō inesse de aliquo
nō pōt esse p̄missa demōstrationis. nō magis eīm ista/ho
mo ridet/vł homo nō ridet nec risit/potest esse p̄missa de
mōstrationis:q̄ ista/homo est albus/vel angelus nō est
albus.ergo ⁊c.¶Hec de secundo.

Quantū ad tertiū & vltimum: videtur

dicendū. Primo: ꝙ in statu innocentie nō fuissent trans-
lati oēs simul sed vnus prius alio. Scd̄o: ꝙ q̄libȝ fuisset
trāslat⁹ ad p̄miū statī vt meruisset ipm. Tertio: ꝙ an fu
issent oēs equali an inequali tēpore viatores non videt
certitudinaliter esse notum.¶Primū aliqui ꝓbant sic
aut hoīes q̄diu viatores mansissent cōtinue meruissent
aut nō. Si ponat primū:⁊ cum hoc dicat ꝙ oēs fuissent
translati simul.ergo oēs priores fuissent beatiores:quia
maioris meriti q̄ posteriores.hoc aūt est falsuȝ:maioris
eīm meriti/ ⁊ ꝑ ꝯñs p̄mij fuisset tūc sicut ⁊ nūc beata vir
go ⁊ alij multi posteriores q̄ priores. Si autē dicatur ꝙ
nō semꝑ meruissent sed tm̄ vsq3 ad aliquē terminū sue vi
te:ergo si tūc nō fuissent translati ad gloriam deus non
fecisset eis iustitiā seu misericordiā: sed magis iniustitiā
differendo dare gloriā quā meruissent.hoc aūt nō potest
poni.ergo siue ponatur ꝙ semper meruissent/siue nō/ se
quitur ꝙ nō simul omnes translati fuissent ad gloriam
quā meruissent.¶Sed ista rō nō cōcludit.qm̄ cōcedēdo
ꝙ semꝑ meruissent:ex hoc nō oportet cōcedere qđ īfert:
quia non sequitur vcȝ ꝙ oēs priores fuissent beatiores.
¶Et quādo ꝓbatur ꝑ hoc.quia fuissent maioris meriti:
Dico ꝙ nō oē meritū maius extēsiue q2 maioris duratio
nis est maius intēsiue:imo pōt esse vnus actus durās p̄
cise ad horā vel momentū magis meritorius q̄ ali⁹ du-
rans ꝑ aliqđ tēpus magnū:siue quia est melior formali-
ter:puta q2 pfectior intēsiue: siue q2 melior ē virtualiter
puta q2 ex maiori charitate elicitus qua ipm eliciēs est
accensus.⁊ ita licet illo supposito vcȝ ꝙ in statu innocē-
tie omnes meruissent q̄diu vixissent/ sequeretur ꝙ prio
res fuissent maioris meriti extensiue siue plurium meri-
torū:nō tamē sequitur ꝙ fuissent intensiue maioris/ nec
per cōsequēs maior p̄mior.quare ⁊c. ¶Uel etiā posset
dici ꝙ nec etiā omnes priores oportuisset esse plurium
meritorum vel maioris extensiue meriti q̄ posteriores:
quoniā nō est intelligēduȝ ꝙ sic semꝑ omnes in statu in
nocentie meruissent ꝙ nūq̄ ab actu meritorio cessassent
q̄diu viatores fuissent.ab actu enim merendi interdum
cessare ⁊ actum indifferentē sicut modo exercere aliquā
do potuissent. ⁊ ideo aliqui posteriores potuissent esse
plurium meritorum q̄ aliqui priores:quia licet priores
mereri citius incepissent/ posteriores tamē illis magis
continuare meritum/⁊ ab actu indifferenti cessare potu
issent. quare ⁊c. ¶Et ideo aliter potest persuaderi illud
primū assumptū.quoniā nō videtur ꝙ prim⁹ homo vsq3
ad vltimū viuere naturaliter potuisset:ita eniȝ tūc sicut
et nūc fuissent electi per ꝓpagationē successiue ꝓducti
nec videtur ꝙ tanto tēpore quātū fuisset a primo vsq3 ad
vltimū hominē/primus homo viuere potuisset:sed mort
senio (loquēdo naturaliter) necessario habuisset. Sed cō
stat ꝙ in statu illo nō fuisset mors:sed quilibet anteq̄ p-
uenisset ad tēpus in quo senio mori habuisset translatus
fuisset.ergo ⁊c.¶Quia tamē tūc citius fuisset q̄ nūc cō
pletus numerus electorum:ideo si diceretur ꝙ in tā par
uo tempore cōpletus fuisset ꝙ primus homo viuere na-
turaliter toto illo tēpore potuisset:maxime quia tūc diu
tius poterat/ q̄ nūc possit/homo viuere propter multa:
predicta ratio nō cōcludit: nec etiam si dicatur ꝙ licet
nō naturaliter tamē supnaturaliter primus homo toto
illo tempore vixisset quia ⁊ sic viuere potuisset.¶Secū
dum:vcȝ ꝙ quilibet fuisset translatus ad p̄miū statim vt
meruisset ipȝ/ videtur rationabile:quoniā frustra viator
fuisset postq̄ totuȝ p̄miū meruisset: cum nec mereri am-
plius potuisset.nulla etiā apparet ratio quare deus ipsi
ꝯferre p̄miū qđ totū meruisset vt supponitur/distulisset.
ergo ⁊c.¶Cōfirmatur.quia omnis viator q̄diu est via-
tor est in statu merendi.ergo quilibet in statu innocentie
postq̄ p̄miū meruisset totū/ translatus fuisset ad ipsum.
¶Cōsequētia est patēs.quia nullus potest mereri post
q̄ totū p̄miū meruerit ad qđ fuit eternaliter ordinat⁹.q̄
re ⁊c.¶Tertium ⁊ vltimū:vcȝ ꝙ non sit certum nec no-
bis notum an omnes fuissent equaliter an inequaliter
viatores/apparet.quoniā nec hoc est in scriptura exp̄s-
sum:nec aliquid est nobis notū ex quo possimus inferre
determinate alterū p̄dictorū.Si eīm arguatur ꝙ fuissent
equaliter viatores/sicut arguitur in principio q̄stionis:
vcȝ quia fuissent sicut ⁊ nunc erūt oēs equalis etatis in
gloria:ex hoc nō sequitur qđ infertur:nisi dicatur ꝙ tūc
fuissent nō supernaturaliter sed naturaliter equalis eta
tis in gloria.quoniā sicut nūc oēs inequalis etatis via-
tores existentes resurgent in etate cōsimili ⁊ equali:ita
et tūc su pnaturaliter potuisset quilibet quātecūq3 eta-
tis in actu translationis reduci ad cōditionem consimi-
lis ⁊ equalis etatis:non sic intelligēdo ꝙ oēs equaliter
vixissent:q2 hoc est impossibile:cū vt supponit viatores
inequali tpe extitissent:sed ꝙ oēs in sui translatione fie
rēt quo ad corpus talis dispositionis ꝙ etatis equalis
et cōsimilis viderētur.ergo ex equali etate electorum nō vi
detur posse ꝓbari equalitas vie ipsorum:nisi supponēdo ꝙ
quilibet remāsisset in statu innocentie in gloria in dispo-
sitione etatis consił quo ad corpus / in qua fuit in via
quādo translatus fuisset ab ipsa. hoc aūt nō est certū/li-
cet ꝓbabile videat. sicut eīm nūc beati cū eodē corpore
trāsferētur ad celum qđ habebūt quādo resurgent : ita
videtur ꝙ in statu innocentie in translatione beati nulla
fuisset mutatio nec alteratio quo ad corp⁹/ exceptis do-

tibus quas nouiter recepisset.quare ⁊c. ¶Q2 etiā non
possit ꝓbari contrariū: vcȝ oēs fuisse inequaliter viato
res/apparet. non enim nobis ꝯstat aliquid ex scriptura
nec aliūde vnde hmōi ineq̄litas magis q̄ equalitas ar-
gueret. ꝓbabili⁹ tamē videt credere ꝙ fuissent equales
in via q̄ inequales.¶Sic ad questionem.¶Ad vtrāq3
rationem in principio apparet solutio ex p̄dictis in cor
pore questionis.

Circa distinctionem vi-
gesimam/in qua Magister deter
minat de homine quātū ad statū
innocētie an sic fuisset aliorum p̄inci
pium productiuū: Queritur vtrū
in statu innocentie fuissent hoīes
sicut modo per carnalem copulā
propagati.¶Et videtur ꝙ sic. q2
nec naturaliter potest fieri homo aliter q̄ hoc modo:vcȝ
per carnalem copulā mediantē. sed in illo statu sicut et
in isto fuisset naturaliter nō supnaturaliter fact⁹ homo.
ergo ⁊c.¶Cōtra.q2 oē naturaliter generabile est corru-
ptibile:sed homo fuisset in statu innocentie immortalis.
ergo ⁊c.¶Respōsio.vbi est videndū Primo quesitum:
vcȝ an in paradiso terrestri fuisset prolis generatio ꝑ car
nalem copulam sicut modo. Secundo:an in illo actu co
pule cōiugalis fuisset delectatio ⁊ virginitatis amissio.

Quantum ad primū: duo communiter

concedūtur. Primū est: ꝙ homo fuisset propagatus siue
per corporalem copulā generatus. Secūdo: ꝙ ꝑ quāli-
bet carnalem copulam fuisset proles aliqua generata.
¶Primū declaratur.qm̄ cōstat ꝙ hō nō potest alit q̄
ꝑ propagationē ⁊ seminariū viri ⁊ mulieris ab homine
generari.sed in statu innocentie sicut ⁊ in isto fuisset ho
mo ex viro ⁊ muliere naturaliter generatus.licet eīm ho
mines potuissent sicut ⁊ nūc possent multiplicari a deo
īmediate per creationē/sicut fuerūt angeli multiplicati
non tamē sic fuisset factum tūc/ sicut nec fit nūc. ita eīm
tunc sicut est nūc fuisset in hominib⁹ carnalis affinitas
filiatio ⁊ paternitas:que esse non possunt nisi vnus ho-
mo ab alio sit naturaliter propagatus.sicut eniȝ nullus
angelorum potest dici pater alterius quia nō est ꝓductiu⁹
ipsius:cum oēs sint a deo immediate creati:ita ⁊ de ho-
minibus cōsimiliter esset dicendū nisi vnus ab alio ꝓdu
ceretur.ergo ⁊c.¶Cōfirmatur.quia cōstat ꝙ homo cor
pus habuisset animale ⁊ nutribile alimento indigens in
statu innocētie sicut modo.ergo nō minus tunc q̄ nunc po
tuisset sibi simile generare.¶Consequētia est euidens.
quia cum generatio fiat mediāte semine qđ habet ex su
perfluo alimenti/ omne animal perfectū alimento indi-
gens quale est animal habēs nutribile/est sibi similis ꝓ
ductiuū:⁊ non aliter q̄ per propagationē semine mediā-
te.ergo ⁊c.¶Hoc est etiam expresse sentētia Augustini
14.de tri.c.21.ibi enim expresse dicit ꝙ in paradiso terre
stri si homo nō peccasset / per carnalem cōcubitum gene
rasset alium sicut modo. ¶Secundū vcȝ ꝙ per carnalē
copulam fuisset alicui⁹ ꝓlis generatio:declaratur.quo-
niam sic vis seu potentia generatiua fuisset subiecta ra-
tioni ꝙ nūq̄ in actū exiuisset nec etiā exire appetisset ni
si ipsa ratione dictante. Sed scd̄m dictamen rationis de
bite nūq̄ est vel saltem in statu innocentie nō fuisset exer
cendus actus concubitus carnalis nisi tm̄modo ꝓpter
prolem. licet enim hmōi actus hoc tēpore sit indultus
propter fornicationem vitandā: nō tamē fuisset tunc.cū
ergo recta ratio in statu innocentie dictasset generatiuā
non debere exire nec etiam appetere exire in actū hmōi
coniugalem nisi vtroq3 coniuge existente in tali statu in
quo per carnalem copulā cōcipere potuisset:per ꝯñs se
quitur ꝓpositū:vcȝ ꝙ tūc fuisset prolis generatio ꝑ quē
libet actum copule cōiugalis.¶Cōfirmatur.quia tunc
nullū fuisset in tali actu peccatū.sed si huic actui aliq̄s
vacasset eo tempore quo proles ex ipso sequi non potu-
isset/ vtiq3 peccasset:quia actu ipso abusus fuisset.oīs
enim re aliqua vtens ad finem alium ab illo ad quem est
ordinata / ipsa abutitur/⁊ per cōsequēs peccat.sed finis
huiusmodi actus carnalis est proles:quā nō intēdit/sed
solam libidinis expulsionē/qui ipm exequitur eo tēpore
quo proles nō potest ex ipso sequi.ergo ⁊c.¶Si forte di
catur ꝙ licet in isto statu nullus huic actui vacasset nisi
illo tempore quo proles ex ipso sequi potuisset: nō tm̄ ex
hoc sequitur ꝙ semꝑ de facto secuta fuisset:quia impedi
ri sicut ⁊ modo ex causis varijs potuisset:¶Ad hoc pōt
responderi negādo assumptū. tunc eīm omne īpedimētū
prolis impeditiuū deus remouisset.nec enī sterilitas nec
aliquod aliud indiuiduale hmōi carnalem cōcubitū p̄ue
niens nec sequēs ne post ipm actum proles seq̄ret/tūc fu
isset: quia nec deus aliquod taliū tūc ꝯtingere ꝑmisisset.
quare ⁊c.¶Hec de primo.

Quantum ad secundū: tria cōmuniter

cōcedūtur. Primū est: ꝙ fuisset tunc vtiq3 sicut nunc in
tali actu delectatio. Scd̄o ꝙ fuisset etiaȝ delectatio ma
ior q̄ nūc. Tertio: ꝙ nulla fuisset ī eo deordinatio.ex quo
sequitur ꝙ in tali actu nō fuisset fracta virginitas men-
tis sed tm̄ carnis. ¶Primū apparet. qm̄ propter pec-
catū nullus actus habet aliquā delectationē annexā. ergo
oīs actus delectabilis post peccatū/fuisset delectabilis
etiā ante ipm.sed cōstat nūc esse delectabilem istū actū.
ergo ⁊ tūc/si nullū fuisset peccatū.¶Cōfirmatur. q2 sub
iectū eiusdē rationis cōsequitur passio seu ꝓprietas eius
dē rōnis:sed hmōi concubitus carnalis fuisset eiusdē ra
tionis tūc sicut nūc:ergo ita fuisset delectabił tūc sicut
nūc.¶Scd̄m: vcȝ ꝙ magis fuisset tūc delectabile q̄ sit
modo:probat. qm̄ quanto antecedēs ad qđ sequit ꝯñs
est perfectius:tāto ⁊ ipm cōsequēs etiā est intensius.sed
antecedēs qđ cōsequit hmōi delectatio fuisset tūc pfe-
ctius q̄ sit modo.ergo ⁊c.¶Minor ꝓbat.qm̄ actus vir
tutis generatiue fuisset tūc pfectior q̄ sit modo: sicut et
ipa vis generatiua . semen etiā decisum fuisset pfectius
et locis ꝑ que transit cōuenientius.fuisset etiā viuacior
sensus tactus.sed ista sunt ad q̄ sequitur hmōi delecta-
tio.ergo ⁊c. ¶Cōfirmat.q2 sicut se habent tristitia ⁊ letitia
que sunt passiones appetitus itellectiui ad actus quos
consequūt:ita dolor ac delectatio q̄ sunt passiones appe
titus sensitiui ad actus appetitus sensitiui quos similit
cōsequūtur.sȝ tristitia ⁊ letitia sic se habēt ad act⁹ quos
consequunt:ꝙ semꝑ ad actū vehemētiorem pfectior seu
maior sequitur tristitia vel letitia.ergo ⁊ in ꝓposito cōsi
militer est dicēdū.quare ⁊c. ¶Tertium ⁊ vltimū:vcȝ ꝙ
tūc nulla in tali actu nec ī eius delectatione fuisset inor
dinatio/appet.qm̄ actus bonus ⁊ ad finē debitū ordina
tus/nō pōt esse inordinatus. sed hmōi actus fuisset tūc
semꝑ bonus/ ⁊ ad finē debitū puta ad prolem habēdam
ab exercēte ipm ordinatus.ergo ⁊c.¶Cōfirmatur.q2 in
nullo actu ad quē obligat homo ex p̄cepto diuine/pōt
esse aliqua deordinatio: dum tm̄ ad finē debitū ordinetur
sed hmōi actus cōiugalis fuit homini in statu innocētie
iniūctus:⁊ ad prolē habēdā ordinatus/in ordine ad quē
finē p̄cise quilibet eo fuisset vsus . ergo nō fuisset in ali-
quo deordinatus/sed potius ordinat⁹.¶Ex hoc sequit
vltimo: ꝙ in tali actu nō fuisset fractio virginitatis mē-
tis q̄ sola est virtus.qm̄ hmōi virginitas q̄ est q̄dā men-
tis integritas:nō frangitur nisi ꝑ aliquā mētis inordina
tionē.sed in statu innocētie nulla fuisset in mēte elicien-

tis huiusmodi actum inordinatio. tūc enim licet in trāsfusiōe seminis fuisset summa ⁊ maior delectatio ꝙ sit modo: nullus tñ fuisset inordinatus motus ex pte appetit⁹ nec absorptio ex pte ratiōis ꝑpter subiectionē inferiorū viriū rationi. ⁊ ista sunt pcipue que mentis virginitatem que sola est virtus / frāgūt: nō aūt apertio claustrorum nec transfusio seminū / vt apparet per Augustinū dicentē / ꝙ virgo oppressa virginitatē nō perdit. qđ est intelligendū si actui non consentit. ergo in statu innocētie nō fuisset virginitatis mentis fractio: quia nulla in mente fuisset inordinatio. ⁊ ꝑ cōtrariū nūc virginitas mētis nō tm̄ carnis frangitur: qꝛ aliqua inordinatio istū actum in mente sequitur. ratio eñ totaliter absorbeť in ipso: et appetitus sensitiuus aliquo modo inordinate moueť cōtra dictamen debitū rōnis. qre ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc forsitan argueť. qm̄ in quocūqꝫ actu est aliqua inordinatio et peccatū. sed hmōi coniugalis actus pōt sine peccato etiā isto tpe exerceri. ergo ⁊ sine oī deordinatione. ¶ Respōdeo: ꝙ nō oīs īordinatio est demeritoria seu peccatū licet ecōuerso oē peccatū sit qđā deordinatio. in oī enim actu est aliq̄ inordinatio in quo ratio absorbeť ⁊ sensualitas dominať: nō tñ oportet talē actū esse demeritoriū qm̄ ad finē debitū ordinať. sed talis actus est hoc tēpore carnalis cōcubitus: non aūt fuisset talis in statu innocentie cum tūc ꝑpter ipm̄ vt supponiť ⁊ ꝯmuniter conceditur ratio nō fuisset absorpta sicut nunc totaliter absorbetur quātūcūqꝫ tunc maior in ipso fuisset delectatio ꝙ sit modo. ¶ Sed tunc est dubium: cum nūc in isto actu absorbeatur ratio ꝑpter delectationē ei annexā / qre tunc absorpta nō fuisset si maior delectatio ī eo extitisset. ¶ Ad hoc videtur dicendum: ꝙ vel illud ne vꝫ ratio absorpta in tali actu fuisset / contigisset supernaturaliter mediāte dono originalis iustitie: vel si naturaliter / hoc fuisset qꝛ non ita effrenate vt nunc appetitus sensitiuus seu vis generatiua in talem actum ꝓrupisset. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicendum est ꝙ immo homo fuisset mortalis ⁊ corruptibilis in statu innocētie sicut modo / licet scđm quid aliquo modo fuisset immortalis: vt in distinctione alia fuit dictum.

SEcundo quæro: vtrum in statu innocētie oēs perfecti in sciētia ⁊ in originali iustitia nati fuissent. ¶ Et videť ꝙ sic. qm̄ pena nō infligitur nisi ex culpa. sed ignorātia ⁊ originalis iustitie carentia sunt pene inflicte humano generi ꝑpter culpā. ergo si homo nō peccasset / nec ignorantiā nec originalis iustitie carentiā habuisset / ⁊ ita ꝑ ꝯñs cū sciētia et originali iustitia natus esset. ¶ Cōtra quia nō magis fuit necessariū hominē tūc nasci cum originali iustitia ⁊ scientia / ꝙ nūc cū gratia. Sed homo nūc nō nascitur cū gratia: nec etiā primi parentes forte fuerūt creati in ipa. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi est vidēdū Primo: an soli illi qui nūc sunt electi / et nulli aliȷ̄ fuissent tunc nati. Secūdo: an fuisset tūc equalis multiplicatio virorum ⁊ mulierum. Tertio: an nati in statu innocētie habuissent statim perfectum vsum mēbroꝝ. Quarto q̄situ: vꝫ an fuissent nati cum originali iustitia ⁊ scientia.

Quantū ad primū: dicitur ꝙ sic. Qđ ꝓbať. qm̄ cōstat ꝙ oīs natus tūc fuisset saluatus. null⁹ enī tūc nat⁹ fuisset damnādus. sed soli electi ⁊ ab eterno ꝑdestinati saluātur. si enim aliquis alius saluaretur / diuina predestinatio mutaretur ⁊ falleretur. ergo ⁊c. ¶ Sed quicquid sit de cōclusione / ratio que ad eius ꝓbationem adduciť nō cōcludit. falsum eñ est qđ assumitur quando diciť ꝙ si nō electus nūc saluaretur tunc diuina ꝑdestinatio mutaretur, qm̄ deus ipse non mutatur ex mutatione alicuius mutabilis creature. nec eñ īmutabile ad mutationē alicu⁹ mutabilis trāsmutať. Sed diuina ꝑdestinatio vt ab obiecto distīcta ē a deo īdistīcta. ꝫ obiecto ꝑdestinato quōcūqꝫ mutato ipsa ꝑdestinatio manet penitus īmutata. ¶ Cōfirmať. quia nullus necessario est beatus nec damnatus: sed tm̄mō cōtīgēter. ergo oīs nūc damnatus posset esse beatus: ⁊ ecōuerso damnatus posset eē absolute loquēdo beatus. Sed oīs nūc beatus fuit ab eterno ꝑdestinatus ⁊ electus / ⁊ damnatus ꝑscitus: ergo multo magis q̄ nūc sunt electi potuissent esse in statu innocētie non electi nec nati: sed aliȷ̄ nunc ꝑsciti. nec tñ ex hoc ex parte actus ꝑdestinationis diuine aliqua mutatio sequeretur. quare ⁊c. ¶ Et ideo aliter quātū ad istū articulum videtur esse dicēdū. Primo eñ pōt dici ꝙ ī statu innocētie nullus fuisset damnatus. Secūdo ꝙ illi ȷ̄dē q̄ nūc sunt electi / vel etiā aliȷ̄ nūc damnādi potuissent tūc eē nati. Ex quo sequitur ꝙ qui istoꝝ fuissent tūc nati nō potest nobis esse certū nisi ex scriptura sacra vel doctrina sanctoꝝ habeatur expressum. ꝓbabilius tamē videť credere ꝙ nūc electi fuissent etiam tūc ⁊ nati. ¶ Primū apparet. quia in statu innocentie nō fuisset aliqua culpa mortalis. ergo nec pena eternalis. nec enim iuste nisi ex culpa infligitur talis pena. quare ⁊c. ¶ Ex hoc apparet ꝙ oīs tūc natus fuisset electus. qꝛ oīs saluandus est electus. quare ⁊c. ¶ Scđꝫ / vꝫ ꝙ illi q̄ nunc sunt electi vel aliȷ̄ potuissent tūc fuisse electi: appꝫ. qm̄ oīs nūc cōtīgēter electus potuit esse prescitus / ⁊ ꝯtīgēter etiā nūc ꝑscitus potuit eē ꝑdestinatus siue electus. sed omnis saluādus ꝯtīgēter fuit ⁊ est electus: ⁊ ꝑscitus similiter nō necessario est prescitus. ergo licet nūc electus nō fuisset tūc prescitus: quia nec tūc fuisset aliqua culpa: tamē nūc prescitus potuit tūc fuisse electus. ¶ Cōfirmatur. quia ꝙ aliquis nūc presciatur et preordinetur ad penam hoc est ꝑpter aliquam culpam ꝑuisam. sed tūc nulla fuisset culpa. ergo quilibet indifferēter potuisset tūc fuisse electus / ⁊ ad eternam gloriam ordinatus. ¶ Ex hoc apparet corollarium supradictū: vꝫ ꝙ non possit sciri nisi ex scriptura vel sanctoꝝ doctrina qui horum ꝑdictoꝝ tunc fuissent nati ⁊ electi. Probabilius tñ esse videtur ꝙ electi soli nūc fuissent nati tūc. quoniam aut isti soli: aut tm̄ damnati / aut oēs isti ⁊ illi. Sed nō potest poni secūdum nec tertiū: quia numerus electoꝝ nō fuisset maior tūc ꝙ sit nunc. sed cum omnes tunc nati fuissent saluati: si oēs nunc boni ⁊ mali vel tm̄ mali fuissent tunc nati / maior fuisset tunc electorum saluandorum numerus ꝙ sit modo: cum soli damnādi sint plures ꝙ saluādi. quia multi sunt vocati pauci vero electi. Matth. 20. ergo ⁊c. ¶ Sꝫ contra hoc forsitan arguetur. quia idem homo in numero non potest ex diuersis parentibus generari. sed multi electi sunt nunc ex parētibus reprobis generati. ergo si ȷ̄dē in statu innocentie fuissent / habuissent ex eisdē parentibus generari / ⁊ per cōsequēs nunc reprobi ⁊ ꝑsciti tunc fuissent electi. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ si assumptuꝫ est verum: puta ꝙ idem homo non posset ex diuersis generari ꝙ nunc electi fuissent tunc aliȷ̄ nō quo ad animā sed tm̄modo quo ad corpus: scđm qđ precise proles diciť generari. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: dicitur communiter ꝙ ibi fuisset equalis multiplicatio virorum ⁊ mulierū. ¶ Qđ ꝓbatur. quoniā tunc nec vir habuisset nisi vnam vxorem / nec mulier nisi tm̄modo vnū virum. iuxta illud qđ Ade Ge. 2. fuerat dictum. Erunt duo in carne vna. tunc etiam omnes multiplicationi speciei operā dedissent: quia oībus dictum fuerat illud Geñ. 1. Crescite et multiplicamini et replete terram. sed ista duo stare non potuissent si fuisset virorū et mulierū multiplicatio inequalis. Si eñ plures fuissent viri ꝙ mulieres: aut aliquem virorum oportuisset cessare ab actu matrimoniali: aut vnius vxoris oportuisset esse plures viros. Consimiliter si plures fuissent mulieres ꝙ viri / aut non oēs potuissent concipere: aut oportuisset plures eundeꝫ virum habere. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc videtur corollarie ꝯcludendum: ꝙ si q̄diu vir ⁊ vxor fuissent in paradiso terrestri habuissent intendere generationi ꝙ vir ⁊ vxor eodē tempore fuissent ad paradisum celestē translati. ¶ Hoc apparet. quoniam tunc vt supponitur non fuissent nisi duo in carne vna. ergo altero coniugum translato non fuisset cū reliquo remanēte licitū copulari. Ex quo seq̄tur vel ꝙ fuisset simul cum ipso translatus: vel ꝙ post eius translationem non fuisset alius remanēs ad actū generationis seu multiplicationis obligat⁹. ¶ Ex hoc vlterius sequitur ꝙ neuter coniugū fuisset sine alio trāslatus ad paradisum ante matrimonium consummatū. ¶ Hoc apparet suppositis duobus / vꝫ ꝙ quilibet fuisset obligatus ad multiplicationem speciei: ⁊ ꝙ non potuissent esse simul nec successiue nisi duo tm̄modo in carne vna. ¶ Si queratur quō esse potuisset equalis multiplicatio virorum ⁊ mulierum magis in statu illo innocentie ꝙ in isto: Ad hoc respondetur ꝙ hoc tunc accidisset vel supernaturaliter ex diuina prouidentia statuente nunc per talem actum masculum ⁊ postea ꝑ aliū feminaꝫ generari: vel scđm aliquos naturaliter hoc fieri potuisset. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum scđm ipsos ꝙ in matrice mulieris sunt diuerse cellule: in quarum altera quando cadit semē generatur masculus: in alia auteꝫ femina. ⁊ tunc dicūt ꝙ in illo statu vir fuisset ꝑfectus in scientia ⁊ sciuisset ac se disponere taliter potuisset ꝙ semen caderet nunc ad vnam cellulaꝫ nunc ad aliam / scđm ꝙ vidisset expedire nunc generationi viri: nūc generatiōi mulieris. Et ita hoc modo isti hmōi virorum ⁊ mulierum multiplicationeꝫ equaleꝫ reducūt in causam naturalem. Aliȷ̄ aūt in supnaturalē / puta in diuinam ꝓuidentiam. ¶ Hec de Secundo.

Quantum ad tertium dicitur communiter ꝙ nati tūc non statim fuissent in quātitate ꝑfecti. nec eī hoc potuit tūc magis ꝙ nūc naturaliť fieri. Nec oportet dicere ꝙ hoc supernaturaliter ꝑ miraculū fuisset factum. Deus enim permisisset tūc naturam agere scđm ordinem suum ⁊ cōmunem cursum: scđm quē de imperfecto procedit ad perfectum. Ex quo sequitur ꝙ nō statim vt natus habuisset perfectum vsum membrorūꝫ qm̄ hmōi vsus requirit membra esse debite quantitatis qualis non fuisset sicut nec modo est / aliquis statim vt natus. quare ⁊c. ¶ Sed nūq̄d in partu fuisset tunc aliquis dolor? Respondeť ꝙ non. hmōi eñ dolor videť esse pena peccati. vñ ⁊ mlieri dictū extitit post pctm̄: In dolore paries filios. ¶ Et si queratur quō tūc sine dolore aliquo mulier parere potuisset: Ad hoc respondetur ꝙ vel accidisset supnaturaliter: vel etiaꝫ aliquo modo naturaliter accidere potuisset. ¶ Ad cuius euidētiā sciēdum: ꝙ in partu ideo nūc est dolor quia fetus egreditur cum violentia ꝑpter cōstrictionem partiū ꝑ quas exit quarum dilatatio non est nūc in mulieris potestate. tūc aūt vt dicitur propter conditionem illius status fuisset in eius potestate dilatare partes illas tempore partus adeo ꝙ nulla in emissione fetus fuisset violentia: nec ꝑ consequens dolor. ¶ Hec de tertio.

Quantum ad quartum & vltimum qđ est quesituꝫ / dicitur Primo ꝙ q̄libet statim in pricipio sue natiuitatꝭ habuisset originalē iustitiā nō aūt ꝑfectionē sibi possibilē sciē q̄ ad hītū nec ēt q̄ ad aliquē ei⁹ actū. Scđo ꝙ hmōi donū originaľ iustitie nō habuissꝫ aliq̄d effectiue a parētib⁹ sꝫ a deo. ¶ Primū declarať. qm̄ sicut nūc corpi vltimate disposito aīa īfundiť a deo hoc facere statuēte: ita ⁊ tunc statuerat originalem iustitiā infundere ⁊ cōicare homini ex anima ⁊ corpore constituto: non autem scientiam. Imo tunc homo acquisiuisset ꝑfectioneꝫ scientie processu temporis sicut modo. ita eñ tunc sicut nūc anima exercuisset suas operationes corpore mediante. ⁊ ideo sicut nūc homo nō potest exire in actū intelligēdi statim ꝑpter phantasiā qua homo vtitur in intelligēdo impeditam ratione superfluitatis humoris ⁊ humiditatis in cerebro existentis: ita nec tunc qm̄ hmōi īpedimētū ad intelligēdū ita fuisset in paruulis tunc sicut nūc. quare ⁊c. ¶ Secūdum / vꝫ ꝙ ꝑdictū originaľ iustitie donū nō fuisset a parentibus effectiue apparet ex eius effectu. per ipsum enim fuisset subiecta sensualitas rōni. nihil aūt est hoī naturaliť possibile ꝑ qđ talis subiectio possit esse. ꝫ hmōi originalis iustitie donum nō potuit esse a parētibus causaliter sed a deo. ¶ Sed tunc est dubiū an cuilibet deus simul cū originali iustitia infudisset gratiam gratū facientem. ¶ Ad hoc respondent aliqui ꝙ sic. dicunt eñ ꝙ sicut primus homo demeruit omnibus vt peccatum originale cōtraherent: ita meruisset omnibus si stetisset vt gratiaꝫ gratum facientē haberēt. ⁊ ita sicut nūc statim oēs vt cōcepti sunt filiȷ̄ ire: ita ⁊ tunc fuissent filiȷ̄ gratie. Aliȷ̄ aūt dicunt: ꝙ cū gloriosius sit habere aliquid ex meritis ꝙ sine eis: ꝙ ꝑ consequens tunc nullus in gratia cōceptus fuisset nec eam habuisset quousqꝫ ad ipsam se disposuisset per aliquem bonum actum. nec eñ vt dicunt gratia sꝫ tm̄ originalis iustitia fuit data Ade ꝓ tota sua posteritate. Et ideo licet in nullo ꝑcessisset aliquod meritum ad originalem iustitiam / ꝑcessisset gratiaꝫ tñ. Qđ autē horum sit verius non habetur. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rōnem in principio quando dicitur ꝙ ignorātia est pena culpe: Respondetur ꝙ verum est loquendo de ignorantia proprie sumpta: que vꝫ est illius qđ ignorari nō debuisset: sed sciri. nō aūt de ignorātia sumpta large / videlicet pro nescia cuiuscunqꝫ cui⁹ scientia non est necessaria. sed talis fuisset tunc ⁊ est nūc ignorantia puerorū. ergo ⁊c. ¶ Vel forsitan posset dici aliter / videlicet ꝙ sola illa ignorantia est pena culpe que est eius sequela. de qua ignorantia est veruꝫ quod dicit philosophus in Ethic. ꝙ oīs malus est ignorans. sed paruulorum ignorantia non est talis: sed omnino alia ab illa. qre ⁊c.

CIrca distinctionem vigesimamprimam in qua magister determinat de casu hominis in peccatum: Quero vtrum primus homo vel ali⁹ quilibet post ipsuꝫ potuisset in statu innocentie venialiter peccare. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ cui est possibile peccatum mortale cōmittere / ⁊ veniale. Sed primus homo potuit in statu innocentie peccare mortaliter ⁊ sic de facto peccauit quia nec in gratia cōfirmatus fuit: ꝫ ⁊ venialiter peccare potuit. ¶ Contra. quia in statu innocentie nulla potuisset esse deordinatio nec culpa. nec enim aliqua culpa potest stare cū innocētia ꝑfecta. sed omnis culpa / lꝫ venialis / est deordinatio mentis. ꝫ ⁊c. ¶ Responsio. vbi ē videndum Primo q̄situm. Scđo an peccatum ꝓmoꝝ parētū fuerit grauissimuꝫ. Tertio an fuerit remissibile.

Quantum ad primum: est sciēdum ꝙ status innocentie potest sumi dupliciter. Vno mō pōt

accipi innocentia ꝓ immunitate ab oī culpa. Alio mō ꝓ originali iustitia que potest dici quedam innocentia pro quāto ipsa mediante homo in innocentia conseruatus fuisset ⁊ conseruari faciliter potuisset: ⁊ ipsa diuina gratia potest dici innocentia: quia facit hominem innocentem ⁊ a culpa immunem. ¶ Hoc premisso videtur mihi hic esse dicendum. Primo ꝙ accipiendo statum innocentie primo modo nullus potuit peccare venialiter sic ꝙ post primum peccatum remanserit in eodē statu innocentie. potuit tamē absolute. Secūdo ꝙ accipiē do innocentiam secundo modo / vꝫ ꝓ originali iustitia vel pro gratia / potuit vtiqꝫ prim⁹ homo et quilibꝫ ali⁹ peccare venialiter in statu innocentie sic accepto: sic ꝙ post peccatum remaneret in eodem statu innocentie in quo primo. ¶ Primum apparet. quia innocentia primo modo sumpta est immunitas ab omni culpa. sꝫ nullus post cōmissam aliquam culpaꝫ / licet venialē / est immunis ab omni culpa: ergo nec est ī statu innocētie sic accepte. ¶ Secundum probatur. qm̄ nihil qđ est preci se contra consilium est mortale peccatum / nisi obligato ex voto ad consilium obseruandum. Sed in statu innocentie sic accepte / vꝫ pro originali iustitia ⁊ pro gratia potuit deus homini sicut modo apponere vltra p̄cepta aliqua consilia contra que ipse potuit agere. qđ si fecisset / nec originalem iustitiam nec gratiam ꝑdidisset. non est aūt verisimile ꝙ propter peccatū aliqđ veniale de⁹ magis originalem iustitiam q̄ gratiam subtraxisset / licet facere potuisset. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia qđ ē ex se peccatum veniale / nunq̄ est alicui peccatuꝫ mortale / nisi super ipsuꝫ cadat preceptum. sed primus homo vel quilibet aliorum in statu innocentie potuit actum aliquem exercere qui ex genere actus est peccatum tm̄ modo veniale / vt verbuꝫ otiosum dicere. ad quem actū vitandum non fuisset magis tunc preceptum appositū q̄ sit modo. ergo ⁊c. ¶ Preterea non minus existens in statu innocentie potuit peccare venialiter q̄ confirmatus in gratia post peccatum. sed apostoli postq̄ fuerūt in grā ꝯfirmati venialiť peccauerunt. ğ ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia deus non obligasset viatorem ad plura in statu innocentie q̄ nunc in statu nature lapse. Sed nūc nō est aliquis obligatus ad vitādum aliquod veniale peccatum: quia nec de hoc est preceptum aliquod sibi datū ergo nec tūc. potuit aūt aliquod tale cōmittere vt verbum otiosum dicere. ergo ⁊c. ¶ Sed contra hoc aliqui arguūt dicentes ꝙ omne peccatum in statu innocentie perpetratū siue contra preceptum siue contra consiliuꝫ fuisset mortale peccatum: ⁊ ad mortem eternam homini imputandum. Hoc autem ꝓbant sic. omne peccatū licet contra consilium tm̄ factū qđ nō prouenit ex infirmitate nec ex ignorantia nec ex surreptione / sed ex sola voluntatis libertate / est mortale: ⁊ ad mortem eternaꝫ homini imputandum. ¶ Hoc probatur. quia omne tale peccatum prouenit ex contemptu: omne autem peccatum ex contemptu dei proueniens est mortale: sed in statu innocentie non fuisset in hoīe ignorantia nec surreptio nec infirmitas: quia nulla in eo fuisset pronitas ad malum / sed magis ad bonum. ergo ⁊c. ¶ Sed ista ratio dupliciter deficit. Primo. quia in maiore falsuꝫ accipit. Secundo. quia non probat conclusionē quā intēdit. quia licet talis non sit pronus ad peccandum: nec per consequens peccat ex infirmitate nec ex ignorātia quia bene intelligit ꝙ contra consiliuꝫ dei facit: nec ex surreptione quia cum deliberatione procedit: nec tamē propter hoc mortaliter delinquit: quia nec cōtra preceptum agit: nec consilium contra qđ facit contemnit. immo ipsum esse salutiferum intelligit / licet ipsum seruare nolit / quia nec deus ad hoc eum compellit. ¶ Ex hoc tunc potest argui sic in forma. nullus faciens tm̄ cōtra consilium absqꝫ aliquo contēptu dei consulētis peccat mortaliter / sed tm̄ venialiter. sed in statu innocentie potuit homo contra consilium dei absqꝫ eius contēptu agere vt verbum otiosum dicere. ¶ Hoc apparet. quoniam nullus spernit illud consilium quod reputat rationabile ⁊ salutiferū. sed homo in statu innocētie reputasset omne diuinum consiliū rationabile ⁊ salutiferum. ergo non contempsisset ipsum: nec per consequēs transgrediendo ipsum peccasset mortaliter ex contemptu. ¶ Nec valet si dicatur ꝙ licet non contempsisset ipsum in mente interius / contempsisset tamen opere exterius. qm̄ hoc modo / videlicet opere consilium spernere / nō est aliud q̄ contra ipsum agere. sed ex hoc non sequitur peccatum mortale / nisi dicas ꝙ etiam modo omnis faciens contra aliquod diuinum consilium spernit ipsum: ⁊ per consequens peccat mortaliter: qđ ē falsum. quare ⁊c. ¶ Secundum / vꝫ ꝙ ratio supradicta cōclusionē non inferat quā intendit / appet. qm̄ intēdit ꝓbare ꝙ omne peccatum factum contra consilium in statu innocentie fuisset mortale. hoc aūt nō ꝓbat. qm̄ esto ꝙ illud quod accipit esset verum / puta ꝙ omne peccatum factum contra consilium tm̄ procederet ex cōtemptu consiliū vel ipsius consulentis dei / ex hoc non sequitur: nec habetur ꝙ ipsum factum in se contra consiliū sit mortale peccatum: sed contemptus ipsius ꝯsiliū tm̄. Aliud em̄ est verbū otiosum dicere ⁊ aliud diuinū consilium ne dicatur spernere. contēptus enim ipse est peccatum mortale: quia nec est tm̄ contra consilium: sed etiaꝫ contra p̄ceptum primum prime tabule ⁊ secūdū. nō sic est aūt ipsum verbum otiose prolatuꝫ. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: est sciendum ꝙ primum peccatū Ade fuit vt dicitur immoderatus amor vxoris sue non libidinis seu concupiscētie: sed cuiusdā amicitie. Ex hoc amore fuit in eo volūtas cōplendi illud quod fuit illicitum: quia ipsi vxori immoderate dilecte vidit esse acceptum. vt enim dicitur in litera / noluit eā contristare quā credidit sine solatio suo tabescere ⁊ a se alienatā omnino interire. Primum autem peccatum Eue fuit appetitus diuine equalitatis. voluit eī vt dicitur in litera vsurpare diuinitatis equalitateꝫ. qꝛ tamen hmōi appetitus diuine equalitatis fuit in ipsa amor concupiscētie quem precedit amor amicitie: ideo ipse diuine equalitatis appetitus / licet fuerit primū peccatum in ordine ad esum ligni vetitum / non tamen simpliciter: sed prior eo fuit immoderatus amor amicitie sui. ex hoc enim / videlicꝫ quia se īordinate ⁊ īmoderate dilexit / ideo sibi hmōi diuinam equalitatem appetijt / sicut de diabolo in precedentibus dictum est. ¶ Ex predictis sequitur Primo: ꝙ licet aliquod peccatum / puta esus de ligno vetito / fuerit commune viro ⁊ mulieri: nō tñ oē. nec em̄ Adā diuinā equalitatē appetijt: qđ tñ mulier fecit. Secūdo ꝙ licet Adā in edēdo de ligno vetito graui⁹ aliquo modo peccauerit q̄ Eua rōne aliquarū circūstātiarū in ipō cōcurrētiū / qb⁹ pctm̄ qđlibꝫ aggrauatur / puta quia ipse Adam erat circunspectior q̄ Eua ⁊ ad resistendum fortior. Eua tamen simpliciter loquendo grauius peccauit: quia vt dictum est diuinā eq̄litatem appetijt. hoc autem fuit mľto grauius q̄ Ade esus vetitus ⁊ sue vxoris amor immoderatus. ¶ His p̄missis quando queritur: an peccatum primorū parentū fuerit grauissimū: aut ē sermo de peccato qđ fuit vtriqꝫ cōe: aut de pctō cuilibet speciali. Si p̄mo mō: dicēdū ē ꝙ pctm̄ ipsoꝝ nō fuit grauissimum immo fuit grauius peccatū diaboli. Si aūt scđo mō: sic pctm̄ Eue fuit eiusdē rōnis cū pctō demonis: nō tñ eq̄ g̃ue. ¶ Primū ꝓbať qm̄ comedere de ligno illo nō fuit pctm̄ aliquod nisi qꝛ ꝓhibitū. si enim ꝓhibitum non fuisset / ita de illo ligno sicut ⁊ de alio edere licuisset. peccatum aūt diaboli ⁊ qđ cūqꝫ aliud factū contra diuīa p̄cepta saltē aliqua ⁊ si nō contra omnia / est ex se malum: non tm̄ quia ꝓhibitum sed etiam quia contra dictamen legis nature debitum. sed maius ⁊ grauius est illud qđ nullo modo ex se licitum q̄ illud qđ ex se esset bonum ⁊ licitum nisi foret inhibitū. ergo ⁊c. ¶ Quia peccatū tanto est grauius quāto opponitur maiori bono. sed peccatum istud primoꝝ parentum non fuit directe contra maximum bonuꝫ qđ est amor dei. ğ non fuit grauissimum. ¶ Confirmatur secūdo. qꝛ peccatū quo hō auertiť a deo formaliť / grati⁹ est illo quo non auertitur ab ipso nisi tm̄ virtualiter. sꝫ odium dei est peccatū a deo formaliter auersiuum. ergo cuꝫ nullum primorum parentum fuerit sic vꝫ formaliť sed virtualiter auersiuum / sequitur ꝙ nullum peccatuꝫ ipsorum fuit grauissimum. ¶ Ex p̄dictis sequiť ꝙ peccatum Jude fuit etiam magis graue. Quanto enim q̄s in rem magis illicitā consentit tāto magis delinquit. sed hoc in qđ Judas cōsensit / quod ⁊ fecit / magis illicitum fuit q̄ illud qđ vterqꝫ primorum parentuꝫ cōmisit. ergo ⁊c. ¶ Secundum: vꝫ ꝙ peccatū Eue fuerit eiusdē rationis cuꝫ peccato demonis / apparet. qm̄ peccatum demonis fuit appetitus excellētie sibi indebite: qui prouenit ex amore sui inordinato amicitie. sed propriū peccatum Eue fuit huic simile: supposito ꝙ diuinam equalitatem seu similitudinem vt dicit magister in litera appetierit. hmōi enim appetitus cū fuerit amor cōcupiscētie excellentie sibi indebite / presupposuit ⁊ p̄supponere habuit inordinatum ⁊ immoderatū sui amorē amicitie ergo ⁊c. ¶ Q̧ autem peccatuꝫ demonis lꝫ eiusdeꝫ rationis cū peccato Eue / fuerit grauius illo: ꝓbať. qm̄ sicut actus bonus quanto intensior tāto melior: ita ⁊ malus similiter ille ē deterior qui est intēsior siue vehementior. Sed appetitus malus diaboli fuit vehementior ⁊ īmoderatior q̄ appetitus Eue. ğ ⁊c. ¶ Minor ꝓbať p hoc quia sic diabolus vehementer ⁊ intense appetijt qđ voluit / ꝙ ab hmōi appetitu se postea retrahere nō potuit cuius contrariū est de Eua. quare ⁊c. ¶ Sed ista ratio falsum accipit / vꝫ ꝙ ratio obstinatiōis sit intensio electionis. Hoc siquidē non ē verū: vt in p̄cedētibus ē ostēsum. Et ideo potest probari aliter illa minor supposito ꝙ diabolus cum maiori vel etiā cū equali conatu sicut Eua appetierit qđ elegit. qm̄ quanto voluntas perfectior tanto perfectiorem seu intensiorē elicit actū. sed voluntas demonis perfectior est q̄ volūtas hoīs. ğ ⁊c. ¶ Hec de Secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: dicendū ꝙ cū peccatū remitti non sit aliud q̄ ipsuꝫ ad penam nō imputari: vt est in. iiij. plixius declaratū: p ꝯñs omne illud peccatū deus potest absolute loquendo remittere qđ pōt ad penā ad quā est imputabile nō imputare. Sed qđcunqꝫ peccatū est tale. ğ oē pctm̄ est remissibile absolute. De potentia aūt ordinata pctm̄ p̄morū parentū fuit remissibile ⁊ remissum: quia ad penaꝫ eternam non imputatū. nō aūt pctm̄ demonū. cuius causaꝫ nullam aliam esse video nisi diuinam tm̄modo volūtatē. ¶ Sic ad q̄stionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex p̄dictis. Qñ em̄ dicitur ꝙ nulla culpa stat cū ꝑfecta innocētia: verū est accipiendo innocentiā ꝓ immunitate ab oī culpa: nō aūt accipiēdo ipsam ꝓ iustitia originali / nec ꝓ grā supnaturali. maior eī ⁊ ꝑfectior grā est in adulto in q̄ sunt multa pctā venialia q̄ in paruulo qui venialiter non peccauit. quare ⁊c.

Secundo quæro. vtrum inuidia fuerit motiua diaboli ad tentandū. ¶ Et videtur ꝙ sic p illud Sap. ij. Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarū. sed cōstat ꝙ hmōi mors orbis terrarū non fuit aliud q̄ lapsus p̄moꝝ parentum: ergo ad istius mortis cōsūmationē ꝑ falsam suggestionem diabolus non alio q̄ inuidia fuit motus. ¶ Cōtra. quia oīs inuidus se reputat inferiorē illo cui īuidet. nec enim maior inuidet minori: sed econuerso. sed diabolus non reputabat hoīem superiorem existere semetipso: sꝫ inferiorem. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi est videndū Primo quesitū / vꝫ an inuidia fuerit motiua diaboli ad tentandum. Secundo: an diabolus tentauerit pri⁹ mulierem q̄ virum.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ inuidia est vt eam describit vnus doctor / passio concupiscibilis sub ira vel tristitia cōtenta / proueniens ex bono alterius apprehenso vt diminuente propriam excellentiā. Qđ pro tanto additur. quoniam licet semper inuidia respiciat bonum aliquod / non tamen vt absolute consideratum: sed tm̄ vt conceptum vt proprie excellentie / vꝫ inuidentis diminutiuū. Ex quo sequitur ꝙ inuidia respicit bonum apprehēsum vt ipsius inuidētis aliquo modo malum. ⁊ ideo ipsa inuidia dicitur contineri sub tristitia. ¶ Ad cuius euidētiā est sciendum ꝙ. vi. dicuntur esse ipsius virtutis concupiscibiľ passiones / videlicet amor ⁊ odium fuga ⁊ desiderium tristitia ⁊ delectatio seu finalis quietatio. Amor respicit bonuꝫ: ⁊ odium malum vt absolute consideratum. Fuga autem respicit malum: ⁊ desiderium bonuꝫ / vt sub ratione futuri non autem sub ratione habiti app̄hēsum. Tristitia autem respicit malum: et delectatio seu finalis quietatio bonum vt prius vel actu habitum apprehensum. ⁊ hoc modo inuidia est respectu mali. licet enim respiciat bonum / non tamen vt bonum: sed vt sue excellentie accñtaliť depressiuum: ⁊ per consequens vt accñtaliter existens aliquo modo malum. ⁊ ideo dicitur sub tristitia / quia tale malum respicit / contineri. ¶ Hoc premisso diciť ⁊ rationabiliter ab eodem modo predicto inuidiaꝫ describente / ꝙ ipsa inuidia fuit mouens diabolum ad tentandum primum hominem quem decepit: ⁊ omnem etiam alium quem postea tentauit. ¶ Hoc probat. qm̄ diabolus fuit motus ad tentandum hominem propter bonum eius apprehensum vt superexcellens bonum suum / eiusqꝫ aliqualiter depressiuum. ¶ Hoc apparet. quoniam diabolus secundum doctrinam sanctoruꝫ apprehendit hominem vt virtutibus preditum ⁊ ad felicitatē quā ipse amiserat aptum ⁊ eternaliter p̄paratū. ⁊ ī hoc apprehendit ⁊ agnouit ipsum se esse maiorem ⁊ suā propriam excellentiam excedentem: de quo fuit contristatus ⁊ ex hoc motus ad ipsum hominem deijciēduꝫ. Sed vt patet ex dictis / Inuidia non est aliud q̄ tristitia de bono proximi apprehenso: vt: est proprie excellentie repressiuum. ergo ⁊c. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniam inuidia est vnum. vij. mortalium ⁊ capitalium peccatorum. Sed diabolus postq̄ cecidit ⁊ damnatus fuit / peccare non potuit. nullus enim beatorum nec damnatorum potest mereri nec in aliquo demereri. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ peccatum potest sumi dupliciter / videlicet formaliť ⁊ virtualiť. Peccatum sumptum formaliter simul ⁊ materialiter ē act⁹ ipē malus qꝛ aliqua circūstantia sibi debita p̄uatus: vľ quia circūstantia ei indebita informatus. Et vľr oē dictum vel factum contra rectum rationis iudiciū ē pctm̄ hoc mō sumptū. sicut ⁊ bonū cōsimiliť sumptū pōt dici

omne quod fit secundum rectum iudiciū rationis. pctm̄ aūt virtualiẽ sumptū dr̄ esse illud qđ est peccāti ad penā aliquā imputatū. sicut ⁊ actus dicitur bonus seu meritorius isto modo ille tm̄ ꝓ quo deus statuit hoīem premiandū. Tūc dicendum ꝙ licet diabolus sicut nec aliquis damnatus alius non possit peccare sumendo peccatum virtualiter: ꝓ quanto nullū actū sibi possibilem deus imputat ad penam aliquā ei pro eo reddendam/ pōt tamen peccare ⁊ peccat sicut ⁊ quilibet dānatorū sumendo peccatū formaliẽ ⁊ materialiter tm̄ pro aliquo actu malo. Et ideo qn̄ dr̄ ꝙ inuidia ē mortale pctm̄: dicē dum ꝙ inuidia cuiuslibet viatoris est mortale peccatū virtualiter: qr vez morte eterna dignū. Inuidia aūt diaboli est idem peccatum formaliter ⁊ materialiter: nō autem virtualiter est mortale nec veniale peccatum. quia ad nullam penā ipsi diuinitus imputaẽ. Cōsimiliẽ quātum ad aliquid pōt dici de bonis actib⁹ beatorū/ vez ꝙ actus hmōi eis possibiles sunt boni formaliter: nō autē virtualiter saltē eis: licet aliis. nihil eīm sibi mereẽ ꝑ aliquem actū aliquis beatoꝝ: mereẽ tm̄ aliis / puta viatoribus ꝓ quib⁹ apud deū itercedit. Ex quo sequiẽ ꝙ aliq̄ modo est dissimile de malo actu damnatorū et de actu saltē aliquo bono beatoꝝ: quia malus actus damnatorū nec modo est malus virtualiter: qr nec exercenti ipz nec alteri ad penā aliquam imputaẽ: bonus aūt act⁹ saltē aliquis beatoꝝ est bonus etiaz virtualiter / qr aliquo p̄mio dignus reddēdo non beato ipz exercenti sed alteri. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum cōstat ex scriptura sacra Ge.iii. ꝙ diabolus prius tētauit mulierem ꝙ̄ virū. cui⁹ ratio poniẽ duplex. Prīa est: qr sciebat mulierem non esse tāte sapientie nec cōstātie quante virū. ⁊ iō facili⁹ eā supare credebat. ꝓpter maiorē autē sapiētiam ⁊ constātiam viri ab eo vinci timebat: si ipsum primo fuisset aggressus. ¶ Secunda est. qr facilius mediāte ipsa muliere existimauit se posse virum vincere: cum mulierem cognosceret a viro multū eē dilectam. ⁊ ideo ꝓbabiliter cogitare potuit ꝙ vir ipsi consentiret si ipa eū ad hoc iduceret ⁊ iportūa existeret sicut fuit. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rōnē in principio qn̄ diciẽ ꝙ diabolus non reputauit hoīem se esse maiorē: dicendū ꝙ imo reputauit sicut ⁊ homo maior ipso erat non in eē nature: sed in perfectione felicitatis ⁊ glorie/ ad quā eum esse idoneum agnouit: ⁊ ꝓpter hoc nō ꝓpter perfectionez nature homini diabolus inuidit: qr ⁊ in hoc se minorem ipso esse agnouit.

Circa distinctionem vigesimāsecūdā: i q̄ magr̄ determinat de peccato primi hoīs quantū ad eius originē ⁊ radicē ex qua cōsensus tentati hoīs suꝑuenit: Quero primo. vtrū peccatum parentū primorū fuerit superbia. ¶ Et videẽ ꝙ sic. qr appetit⁹ honoris ⁊ excellentie est peccatum supbie. Sz hmōi appetit⁹ fuit peccatū ipsoꝝ. hoc eīm quilibz appetiit qđ diabolus ipsi ꝓmisit. sed diabolus eis dignitatem ⁊ eminentiam repromisit dicens: eritis sicut dii scientes bonuz ⁊ malū. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia peccatum gule non est peccatū supbie. Sed peccatum primorum parentum fuit peccatuz gule ⁊ inobedientie. peccauerunt enim qr de ligno vetito comederunt. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi est videnduz Primo quesitum. Secūdo: an si vir non peccasset gen⁹ humanum originali iustitia spoliatum fuisset.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ scđm aliquos etiā scđm cōmuniter loquentes act⁹ supbie est appetitus eminentie ⁊ honoris/ ⁊ in hmōi gloriari. Alii autem dicunt ꝙ actus superbie non est gloriari in honoribus nec coꝝ appetitus. talis eīm act⁹ est in cōcupiscibili: actus autem superbie est in irascibili. Et iō dicunt ꝙ actus superbie est se nimium ⁊ alium modicū reputare. vnde est vt dicunt reputatio seu assurrectio vẽ cordis tumor ⁊ erectio qua quis nimium reputat seipsum ⁊ alios parum. Ex quo iferẽ ꝙ superbia est quedaz audacia. nec enim audacia videtur aliud esse ꝙ̄ quedaz assurrectio siue tumor de proprio suo bono qđ nimis reputauit. non eīm audacia est tm̄ assurrectio ad maluz repellendum: sed etiam ad bonum proprium reputanduz hoc autem est superbia. quare ⁊c. ¶ Hoc premisso dicitur ꝙ mulier que primo tentata fuit ⁊ primo peccauit/ peccauit peccato ambitiōis superbie ⁊ gule. Ambitio enim est desiderium alicuius sibi indebiti. ⁊ hoc est de q̄ mulier fuit primo tentata a diabolo sibi dicente. eritis sicut dii scientes bonum ⁊ malum. quia illa audiens appetiit qđ sibi diabolus promisit seu predixit/ videlicet scientiam ⁊ diuinam equalitatem vel similitudinem. et hmōi appetitus seu desiderium secundum primam opinionem dicentium ꝙ actus superbie est appetitus honoris/ ⁊ excellētie/ fuit peccatū supbie: non autem secūdum alios probabilius forte dicentes ꝙ superbia est q̄dam audacia: sed fuit peccatū ambitionis. Peccauit etiam mulier vel antecedenter vel consequenter post p̄dictum peccatuz peccato superbie. non tm̄ enim concupiuit ⁊ ambiuit qđ sibi diabolus ꝓmisit: sed etiā se erexit/ ⁊ dignā hoc/ qđ sibi p̄dixerat diabolus/ reputauit. Tertio ⁊ vltimo peccauit peccato gule ad quod ipsaz peccata predicta impulere. Adam autez non peccauit per ambitionem vt Eua. non enim dixit ei diabolus qđ dixerat mulieri/ videlicz eritis sicut dii ⁊c. nec enim est verisiliẽ ꝙ ei credidisset/ esto ꝙ ipsi dixisset / cum sciētia p̄ditus esset: nec per consequens peccauit vt mulier ꝑ ambitionem appetendo scientiam ⁊ diuinam similitudinem. Sed Adam peccauit peccato contēptus ⁊ supbie ac gule. videns enim ꝙ mulier de ligno comederat: nec tamen mortua fuerat vt deus predixerat: quacunq̄ hora comederitis morte moriemini: diuinum spreuit p̄ceptum ⁊ putauit impune sicut ⁊ mulier fecerat se posse agere contra ipsum: ⁊ in hoc fuit peccatuz contēptus. peccatum autez superbie fuit (vt dicitur) in hoc ꝙ ipse videns suam dignitatem ⁊ eminentiam: putauit ꝙ pro tam modico deus cum non interficeret: sed sibi propter suaz excellentiam indulgeret. ⁊ in hoc peccauit peccato elationis quia nimis se reputauit: ⁊ tandem vltimo ad peccatum gule processit. ¶ Sed p̄dicta licet sint ꝓbabilia/ non tamen sunt certa: quia nec in scriptura expressa. qđ autem de scripturis non habet auctoritatem eadem facilitate contemnitur qua probatur. sed cōstat ꝙ ex scriptura non habetur ꝙ primi parentes peccauerunt alio modo ꝙ̄ peccato inobedientie ⁊ gule. licz eīm diabolus quando mulierem tentauit ipsi scientiam ꝓmiserit: tamen ꝙ ipsa mulier eā concupiuerit: ⁊ per cōsequens ꝙ peccato ambitionis peccauerit non habeẽ: sed tm̄ peccatum gule exprimitur: cuz subiungiẽ Gen. iii. Vidit igitur mulier ꝙ bonuz esset lignum ad vescendum ⁊ pulchrū oculis aspectuq̄ delectabile: et tulit de fructu illius ⁊ comedit. In his verbis euidenter apparet ꝙ nullum aliud peccatum exprimiẽ mulieris nisi tm̄ peccatum gule ⁊ inobedientie. non enim dicitur ꝙ fuerit elata: nec ꝙ ex ābitione sciētie: sz ex pulchritudīe ⁊ delectatiōe ipsi⁹ ligni vetiti ad ei⁹ esuz fuerit iclinata. Qtū ad virū aūt nihil ibi exp̄miẽ nisi ꝙ mulier postq̄

viro dedit: qui etiā comedit. Ex quo sequitur ꝙ peccatum primorum parētū qđ in sacra scriptura exprimitur non fuit pctm̄ superbie: sed gule ⁊ iobediētie. Vtrū aūt vltra istud peccatum aliud cōmiserit/ puta superbie vẽ aliquod aliud: dico ꝙ ꝓbabile est ꝙ sic. non tn̄ est sic sicut de peccato gule certū: qr nec est in scriptura exp̄ssuz. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: dicitur a quibusdaz: ꝙ si vir nō peccasset/ sed tm̄ mulier/ ꝓles ex eis nata nō fuisset originali iustitia spoliata nec morti subiecta. qr licet mulier q̄ peccasset generationi prolis corruptā materiaz ministrasset: fuisset tamen purgata per virtutē seminis virilis ab oī corruptiōe: propter qđ ex illis seminibus fuisset caro mūda prolis formata. ¶ Sz quicquid sit de cōclusione ratio q̄ pro ipsa adduciẽ non cōcludit: qr falsum ⁊ omnino incōueniēs accipit ⁊ supponit: vez ꝙ ꝓpter peccatum primoꝝ parentum semē generationi debitum fuerit corruptū. propter peccatū eīm qđ formaliter est in anima/ nulla contrahitur macula in re aliqua corporali: nec econuerso propter aliquam seminis vel cuiuscunq̄ rei alterius corporalis maculam aliquam anima incurrit culpam. ⁊ ita esto ꝙ semē parētum esset infectū/ ex hoc proles non esset peccato obnoxia: nec aliqua iustitia sibi alias debita spolianda. quare ⁊c. ¶ Et ideo aliter est dicendū. Ad cuius euidētiam est sciendum ꝙ licet p̄ceptum de non comedendo lignuz non fuit datum primo ⁊ immediate a deo nisi tm̄ viro: ꝑ virum tamen postea fuit preceptum hmōi mulieri expressum. ¶ Primū/ vez ꝙ deus p̄mo ⁊ īmediate viro preceptuz dederit/ habetur expresse Ge.ii. vbi dicitur ꝙ tulit de⁹ hoīem ⁊ posuit eū ī paradisū voluptatis vt operareẽ ⁊ custodiret illū: p̄cepitq̄ ei dicēs: ex oī ligno padisi comede: de ligno autem sciētie boni ⁊ mali ne comedas in quocūq̄ eīm die ⁊c. Constat autem hmōi p̄ceptum nō fuisse mulieri tūc datuz cū nec mulier tūc temporis esset facta. quare ⁊c. ¶ Secundum/ vez ꝙ hmōi p̄ceptū postea ad eā ꝑuenerit: ⁊ ꝙ ad eius obseruantiam ipsam de⁹ obligari voluit: explicite nō habeẽ: sed expresse ⁊ euidēter arguiẽ ex hoc qđ .iii. ca. subiūgiẽ. vbi in pricipio habetur ꝙ dixit serpens ad mulierem. cur precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? cui respōdit mulier: de fructu lignorum que sunt in paradiso vescimur: de fructu vero ligni qđ est ī medio paradisi p̄cepit nobis de⁹ ne comederem⁹ ne forte moriamur. Ex hoc euidenẽ arguiẽ ⁊ habeẽ n̄ solū ꝙ hmōi p̄ceptū de nō comedēdo vtriq̄ fuit īpositū nō alteri tm̄: sz ēt ꝙ vtriq̄ fuit iūctū ne comederēt sub eiusdē pene districtiōe/ quā comedēdo incurrerēt ipso facto. hmōi aūt pena sub qua Ade fuit p̄ceptuz ne comederet / fuit mors nō tm̄ sua: sz etiaz totius hūani gn̄is: quā ipsi deus p̄dixit: cū ei dixit in quocūq̄ eīm die comederis ex eo morte morieris. Qđ aūt sub eadem mortis pena p̄ceptū hmōi ad mulierē ꝑuenerit: appet ex eius respōsione p̄dicta quā dedit diabolo qn̄ dixit. De fructu vero ligni qđ est in medio paradisi p̄cepit nobis deus ne comederemus ne forte moriamur.

His premissis videtur ad propositum esse dicēdū ꝙ Adā nō peccante sed Eua tm̄/ adhuc fuissz gen⁹ humanū ab eis descēdēs naturaliter originali iustitia spoliatum. ¶ Hoc pōt ꝑsuaderi ex p̄dictis. qm̄ cōstat (vt dictū est) ꝙ sub eadē districtione pene fuit Ade ⁊ Eue p̄ceptū ne comederēt de ligno scīe boni ⁊ mali de quo postea comederūt. constat etiam illam penaz mortis sub qua fuit vtriq̄ preceptuz ne comederent / fuisse impositā non tm̄ ipsis: sed etiā omnibus aliis descensuris seu nascituris ex eis. ergo oēs a primis parentibus naturaliter nati ⁊ nascituri eandem penam consecuti fuissent ⁊ incurrissent solo altero primo parente peccante quā peccante vtroq̄ ⁊ simul/ incurrerūt. ¶ Consequētia est euidens. qm̄ altero peccante tm̄ illam penaz incurrissent oēs ab eo naturaliẽ descensuri sub q̄ ipsis p̄ceptum extitit ne peccarent. sed vt dictum est sub eadez pena fuit ne peccarent comedendo de ligno preceptum ambobus coniunctim ⁊ vtriq̄ diuisim: ergo eandem penam incurrissent ab eis descendentes / si alter eorum tm̄ peccasset: quā incurrerūt quia ambo peccauerūt. sed pena quā nūc ex eorū demerito icurrim⁹ est duplex mors vna naturaẽ seu corporaẽ/ ⁊ altera spūalis: cui ē annexa carentia iustitie originalis. ⁊ istam duplicem mortē/ vez anime ⁊ corporis/ deus Ade isinuare voluit qn̄ ipsi dixit. in quocūq̄ die comederis morte morieris. per hmōi enim mortis replicationē/ duplicem designauit mortez p̄dictam: quarū vna sequitur ad aliam secūdum Bedā vnde ipse Beda in glossa sic ait. mortu⁹ est homo in anima cū peccauit: quia recessit a deo qui est vita aīe: quaz secuta est mors corporis discedente ab illo anima q̄ est vita corporis: que Ade euenit cū p̄sentez vitam finiuit. Hec Beda. Sic igitur apparet ꝓpositum: vez ꝙ eādez mortē vtriusq̄ tā corporalis ꝙ̄ spiritualis seu culpalis penam ⁊ ꝑ consequens originalis iustitie carentiā oēs a primis parentibus descendentes naturaliter incurrissent si alter tm̄ ipsorū peccasset/ quā nūc propter peccatum ipsorum oēs incurrerunt: qui tamē nō peccassz nullam penā ꝓpẽ peccatū alteri⁹ habuisset: sicut nec etiā modo aliquis primorum parentum propter peccatum alterius: sed tm̄ propter suum proprium est punit⁹. nec enim mortis penam sub q̄ vtriq̄ fuit datum preceptuz deus precipiens statuit infligendam nisi tm̄ transgredienti ⁊ sue proli ab eo per communem propagationem naturaliter descendenti. ¶ Ex quo vt videtur/ sequiẽ ꝙ si alter primorū parentū non peccasset/ propter peccatum alterius nec originalem iustitiaz quā accepit diuinit⁹/ amisisset: nec mortem aliquam incurrisset. ¶ Sz tunc est dubium: quia scđm predicta non magis peccatū Ade ꝙ̄ Eue fuit cā dānatiōis generis humani: cū tn̄ hoc in scriptura nō habeatur: sed potius cōtrariū. in tota enim sacra scriptura causa damnationis humani generis specialiter dicitur esse peccatum primi parentis. vnde apostolus .i. Corinth. xv. sicut in Adam omes moriuntur: ita ⁊ in Christo omes viuificāẽ. quare ⁊ cetera. ¶ Hoc dubium mouet ⁊ soluit Ansel. de conceptu virginis/ sic dicens. Querẽ cur sepius ⁊ specialius peccatū quo damnatum est genus humanuz imputetur Ade ꝙ̄ Eue: cum tamen illa prior peccauerit ⁊ Adam post et ꝑ illaz. Ad hoc tamen respondet subdens: Qđ ideo fieri estimo quia duorum copula tota intelligitur principalitate partis: sicut sepe per partem totum significatur vt queadmodum Adam in costa sua: que edificata in mulierem dici poterat Adam: sicut legitur quia deus masculum ⁊ feminam creauit eos: ⁊ vocauit nomen eoruz Adam. Hec Ansel. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Secundo quero. vtrum peccatū primorum parentum prouenerit ex ignorantia. ¶ Et videtur ꝙ sic. quoniam omne peccatuz est ex ignorantia qđ non est ex infirmitate seu impotentia nec ex malitia. Sed peccatum primorum parentum non fuit ex infirmitate. nec enim ante peccatum erant proni seu inclinati ad malum: sed potius ad bonum. ergo ⁊ cetera. ¶ Contra, quia

scðm ꝙ dicit Isido.de sum.bo.lib.ij.ca.xvij.Eua peccauit ex ignorātia.vñ apostol⁹.Uir nō est seduct⁹:mulier aūt seducta fuit. Adam vero peccauit ex īdustria:quia non seductus:sed sciens peccauit. ¶ Rñsio.vbi videndū est. Primo:an aliqua ignorantia sit peccatū. Secūdo:quesitum.

Quantum ad primum:est sciendum ꝙ ignorātia vt hic sumit̄:nō est quorūcūq; nesciā:sed illorū tm̄ quorum sciētia est homini necessaria ad salutē.constat em̄ ꝙ ignorantia aliorum nullū alicui foret peccatuȝ. Ex quo sequitur: ꝙ nec etiam ignorantia inuincibilis alicuius ad salutē necessarij est pctm̄.qm̄ nihil alicui īpossibile est ipsi necessarium ad salutē.sed vltra ignorātiā inuincibilem nō remanet nisi ignorantia affectata vel crassa. Ignorātia affectata ē ex volūtatis cōmissiōe vt cū q̄s vult aliq̄d qd̄ scire tenetur ignorare vt liberi⁹ quia sine remorsu/posset peccare. Ignorātia crassa est ex volūtatis omissione: vt cū q̄s aliquid vellet scire ad hoc tamē vt sciat nō vult laborare.ergo de ignorantia his duob⁹ modis vltimis sumpta tm̄ est intelligēdū qd̄ hic q̄rit̄/vȝ an aliq̄ ignorātia sit pctm̄. ¶ Hoc p̄misso dicēduȝ est. Primo.ꝙ nulla ignorātia vt scðm se sumpta formalr̄ est pctm̄. Scðo:ꝙ q̄libet ignorantiarū duaruȝ p̄dictarum habȝ aliquod annexū peccatū. ¶ Primum ꝓbatur.qm̄ qd̄ secundum se formalr̄ est tale vt absolute sumptū/est etiā tale vt ab omni alio separatū:sȝ nullius rei ignorantia vt sumpta per se sine oī alio est peccatū.nec em̄ aliqua ignorātia est peccatum/nisi ꝓpter voluntatē vt ignorātia affectata vel omissionē vt ignorātia crassa.ergo ꝛc. ¶ Confirmatur.quia si ignorātia crassa vel affectata vt per se sumpta formaliter eēt culpa/oīs ignorās ꝓpter cōmissionē vł omissionē eēt semper actu in culpa q̄diu maneret in ignorantia.hoc aūt est falsum.ipso enim penitente de illa commissione vel omissiōe q̄ fuit cā sue ignorātie remittitur culpa ipsi adhuc in ignorātia remanenti.esto etiā ꝙ nō sit de aliquo penitēs/nō semp̄ actu peccat q̄diu ī ignorātia manet sed tm̄ tūc peccauit qn̄ ignorātiā ipaȝ affectauit vel ad sciam qn̄ potuit laborare noluit.quare ꝛc. ¶ Secūdū/videlicet ꝙ quelibet ignorātia predictarum habeat annexū aliquod peccatum/apparet.qm̄ ꝯstat ꝙ taȝ omittere addiscere q̄ etiam appetere ignorare illud quod quis tenet̄ scire/est pctm̄.sed primum istorum est ignorantia crassa.scðm ignorātia affectata.g̃ ꝛc. ¶ Hec de p̄mo.

Quantum ad secundum est sciendum ꝙ ignorantia aliq̄n peccatū comitatur seu sequit̄ ꝛ aliquando antecedit.q̄ q̄dem ignorantia/vȝ peccatū aliquod antecedēs/pōt esse vel facti seu peccati in se:quia vȝ ignoretur illud esse:vel finis alicuius qui sequit̄ ad peccatū. ¶ Hoc p̄misso dicēdū ad q̄situ. Primo.ꝙ peccatū inobediētie p̄morum parētū non fuit ex ignorātia facti aliqua antecedēte: nec ēt aliqd̄ aliud peccatū/si aliquod in eis fuit pctm̄ ante istud. Secundo: ꝙ vtriusq; pctm̄ inobediētie fuit ex ignorātia seu opiniōe erronea alicuius cōcomitantis pctm̄. Tertio: ꝙ vterq; primorum parētū qn̄ peccauit seductus fuit:non tn̄ de eodem nec vniformit̄:sed potius differenter. ¶ Primū app̄et. qm̄ ꝯstat ꝙ vterq; sciebat sibi esse illicitū q: ꝓhibitum comedere qd̄ comedit.g̃ nō comedit nec p ꝯn̄s aliquis comedēdo peccauit ex ignorantia facti.q: vȝ hoc qd̄ fecit/sibi esse illicitū ꝛ p ꝯn̄s peccatū ignorauit.si etiaȝ hoc pctm̄ aliqd̄ aliud antecessit:nec illud etiā ex ignorātia ꝓcessit.nec em̄ est verisimile ꝙ aliq̄s p̄morum parētū ante qd̄cunq; pctm̄ ignorauit sibi esse illicitū qd̄ fuit illicitū:nec existimauit licitū qd̄ fuit illicitū vel econuerso cū ēt talis ignorātia ꝛ existimatio erronea siue falsa dicatur esse cōiter culpe pena:sed pena nō est in aliquo an culpam.quare ꝛc. ¶ Scðm:vȝ ꝙ p̄dictum inobedientie peccatū fuerit ex ignorātia alicui⁹ ꝯcomitātis ipm pctm̄/declarat̄.qm̄ sequela hm̄ōi culpe fuit mors tā corporalis q̄ etiā spūalis nō solū ipsorum p̄morum parētū:sȝ etiam oīm aliorum ab eis descēdētiū. sed hoc ipsi ignorauerunt:nec sequi ad suū demerituȝ crediderūt:lȝ sciuerint hoc sibi diuinit⁹ esse p̄dictū.ergo ꝛc. ¶ Minor ꝓbatur p Aug.sup Gen.li.xi.sic dicētē. Arbitror ꝙ mulier putauit deū alicuius significatiōis causa dixisse/si māducaueritis morte moriemini.at ideo tulit ꝛ comedit deditq; viro suo fortasse cuȝ verbo ꝑsuasorio:qd̄ scriptura tacēs intelligendū reliquit:aut forte nec suaderi iā op⁹ erat viro:qn̄ iā eo cibo mortuam nō esse cernebat. Hec Aug. Sic igit̄ apparet ex p̄dicta snīa Augustini ꝙ nec vir credidit seu certitudinaliter agnouit se ex peccato īobediētie moriturū:q: Euā post peccatū ipm viuā cernebat:nec etiam mulier. ꝓpter qd̄ respōdet tentāti diabolo dubitando.vnde Hugo de Sacra.lib.i.p̄te.vij.ca.iiij.sic ait. De⁹ dixit:quocūq; die comederitis morte moriemini.deinde mulier dixit.ne forte moriamur. serpēs nouissime intulit:nequaq̄ moriemini.deus affirmauit mulier dubitauit: diabolus negauit. ¶ Ex p̄dictis videtur corollarie concludendū:ꝙ vterq; primorū parentuȝ vel p̄ceptū sibi datuȝ sub certa districtiōe pene male intellexit:vel peccato īcredulitatis ꝛ dubietatis peccauit ¶ Hoc apparet.quia aut quilibet intellexit se ꝓpter esum moriturū:aut nō.si primuȝ/cum hoc non crediderit vt ex predictis claruit peccato incredulitatis peccauit.si secundum: male et indebite intellexit.quare ꝛc. ¶ Tertium ꝛ vltimum: vȝ ꝙ vterq; licet differēter seductus fuerit:probatur per Hugo.de Sacra.lib.i.sic dicentem.mulier non solum similitudinē dei cū scia boni ꝛ mali inordinate appetijt:sed etiā in tātā ꝓlapsa peruersitatem fuit/vt crederet deum ex inuidia lignuȝ sciētie boni ꝛ mali prohibuisse:ne homo ex eo gustando ad equalitatem dei pertingeret.voluntaria g̃ malitia se cōtra deum erexit peruerse contra ipsum volēdo:ꝛ impie de deo sentiendo. Adam vero non est seductus:quia qd̄ diabolus promisit/falsum esse sciuit:nec idcirco pomuȝ vetitū comedit ꝙ per illam comestionem deo parificari vellet:sed tm̄ ne mulierem contristaret:maxime q: putauit se ꝛ mulierem mortem euadere ꝛ post per penitentiaȝ posse deum placare. Hec Hugo. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicendum ꝙ peccatum ipsorum fuit non ex ignorantia nisi modo predicto:nec ex infirmitate seu passione:sed ex mera libertate ꝛ electione. ¶ Ad aliam in contrarium dicēdum:ꝙ apostolus intendit Adam non esse seductum nō vniuersaliter seu totaliter:sed ꝙ non fuit seductus consimiliter sicut Eua: vt supra patuit per Hug.

Circa distinctionem vigesimātertiā/in qua magister determinat de tentatione p̄morum parentū: Quero p̄mo de quodā de quo ī speciali fit in litera mētio specialr̄/vȝ vtrū de⁹ possȝ facē aliquā volūtatē īpeccabilē ꝑ naturā. ¶ Et videt̄ ꝙ sic q: oē qd̄ de⁹ pōt facē aliq̄ mediante/potest immediate sine illo facere p seipsuȝ.sȝ deus potest facere volūtatē impeccabilē grā mediante vt apparet de voluntate cuiuslibet beatorum.ergo ꝛc. ¶ Contra.quia omnis volūtas impeccabilis est inobliquabilis.sed nulla voluntas nisi tantūmodo increata

potest esse īobliquabilis.ergo ꝛc. ¶ Respōsio.vbi sic ꝓcedam. Primo em̄ excludā vnam opinionē. Secundo dicam aliter ad questionem.

Quantum ad primum est opinio cuiusdam doctoris ponētis duas ꝯclusiones. Prima est: ꝙ deus potest facere voluntatem impeccabilem mediāte aliquo ipsi dato. ¶ Scða est:ꝙ non potest ipsaȝ facere impeccabilem ꝑ naturam suā omī habitu circūscripto. ¶ Primā ꝓbat.qm̄ oīs habitus faciēs difficultatē in volūtate ad peccandū potest tm̄ intendi a deo ꝙ causabit ī ipsa impossibilitatē.sȝ aliquis habit⁹ existens ī voluntate nostra reddit eam difficilē ad peccādū.ergo ꝛc. ¶ Secundam/vȝ ꝙ volūtas creata non possit esse impeccabilis per seipsam sine habitu mediante:ꝓbat.qm̄ omnis voluntas q̄ per naturam suaȝ est impeccabilis est ꝑ naturam suā regula inobliquabilis.sed nulla volūtas creata pōt esse inobliquabilis regula. sola em̄ volūtas diuina est talis: vȝ inobliquabilis regula.ergo ꝛc. ¶ Sed ꝯtra opinionem istā arguo:ꝛ p̄mo cōtra ei⁹ primaȝ ꝯclusionem: dicētem ꝙ volūtas creata potest esse impeccabilis habitu mediante.qm̄ aut intelligit ꝙ volūtas efficiat̄ impeccabilis mediāte habitu tanq̄ illo ꝑ qd̄ ipsa voluntas sit impeccabilis immediate: aut tā q̄ illo quo existente in volūtate ipsa volūtas est impeccabilis nō ꝓpter ipsuȝ habitū:sed tm̄modo propter deū eam faciētē impeccabilē ꝑ seipsum:licet non nisi existēte in ipsa hm̄ōi habitu supradicto. Sed neutruȝ horuȝ pōt poni. primū em̄ est falsuȝ.secūdum non est ad ꝓpositum.g̃ ꝛc. ¶ Probatio prime partis minoris.qm̄ ꝑ illud quo volūtas efficitur impeccabilis redditur impotēs ad aliquē possibilē sibi actū. sed nullus habitus nec aliquod ens creatū pōt voluntatem impossibilitare ad aliquē actū sibi ex se possibileȝ. non magis em̄ aliquod ens creatum pōt voluntatis aliquē actū suspendere q̄ ignē vel quodcunq; aliud principium actiuū ne agat in passum sibi approximatum ad effectū ipsi debitū impedire.ergo ꝛc. ¶ Confirmat̄.q: non magis voluntas impossibilitat̄ ꝑ habitum aliquē creatum ad volendū aliquid vel nolendū q̄ intellectus ad intelligendū vel sensus ad sentiendum.sed ꝑ nullum habitum vel qd̄cunq; aliud ens creatū pōt intellectus impossibilitari ad ītelligendū nec sensus ad sentiēdū:nec etiā sensitiu⁹ appetitus ad actū sibi debitū.ergo ꝛc. ¶ Preterea arguo sic ad idē.non magis aliquis habitus impossibilitat potētiā ad actū oppositū:q̄ necessitat ipsam ad actū ꝓpriū. sed nullus habit⁹ necessitat volūtatē nec ēt intellectuȝ ad actū suū ꝓpriū. quocūq; em̄ habitu ī volūtate exn̄te pōt volūtas ipa sibi relicta ꝯformit̄ vel difformiter eligere recto dictamini rōnis.g̃ ꝛc. ¶ Cōfirmat̄.q: potēs difformit̄ recto dictamini rōnis eligere/pōt peccare.sed volūtas quocūq; habitu informatā pōt sibi dimissa eligere ꝯtra dictamē debitū rōnis.nullus em̄ habit⁹ necessitat volūtatē ad electionē rectā:nec ꝑ ꝯn̄s cā impossibilitat ad obliquā.q̄re ꝛc. ¶ Scða ps minoris/vȝ ꝙ si intelligat̄ volūtatē fieri īpeccabilem mediāte hītu non tanq̄ illo q̄ volūtas ipa sit peccabilis:sed p̄cise tāq̄ illo sine q̄ exn̄te de⁹ nō facit volūtatē īpeccabilē:non sit ad ꝓpositū:app̄et.qm̄ hoc mō ita posset dici ꝙ aīa cuiuslibet beatorum est beata mediāte celo:cū ipaȝ de⁹ beatificet in celo nō alibi exn̄tē:nec magis habit⁹ aliq̄s opat̄ ad īpeccabilitatē q̄ celū vel qd̄cūq; aliud p̄ter deū ad eternā felicitatē.g̃ ꝛc. ¶ Confirmat̄.q: aut sine tali habitu exn̄te posset de⁹ facere volūtatem impeccabilē:aut nō. Si sic ꝛ hoc mō facit impeccabilē quēlibȝ beatorum:g̃ ad hm̄ōi impeccabilitatē nihil facit talis habitus.si nō:g̃ hm̄ōi impeccabilitas habet esse immediate a tali habitu. quod est falsuȝ vt superius est argutum.quare ꝛ cetera. ¶ Ex p̄dictis secūdo apparet falsitas secūde conclusionis dicentis ꝙ volūtas nō pōt esse impeccabilis per se ipsam. Si em̄ intelligat ꝙ non possit esse per se impeccabilis passiue/falsum est.sic em̄ est seu esse potest īpeccabilis sicut beatificabilis.est aūt beatificabił passiue per se omni ab ea alio circūscripto.g̃ ꝛc. Si autem intelligat ꝙ nō pōt esse beatificabilis nec impeccabilis ꝑ se actiue: cōcedo. solus em̄ de⁹ pōt ipam beatificare ꝛ impeccabileȝ facere effectiue/ actuȝ obliquū ipsi possibilē quēlibet suspēdēdo/ vt inferius in sequēti articulo ostēdetur. ¶ Confirmatur.q: aut voluntas pōt esse impeccabilis aliquo habitu mediāte:aut passiue ꝑ se deo faciente omni alio circūscripto.sed p̄mum nō potest poni vt ꝓbatū est.ergo ꝛc. ¶ Ad p̄mam rationem ꝓ p̄ma cōclusiōe/qn̄ dicit̄ ꝙ oīs hīt⁹ faciēs difficultatē ꝛc. Dico ꝙ ista maior est falsa.licet em̄ habitus intēsus auferat potentie omnem facilitatē:non tamen omnē possibilitatē.ꝛ ideo licet voluntas alio habitu informata non possit in actū in quē poterat ante faciliter/potest tn̄ simpliciter. nec sequit̄:hec potentia nō potest ī aliquē actum faciliter:g̃ nec potest ī eū simpliciter. quare ꝛc. ¶ Ad secundam q̄ ꝓ alia ꝯclusione adducit̄:qn̄ dicitur ꝙ oīs volūtas ꝑ naturam suā impeccabilis est regula inobliq̄bilis:concedo.eo em̄ modo quo volūtas est impeccabilis est inobliquabilis. Sȝ tūc ad minorē que dicit ꝙ nulla volūtas creata pōt esse per se inobliquabilis regula. Respōdeo ꝙ volūtas per illud est impeccabilis cuius virtute est sibi oīs act⁹ obliquus īpossibił.hoc aūt ē solus de⁹ nō aliq̄s habit⁹ creat⁹.ꝛ ita ꝯcedēdū est ꝙ volūtas nō est absolute seu simpliciter ꝛ vł̄r impeccabił ꝑ se/ nec etiā aliquo habitu mediāte:sed tm̄ solo deo omīpotēte eā īpeccabilē faciente:q: ad actuȝ obliquū ꝑ se ipaȝ impossibilitāte/q̄cūq; habitu circūscripto.q̄re ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secūdum: vbi aliter ē dicēdū:est sciēdū ꝙ volūtatē eē īpeccabilē/ qd̄ nihil aliud est q̄ ipaȝ nō posse ī actū obliquū aliquē:dupliciter pōt intelligi. Uno mō ꝙ ipa volūtas sit impeccabilis stāte vł̄i influētia p̄me cause:qua q̄dē assistit cuicūq; cause secūde ad ꝯcausandū cū ea effectū ipsi possibilē. Uel si nō est necessaria cōcausalitas p̄me cause:saltē ipa p̄ma cā nō impedit (cū posset) scðam cāȝ agere:sȝ ꝑmittit. Alio mō ꝙ volūtas creata sit īpeccabilis virtute p̄me cause ipsi non coagētis vel eā agere nō sinētis ad aliquē actū obliquū. ꝛ hoc mō volūtas eēt īpeccabilis nō stāte vł̄i prime cause influētia sed mutata. ¶ Hoc p̄misso pono tres ꝯclusiones. Prīa est:ꝙ volūtas creata nō pōt fieri īpeccabilis primo mō/vȝ stāte vł̄i influētia p̄me cause. ¶ Hec ꝓbat̄.qm̄ qd̄ est ex se p̄ncipiū aliquorum actuū ꝓductiuū/ eque pōt in vnū illorum sicut ī alterū/quocūq; alio postposito vel remoto qd̄ nō est illius act⁹ ꝓductiuū nec impeditiuuȝ.sed oīs volūtas creata vel creabił est ex se ꝓductiua electionis recte q: ꝯformis/ꝛ oblique quia difformis recto dictamini rōnis.nullus aūt habitus nec aliquod aliud ens creatū est p̄ncipiū horum actuuȝ ꝓductiuū nec impeditiuū/nisi forte obiectū vel act⁹ intelligēdi.qd̄ esto ꝙ sit verū:nihil ad ꝓpositū.g̃ oīs volūtas creata vel creabilis pōt stante vł̄i influētia eligere ꝯformiter vel difformiter recto dictamini rōnis. Sȝ oīs talis est peccabilis.g̃ ꝛc. ¶ Cōfirmat̄.q: nō pōt eē īpossibili⁹ volūtati difformit̄ recto dictamini eligē q̄ calido calefacē vel cuicūq; alteri cause naturali ad suū effectū agē.sed stāte vł̄i influētia p̄me cause īpossibile ē calidū nō posse calefacē:ꝛ aliā quācūq; cām scðaȝ ad suū effectū nō posse agē.g̃ nec volūtas aliq̄ pōt fieri impotens

ad difformiter recto dictamini eliciendū: ⁊ ꝑ consequens ad peccandum. quare ⁊c. ¶ Sed cōtra rationeȝ pdictā forsitan arguetur. qm̄ sequit̄ vt videtur ꝙ volūtas possit peccare: quia potest ad electionem discordantē a recto dictamine agere. deus enim non potest peccare: cuȝ tamen possit ad talem electionem sicut ⁊ quodcūqȝ aliud possibile agere. quare ⁊c. ¶ Respondeo ꝙ non est simile de voluntate creata ⁊ increata ad actum electionis agente. quoniam volūtas increata non vult aliquid vt creata: nec eligit actu aliquo que producit. ⁊ ideo licȝ ad eandem electionem obliquā quia discordē recto dictamini intellectus agat voluntas increata ⁊ creata: quia tamen hmōi electio non est praua seu indebita nisi quia ipsa mediante eligitur eius obiectum: ideo cum per ipsam deus nō eligat aliquid nec velit: sed tm̄ ipsaȝ respiciat vt effectum: nullum est nec esse potest peccatū vt est ab ipsa: sed tm̄ vt est a volūtate creata: que sola nō autem increata tenetur vitare actuȝ a recto intellect⁹ dictamine discordantē. quare ⁊c. ¶ Ex pdicta cōclusione sequitur corollarie: ꝙ stante vniformiter supradicta vniuersali īfluētia prime cause nec beati essent magis impeccabiles q̄ viatores: nec beati etiam essent magis q̄ damnati in bono confirmati: nec e conuerso etiā dānati magis in malo q̄ alij obstinati. ¶ Hoc apparet tam ex predictis q̄ ex alibi prolixius declaratis. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ deus potuit facere voluntatē impeccabilem secundo modo / vȝ ei ad nullum actum obliquū ipsi possibilē coagendo: vel ipsam nullū talē actū agere permittendo. ¶ Hec pbatur. qm̄ potens omneȝ actū indebitū voluntatis suspendere seu impedire pōt ipsam voluntatē impeccabilem facere isto modo. sȝ de⁹ ipse p se quocūqȝ alio circunscripto potest impedire seu suspēdere omnē actū indebitū voluntatis. potest enim prima causa oēm effectum cuiuscūqȝ secūde cause suspēdere: vel ipsi ad eū nō coagendo: sine ipa eī coagēte causa scđa non potest agere: vel si pōt / ipsaȝ agere non sinēdo. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie. Primo ꝙ volūtas impeccabilis non est nec esse pōt a voluntate peccabili alterius rōnis. ¶ Scđo: ꝙ nulla volūtas creata pōt eē simpliciter ⁊ absolute impeccabilis. ¶ Primuȝ apparet. qm̄ voluntas non est impeccabilis nec pōt esse nisi illa cui de⁹ nō vult coagere vel quā nō sinit agē ad actū aliquē obliquū. illa aūt ē peccabil̄ quā sinit agere ad quēcūqȝ possibilem ipsi actū. sed eiusdē rationis est volūtas: ī. non eadē in nūero potest esse illa quā deus nō permittit indebite agere ⁊ illa quā sinit agere omni mō ergo cū per nihil aliud volūtas impeccabilis ⁊ peccabilis distinguant̄ nisi quia vni ⁊ non alteri deus coassistit ad sic vel aliter eligēdū: sequit̄ ppositum / vȝ ꝙ volūtas impeccabilis non sit a voluntate peccabili alterius rationis. ¶ Confirmat̄. qr sicut se habet calidū nō potens calefacere ad calidū qđ potest calefacere: ita et volūtas impeccabilis ad peccabilem. Sed calidū non valēs calefacere deo eius actū suspēdente / vt ignis triū pueroꝝ / non est alteri⁹ rationis ab aliquo alio calido calefaciēte. ḡ ⁊c. ¶ Scđȝ corollariū sequitur ex predicto. qm̄ qđ est ex se tale non pōt esse simpliciter et absolute nō tale. ¶ Hoc appet in exēplo: qr cm̄ calidū sibi dimissum est ex se calefactiuū / ideo nō pōt simpliciter: sed tm̄ supnaturaliter esse impotens ad calefaciēdū. Sȝ sicut calidū est ex se calefactiuū: ita ⁊ oīs volūtas possibilis potest ex se conformiter vel difformiter recto dictamini rationis agere: ⁊ per consequens peccare. ḡ ⁊c. ¶ Hoc modo non alio sunt intelligende om̄es auctoritates doctorum omnium dicentiū ꝙ deus non potest facere aliquam voluntatem impeccabilem per naturam. sicut etiā non potest facere calidum qđ nullo modo sibi relictuȝ possit calefacere: nec hominēȝ qui non possit ridere: ita nec volūtatē que nō possit peccare: ⁊ e cōuerso eo modo pōt facere voluntatem impeccabilem quo potest impedire calidū ne calefaciat / ⁊ hominem ne rideat. hoc autem deus potest facere tm̄ p seipsum quocūqȝ alio circūscripto: ḡ ⁊ voluntatem pōt facere impeccabilem absqȝ gratia aliqua mediante. ¶ Tertia ⁊ vltima ꝯclusio est: ꝙ nihil aliud citra deū pōt facere mō pdicto voluntatē impeccabilē. ¶ Hec apparet. qm̄ solū illud pōt facere voluntatē impeccabilem dicto mō / qđ potest suspendere omnem actū obliquū ipsi possibilem. sed hoc non pōt facere nisi deus: sola em̄ pma causa potest vt dictū est effectū cuiuscūqȝ secunde cause suspēdere. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc potest ꝯcludi corollarie falsitas opiniōis pdicte in pcedenti articulo improbate / eoꝝ qui dicūt voluntateȝ posse fieri impeccabilem aliquo habitu mediāte. qm̄ solo illo ⁊ nullo alio mediante voluntas pōt fieri impeccabilis / cuius virtute actus obliquus in quē voluntas ipsa ex se potest / ipsi redditur seu efficitur impossibilis. hoc autē nō potest esse (vt dictum est) aliquis habitus nec aliquid aliud nisi deus. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio dicēdū: ꝙ licet nulla voluntas creata vel creabilis possit esse ex se inobliquabilis: qr nec simpliciter impeccabilis (vt dictū est) potest tñ esse inobliquabilis eo modo quo impeccabilis: videlicet modo in precedentibus explicato.

Secundo quæro de cognitione hoīs ī statu innocentie: de quo vltimo determinat hic magister. Utrū vȝ primus homo in statu innocētie cognouerit deuȝ ⁊ alia clarius q̄ nos mō cōmuniter cognoscamus. ¶ Et videt̄ ꝙ sic. qm̄ cuȝ ignorātia sit culpe pena / clarior ⁊ pfectior videt̄ fuisse añ culpā sciētia q̄ sit mō. sȝ ī statu īnocētie nulla fuit culpa: ḡ illo manēte pfectior fuit in hoīe cognitio q̄ sit mō. ¶ Cōtra. qr maior seu pfectior scia nō arguit̄ ex maiori īnocētia: cū multi innocētes sint ignorantes: ⁊ peruersi ac reprobi sint scientes. ergo ppter statū innocētie nō sequitur ꝙ clarior fuerit in hoīe tūc sciētia q̄ sit mō. ¶ Responsio. vbi est vidēdū. Primo quō pmus hō cognouit deuȝ in illo statu. Scđo quō alia ab ipso: ⁊ que: vtruȝ vȝ oīa an tm̄ aliqua.

Quantū ad primū: sciendum ꝙ de deo triplex notitia est possibilis / vȝ beatifica q̄lis est īntuitiua: ⁊ nō beatifica: q̄ ē duplex / vȝ notitia fidei / ⁊ alia abstractiua clarior q̄ sit fides. ¶ Hoc pmisso pono tres cōclusiōes. Prima est: ꝙ pmus hō nō cognouit in statu innocētie deū notitia intuitiua. ¶ Hec appet. qr pm⁹ hō ī statu īnocētie nō fuit beat⁹ nec habuit actū aliquē btīficū. Sed act⁹ intuitiue cognitiōis dei est beatific⁹. ḡ ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. qr nullū aliū nisi Paulū vsqȝ ad tertium celū raptū ꝯcedūt doctores catholici actū hmōi habuisse: nec est verisile ꝙ de⁹ hūc actū mirificū ꝯtulerit alicui post ipȝ mortalit̄ delinquenti. sȝ ꝯstat ꝙ pm⁹ hō mortaliter peccauit. ḡ hūc actū nō habuit in statu innocētie q̄ pcessit. ¶ Scđa ꝯclusio est: ꝙ pm⁹ hō habuit ī statu innocētie dei notitiā aliquā abstractiuam. ¶ Hec probatur. qm̄ scđȝ Aug. x. sup Ge. in illo sopore: de q̄ dr̄ Ge. ij. ꝙ imisit de⁹ soporē in Adā: Ade mēs fuit particeps curie angelice īntrās in sctūariū dei. ¶ Ex hoc arguit̄. qm̄ p hmōi īgressuȝ in sctūariū supnū nō pōt ītelligi aliud q̄ aliq̄ notitia diuinalis: q̄ habuit eē vel notitia fidei vel īntuitiua vel abstractiua. sȝ nō pōt dici ꝙ fuerit notitia fidei: quia per talem ipse non fuisset particeps curie angelorum: nec intrasset in supernuȝ sanctuariū aliter q̄ q̄libet fidelium viatorum. nec potest poni notitia intuitiua vt dictum est. ergo ⁊ cetera. ¶ Si queratur qualis est huiusmodi notitia abstractiua: Respondet̄ ꝙ est notitia fidei superior: sed intuitiua inferior ⁊ imperfectior. ¶ Tertia ⁊ vltima cōclusio est. ꝙ an primus homo habuerit in statu innocētie notitiā fidei qualē nos habemus / nō est certū. ¶ Hec apparet. qr ꝯstat primū hoīem in illo statu deū cognouisse nō alit̄ q̄ p inspirationē. Unā Hug. de Sacra. parte. vi. cap. xiiij. de hoc loquēs / sic dicit. Cognouit homo creatorē suū nō ea cognitione que foris ex auditu solo percipit̄: sed ea poti⁹ que intus p inspirationē ministratur. Hec Hug. Qualis aūt hmōi tūc inspirata homini dei cognitio fuerit nō habet̄. Potuit enim deus homini tunc inspirare pcise cognitionē fidei talē qualē habet quilibet fideliū aliqn̄ in presenti: vl̄ nō talē sed aliā ab ista alterius rationis: ⁊ hoc videt̄ pbabilius: cū nec etiā nūc deus infundat alicui fideliū fidei actū sed tm̄ habitū. secūdū em̄ Aplm̄ ad Ro. x. Fides ē ex auditu. qđ intelligēdū est nō de habitu fidei saltē primo / sed de actu. in primo autē hoīe actus cognoscendi deum nō fuit ex auditu: sed tm̄ hoc modo esse potuit in Eua aliqs talis actus: cū ipsi pceptū diuinū p Adā fuerit explicatū. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si cōtra hoc arguat̄. qr oīs habēs gratiā habet fidē. quia hoc est veruȝ de fide que est habitus: non aūt de illa que est act⁹. ⁊ ita esto ꝙ primus homo fuerit creatus in gratia gratū facientē: qđ tñ nō videtur esse certū: ex hoc non sequit̄ ꝙ aliqs in ipso fuerit fidei actus sed tm̄ habit⁹. quare ⁊c. ¶ Ex predictis sequit̄ ꝙ clariorē notitiā habuit homo de deo in statu innocentie q̄ in isto. perfectior em̄ fuit illa notitia abstractiua per quā secundū Aug. vbi supra / Adaȝ fuit particeps curie angeloꝝ: ⁊ ingressus est sanctuariū ipsoꝝ. sed si etiā vltra illā habuit fidei notitiā / pfectior fuit illa que sibi extitit diuinitus īspirata q̄ nostra que ē ex auditu ſm Aplm̄ naturalr̄ acqsita. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secūdū est sciendum: ꝙ res create ⁊ creabiles sunt cognoscibiles tā in verbo notitia matutina q̄ in gñe proprio notitia vespertina intuitiua ⁊ etiā abstractiua. In verbo etiaȝ videnī dupliciter posse cognosci. qr vno modo pñt cognosci in verbo hoc est in deo intuitiue. Alio mō in ipo tm̄ abstractiue cognito. ¶ Hoc premisso videt̄ quantum ad istū articulum eē dicendū primo. ꝙ primus hō in statu innocentie non cognouit creaturas in verbo intuitiue cognito: potuit tamen eas cognoscere in ipso cognito abstractiue. Secūdo. ꝙ cognouit eas in proprio genere / nō tamē om̄es sȝ aliquas potuit cognoscere intuitiue ⁊ alias non / sed tātummodo abstractiue. ¶ Primū apparet. qm̄ notitia rerum in verbo intuitiue cognito exigit ⁊ supponit notitiam verbi intuitiuā: sed talē (vt dictū est) nō habuit in statu innocentie primus homo. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur per contrarium arguendo: ꝙ potuit res cognoscere in verbo cognito abstractiue. quoniam sicut intelligens deū intuitiue potest in ipso vt sic cognito alia cognoscere: ita ⁊ eum intelligēs abstractiue potest alia cognoscere in ipso vt cognito isto modo. Sed vt dictū est: primus homo habuit in statu innocentie dei notitiā abstractiuā. ergo ⁊c. ¶ Scđm / vȝ ꝙ creaturas in proprio genere cognouerit: pbat̄ per illud qđ habet̄ Geñ. ij. vbi dicitur ꝙ formatis domin⁹ deus de humo cunctis animantibus terre ⁊ vniuersis volatilibus celi adduxit ea ad Adam vt videret qd vocaret ea: om̄e em̄ qđ vocauit Adā aīe viuētis manifestū est nomen eius. Sed cōstat ꝙ om̄e illud ad qđ significandū qs nomē imponit ītelligit. ergo ⁊c. ¶ Q: aūt non omnia sed aliqua intelligere potuerit intuitiue / saltem naturaliter loquendo: apparet. qm̄ non existētia nō possunt ab aliquo intellectu creato naturaliter intelligi intuitiue sed tm̄modo abstractiue: existentia aūt tam abstractiue q̄ ēt intuitiue. ergo nō magis primus homo potuit in statu innocētie q̄ mō intelligere in pprio gñe ītuitiue aliqd nō existēs. vnde existētia sibiqȝ pñtia qualia fuerūt illa qb⁹ nomina imposuit que ad eum deus adduxit intelligere intuitiue potuit: vel quātū ad ipsarū substantias: supposito ꝙ substantie sic sint ab intellectu creato intelligibiles in hoc statu: vel si nō / saltē ab intellectu quātū ad accñtia sensibilia ipsorū. Alia aūt nō existentia vel absentia potuit intelligere abstractiue. ¶ Si autē querat̄: an creata oīa tunc intellexerit: potest dici ꝙ sic illa intellexit quibus noīa imposuit: nō aūt om̄ia alia vt videt̄. solus em̄ intellectus anime Christi nouit oīa / nō aliquis ali⁹ creatus. ¶ Sed tunc est dubiū: an rerū notitie fuerint ī primo hoīe effectiue seu causaliter a seipso / an supnaturaliter a deo. ¶ Ad hoc videtur dicendū ꝙ a seipso: nisi forte tot fuerint ꝙ nō posset ad tot insimul producēdas agere aliquis intellect⁹ creatus. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationem in principio patet solutio ex predictis. non enim fuit in primo homine clarior notitia propter suam innocentiam: sed propter causam aliam.

Circa distinctionem vigesimā quartā in qua magister determinat de potentia quā homo ante casum habuit p quā ⁊ stare potuit Quero primo. Utruȝ homo per liberū arbitriū sine gratia gratum faciente potuerit malo resistere et in innocētia pmanere? ¶ Et videt̄ ꝙ sic. quoniā potens per se eligere eligendū ⁊ respuere respuendū / potest malo resistere ⁊ in bono manere. sȝ homo per se siue suū liberū arbitrium potest quocūqȝ alio circunscripto eligere qđ dictat recta ratio eligēdū / ⁊ respuere respuendū. ergo ⁊c. ¶ Contra. quoniā om̄is potens malo resistere ⁊ in bono manere / pōt proficere. sed nullus per se sine diuina gratia mediāte pōt pficere: cū non possit vitā eternam acquirere: quia gratia dei vita eterna ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi est videndū: Primo qd est arbitriū liberū. Secundo est respōdendū ad q̄situm.

Quantum ad primum: quidam dicunt ꝙ liberum arbitrium cōsistit tm̄ in intellectu: quo arbitrante seu iudicante voluntas necessario fertur in hoc qđ iudicatum est. Alij autē dicunt contrariuȝ. cū enim intellectus sit potētia nō libera sed totaliter naturalis sola autē volūtas sit libera: p ꝯñs dicunt ex hoc inferēdo: ꝙ liberū arbitriū precise in voluntate consistit. Alij dicunt ꝙ cōsistit in vtroqȝ / vȝ tam in intellectu q̄ in voluntate: sed principalius in intellectu. ⁊ secundū alios principalius in voluntate. ¶ Sed nullus istorū modorū potest stare. quoniā arbitriū liberuȝ dicit duo / vȝ arbitrium qđ est actus dictādi seu sentētiādi: ⁊ liberū qđ est actus volendi vel nolēdi. nec enim libertas voluntatis est aliud q̄ voluntas: que quidem volūtas (vt alias est ostensum) significat ipsum volendi actum productū ⁊ cōnotat eius principium pductiuum. Sed constat ꝙ ista duo predicta nō cōsistunt in solo intellectu / nec ī sola voluntate. nec em̄ libertas est ītellectus nec ei⁹ act⁹ nec arbitrari est actus voluntatis. ergo arbitrium liberum nō consistit tm̄ in intellectu / vt dicit prima opinio / nec tm̄ in voluntate / vt dicit secunda / nec principalius in intellectu / vt dicit tertia / nec pncipalius in volūtate vt dicit quarta. qđ em̄ importat aliqd qđ nullo mō consistit in aliquo nō cōsistit principalius in illo. Sed arbitriuȝ liberum dicit duo: quoꝝ vnum / puta arbitriū / nul

lo modo est volũtatis:⁊ alterũ/puta liberũ/non cõsistit in intellectu.ergo ⁊c.¶Preterea falsum est qđ dicit p̃ma opinio/vȝ ꝙ voluntas necessario ferẽ super hoc qđ dictauit antea intellectus:si em̃ qđ intellect⁹ dictat eligendũ voluntas necessario eligeret:⁊ qđ dictat respuẽdum necessario respueret:nõ esset in creatura rationali arbitrium liberũ:sed magis necessariũ:quod est falsuȝ. quare ⁊c.¶Et ideo quantũ ad istum articulũ aliter est dicendũ. Ad cuius euidentiã est sciẽdũ/ꝙ cũ dicit arbitriũ liberũ/liberũ quod est adiectiuuȝ potest specificare seu determinare vel ipsum arbitriũ post qđ immediate ponitur:vel actum volũtatis/puta electionẽ vel respuitioneȝ que post arbitriũ sequit. Aliter tñ actus eligẽdi sequens arbitriũ:⁊ aliter ipsum antecedẽs arbitriũ dicit liberũ. Actus em̃ eligẽdi/vel respuendi volũtatis dicit primo liber/nõ ei⁹ arbitrium/nisi vt habet aliquẽ ordinem ad ipsum.¶Et si dicat:cũ adiectiuũ nõ determinet nisi illud cui apponit substantiuum quomodo/ergo liberum hic arbitrio appositum potest determinare seu specificare aliũ actũ q̃ ipsuȝ arbitriũ?¶Ad hoc potest dici ꝙ liberũ act⁹ specificatiuũ nõ significat aliqđ p̃ter actũ.nec em̃ actus aliquis volũtatis dicit liber aliquo mediante in eo existente:sed tñ semetipso:quia vȝ sic ꝓducto/puta cõtingẽter nõ necessario. Ad hoc autem ꝙ sic ꝓducat/vȝ cõtingenter/nõ requirit aliquid in principio productiuo nec in actu producto distinctũ ab ipso magis q̃ ad hoc ꝙ ꝓducat aliquid ab aliquo naturaliter ⁊ necessario.Et ita cũ dr arbitriũ liberũ/ly liberuȝ si dicit aliquid ab arbitrio distinctum illud nõ est aliud q̃ actus ipse eligendi vel respuendi sequẽs ipsum arbitriũ licet hoc mõ non dicat arbitriũ liberũ sine copula:sȝ magis ⁊ ꝓprius diceret cũ coniunctione interposita inter liberum ⁊ arbitriũ/dicendo arbitriũ ⁊ liberum.nõ enim proprius potest dici arbitriũ liberũ isto modo/q̃ intellectio volitio vel nolitio:cũ nec arbitriũ sit aliud q̃ actus intelligendi seu dictãdi:nec liberũ aliud q̃ actus eligendi vl' respuẽdi:⁊ ideo liberũ sic acceptũ nõ est adiectiuũ arbitrij specificatiuuȝ/sed actus alterius expressiuum. quare ⁊c.¶Secundo etiam est sciendũ ꝙ arbitriũ liberũ dupliciter potest sumi.quãdoq; enim sumitur formaliter pro actu vnico vel duplici supradicto:quãdoq; autem fundamẽtaliter/seu causaliter pro principio talis actus causaliter productiuo:vt cũ dicitur/ꝙ homo propter liberuȝ arbitriũ potest eligere bene vel male:quia conformiter vel difformiter recto dictamini rationis. ¶His premissis apparet quid ad propositũ sit dicẽdũ. quoniã si arbitrium liberũ sumat causaliter tñ/vȝ pro principio actus arbitrandi ⁊ eligẽdi productiuo:sic arbitrium liberũ nõ est aliud q̃ ipsa essentia anime rationalis ⁊ cuiuscũq; creature ĩtellectualis. Si aũt arbitriũ liberũ accipiat alio modo/vȝ formal'r tñ ꝓ vnico actu puta pro ipso arbitrio rationis/qđ in ordine ad volũtatis actum dicitur liberũ:sic arbitriũ liberũ precise consistit in intellectu seu intelligẽdi actu. Si auteȝ tertio mõ accipiat pro vtroq; actu/vȝ arbitrandi ⁊ eligendi:q̃ liber dicit p se primo:sic nec tñ in intellectu/nec tñ ĩ voluntate seu eius actu ꝯsistit:sed ĩsimul in vtroq;.¶Primum horum apparet.quoniã vt hic suppono ex declaratis in superioribus/essentia creature ratiõalis est immediatum principiũ oĩs actus intelligendi seu arbitrãdi ⁊ eligendi causalit productiuum.sed arbitriũ liberũ isto primo modo sumptũ supponit esse hmõi actus arbitrandi ⁊ eligẽdi principiũ productiuũ.ergo ⁊c.¶Secũdũ ⁊ tertiũ apparent.qm̃ arbitriũ est intellectus actus actũ liberũ eligendi voluntatis.q̃ ⁊c. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum:est sciendum ꝙ malo resistere ⁊ in bono manere seu ipm̃ eligere ⁊ malum respuere/dupliciẽ põt contingere. Uno modo absolute ⁊ simpliciter. Alio modo talit/vȝ vtilit ⁊ meritorie ad eterna.¶Hoc premisso dicendũ ad questionẽ istã ꝙ primus hõ absq; aliqua grã gratũ faciẽte potuit malo resistere ipmq; respuere ⁊ bonũ eligere absolute ⁊ simplicit/nõ aũt meritorie ⁊ vtilit ad eternã salutẽ de cõdigno.esto ꝙ aliquo modo de congruo.¶Hoc probat.⁊ p̃mo ꝙ potuerit sine gratia om̃e malũ respuere ⁊ bonum eligere absolute.quoniã cõstat ꝙ potẽs cõformiter recto rationis dictamini eligere/potest bonũ eligere ⁊ malũ respuere:ipsiq; resistere.¶Hoc apparet:quia cum recta ratio istud dictet/ vȝ bonum esse eligẽdum ⁊ malũ respuẽdum:p ꝯñs cõformit recte rationi eligẽs bonum accipit vel malum respuit vel vtrunq; facit.sed oĩs creatura intellectualis põt ex puris naturalibus omni gratia gratũ faciẽte ⁊ quocũq; alio circunscripto cõformit recte rationi eligere ⁊ respuere.¶Hoc apparet/nisi dicat ꝙ peccator carẽs gratia necessario eligit qđ recta ratio dictat respuẽdum/⁊ similit ecõuerso necessario respuit qđ sibi dictat recta ratio eligẽdũ.hoc autẽ est falsum.ita em̃ reprobus sicut iustus nõ necessario sed libere ⁊ cõtingent eligit malũ quod dictat eius recta ratio respuendum:vel respuit ⁊ dimittit bonũ qđ dictat recta ratio eligendũ.alias nõ peccaret:cum scđm Aug.om̃e peccatũ ideo peccatũ/qꝛ voluntarium.nõ põt autẽ esse voluntarium qđ nõ est liberum sed mere necessarium.ergo ⁊c.¶Confirmat.quia illud creatura rationalis potest sine gratia/ad qđ nihil gratia facit quãdo in ipa existit.sed gratia existente in voluntate potest volũtas ipa eligere nõ ꝯformiter sȝ difformit recto dictamini rõnis/nec em̃ ꝓpter gratiã inexistentem necessario cõformit eligit sed tñmodo p seipsaȝ:nec p ꝯñs ad hoc ꝙ electio recto dictamini necessario sit ꝯformis aliqđ facit grã diuinalis:cũ ipsa existente possit eẽ difformis:alias nullus iustus posset peccare mortaliter.qđ est falsum.q̃ ⁊c. ¶Quartũ/vȝ ꝙ sine gratia nullus possit vtiliter ⁊ meritorie de cõdigno facere aliquid predictoꝝ:probat.qm̃ nullus actus est isto modo meritorius nec vtilis alicui ad eterna/nisi ipsuȝ exercẽs sit deo acceptus:qualis nõ est aliquis.nisi gratia informat⁹:ergo licet reprobus carens gratia faciens quod in se est vt penitens mercatur aliquo modo/puta de cõgruo/gratiã:nullus tamẽ ali⁹ meret ipsam:nec p cõsequẽs gloriam sempiternã:q̃ nulli dat nisi in gratia existenti.ergo nec malo resistere ipsumq; respuere/nec bonum eligere/est vtile nec ꝓficuũ ad eterna homini extra gratiã existenti.quare ⁊c.¶Ex hoc sequit corollarie:ꝙ licȝ sine gratia posset quis malo resistere ⁊ bonũ eligere:nullus tamen ex hoc nec quomodocunq; aliter potest per se/saltem de cõdigno/proficere sine gratia mediante.Sola em̃ ipa est per quã hõ põt esse deo accept⁹ ⁊ vita eterna dignus:cũ sola ipa inter filios regni diuidat ⁊ gehẽne.sed nullus põt ꝓficere sine illo sine quo nõ põt a deo acceptari nec p̃miũ consequi sempiternũ.ergo ⁊c.¶Sic ad q̃stionẽ.¶Ad rationẽ in p̃ncipio apparet ex dictis ꝙ falsum accipit qñ dicit ꝙ potẽs malo resistere ⁊ in bono manere põt ꝓficere hoc em̃ nõ ẽ verũ/loquẽdo de ꝓfectu quo q̃s de ꝯdigno meret p̃miũ sempiternum.talis em̃ ꝓfectus nõ põt eẽ in aliq̃ sine grã existente in ipo:sine qua tñ ipe põt malo resistere/⁊ ĩ bono aliquo ꝑmanere:quia ꝯformiter eligere recto dictamini rationis/vt superius est probatuȝ.

SEcundo quæro. Vtrum sint diuerse potentie superior ⁊ inferior portio rationis.¶Uidet ꝙ sic.qm̃ illud in quo cõsistit ĩ aĩa imago trinitatis/ oportet eẽ distin

tum ab illo in quo imago hmõi nõ consistit.Sed secũdũ Augu.xij.de tri.cap.iiij.Trinitatis imago cõsistit ĩ portione superiori nõ autẽ in inferiori.ergo ⁊c.¶Cõtra hoc arguo per eundẽ Aug.vbi.s.dicẽtẽ: Cũ de natura mentis humane disserimus/de vna quadam re disserimus:nec eã in hec duo que ꝯmemoraui.i.superiorẽ portionẽ ⁊ inferiorẽ nisi p officia geminamus.¶Respõsio. vbi est videndũ Primo quid sit superior ⁊ inferior portio ratiõis.Scđo ex hoc ad quesitũ videbit q̃d dicẽdũ.

Quãtum ad primum:est dicendum ꝙ cum secundũ Aug.vbi.s. Portio rationis superior ⁊ inferior nõ sint nisi diuersa eiusdẽ rei officia:p que diuersa officia non video aliud esse intelligendũ q̃ actũ diuersũ per cõsequẽs p superiorẽ rationis portionem nõ intelligo aliud q̃ actũ terminatum superius/puta ad obiectũ eternũ ⁊ supernũ/vel ipsaȝ creaturã intellectualẽ vt talem actũ virtualiter cõtinentẽ.nec p portionẽ inferiorẽ aliud q̃ actũ eiusdẽ nature intellectualis terminatũ inferius/puta ad obiectũ aliquod tẽporale ⁊ terrenũ/vel ipsam intellectualẽ naturã vt contentiuam virtualiter vel formal'r talis act⁹.¶Ex hoc infero corollarie primo ꝙ ista duo/vȝ portio superior ⁊ inferior/nõ possunt dici de om̃i actu nature intellectualis/nec de ipa vt cuiuscũq; actus/sed tñ vt aliquorũ virtualiter cõtẽtiua.¶Secundo ꝙ portio superior ⁊ inferior vt vno modo accipiũtur/distinguunt:vt autẽ alio mõ / p̃nt eẽ siue sunt idẽ:licet aliquo mõ cõnotẽt diuersa.¶Tertio.ꝙ portio superior ⁊ inferior possunt dici nõ tñ de natura intellectuali creata sed etiã de increata:licet aliqualiter differant. ¶Primũ apparet.qm̃ ille actus cuius obiectũ nõ põt esse supremũ/respectu cuius tñ actus dicit esse portio superior/non põt esse portio superior:sed nec inferior:cũ proprie loquendo inferius dicat respectu supioris:nec p cõsequẽs sit inferius vbi nõ est superius.sȝ nec actus sentiendi nec aliq̃s alius ab actu intellect⁹ ⁊ volũtatis potest terminari ad obiectũ portionis superioris qđ est deus:ergo nõ omnis actus creature rationalis dicitur portio superior vel inferior:nec ipsa rationalis creatura/vt oĩs actus virtualiter cõtẽtiua:sed tñ vt cõtẽtiua actus cuius obiectũ põt esse de⁹ ⁊ quodcũq; aliud ens creatum.⁊ qꝛ talis actus est intelligẽdi memorãdi ⁊ volendi:ideo intelligẽtia memoria ⁊ volũtas nõ autẽ sensualitas pportiones hmõi diuidunt.¶Secũdo ꝙ huiusmõi portiones distinguant vt vno mõ/nõ aũt vt alio modo accipiunt/apparet.qm̃ portiões hmõi possunt accipi vel pro actibus/mõ quo Aug.accipit qñ dicit ꝙ cũ aĩam in hec duo diuidim⁹ eius officia geminam⁹:vel ꝓ p̃ncipio taliũ actuũ productiuo ⁊ receptiuo. Ut primo modo accipiunt distiguunt quidditatiue vl' saltẽ terminatiue seu obiectiue/supposito ꝙ eodẽ actu intelligendi vel volendi possit creatura intellectualis tendere in deũ ⁊ in alia ꝓpter ipsum.cũ em̃/vt supponit ex p̃dictis actus intelligẽdi vel volẽdi deũ pertineant ad portionẽ superiorẽ:actus aũt oĩm alioꝝ ad ĩferiorẽ:p ꝯsequẽs si actus horũ obiectorũ sunt diuersi:⁊ portiões hmõi distinguunt quidditatiue.si autẽ sit respectu taliũ obiectorum actus vnicus/ipse dicit portio superior vt ad vnũ obiectũ:⁊ inferior vt ad aliud terminatus:⁊ p ꝯñs talis actus est portio superior ⁊ inferior vt distinct⁹ nõ q̃dditatiue sed tñ obiectiue. Ut aũt scđo mõ accipiunt hmõi portiones/vȝ pro pricipio taliũ actuũ ꝓductiuo ⁊ receptiuo:sic sunt idẽ/licet diuersos actus connotent vel obiecta:eadem em̃ essentia est omnium taliũ actuuȝ causaliter productiua ⁊ materialiter receptiua.q̃re ⁊c. ¶Tertiũ ⁊ vltimũ corollariũ apparet.qm̃ nõ tñ natura ĩtellectualis creata sed etiã increata ĩtelligit ⁊ vult omnia tam increata vȝ q̃ creata/nõ tamẽ aliquo actu elicito a se distincto:modo quo intelligit ⁊ vult natura intellectualis creata.ergo licet portio supior ⁊ inferior nõ dicãt in deo vt ĩ nobis actus diuersos:cũ eodẽ actu a se indistincto deus ipse om̃ia intelligat atq; velit:nec dicant etiã deũ vt taliũ diuersorũ actuũ virtualiter contentiuũ:cũ nullo actu ꝓducto a se distincto de⁹ intelligat nec velit:potest tñ dici deus portio supior/vt se volẽs ⁊ intelligens:⁊ inferior respectu aliorũ in que etiam actualiter ipse tendit. ¶Hec de Primo.

Quantum ad secundum:apparet ex dictis in precedẽti articulo quid sit respondendũ ad quesitum.qm̃ si hmõi portiones accipiant vno modo ꝓ p̃ncipio diuersorum actuuȝ productiuo ⁊ receptiuo/ vt sic est vnica potentia indistincta formaliter licet distincta virtualiter:quia pluriũ actuũ ꝓductiua. Si auteȝ alio modo accipiantur hmõi portiones/vȝ pro vnico actu vel pluribus/vt sic portio supior ⁊ inferior nec sunt vnica potẽtia nec plures.¶Primuȝ apparet.quoniã vnũ ⁊ idem formaliter indistinctũ est actus intelligẽdi ⁊ volendi deũ ⁊ qđcũq; aliud ens creatũ ꝓductiuũ p̃ncipiũ ⁊ passiuũ.sed illud dicit isto modo habere portionẽ superiorẽ vt actus terminati ad deũ:⁊ inferiorẽ vt actus terminati ad aliud ens creatum est ꝓductiuũ principium ⁊ passiuũ.ergo ⁊c.¶Secundum etiã apparet.qm̃ effectus potẽtie nõ est potẽtia vnica neq; plures.sed portio superior vel inferior sic accepta est effectus seu actus a potentia elicitus seu productus.ergo ⁊c.¶Sic ad questionem.¶Ad rationẽ in p̃ncipio apparet solutio ex p̃dictis.non em̃ negandũ est hmõi portiones distingui sicut actus:sed tñ ꝙ non sunt distincte potentie.

CIrca distinctionem vigesimãquintã in qua magister reuertitur ad tractanduȝ de libero arbitrio:de quo in precedẽtib⁹ fecerat mentionẽ:Quero primo:Utruȝ liberũ arbitriũ sit ĩ deo:¶Et videt ꝙ sic.quia liberũ arbitriũ est ĩ quocunq; libere ⁊ cõtingenter oĩa operante.sed deus ad extra omnia cõtingenter ⁊ mere libere operat.nõ em̃ necessitatur ad aliquid operandum.ergo ⁊c.¶Cõtra.quia idẽ nõ est in seipso.sed diuinũ arbitriũ ⁊ oĩs alius actus eius est idẽ omino qđ deus.q̃ ⁊c. ¶Responsio.vbi est videndũ:Primo quid est arbitriũ liberũ.Scđo.ex hoc respondebitur ad quesitum.

Quantum ad primum est sciendum:ꝙ liberum arbitrium dupliciter potest sumi:qꝛ vel ꝓ actu vl' pro eius principio productiuo.Arbitriũ em̃(vt dictũ fuit in distinctione precedẽti)actũ significat intelligendi:qui dicit liber in ordine ad actũ volendi:quo mediante est in hominis potestate.Ipse autẽ actus volendi vel nolendi siue eligẽdi vel respuendi/qui actũ sequitur arbitrandi/dicitur primo liber qꝛ primo in hominis potestate/nõ aliquo alio actu mediante.Tũc igit secundum hoc liberũ arbitrium isto primo modo sumptuȝ dicit duplicẽ actum/vȝ intellectionẽ dictantẽ/⁊ volitionẽ imperantẽ.arbitriũ em̃ põt esse elicitũ tñ vel imperatum: vt elicitum tñ precedit omnẽ voluntatis actum:nec p cõsequẽs dicit liberum:sed magis necessariũ:qꝛ nõ alit elicitum/nisi vt cõparatum ad actũ voluntatis sequentẽ:quo mediante potest suspendi.vt aũt est imperatum dicit liberũ:⁊ vt sic respicit ⁊ supponit actum preuium voluntatis eius ĩperatiuũ.¶Scđo aũt modo arbitriũ liberũ sumptũ/vȝ pro principio taliũ actuũ productiuo

liberū arbitriū est vnica eēntia cuiuslibȝ creature itelle
ctualis:que sola dicit̄ arbitriū liberū:quia sola est act⁹
arbitrandi ꝛ eligēdi vel respuēdi qđ est arbitratū ꝛ sen
tentiatū liberū productiua:nec tn̄ respectu hoꝝ actuū
dicitur habere seu esse liberū abitriū:sed etiaȝ respectu
quorumcūqꝫ alioꝝ effectuū:quos istis supradictis acti-
bus mediātibus operat̄:qꝛ etiā talia oīa contingent̄ et
mere libere non naturaliter nec necessario operatur.
¶ Hec de Primo.

Quantum ad secūdum:vbi est respon-
dēdū ad quesitū:est sciendū ꝙ pōt dupliciter dici aliqd
esse in alio. Vno modo proprie.ꝛ vt sic/esse ī aliquo sem-
per dicit diuersitatē in re extra eius qđ est in aliquo ab
ipso in quo est.nihil ei ꝓprie esse ē in seipso vt apparet
discurrenti per oēs modos essendi in aliquo:quos enu-
merat Phs.v.Metaph. Alio modo large aliquando
esse in aliquo dicit̄ de eodē/sic ꝙ ipsum in quo aliqd esse
dicit̄ est illud qđ dicit̄ esse in illo:modo quo dicit̄ ꝙ hu-
manitas est in hoīe vel deitas ꝛ paternitas in patre.
¶ Hoc premisso apparet quid sit dicendū ad quesitum.
siue eñ liberum arbitrium accipiat̄ pro actu producto
siue pro eius principio productiuo:in deo nō est liberuȝ
arbitriū accipiendo esse in aliquo ꝓprie priō modo.est
tn̄ in ipso liberū arbitrium acceptuȝ pro principio act⁹
arbitrij libere productiuo:nō autē pro ipso actu produ-
cto:ꝛ hoc accipiendo esse in alio secundo modo.vcȝ lar
ge ꝛ improprie. ¶ Primū apparet.qm̄ illud qđ est ī ali
quo isto modo/oportet esse distinctū ab ipso.sed liberuȝ
arbitriū in diuinis quomodocūqꝫ acceptū est a deo in re
extra totaliter indistinctuȝ. Si eñ accipiat̄ pro actu ar
bitrādi/talis omnino ē idē qđ deus.nō eñ deus aliqd ar
bitrat̄ vel intelligit nec vult seu eligit aliquo alio ꝙ̄ se-
ipso. Si etiā accipiat̄ arbitriū liberum pro productiuo
principio talis actus:aut pro ꝓductiuo principio act⁹
arbitrij dei:vel arbitrij creature. Sed primo modo non
potest accipi:qꝛ impossibile est liberū arbitriū sic acce-
ptum.nō eñ deus est productiuus alicuius actus quo
ipse aliud arbitret̄ seu intelligat neqꝫ velit/cum omnia
velit ꝛ intelligat nō alio aliquo mō ꝙ̄ seipso. Si autem
secundo modo accipiat̄ pro principio productiuo arbi-
trij creature:tale principium est ipse deus qui seipso est
omniū possibilium productiuus.ergo liberū arbitrium
sic acceptū nō est isto mō in deo:sed est potius ipse de⁹.
quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur.quia nec etiam liberum arbi-
triuȝ sumptū pro principio actus arbitrij productiuo ē
hoc mō in aliqua creatura:cū ipa intellectualis creatu
ra sit ipsum arbitrium liberū sic acceptū.licet eñ aīa in
tellectiua a suo arbitrio sit distincta:est tamē omnino
indistincta ab eius principio productiuo:cum ipsa p se
sit eius ꝛ cuiuslibet alterius actus sibi possibilis ꝓdu-
ctiua. deus aūt eque est īdistinctus ab actu sui arbitrij
ꝛ a principio productiuo arbitrij creature.ergo licet in
creatura intellectuali sit arbitrium liberū sumptuȝ pro
actu/nō tamē in deo /nisi sumēdo arbitriū creature/qđ
potest dici in essentia:modo quo dicit̄ ꝛ ꝯcedit̄ esse ī ipo
quodlibȝ ens creatū. ¶ Secūdū/ vcȝ ꝙ liberū arbitriū
sumptum pro principio ipsius arbitrij productiuo/non
autē pro ipso actu producto/sit in deo isto secūdo modo
apparet.qm̄ actus hmōi arbitrij a deo producibilis vel
productus est ab ipso deo distinctus sicut quelibet alia
creatura:nō autē eius principiū productiuū:cū de⁹ ipe
sit eius sicut ꝛ cuiuslibet alterius rei possibilis produ-
ctiuū principium per seipsum.ergo ꝛc. ¶ Ex predictis
sequitur:ꝙ nullo mō liberū arbitriū quocūqꝫ p̄dictoruȝ
modoꝝ acceptū est in bruto nec in aliqua alia creatura
a creatura intellectuali.ꝯstat eñ ꝙ in nulla alia potest
esse arbitrium intellectiuū:quia nec aliqua alia creatu
ra est talis actus productiuū principiū nec receptiuuȝ
subiectū.quare ꝛc. ¶ Sed est hic dubiū/an liberum ar-
bitriū sit in omni creatura intellectuali.nō eñ videt̄ eē
in pueris nec ī fatuis nec ī beatis nec ī dānatis. ¶ Ad
hoc videtur esse dicendum:ꝙ accipiendo arbitriū libe-
rum pro principio ipsius liberi arbitrij productiuo/in
omni creatura intellectuali est liberuȝ arbitriū:seu oīs
est ipsum liberū arbitriū. Nec valet qđ arguit̄ in cōtra-
rium. Primo de pueris ꝛ fatuis.qm̄ ꝙ tales non habe
ant vsū liberi arbitrij sicut nec etiā oēs dormientes/hoc
est quia anima corpori cōiuncta in statu presenti depen-
det in actu intelligendi ab actu sentiendi:ꝛ ideo impedit̄
to actu sentiendi sicut impedit̄ in omnibus supradictis
ratione indispositionis corporis/impedit̄ etiā actus in
telligendi:ꝛ p cōsequēs vsus liberi arbitrij. Quātū aūt
ad beatos:dicendum est ꝙ in eis est vsus liberi arbitrij
nō respectu actus beatifici:qui nō est in potestate ipsoꝝ
sed respectu oīm aliorum in eorum potestate existētiuȝ
vt vcȝ possint ab eis ī esse poni vel nō poni. Cōsimilit̄ est
dicendū de damnatis.nō eñ respectu actus ad queȝ se-
quit̄ tristitia punitiua/ vident̄ habere aliquā libertatē
quia nec potestatem seu actiuitatē:sed respectu omniū
in eorum potestate existentium aliorum . Accipiendo
autem liberū arbitriū pro actu/clarū est ꝙ nō semper ē
in omni creatura intellectuali talis actus nec liberi ar
bitrij vsus. ¶ Sed cōtra p̄dicta forsitan arguet̄.qꝛ de⁹
est obiectum actus liberi arbitrij.sed nō est obiectū ali-
cuius actus nisi beatifici.ergo actus beatific⁹ est act⁹
liberi arbitrij:ꝛ p cōsequens est in hominis potestate.
¶ Ad hoc dicendū est:ꝙ falsum accipit̄ in minore:quā-
do dicitur ꝙ deus nō est obiectū nisi actus beatifici.est
enim obiectum actus intelligendi abstractiui ꝛ volēdi
ipsum sequentis:quorū duoruȝ actuū neuter est beatifi
cus:ꝛ vterqꝫ est in potestate creature rōnalis:vt ī quar-
to ꝓlixius ostendetur.quare ꝛc. ¶ Sic ad questionem.
¶ Ad rationem in p̄ncipio quando dicit̄:ꝙ liberum ar
bitrium est in quocunqꝫ cōtingenter ꝛ libere operante:
dicendū ꝙ verum est:si operetur mediāte actu arbitrij
a se formaliter differente:nō sic autem deus aliquid ope
ratur:nec per ꝯñs est in eo liberū arbitriū:sȝ est ipm̄ libe
rum arbitrium sumptum pro principio arbitrij ꝛ cuius
cūqꝫ alteri⁹ rei possibilis ꝯtingēter ꝛ libere ꝓductiuo.

Secundo quæro. Vtrum liberū
arbitrium omnium sit equale . ¶ Et videt̄
ꝙ sic.quoniam in quoruȝ potestate equalit̄
est liberi arbitrij actus /equalis esse videt̄
eorum liberi arbitrij vsus.sed actus liberi arbitrij equa
liter est in potestate oīm quorū est liberū arbitriū.equa
liter eñ potest qlibet arbitrari ꝛ arbitratū eligere vel
respuere nō necessario sed libere ꝛ cōtingenter.ergo ꝛc.
¶ Contra.qꝛ liberū arbitriū vel dicit actū vel ei⁹ prin-
cipiū ꝓductiuū.sȝ neutrū istoꝝ est equale in oīb⁹ vsuȝ li-
beri arbitrij habētib⁹. ergo ꝛc. ¶ Respōsio.vbi est vidē
dum: Primo:an ab aliquo possit cogi ipsum liberuȝ ar
bitrium. Secundo/quesitum.

Quantum ad primum præmitto duo.
¶ Primum est.ꝙ cum querit̄/an liberū arbitriū possit
cogi:nō accipit̄ arbitriū liberū ꝓ actu:sȝ ꝓ p̄ncipio ei⁹
ꝓductiuo.de quo q̄rit̄/an possit cogi vel necessitari ad
actū ipm̄:ꝛ in eo virtualr̄ cōtentū. ¶ Scđm p̄mittendū
est.ꝙ liberū arbitriū sic acceptū cogi vel necessitari ad
actū:dupliciter pōt intelligi.qꝛ vel ꝙ necessitat̄ ad actuȝ
ipm̄ effectiue eligēdū:vel ad eū subiectiue recipienduȝ.
¶ His premissis pono duas ꝯclusiones. ¶ Prima est.
ꝙ liberū arbitriū nec ad actū eligendū nec ad eum reci
piēdū potest cogi aliqua causa secūda. ¶ Hec apparet.
quoniā potēs necessitare aliquā causam ad effectū sibi
possibilē recipiendū/virtualiter cōtinet ipsum.sed nul-
la cā scđa alia a libero arbitrio ꝯtinet virtualit̄ ipsius
liberi arbitrij actū/saltē vt totalis causa ipsi⁹.ergo ꝛc.
¶ Maior est euidēs.qm̄ nihil potest necessitare aliqđ
subiectū ad formā aliquā recipiendam nisi formam illā
in eo ꝓducēdo:sicut ignis aquā/in quā agit necessitat
ad calorem.sed omne potēs aliquid producere est eius
virtualiter contentiuū.ergo nulla causa pōt necessitare
subiectū aliquod ad recipiendū actū aliqueȝ in ipsa vir
tualiter nō contentum.quare ꝛc. ¶ Minor vcȝ ꝙ nullū
ens creatū aliđ a libero arbitrio sit act⁹ liberi arbitrij
virtualiter saltē totaliter cōtētiuū/apparet.licet eñ se
cundū aliquos obiectū sit causa actus intelligendi ꝛ vo
lendi partialis/nō tamē totalis nec etiam principalis.
quare ꝛc. ¶ Nec valet si dicat̄:ꝙ saltē liberū arbitriuȝ
vnius poterit necessitare liberū arbitriuȝ alterius:cum
sit actus virtualiter cōtentiuū.qꝛ nō est talis actus pro
ductiuū principiū in aliquo subiecto alio a seipso:nec p
ꝯñs pōt necessitare aliquid aliud a seipso ad talē actuȝ
recipiendū. ¶ Qꝫ autē liberū arbitriū nō possit necessi-
tari ad actum eligendū ab aliqua causa scđa /apparet.
qꝛ nec etiā isto modo potest a p̄ma causa necessitari/vt
probabit̄ in cōclusiōe sequēti. ¶ Ex ꝯclusione predicta
apparet:nō esse verū quorūdā dictū/ponentiū locutio-
nem angeloꝝ fieri p actū intellectionis ꝓductum a lo
quente in angelo audiēte.quoniam non magis vnus an
gelus est actus intelligendi ꝙ̄ volēdi vel nolendi in mē
te alterius productiuus.ergo si vnus angelus est produ
ctiuus in mente alterius intellectionis ꝛ volitiōis:per
ꝯñs vnus poterit necessitare aliū ad intelligendū ꝛ vo
lendū producendo in eo intellectionis ꝛ volitionis actū
hoc aūt est falsum. ergo ꝛ illud ex quo sequit̄:qđ etiam
in materia de locutione angeloꝝ prolixius est ostēsum.
¶ Secunda cōclusio est.ꝙ liberū arbitriū pōt a prima
causa cogi siue necessitari ad actū recipiēdū subiectiue
nō autem ad eum producēdum effectiue. ¶ Hec proba
tur. Primo quantū ad eius primā parteȝ/vcȝ ꝙ possit
necessitari ad actū recipiendū.qm̄ omnis causa totalis
alicuius effectus virtualiter cōtentiua pōt necessitare
subiectū effectus hmōi receptiuū.sed prima causa cōti
net virtualiter totalr̄ actū liberi arbitrij:cui⁹ ipm̄ libe-
rum arbitrium est receptiuum.ergo liberum arbitrium
potest necessitari a prima causa ad eum recipiendum.
¶ Confirmatur.quia ideo precise liberum arbitriuȝ nō
potest necessitari ad actū recipienduȝ ab aliqua causa
scđa:qꝛ vt dictū ē in ꝯclusiōe p̄ori/nulla cā scđa cōtinet
virtualr̄ totalr̄ eius actū.si eñ aliq̄ cā scđa cōtineret to-
talit̄ ipm̄/essetqꝫ ei⁹ ī libero arbitrio p̄ncipiū ꝓductiuū:
posset vtiqꝫ necessitare ipm̄ arbitriū liberū ad talē actū
recipiēdū:maxime si ipsuȝ liberū arbitriū nō posset resi
stere tali cause agēti in ipm̄:sicut qꝛ aqua nō potest igni
resistere/ideo ab ipo necessitat̄ ad calorē recipiēdū.sed
pria cā est cui nulla alia pōt resistere.ergo ipa pōt neces
sitare quodcūqꝫ ad recipiēdū oīne illud cuius ipm̄ est re
ceptiuū:cū oīs talis ꝛ cuiuslibet rei possibilis ipa sit vir
tualit̄ totalr̄ cōtētiua:ꝛ p ꝯñs p seipm̄ sine omni alio ꝓ
ductiua.quare ꝛc. ¶ Scđa pars ꝯclusionis istius/vcȝ
ꝙ arbitriū liberū nō possit etiā ab ipsa prima cā necessi-
tari ad actū suū eliciendū:probat̄.qm̄ sicut se habet q̄li
bet alia causa naturalis ad suū modū agendi ꝓpriū:ita
ꝛ ipm̄ liberū arbitriū ad suū.sed causa quelibet natura
lis sic se habet ad suū naturalē modū agendi ꝙ impos-
sibile est eā aliter agere.nec eñ ignis pōt calefactibile
sibi p̄sens quātū est ex se calefacere ꝯtingēter sȝ tm̄ na-
turaliter ꝛ necessario.ꝙ eñ possit nō calefacere hoc nō
est ex se sed ex alio/vcȝ deo suā causalitatē substrahente
vel ipsum agere nō sinēte.ergo nec liberum arbitriū po
test ad actū sibi debitum aliter agere ꝙ̄ cōtingēter ꝛ li-
bere:nec potest cogi seu necessitari p ꝯñs ad agendum.
¶ Cōfirmat̄.qꝛ nō minus liberū arbitriū est determina
tum ad talē actum/puta intelligendum ꝛ volendum vl̄
nolēdum:ꝛ ad talē agēdi modum:ꝙ̄ graue ad motū de-
orsum ꝛ leue ad motum sursum:ꝛ vtrūqꝫ hoꝝ ad taliter
puta naturaliter ad vbi sibi debitū acquirenduȝ.sed sic
graue est ad deorsum/ꝛ leue ad sursum naturalr̄ deter-
minatum:ꝙ licet vtrunqꝫ sit mobile ad alium locū/vcȝ
leue deorsuȝ ꝛ graue versus sursuȝ ab alio passiue/nō tn̄
a se ipso.nec eñ de⁹ posset facere graue qđ esset sui mo-
tiuum sursuȝ:nec leue qđ moueret seipsuȝ deorsum.ergo
cōsimiliter in proposito est dicendum/vcȝ ꝙ licet deus
posset liberum arbitrium ad recipiēdum actum ꝯpelle
re ꝛ necessitare/sicut graue sursum ꝛ leue deorsuȝ moue
re:nō tn̄ pōt necessitare ipsum ad actum hmōi eliciēdū
sicut nec graue ad se sursum mouēdum:cum sit ipsi im-
possibile sic se mouere. ¶ Preterea ideo cōtingenter et
libere arbitrium liberum dicit̄ ꝓducere suum actum:qꝛ
existētibus oībus ad ei⁹ ꝓductionē necessarijs ipse pōt
nō fieri vel suspēdi.pōt eñ nulla sequi electio dictamīe
p̄uio existēte.ꝛ p ꝯtrariuȝ ideo ignis dicit̄ naturalr̄ ꝛ ne
cessario agere:qꝛ positis oībus necessarijs ad eius effe-
ctuȝ nō pōt nō sequi effectus.ergo nō magis pōt facere
deus vt actus liberi arbitrij sequat̄ necessario ab ipo li
bero arbitrio effectiue:sic ꝙ nō posset suspēdi ab ipo:ꝙ̄
ab igne ꝓducat̄ calor in passo disposito contingenter/
sic ꝙ posset nō ꝓduci ab ipso igne sua virtute.sed secun
dum deus non potest facere.licet enim possit impedire
ne ignis calefaciat cōbustibile sibi presens:non tamen
pōt facere ꝙ hmōi suspēsio caloris fiat virtute ignis . nō
magis eñ est possibile ignē suum calorē suspēdere pas-
so habito ꝙ̄ ipm̄ calorem huiusmodi aliqd aliud ꝓdu-
cere sine passo.ergo ꝛc. ¶ Sed cōtra.qꝛ deus pōt velle
liberū arbitriū elicere suuȝ actum.quo supposito/pōt ar
gui.qm̄ aut ipo volēte necessario hoc sequit̄/aut nō. Nō
pōt poni scđm.qꝛ velle diuinuȝ nō pōt ab aliquo impedi
ri.ergo relinquit̄ primum/vcȝ ꝙ liberum arbitriuȝ deo
sic volente ab eo elici actū necessitabitur ad eliciēnduȝ
ipm̄.quare ꝛc. ¶ Ad hoc pōt dici.ꝙ deus nō pōt aliqd
velle fieri qđ est impossibile fieri.sȝ ita est impossibile li-
beruȝ arbitriuȝ necessario suuȝ actuȝ elicere:sicut ignē
passum sibi presens contingenter calefacere.ergo licet
deus possit velle liberum arbitrium suum actum elice-
re:non tn̄ sibi modo indebito ꝛ impossibili:sed possibili
videlicet libere ꝛ contingenter. ¶ Et quando queritur/
an deo volente sequatur necessario talis actus/an non:
Dico ꝙ nō sequitur seu producitur necessario:quia nec
sic deus vult eū sequi a libero arbitrio seu produci. Nec
tamen ex hoc sequitur quod infert̄/videlicet ꝙ diuinuȝ
velle sit impedibile.est enim hic necessitas non absolu-
ta in antecedente nec in consequente:sed tm̄ necessitas
consequentie/sicut dictum est in primo prolixius in ma
teria de predestinatione. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secundum:vbi est respō-
dendum ad quesitum /est sciendum ad euidentiam di-
cendorum:ꝙ liberum arbitriū quomodocunqꝫ sumptū
videlicet tam pro actu ꝙ̄ pro eius p̄ncipio productiuo
potest dupliciter considerari. Vno modo secūdum se ab
solute acceptum. Alio modo vt liberum. actus enim li
beri arbitrij/vt secundum se absolute sumptus/quantū
ad suam essentiam non est liber:nec eius principiuȝ pro
ductiuum quod dicitur liberum arbitrium est etiam

liberum/vt secundum se absolute sumptum sed tm̄ vt ad actum ab eo producibilem comparatum. Precise enim dicitur liberum quia potest producere seu suspendere actum/sicut etiam ipse actus dicitur liber nō vt secundum se absolute sumptus:sed vt ad suum principium a quo potest suspendi vel elici comparatus. ¶Hoc premisso dicendum est ad quesitum/ꝙ liberū arbitrium quomodocunqȝ sumptum vt liberum/est equale omnium siue equaliter in omnibus in quibus est:nō autē liberū vt absolute sumptū:siue pro actu producto siue pro eius principio productiuo. ¶Primū apparet quoniam equaliter actus liberi arbitrij est in potestate cuiuslibet creature rationalis ꝙtū ad eius ꝓductionē vel suspensionem.non enī magis vna creatura rationalis ꝙ alia potest elicere vel suspendere omnē liberi arbitrij actum:sed equalit̄ quelibet est potēs ꝛ vniformiter ad actum in ipsa virtualiter ꝛ contingenter contentum eliciendum vel suspendendum.sed nec actus liberi arbitrij dicitur liber/nisi quia ab eius principio productus vel producibilis contingenter:nec eius etiaȝ principiū dicitur liberum vt secundum se sumptum/sed precise vt ipsius actus taliter/vcȝ contingenter non necessario ꝓductiuum.ergo cum hoc/vcȝ contingenter producere ꝛ produci/in omībus sit equaliter ꝛ vniformiter:per consequens ꝛ omniū liberum arbitriū siue pro actu siue pro eius principio sumptum vt liberum/est equale. ¶Secundum/vcȝ ꝙ liberum arbitriū vt absolute sumptum non sit equale omniū:sed inequale/apparet. quoniam constat ꝙ creature intellectuales non sunt equalis sed inequalis perfectionis:et per cōsequēs etiam actus liberi arbitrij in eis virtualiter contenti.quāto enim perfectior est natura intellectualis/in tanto perfectiorem potest actum intelligendi ꝛ volendi.sed liberū arbitriū vt absolute sumptum non est aliud ꝙ substantia intellectualis vel actus intelligendi vel volendi:et quicunqȝ alius virtualit̄ cōtingenter contētus.q̄re ꝛc. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem vtranqȝ in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem vigesimāsextam/in qua magister determinat de gratia liberum arbitrium adiuuante: Quero primo. Vtrū gratia ꝛ charitas sint ideȝ. ¶Et videtur ꝙ sic.quia esse gratū ꝛ charū sunt idem.impossibile enī est aliquē eē deo gratū/nisi ipsi charuȝ:nec econuerso pōt aliqs esse ei charus/nisi ipsi gratus.sed gratus est ꝑ gratiam ꝛ charus ꝑ charitatē ergo ꝛc. ¶Cōtra hoc arguit̄ per illud qđ dicit Apostolus.ij.Corith.xiij. Gratia dn̄i nostri Jesu Christi ꝛ charitas dei ꝛ cōmunicatio sancti spiritus sit cū omnibus vobis amen.Hic Apl̄s cōnumerat gratiam ꝛ charitatem:qđ non faceret nisi esset aliqua distinctio inter ipa. ergo ꝛc. ¶Responsio.vbi primo excludam vnam opinionem.Secundo dicam aliter ad questionem.

Quātum ad primum:est opinio cuiusdam doctoris dicentis.ꝙ licet charitas ꝛ gratia dicāt eandē formam numero absolutam:differūt tn̄ ꝑ diuersos respectus in illa forma absoluta actualr̄ existentes. Dicit enim ꝙ charitas respicit diuinā essentiaȝ:gratia autē eius voluntatem. Nullus enim est ī gratia diuine eēntie/sȝ volūtatis sue.Et ita eadē forma absoluta existens in aīa vt relata ad diuinā essentiā dicit̄ charitas: vt autē refert̄ ad voluntatē dicit̄ gratia.Ex quo infert: ꝙ gratia ꝛ charitas distinguunt̄ ꝑ rōnes formales respectiuas:qꝛ ꝑ tales habitudines diuersas:qꝛ diuersos terminos respiciētes/vcȝ essentiā diuinā ꝛ ei⁹ voluntatē. ¶Sed ista opinio multipliciter deficit. Primo enī deficit in premissis in quibus presupponit duplex falsuȝ. Secūdo in ꝯclusiōe.qꝛ esto ꝙ illud duplex falsuȝ assumptum esset verū non haberet intentū/vcȝ ꝙ charitas ꝛ gratia sic distinguerent̄ vt ponit. ¶Primū appet.qm̄ diuina voluntas ꝛ essentia sunt in deo/vt nūc suppono/indistincta totaliter in re extra:cuius cōtrariū accipit ista opinio:cum ex diuersitate essentie ꝛ voluntatis diuine supposita/arguat diuersitatē habituū ī illa forma absoluta/que gratia ꝛ charitas dicitur/fundator:sicut quarūcunqȝ aliaruȝ relationū diuersitatē arguit idē doctor ex diuersitate terminoꝝ. ¶Preterea nullius creature ad deū est relatio distincta aliqua ab extremis aliqualiter in re extra/vt probatū est prolixius supius in hoc libro.sed ista opinio supponit ꝛ accipit cōtrariū:cū dicat formā illā absolutā/que charitas ꝛ gratia nuncupatur/referri vna relatione ad essentiā ꝛ alia ad voluntatē:que quidē relationes distinguunt̄ tam inter se ꝙ a fundamēto ipsarū/vt dicit.Ergo apparet primū/vcȝ ꝙ ista opinio accipit duo falsa:quorū primum est ꝙ volūtas diuina ab essentia sit distincta.Secūdū/ꝙ relatio creature ad deum sit forma aliqua ꝑ se vna ab extremis in re extra distincta.quare ꝛc. ¶Secundū/vcȝ ꝙ in cōclusione deficiat opinio supradicta:qꝛ ex predictis non sequit̄ hoc qđ infertur/puta ꝙ gratia ꝛ charitas distinguant̄/apparet.qm̄ nec ꝑ charitatem nec per gratiam ītelligit̄ ī scriptura nisi forma aliqua absoluta:qua mediante creatura intellectualis ad gloriā diuinitus ordinat̄.respectus aūt quicunqȝ esto ꝙ sit in tali forma/accidit illi nec includit̄ in ea vt gratia vel charitas nuncupatur.nō enī dicit̄ gratia nec charitas propter aliqueȝ respectū in ea existentē:sed tm̄ qꝛ deus habet gratum ꝛ charum eā habentē.nō aūt habet gratū nec charum eā habentem ꝑpter aliquem respectū ab ipsa differentē: sed tm̄ propter actū meritoriū tam ipsaȝ grāȝ ꝙ ipsi correspondentē gloriā promerentē:ita ꝙ hō est deo grat⁹ ꝛ charus ꝑpter grām/vt ꝑpter causam formalē:ꝛ ꝑpter actū meritoriū alienū vel ꝓpriū/vl̄ ꝑpter vtrūqȝ/quasi sicut propt̄ causam aliqualit̄ virtualē.nullo aūt mō gratus est nec charus ꝑpter habitudinē aliquam ab ipsa forma absoluta/q̄ charitas ꝛ grā dr̄ differentē.ergo per hmōi diuersas habitudines/esto ꝙ ponant̄/charitas ꝛ grā n̄ distiguūt̄. ¶Cōfirmat̄.qꝛ aut p̄cise illa forma mediāte absoluta deus acceptat vt premio dignū eius subiectū:aut tm̄ ꝑpter ei⁹ respectū in tali forma fundatū/aut ꝑpt̄ vtrūqȝ/vcȝ absolutū ꝛ respectiuū.Sȝ nō videt̄ ponēdū scđm.qꝛ tūc solus ille respect⁹ eēt charitas vel grā:nō aūt illa forma absoluta q̄ ei⁹ dicit̄ fundamētū.p̄cise enī dr̄ illud eē charitas ꝛ grā/ꝑ qđ oīs illa īformatus est vt p̄mio dign⁹ diuinit⁹ acceptat⁹. Nec videtur ponēdū tertiū.qꝛ tūc in quolibet electoꝝ eēnt due charitates vl̄ grē realit̄ distincte/vna absoluta/ꝛ alia relatiua.oīs enī illa forma ꝑmanēs ē charitas ꝛ grā ꝑ quā ei⁹ subiectū est deo acceptū vt p̄mio dignū.hoc aūt ē falsū:qꝛ vna grā vl̄ charitas nō ē īformatiua alteri⁹ ꝙ subiecti grati ꝛ deo chari ac p̄mio eterno digni.sȝ hmōi habitudo ponit̄ īmediate existere subiectiue nō ī subiecto grato:sȝ in grā absoluta:q̄ ei⁹ dr̄ fundamētū.ǵ ipsa nō ē charitas nec grā.Et ita relīquit̄ p̄mū qđ ē ꝓpositū/vcȝ ꝙ sola mediāte forma absoluta electū informāte ac ī eo īmediate exn̄te/ipē ē deo accept⁹ seu grat⁹ ꝛ p̄mio eterno dign⁹.quare ꝛc. ¶Preterea secūdo arguo sic ad idē cū absolutū possit existē oī respectu circūscripto ab ipso disticto:aut forma illa absoluta q̄ grā dr̄/sine oī r̄spectu in aīa exn̄te/aīa erit deo grata ꝛ chara:aut nō.sȝ nō pōt poni primū.qꝛ tunc sequeret̄ ꝙ solus ille respectus nō eius fundamentū absolutuȝ esset charitas ꝛ grā:qđ est falsum. ¶Consequētia est euidēs.qꝛ solū illud est charitas ꝛ grā:quo posito aīa est deo grata ꝛ chara:ꝛ q̄ amoto nō remanet deo grata nec chara.ergo relinquit̄ primū qđ ē ꝓpositū.qm̄ illud solū est charitas ꝛ grā quo solo posito sine omni alio eius subiectū ē deo gratū ꝛ charum.ergo vltra formā hmōi absolutā non oportet ponere in ea aliquā respectiuā. ¶Confirmat̄.qꝛ esto ꝙ in tali forma absoluta fundarent̄ diuerse habitudines:quarum vna esset ad essentiā ꝛ alia ad volūtatē diuinā:nulla ratio posset assignari quare magis illa forma absoluta cū habitudine ad essentiaȝ terminata esset charitas ꝛ cum alia habitudine ad voluntatē accepta grā:ꝙ ecōuerso.cōstat enī ꝙ esse deo charū idem est qđ esse ab eo dilectū ipsiqȝ acceptū vel gratū.esse aūt dilectū respicit voluntatē diligentē:ergo charitas non magis dicit habitudinē ad essentiā ꝙ ad voluntatē.quare ꝛc. ¶Preterea.qꝛ si charitas ꝛ grā distinguerent̄ ꝑ tales habitudines:cū vna ipsarum possit esse sine alia:sequeret̄ ꝙ etiā posset esse grā sine charitate:ꝛ ecōuerso charitas sine grā:qđ est falsum.quare ꝛc. ¶Confirmat̄.qꝛ nō magis illa forma absoluta q̄ dicit̄ charitas ꝛ grā/refert̄ ad diuinā essentiā ꝛ ad voluntatē/ꝙ illa que dicit̄ fides vel spes.ergo sicut illa dicit̄ charitas vt cum vna relatione ꝛ grā vt cū alia relatione accepta:ita cōsimiliter poterit dici de fide ꝛ de spe:ꝛ etiā de omni alia virtute:cum oēs ad deū cōsimilibus rationibus referant̄.hoc aūt nō conceditur.ergo ꝛc. ¶Hec de Primo.

Quantum ad secūdum:vbi aliter est dicendum/est sciendū:ꝙ de charitate seu gratia nos cōceptū aliū nō habemus/nisi ꝙ est forma accidētalis indiuisibilis supnaturalis:ꝛ signū ꝓpriū electoꝝ. ¶Prima duo/vcȝ ꝙ sit accidēs ꝛ īdiuisibile/apparet.qꝛ existit(vt fide tenemus)in anima indiuisibili subiectiue.tale autē habet esse accidēs.qꝛ quandoqȝ ei adest/quandoqȝ abest preter subiecti corruptionē.habet etiaȝ esse accidēs indiuisibile ꝛ inextensum:qꝛ accidēs diuisibile ꝛ extensum nō est in subiecto indiuisibili ꝛ inextenso. ¶Tertio vcȝ ꝙ sit forma supernaturalis/apparet.qꝛ est soli deo possibilis.nec enī grā seu charitas acquisita ē eiusdē rationis cuȝ infusa:de qua est hic sermo:vt dicet̄ in tertio oīs autē forma soli deo effectiue possibilis dicit̄ supnaturalis.quare ꝛc. ¶Quartū ꝛ vltimum/vcȝ ꝙ sit signum electorū/apparet̄.secūdum enī Aug. Sola charitas est que inter filios regni diuidit ꝛ gehēnc.tam fides enī ꝙ spes ꝙ oīs alia virtus sola charitate excepta pōt eē ꝛ sic ē de facto cōis reprobis ꝛ electis:cū multi reproborū in talib⁹ virtutibus sint pollētes etiā amplius ꝙ multi electorū. Nō tamē est intelligendū/ꝙ hoc vcȝ eē signū propriū electorū/cōueniat charitati vl̄ gratie ex natura sua:sed tm̄ ex ordinatiōe diuina:qua ipse statuit qꝛ sibi placuit solis electis imprimere tale signū vt in eis finaliter ꝑmansuruȝ.si enī aliter fieri voluisset aliter fieri potuisset/vt vcȝ fides vel spes vel alia virtus esset signum proprium electorum:charitas auteȝ vel gratia esset communis electis ꝛ reprobis.nō enim aliquem electorum/qꝛ gratia informatum/necessario deus saluat nec aliquem aliorum condemnat:sed tm̄ contingenter. ¶His premissis dicō ad propositū accedendo:ꝙ gratia ꝛ charitas sunt nomina synonyma significantia eādem formā oīno indistinctā/videlicet supradictam modo predicto descriptam. ¶Hoc probatur.quoniam constat tm̄ esse tres theologicas virtutes:quas Apostolus prime ad Corinth.xiij.enumerat/sic dicēs. Nunc auteȝ manent fides/spes/charitas/tria hec.maior auteȝ his est charitas.ergo charitas ꝛ grā sunt penitus vna virtus. ¶Cōsequētia est euidēs.qꝛ si grā ꝛ charitas essent diuerse virtutes:qđ essent si distinguerent̄:tūc non tm̄ essent tres theologice virtutes/sed quatuor:cuȝ tā charitas ꝙ grā virt⁹ theologica sit ponēda:ꝛ etiā fides et spes in summa.ergo ꝛc. ¶Cōfirmat̄.qꝛ licet de⁹ statuere potuerit multiplex forme signum supernaturale ꝛ ꝓprium electorū:de facto tamē non statuit esse nisi vnicū tm̄ secūdum doctrinā sanctoꝝ.ergo grā ꝛ charitas sunt omnibus modis idē. ¶Consequentia est euidens.quia tam grā ꝙ charitas significat tale signū:vcȝ qđ est proprium electorū.ergo si ꝑ ista noīa non importaretur vnicum signū sed diuersa propria electorum:plura non tm̄ vnū essent signa propria ipoꝝ.hoc aūt est falsuȝ.ergo ꝛc. ¶Quia tamen esse gratū dicitur a grā ꝛ charuȝ a charitate:charū autē importat magnū pretium quo res est empta:que dicitur esse chara:nec enī dicit̄ esse chara nisi quia magno pretio empta:ideo cum quilibet electoꝝ sit magno pretio emptus:qꝛ Christi sanguine redēptus per cōsequēs quilibet deo dicit̄ esse charus.ꝛ ideo dicit oībus Apl̄s.i.ad Corinth.vij.Empti eī estis pretio magno:glorificate ꝛ portate deū ī corde vr̄o.Et hinc est ꝙ licet charitas eandē omnino virtutē īportet quā gratia vltra illam tamē virtutē per gratiā importatā aliquo modo cōsignificat seu importat aliquid aliud nō exn̄s formaliter in eius substātia/puta pretium redemptiōis electorum:ratione cuius quilibet deo dicit̄ esse charus. Ex quo sequit̄ ꝙ licet charitas ꝛ grā sint nomina synonyma vt ad formā supernaturalē:que est signū electorū propriuȝ: comparata:nō tm̄ vt vniuersaliter sumpta:cū vltra omne signum predictū aliquid per charitateȝ qđ nō per gratiā designet̄.cū hoc tm̄ stat ꝙ charitas ꝛ grā vnicā dicunt virtutem totaliter indistinctaȝ. ¶Sic ad questionē. ¶Ad rationē in p̄ncipio patet solutio ex statim dictis.ideo enim forte Apl̄s enumerat charitatē ꝛ gratiam ꝑpter predictam diuersitatem importatam.

Secundo quæro. Vtrum gratia sit subiectiue īmediate in essentia an in potētia. ¶Et videt̄ ꝙ sit in essentia:qꝛ idē est immediatū subiectū gratie ꝛ glorie.sed subiectū immediatū glorie est essentia anime vel cuiuscūqȝ alterius btīficabilis creature. ¶Mō ꝓbat̄.qꝛ subiectū supreme ꝑfectionis est supremū perfectibile.Sed essentia cuiuslibet rei est perfectior quacūqȝ sua potētia:gloria aūt est suprema perfectio possibilis cuicunqȝ nature beatificabili:ergo subiectum immediate per ipsam perfectibile est essentia non aliqua eius potentia. ¶Cōtra quia in eodem subiecto est habitus ꝛ actus.sed actus charitatis vel gratia qui est amor est immediate ī potētia nō in essentia.est enī in volūtate:in qua etiā est act⁹ beate fruitiōis:sicut ꝛ ī ītellectu actus diuine visiōis.ǵ ꝛc. ¶Responsio.vbi est videndum:Primo quesitum. Secūdo.an grā ipa sit motiua liberi arbitrij ad agēdū.

Quantum ad primum:dicitur communiter ꝙ tā gratia ꝙ gloria est immediate in potentia nō in essentia. Pro quo arguitur multipliciter a diuersis. sed quia tam questio ista in se ꝙ etiam omnis ratio que ad eius probationem adducitur/supponit essentiam esse distinctam a potentia in re extra:hoc autem est falsum/vt in p̄cedentibus prolixius est ostensum:ideo ad questionē istam aliter est dicendum.Ad cuius euidētiam est sciendū:ꝙ questio ista videt̄ supponere falsuȝ predictum/vcȝ ꝙ potentia sit in essentia aliquid distinctum ab ipsa.nisi enim supponeret̄ ꝙ potentia ab essentia sit distincta/frustra quereret̄ an gratia sit in essentia

an in potentia subiectiue. ¶Hoc premisso: dico ad quesitum: Primo ꝙ si subiectū immediate susceptiuū gratie ⁊ glorie esset potentia ⁊ nō essentia ipsa: potentia esset ab essentia realiter ⁊ essentialiť distincta. ¶Secundo ꝙ subiectum immediatū grē ⁊ glorie susceptiuū est ipsa beatificabilis ⁊ gratificabilis eēntia nō aliqua potētia. intelligendo p hmōi potentiā aliquid existens in essentia distinctū ab ipsa quantūcunq̧ modicū in re extra. ¶Primum probať: sicut probatū est in questione mota superius in hoc libro de diuersitate potentiarum aīe. qm̄ vt ibi arguiť: omne quod est alicuius forme realis realiter susceptiuū oportet realiter esse distinctū ab omni alio qđ nō est eiusdem forme realiter receptiuum Hoc statim ꝓbať. qm̄ non minus imo magis illa distinguunť quorū vnū non est alicuius forme receptiuū cuius alterū est susceptiuū: q̄ illa que licet sint eiusdem forme susceptiua vnū tamē ⁊ non alterum est illa forma actualiter informatū. Sed quecūq̧ talia arguunť realiter eē distincta / vt subiectū albū actu ⁊ nō album licet albedinis receptiuū. ergo multo magis albū ⁊ non dealbabile ⁊ quecūq̧ alia quorū tm̄ vnū ⁊ nō alterū est alicuius forme realis realiter receptiuū / oportet realiter esse distincta. sed talia sunt vt supponitur essentia ⁊ potētia. constat eñ tā gratiā q̄ gloriā esse aliquā formam realē supnaturalē: cuius vt supponiť subiectum immediate receptiuū nō est aīe nec alicuius intellectualis creature essentia: sed ei⁹ potētia puta volūtas ipsa. ergo ⁊c. ¶Cōfirmať. qꝛ nō minus qđ est subiectū alicuius forme receptiuū arguiť ⁊ potest argui realiter esse distinctū ab omī alio illius forme nō receptiuo / q̄ principiū alicuius forme ꝓductiuū ab alio illius nō ꝓductiuo arguať esse distinctū ab ipso. sed ex hoc ꝙ vnū ⁊ nō alterū est alicuius effectus principiū ꝓductiuū / arguitur ⁊ concediť realis distinctio inter illa. ergo ⁊c. ¶Ex hoc sequiť corollarie ꝙ īpossibilis est suppositio supradicta / vꝫ ꝙ subiectū īmediatū grē ⁊ glorie nō sit eēntia creature btīficabilis sed eius potētia. illud eñ est impossibile ad quod sequiť īpossibile. sꝫ ad istā suppositionē sequiť realis distinctio potētiarū ab essentia: q̄ est īpossibilis: qꝛ tūc quelibꝫ potentiarū aīe esset ab aīa separabilis ⁊ separata btīficabilis vt corp⁹ aīe ꝯiūctū. ⁊ alia multa sequūť absurda: vt ī q̄stione p̄dicta de diuersitate vľ idētitate potētiarū aīe ꝓlixius ē deductū. q̄re ⁊c. ¶Ex p̄dictis sequiť vlterius ꝙ nō est verū qđ supponiť in ꝓposita questiōe. ipa eñ vt premissum est videtur supponere potentiā esse in essentia aliq̄d distinctū. hoc aūt nō est verum: qꝛ si distinguerenť / nō possent distingui minus q̄ realr ⁊ essentialr cū nulla sit in creatis minor distinctio in re extra / vt alibi est ostēsum. nō pōt aūt (vt dictū est) poni talis / vꝫ realis distinctio inter ista. quare ⁊c. ¶Scđm / vꝫ ꝙ subiectū īmediatū grē ⁊ glorie susceptiuū sit ipa gratificabilis ⁊ glorificabilis essentia: nō aliqua potētia ab ipa distincta: sequiť ex p̄dicto. qm̄ vt dictū est nulla est in essentia btīficabili potētia ab ipa quōcūq̧ in re extra distincta: nec aliq̄d ab ipa distinctū est alicui⁹ forme subiectū receptiuū nec p̄ncipiū ꝓductiuum: qꝛ nec aliq̄d est in ea distictū ab ipa: nisi habit⁹ atq̧ act⁹. q̄re ⁊c. ¶Ad oēs ratiōes q̄ in cōtrariū adducunť est vna respōsio. qꝛ oēs vnū ⁊ eūdē defectū habēt: oēs eñ supponūt vnū ⁊ idem falsū / vꝫ ꝙ iste potētie / puta intellect⁹ ⁊ volūtas / sint aliq̄ duo disticta p̄ncipia ꝓductiua in oī essentia btīficabili existētia ac ab ea diuersa aliquaľr ī re extra. hoc autem est falsum. quare ⁊c. ¶Hec de Primo.

Quantum ad secundum: est sciendum: ꝙ formā aliquā mouere subiectū ad agēdum est ipm ei coagere ad aliquē actū. qđ eñ nō est p̄ncipiū ꝓductiuū alicui⁹ in aliq̄ nec pōt coagere ad aliquē actū cū eo: nō video quō possit dici ei⁹ motiuū p̄ncipiū ad agēdū / nisi forte p modū finis: mō quo grā nō pōt eē motiua ipsius liberi arbitrij ad agēdū / saltē grā habita esto ꝙ habenda. licet eñ grā habēda seu ei⁹ augmētū possit p modū finis intenti mouere hominem ad meritorie operandū: nō tn̄ grā q̄ actualiť p̄habeť. ¶Hoc premisso: ⁊ supposito etiā ꝙ grā siue habitual / de qua hic q̄riť / siue actualis: que est actus amoris elicit⁹ / dupliciť pōt sumi / vꝫ q̄dditatiue ⁊ obiectiue: dico ꝙ nec grā habitualis nec actualis vt q̄dditatiue sumpta / vt vꝫ talis forma absoluta est motiua liberi arbitrij in quo est / ad aliq̄d operādū: bene tn̄ gratia actualis / vꝫ amor elicit⁹ vt obiectiue sumptus hoc est ipsum obiectū amatū est aliquo mō motiuū principiū ad agendū. ¶Primū / vꝫ ꝙ grā vt q̄dditatiue sumpta / nō sit motiua liberi arbitrij ad agēdū / apparet. qꝛ si sic / vel moueret ipm p modū finis alliciētis vľ per modū efficientis aliq̄d producētis. Sed nō primo mō. nō eñ grā saltē habita ē finis liberi arbitrij. Qꝛ etiā nō posset mouere secūdo modo / vꝫ p modū efficientis: probať. qm̄ sic mouēs aliqđ subiectū ad aliquā formā ꝓducit ī eo ipsā vel saltē coagit cū eo ad eā sꝫ nec grā seu charitas nec fides nec spes nec aliq̄ alia virt⁹ supnaturalis īfusa ē alicui⁹ act⁹ ꝓductiua: nec ad ipm est potētia actiua / vt hic suppono ex dicēdis in tertio. ǧ nec grā mouet ad actū amādi / nec fides ad actum credēdi / nec spes ad actū sperādi: nec p ꝯñs ad aliquem illorū. ¶Et si forte inueniať dictū esse ab aliquo doctorum ꝙ charitas sit motiua liberi arbitrij ad agendū / exponeť hoc de charitate increata: q̄ est deus assistēs mō speciali cuilibet in charitate existenti ad taliť vꝫ meritorie operandū: cum nullus alius possit meritorie operari. ¶Secūdū / vꝫ ꝙ obiectū amatū sit aliquo mō motiuū amantis ad agēdū / q̄libet experiť. cōstat eñ ꝙ obiectū amatū allicit ⁊ inducit amantē ad operādū qđ sibi / vꝫ obiecto amato est acceptum. Et hoc mō intelligo illud verbū Aug. dicētis in quodā sermone: ꝙ nūq̄ dei amor est otiosus. operať eñ magna si est: si vero operari desinit / amor nō est. licet enim amor vt est quedā forma absoluta a deo amato distincta dicatur meritorie operari magna: qꝛ meretur premia sempiterna: nō tn̄ p modū efficientis nec finis est operatiuus alicui⁹ alteri⁹ meritorij act⁹. sꝫ ad talē actū meritoriū ab amore distictū eliciēdū mouet nō ipe amor ɓm se sūpt⁹ / sꝫ ei⁹ obtm̄ qđ est de⁹ amat⁹. deū eī diligēs ⁊ ex charitate aliquē aliū actū exequēs actū illū exequiť ꝑpť deū dilectum: nō ꝑpť dilectiōis actū / vt a deo distictū: cū talis act⁹ vt sic sūpt⁹ sit aliqđ ens creatū / qđ ñ debꝫ nec pōt eē motiuū ad meritorie opandū. Hoc ēt vꝫ obtm̄ amatū mouere amātē exp̄mit Phs: qñ dicit ꝙ prima intelligētia q̄ deus est mouet celū in rōne amati ⁊ desiderati. qꝛ eñ creata intelligētia diligit increatā quā ītelligit velle celū moueri p ipsā creatā: ideo ipa creata ītelligētia allecta a prima quā diligit / celū mouet. ¶Sic ad q̄stionē. ¶Ad rōnē in p̄ncipio appet solutio ex p̄dictis. falsum eñ est qđ accipit in minore ⁊ ex falsa suppositione procedens.

Circa distinctionem vigesimāseptimā in qua magister determinat de virtute ⁊ ei⁹ merito: Quero primo. Utrū aliqua virt⁹ possit eē pfecta sine grā gratū faciēte. ¶Et videť ꝙ sic. qꝛ neutrū realiť distinctorū exigit alterū ad suū eē pfectū. sꝫ fides ⁊ spes ⁊ alie virtutes morales sunt a grā gratū faciēte realr differentes. ǧ q̄libet aliarū ṽtutū a grā pōt pfecta existere sine ipsa. ¶Contra. quia virtus pfecta potest in actum perfectū. habentē enim perficit ⁊ opus eius bonum reddit. Sed nulla virtus potest sine gratia in actum pfectum nullius eñ actus pōt esse meritorius / nec p ꝯñs pfect⁹ sine gratia īexistēte. ergo ⁊c. ¶Respōsio. vbi est vidēdū Primo an virtus sit habitus. Secūdo: an sit semper in actu. Tertio quesitum: vꝫ an sine gratia possit esse aliqua virtus perfecta.

Quantum ad primū: est sciendum ꝙ omnis potētia creata indeterminata ad aliquē actū pōt facilitari ad illum nō aliter q̄ p ipm actū ab ipsa potentia frequētatū. ꝙ autē potentia post actū frequētatum sit pronior ⁊ facilior ad actū ipꝫ q̄ ante / hoc nō est ꝑpter actum ipsi inexistētem: cum ipso nō manente ipsa potētia remaneat inclinata ad actum hmōi exequēdum. Ex quo sequitur: ꝙ hmōi potentie aptitudo seu promptitudo ad actū est ex aliquo in ipsa potētia ex actibus p̄teritis derelicto. nisi eñ post actum aliquid in potētia remaneret: nō esset potētia post actum magis prona seu inclinata ad ipm q̄ ante actū. hmōi autem ex actibus in potentia derelictū remanēs in ipsa post actus / eiusdē generis est cū ipsis actibus. nō eñ potest esse nisi qualitas: q̄ quādo est faciliter mobilis / dicitur dispositio. quādo aūt difficiliter / habit⁹ appellať. ¶His p̄missis appet quid ad ꝓpositū sit dicēdū. cōstat eñ ꝙ tā virtus q̄ vitiū ipsi oppositū acceptum pro illa qualitate ex actibus p̄cedētibus derelicta est habitus. qm̄ oīs qualitas difficiliter mobilis ex actibus acquisita vel etiam sine eis infusa ad aliquos actus inclinās potētiā / est vere habitus vel virtuosus / si actus respicit rationi consentaneos: vel vitiosus si alios. sed virtus ⁊ vitium ipsi ꝯtrariū significāt talem qualitatem. ergo ⁊c. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundū: est sciendum ꝙ actus virtutis sicut ⁊ cuiuslibet alterius habitus est duplex. Est enim vnus eius actus primus ab ipsa virtute totaliter indistinctus: ⁊ alius secūdus ipsa mediātē ī potētia habituata elicitus. ad quē prompte eliciēdū potētia ipa habituata p primū actū habitus eā informātis actualiter inclinať. ¶Hoc p̄supposito tāq̄ cuilibet p se noto / appet quid ad istū articulū sit dicēdum. cōstat eñ virtutē sicut ⁊ omnē formā aliā semp in actu suo primo p̄dicto nō autē secūdo existere in subiecto q̄diu subiectū seu potentia virtute ipsa actualiter informatur. ¶Cōsequētia apparet. qm̄ non magis primus actus virtutis que est esse virtuosum / distinguitur a virtute: q̄ primus actus albedinis qui dicitur esse album / ab ipa albedine distinguatur. sed esse album nō dicit aliquid p̄ter albedinem ⁊ subiectum ipm albedine informatum. ⁊ hinc est ꝙ impossibile est manere albedinē in subiecto ipo nō existēte albo. ergo cōsimiliter in ꝓposito cū esse virtuosum sit idē qđ virtus ⁊ subiectū virtute informatū: nō potest virtus existere in subiecto nō existente actualiter virtuoso cum esse virtuosum nō sit aliud q̄ esse ipsius virtutis q̄dditatiuū p̄ter subiectū eius cōnotatū. Qꝛ aūt virtus nō semper sit in actu suo secūdo / apparet. quia actus secundus virtutis est actus elicitus virtuosus mediāte virtute ad ipm cōtinue inclinante. sed talis actus cū sit a virtute distinctus realiter / nō est cōtinue nec oportet ipꝫ eē manēte virtute. nō eñ habēs virtutē operatur continue virtuose / licet ad hoc continue p virtutē habitā inclineť sicut nec aliq̄ causa alia secūda habet cōtinue suū effectū licet sit apta habere ipm. nō eñ calor ꝯtinue calefacit. ergo ⁊c. ¶Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: vbi est dicēdum ad quesitū: est sciendū ꝙ virtus dicitur esse perfecta quando habens eam potest in actū perfectum sine ipsa potentia mediante. Actus autem perfectus est duplex. Quidā eñ actus est perfect⁹ moraliter ⁊ naturaliter tm̄. alius aūt non tm̄ moraliter ⁊ naturaliter: sed etiā supnaturaliter. Actus naturaliter pfectus diciť actus intēsus. Moraliter vero actus bonus seu pfectus est oīs actus debite circūstātionatus: qualis est ille qui est recto rationis dictamini consentaneus ⁊ conformis vt debita electio / ⁊ etiā ipm rectū dictamē p̄uiū cui debita electio est cōformis. Actus aūt bon⁹ ⁊ pfectus supnaturaliter est actus meritorius qualis est oīs act⁹ moraliter bonus mediante charitate elicitus vel imperat⁹ et talis diciť bonus seu pfectus supernaturaliter: tū qꝛ supnaturale bonū meretur: vꝫ p̄miū sempiternū. tū scđo qꝛ p̄supponit ⁊ exigit supernaturalis gratie dei donum. ¶Hoc p̄misso dico ad q̄stionē: ꝙ sine gratia gratū faciēte pōt esse q̄libet alia virtus pfecta in esse naturali ⁊ morali: nō aūt in esse supnaturali: cuius ratio nulla est alia nisi solum diuinū statutū. ¶Primū istorū vꝫ ꝙ sine grā possit esse aliq̄ virtus pfecta tā naturaliter q̄ moraliter: ꝓbatur. qm̄ oīs illa virtus pōt eē pfecta isto mō duplici sine alia: qua nō existēte ipa pōt esse eque ītēsa: ⁊ ad actū eque intēsum ⁊ bonū moraliter potētiā inclinare sicut illa virtute alia existēte. sed tēperātia ⁊ q̄cūq̧ alia virtus a charitate pōt esse eque intēsa / ⁊ ad actū eque bonū moraliter inclinare potētiā charitate carētē sicut ipam habentem. siue enim sit in potētia tēperata charitas siue nō / semp actus tēperātie quē virtus tēperantie respicit per seipsam / nō ꝑpter charitatē secū existentē / est moraliter bonus quia recte rationi consentaneus. ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur. qꝛ ad pfectionē illi⁹ qđ potest esse pfecti⁹ sine gratia q̄ cū ipsa / gratia nihil facit. Sed tēperantia et oīs alia virtus tā moralis q̄ theologica alia a gratia est hmōi. pōt eñ iniustus esse magis pfecte temperatus q̄ iustus: īmo iustus pōt esse ⁊ quādoq̧ est de facto intēperatissimus: vt appet in nouiter penitēte eūdē habitū p̄cedētis intēperantie retinēte. reprobus aūt carēs gratia potest esse pfecte temperatus ⁊ alijs virtutib⁹ a gratia informatus / vt apparet de multis infidelibus in virtutibus moralibus pollentibus. fideles etiam multi peruersi excedunt in fide ⁊ spe plures in gratia existentes. ergo ⁊c. ¶Secundum: vꝫ ꝙ nulla virtus alia a gratia possit esse perfecta supnaturaliter sine ipa secum in eodem subiecto actualiter existente / apparet. quoniā sola virtus illa est perfecta supernaturaliter vt dictum est / q̄ inclinat ad actum supnaturaliter perfectum. Sed nulla virtus alia a gratia infusa inclinat ad talem actum sine ipa gratia īexistente. quoniā solus actus meritorius est supnaturaliter pfectus. nullus aūt virtutis alterius a gratia est meritorius sine ipa īfusa gratia īexistēte. ǧ ⁊c. ¶Ex hoc sequiť ꝙ sola charitas ⁊ nulla alia virtus est hoc modo vꝫ supnaturaliter pfecta nō ab aliqua virtute alia a seipa. sola eñ charitas ē cuius actus est meritorius oī virtute alia circūscripta. nulli⁹ aūt alteri⁹ virtutis act⁹ ē meritori⁹ sine ipa charitate actualiter īexistente. q̄re ⁊c. ¶Tertiū ⁊ vltimū: vꝫ ꝙ p̄cisa cā diuersitatis p̄dicte īter charitatē ⁊ alias virtutes sit diuinū statutū appet. qm̄ ꝙ actus aliq̄s sit deo magis acceptus / ⁊ per ꝯñs homini meritori⁹ ꝑpter vnā aliquā rē creatā q̄ ꝑpter aliā: hoc nō pōt esse ratione ipius creature in se: sed tm̄ ratione volūtatis diuine volētis ⁊ statuētis actū hominis acceptare mediāte tali aliqua re creata ⁊ nō alia mediāte. Sed charitas infusa est q̄dā res creata sicut fides ⁊ spes ⁊ alia omnis virtus. ergo ꝙ act⁹ hominis sit meritorius ⁊ deo gratus magis quia ipsum exercens est charitate q̄ virtute quacūq̧ alia informat⁹ / hoc nō pōt esse ex pfectione intrinseca charitatis: sed ex ordinatiōe

sola diuine volūtatis:que etiā si voluisset ordinare aliter potuisset:vt vꝫ actum non mediante charitate/ sed mediante alia virtute elicitum acceptasset. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex predictis. licet enī nulla virtus sine gratia possit in actū perfectū supnaturaliter ꝓpter causam iam dictā:pōt tñ in actū perfectū moraliter vt superius est ostensum.

SEcundo quæro: vtrum habens gratiam possit mereri sibi vitā eternā. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ habens illud ꝓpter qḋ vita eterna datur/ potest sibi vitam eternā mereri dū tamē sit in statu merendi. Sed viator est in statu merendi:ꝛ gratia est ꝓpter quā datur vita eterna cuilibet electorū. gratia eñ dei vita eterna.ergo ꝛc. ¶ Cōtra.qꝛ illud qḋ quis meretur ipsi debetur. Sed p̄miū sempiternū nulli pōt esse debitū.ergo nec aliquis pōt sibi mereri ipm. ¶ Responsio. vbi est videndū. Primo:vtrum nō habens gratiam possit mereri eam. Secūdo:vtrum habēs ipsam possit sibi mereri eius augmētū. Tertio q̄sitū:videlicet an habens gratiam possit sibi mereri gloriā sempiternam.

Quantum ad primum: est sciendum primo ꝙ gratia potest dupliciter accipi. Uno modo scḋꝫ se absolute vt talis forā. Alio modo vt est dispositio ad gloriam cōsequēdā. ¶ Secūdo est aduertēdū:ꝙ duplex est meritū. est eñ quoddā meritū de cōgruo:ꝛ quoddam de cōdigno. Meritū de cōdigno est qḋ scḋꝫ se est remunerabile ꝛ dignū qꝛ equipollens primio qḋ meref. Meritū de cōgruo est qḋ scḋm se nō est remunerabile nec dignum qꝛ nec equipollet tāto p̄mio quātū reddif ex liberalitate dñi largiētis. ¶ Hoc p̄misso dicendū est ad istū p̄mū articulū. Primo:ꝙ nō habēs gratiā nō pōt sibi mereri illam vt ad gloriā disponētē:licet possit sibi eā mereri vt scḋm se sumptā merito de condigno. ¶ Scḋo:ꝙ pōt sibi eā mereri ꝛ meretur de facto tam vt absolute sumptā q̄ etiā vt ad gloriā disponentē merito de cōgruo. ¶ Primū apparet:qm̄ licet quilibet viuēs scḋm dictamē debite rōnis ipsi cōformiter eligēdo possit facere opus aliqḋ dignū gratia ipsi equipollens vt absolute scḋꝫ se sumpta nō tñ vt est ad gloriā dispositiua. nō eñ scḋm Apost. ad Ro.8. sunt cōdigne passiones huius tpis ad futurā gloriā q̄ reuelabitur in nobis. sed qḋ nō est dignū gloria/nec gratia vt ad gloriā disponēte. ergo nullus ꝛ maxime carens grā pōt sibi eā mereri vt ad gloriā disponētē merito de cōdigno. ¶ Cōfirmaf.qꝛ meritū de cōdigno est solū illud meritū qḋ est p̄mio equipollēs: sed nullius meritū pōt esse gratie vt disponēti ad p̄miū equipollens:vt apparet p Aplm vbi supra.ergo ꝛc. ¶ Sed cōtra hoc forsitan arguef:qꝛ aliter habēs gratiā meref p bonū actum eius augmētū: ꝛ aliter nō hñs eā meref ipsam p penitētie gemitū. Sed si nullus posset mereri gratiā merito de cōdigno sed tñ de cōgruo/tūc oēs tā habētes vꝫ q̄ nō habentes gratiā vt penitētes/ipsaꝫ vniformiter mererētur.ergo ꝛc. ¶ Respōdeo:ꝙ nec habētes nec nō habentes gratiā possunt sibi mereri eā vt ad gloriā disponentē merito de cōdigno sed tñ de cōgruo: vꝫ ex liberalitate dei gratiā infundētis. maioris tñ liberalitatis est in deo infundere primā gratiā q̄ scḋaꝫ primā intēdētē:ꝛ magis aliquo mō est ꝯdignū ꝓpter bonū actū existētis ī gratia ipsi infundere eius augmētū ꝛ ꝯsequēter ipꝫ acceptare seu ordinare ad maiorē glorie gradū/q̄ infundere primā gratiā nō habēti aliquē eius gradum ꝓpter aliquē eius actū. hoc aūt nō est nisi ex ordinatione ꝛ volūtate dei magis acceptātis actū ī charitate existētis q̄ cuiuslibet alterius ipsam nō habētis. ¶ Scḋm:vꝫ ꝙ nō habēs gratiā possit sibi mereri/ꝛ de facto mereatur eā merito de cōgruo/appet. cōstat eñ penitētē sibi mereri gratiā ꝛ etiā gloriā p penitētiā. aut ḡ meref ipam merito de cōdigno aut merito de ꝯgruo. sed nō p̄mo mō vt dictū est, ergo ꝛc. ¶ Cōfirmaf. qꝛ cōgruū est ꝛ diuine liberalitati consonū deū quēlibet lꝫ ab eo auersuꝫ p culpā/admittere siue ad se reducere p gratiā/dū tñ ipse faciat qḋ in se est culpam detestādo ꝛ veniā postulādo. sed hoc facit oīs vere penitens. ergo ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundū simul & tertium: est sciēdū:ꝙ hominē in gratia existētē gratie augmētum vel p̄miū mereri:pōt dupliciter intelligi. Uno mō ꝙ meref ista/vꝫ gratie augmētū ꝛ p̄miū sempiternū/p modū cause totalis oñi alio cuiuscūq merito circūscripto. Alio mō tñ p modū cause ptialis. ¶ Hoc p̄misso dicēdū est quātū ad scḋm ꝛ tertiū articulū simul. Primo:ꝙ nullus alius homo a Christo habēs gratiā pōt mereri nec vnq̄ meruit eius augmētū nec p̄miū sempiternū p modū cause totalis. ¶ Scḋo.ꝙ q̄libet vsum rōnis habēs ī statu merēdi existēs pōt/si habꝫ gratiā/mereri ei9 augmētū ꝛ p̄miū sempiternū seu eius āpliorē gradū p modū cause ptialis ꝛ min9 etiā p̄ncipalis. ¶ Hec duo simul ꝓbātur qm̄ sicut nulla cā scḋa pōt p se ī effectū aliquē sine p̄ma ita statuit deus nulli9 hoīs alteri9 a Christo actū acceptare vt dignū aliq̄ gratia nec etiā gloria sine ipsi9 Christi passionis merito p̄ncipali9 cōcurrēte. Sicut eñ p̄ma cā ad oēm effectū cuiuscūq scḋe cause agit p̄ncipali9 q̄ scḋa: ita ꝛ oē p̄miū siue gratie siue glorie p̄ncipalius cōfert deus ꝓpter Christi meritū generale q̄ ꝓpf actū meritoriū cuiuscūq alteri9 ꝓpriū cui ꝯfert. Sed act9 cuiuscūq meritori9 tātū meref ꝛ codē mō quātū ꝛ q̄ mō diuinitus acceptaf. ḡ nulli9 a Christo alius hō habēs gratiā nec etiā nō habēs pōt sibi mereri eā nec gloriā sempiternā p modū cause totalis:sed tm̄mō ptialis. secus aūt est de Christo. qm̄ ipe q̄cq̄d sibi meruit/meruit p modū cause totalis nō ptialis:cū nihil collatū ipsi fuerit ꝓpf actū alicui9 alterius hoc merentis. quātū aūt ad alios q̄busdā meruit totaliter ꝛ alijs ptialiter/tñ p̄ncipaliter:vt in tertio explicabif euidēter. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rōnē in principio apparet solutio ex predictis.

CIrca distinctionem vigesimāoctauā/ in qua Magister determinat de insufficiētia liberi arbitrij sine gratia: Quero p̄mo vtrū liberum arbitriū possit sine gratia resurgere a culpa. ¶ Et videf ꝙ sic. qꝛ actus penitentialis est possibilis cuilibet rōne vtenti viatori in puris naturalibus existenti. quilibet etiā pōt detestari ꝛ respuere p se qḋ sibi dictat recta ratio respuēdū ꝛ detestandū. Sed actus penitētialis q̄ est detestatiuus culpe cōmisse/est quo mediāte peccator resurgit ab ipsa culpa quā cōmisit. ergo ꝛc. ¶ Contra hoc arguitur per illud qḋ dicit Anself. de li. ar. c. x. vbi sic ait. Maius miraculū existimo cū deus volūtati distorte reddit rectitudinem: q̄ cum mortuo reddit vitam amissam. Sed cōstat ꝙ nullus potest a peccato resurgere nisi per rectitudinem voluntatis. ergo hmōi resurrectio a peccato est possibilis soli deo. ¶ Respōsio. vbi est videndū Primo quesitum. Secundo an existens in peccato possit per se sine gratia aliud peccatuꝫ nouū vitare. Tertio an possit tentationem vincere.

Quantum ad primum: est sciendum primo ꝙ gratia est duplex. Quedā est gratia gratū faciēs. alia gratis data.

Prima:videlicet gratum faciēs: que est etiam gratis data/est charitas infusa/que est signū ꝓpriū electoꝝ/ipsoꝝ ab omnibus alijs distinctiuū. Alia autem gratia:vꝫ non gratū faciens:sed tm̄modo gratis data/est omne donū superne collatum alicui alierū a p̄dicto. nullū eñ donū aliud a charitate facit ipsum habentē deo gratū nec p̄mio eterno dignū. Q̄libꝫ tñ pōt dici gratia gratis data. oē eñ donū ei collatū cui non est debitū/ dicitur gratis datū. sed nullū dei donū alicui collatum est ipsi debitum. nulli eñ deus est debitor alicui9. ergo ꝛc. ¶ Secūdo est hic supponēdū ex significato vocabuloꝝ ꝛ cōmuni vsu doctoꝝ ipsis vocabulis vtentiū ꝙ a peccato resurgere est eius veniaꝫ obtinere. de culpa aūt saltem mortali cōtracta nūq̄ aliquis consequitur veniam nisi p penitentiā:in quā nullus potest p se sine prima causa secū coagente:cū nulla causa secūda possit in aliquē effectū sine prima concurrēte secū ꝛ principaliter coagente ad ipm: vt in sequētibus circa finē huius libri prolixius ostēdef. ¶ His p̄missis dicēdū est ad quesitū. Primo: ꝙ nullus in peccato existēs pōt ab ipso resurgere sine gratia gratis data. ¶ Scḋo:ꝙ q̄libet viator rōne vtēs pōt ab ipso peccato resurgere sine gratia gratū faciēte. ¶ Primū ꝓbaf. qm̄ vt dictū ē/ a peccato resurgere est de ipso veniā obtinere. qḋ nō est aliud q̄ deū peccatū ipm cōmissum ad penā ipsi debitā homini nō īputare. Sed cōstat ex scriptura sacra ꝙ nulli de culpa mortali cōmissa cōceditur venia nec remittitur pena ipsi debita nisi mediāte penitētia. q̄ q̄dē penitētia peccatori inspirata est gratia gratis data. ergo ꝛc. ¶ Ex hoc sequitur corollarie. ꝙ nullus potest p se sine alio cōcurrēte resurgere a peccato. ¶ Hoc apparet. qm̄ vt dictū est:nullus pōt resurgere a peccato nisi mediāte penitētie lamēto. sed in hmōi penitētie internū gemitū nullus pōt p seipm:cum nulla causa scḋa (vt p̄dictū est) possit in aliquē effectum sine prima secū pricipaliter cōcausante. ergo ꝛc. ¶ Nec tñ sequif ex hoc ꝙ nō sit peccatori imputādū si a culpa preterita nō resurgit de ipsa dolendo. qm̄ licet ī hmōi dolorē debitū nō possit p seipm:potest tñ deo sibi coassistēte ꝛ coagente:modo quo omnis alia causa secūda potest in debitum sibi effectū. sed sicut prima causa statuit calido presente ei passo coagere ad calorem: ita ꝛ peccatori volenti a peccato resurgere ad dolorē. ¶ Ex quo sequif Primo:ꝙ non resurgere a peccato est ipsi imputāduꝫ. Secūdo:ꝙ ipsa penitentia qua mediāte peccator resurgit a culpa/ nō est ꝓprie gratia gratis data. qm̄ illud est proprie dei gratia gratis data:qḋ est supernaturale donū a sola prima causa infusum homini ꝛ collatum. sed penitētia est effectus nō tñ prime cause: vꝫ dei miserētis sed etiam secūde vꝫ ipsi9 hominis penitētis. ergo licet penitentia vt culpe remissiua sit a solo deo cuius tñ est peccatum remittere/ꝛ p cōsequēs vt sic sit ꝓprie gratia gratis data:nō tamē vt scḋm se absolute accepta:vt vꝫ est talis actus a penitente elicitus effectiue. quia tñ etiam vt sic sumpta est principaliter/licet non totaliter dei effectus:ideo etiam potest dici ꝛ est gratia gratis data. ¶ Secūdū vꝫ ꝙ sine gratia gratum faciente possit viator ratione vtens resurgere a peccato/probatur. qm̄ sine quo quilibꝫ viator potest penitere de peccato / pōt et resurgere ab ipso. ¶ Hoc apparet. quoniā omnis vere penitens est ꝛ a peccato resurgens:cū deus scḋm sacrā scripturā statuerit remittere culpam ꝛ penā eternā ipsi debitā cuilibet veraciter penitenti. Sed peccator ratiōe vtens licet omni gratia gratū faciēte carens pōt per se supposita dei influentia generali/ de omni peccato commisso actualiter sibi noto conteri ꝛ veraciter penitere. ergo ꝛc. ¶ Minor ꝓbaf. qm̄ quilibet rōne vtēs potest ex suis naturalib9 ꝛ deo sibi vt secūdis causis alijs assistēte et coagēte cōformiter recto rōnis dictamini eligere/ꝛ p ꝯñs detestari ꝛ respuere qḋ recta rō iudicat detestādū et respuendū:ꝛ eo modo de illo dolere quo de ipso iudicat esse dolendū scḋm dictamē rationis rectū. sed scḋꝫ rectū cuiuslibet rationis iudiciū oē peccatū cōmissum qꝛ dei offensiuū ꝛ ab eo auersiuū est respuēdū ꝛ lamēto penitētie puniendū. sic aūt peccatū punire:vꝫ gemitu penitētie interne/est de ipso veraciter penitere. ḡ ꝛc. ¶ Confirmaf. qꝛ viator rōne vtēs ante receptū aliqḋ gratie dei donū apphēdit ipm peccatū qḋ cōmisit:vt illud qḋ iudicat respuēdū/ꝛ lamēto penitētie puniēdum. aut igif pōt in talē actū peccati punitiuū/aut in ei9 contrariū/puta in actū cōplacētie de peccato/ aut nō in aliquē istoꝝ. Sed nō pōt poni scḋm. nullus eñ viator magis pōt difformiter q̄ cōformiter eligere recto dictamini ratiōis. sed scḋꝫ dictamē rōnis debitū non est de peccato cōplacendū seu gaudendū:sed potius est dolendū. ergo ꝛc. Nec pōt poni tertiū. qm̄ tūc post peccatū cōmissum nullus posset ꝯformiter nec difformiter eligere recto dictamini rōnis. hoc aūt est falsuꝫ. ergo relinquif primū qḋ est ꝓpositū:vꝫ ꝙ peccator pōt in actū peccati punitiuū scḋm dictamē rationis debitū prouiū. quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: est sciendum ꝙ hominē peccatū vitare pōt dupliciter cōtingere: vꝫ ꝓprie ꝛ large. Proprie tūc quis vitat peccatū qñ de eo tentatus ipsi resistit p actū respuendi elicitū. non eñ vitat peccatū qui ipsi nō consentit nec dissentit: sed omnē actum suspendit. nec enim sufficit peccato mortali non consentire:sed oportet ipsi actualiter dissentire omnem considerantē ipm ac de eo tentatū. ꝛ ideo tētatus de aliquo quocunq peccato mortali: esto ꝙ ipsi nō assentiat peccat peccato omissionis nisi ei dissentiat. omittit eniꝫ actum dissentiendi:ad quem eliciendum in tali casu/vꝫ cum de mortali peccato tentatur / quilibet obligatur. Alio autem modo peccatū licet īproprie potest dici vitari tm̄modo negatiue:modo quo oīs non peccās nec de peccato tētatus ab aliquo dicitur vitare peccatū:maxime si est in statu in quo posset cōmittere ipm. ¶ Hoc premisso dicendū est quātū ad istū articulū. Primo ꝙ null9 pōt vitare peccatū primo mō vꝫ positiue sine p̄ma causa sibi coagēte. Secūdo ꝙ pōt vitare ipm nouū peccatū modo p̄dicto primo sine aliq̄ dei gratia in eo formaliter existēte. Tertio ꝙ pōt vitare nouū peccatū scḋo mō/vꝫ negatiue/absq prima causa sibi coagēte ꝛ absq aliqua ei9 gratia actualiter ī existēte. ¶ Primū ꝓbaf. qm̄ peccatū nō vitatur illo modo primo nisi p actum ipsi resistēdi elicitū/ vt statim est p̄dictū. sed nulla secūda causa potest in actū seu effectū aliquē sine prima secū coagēte ad ipm. ergo ꝛc. ¶ Scḋm/vꝫ ꝙ sine gratia peccator possit vitare nouū peccatū/ꝓbatur ex dictis in articulo p̄cedēti. qm̄ (vt ibi dictū est) peccatū cōmissum non facit peccatorē impotentē ad eligēdū cōformiter vel difformiter recto dictamini ratiōis. ergo potest vtiq peccator rōne vtēs eligere qḋ iudicat eligendum/ ꝛ respuere qḋ ei9 recta ratio iudicat respuēdū. sed post p̄mū peccatū ꝯmissum eius rō/ nisi perōī sit errore deceptus ꝛ ignorantia excecatus/iudicat quodcūq aliud peccatū eē respuēdū et fugiēdū. ergo pōt ipꝫ respuere/ꝛ p ꝯñs vitare modo p̄dicto vꝫ positiue. Et si forte alicubi reperiatur dictum esse ab aliquo doctoꝝ sanctoꝝ contrariū:vꝫ ꝙ nullus sine gratia potest vitare peccatū: exponaf ꝛ dicaf ꝙ est verū meritorie. vitare eñ peccatū non est meritoriū nisi tñ in gratia existenti. et ideo sine gratia nullus potest peccatū respuere seu vitare meritorie. potest tñ simplr ꝛ absolute:licet cū difficultate. qꝛ scḋꝫ August. pctm̄ qḋ p penitētiam non deletur mox suo pōdere ad aliud trahit.

¶Confirmatur. quia si null⁹ posset vitare peccatū sine gratia/ nulli peccatori esset imputādū aliqđ pctm̄ sequēs post primū mortale cōmissum saltē ꝯsequēter: esto ꝙ ipsi imputaretur aliquo modo añcedēter ratione prime culpe quā potuit vitare ratione prime gratie: sed hoc est falsum. ergo ꝛc. ¶Tertiū ꝛ vltimū: vꝫ ꝙ scđo mō puta negatiue possit vitari peccatū/tā sine pma cā agēte ꝙ etiā sine eius gratia existēte/appet. qm̄ ad nihil agēdū nec ē necessarius deus agēs nec eius gratia alicui inexistens sed isto modo peccatū vitare est nihil agere. nec em̄ hoc modo vitans peccatū aliquid eligit nec respuit: sed penitus nihil facit. ergo ꝛc. ¶Hec de secundo.

Quantū ad tertiū & vltimū: apparet ex pcedētibus quid dicēdū. Ad maiorē tñ euidentiā est sciēdū: ꝙ ad tentationē vincēdū non sufficit tentationē nō admittere: sed oportet etiā eam repellere. nec em̄ tentationē vincit: sed in ea succūbit qui nec pctō de quo tētatur cōsentit nec dissentit. talis em̄ vt dictū est superius peccato omissionis deliquit. ¶Hoc pmisso dico ad ppositum. Primo ꝙ hō pōt tentationi nō cōsentire tā sine prima causa non coagente ꝙ sine eius gratia assistente. Secūdo: ꝙ pōt tentationē vincere ipsi resistēdo sine gratia assistente: nō tñ sine prima causa coagente. Tertio ꝙ nō potest hoc facere: vꝫ tentationi resistere nec etiam ei nō assentire sine difficultate/quādo est tentatio de peccato pterito pluries iterato. ¶Prima duo declarantur et pbātur sicut pbata sunt alia duo his similia in articulo pcedēti. ¶Tertiū apparet. qꝛ quilibet habituatus prōpte ꝛ faciliter elicit actū habitus: ꝛ difficiliter potest suspēdere ipm/maxime eliciendo actū oppositū. sed peccator post peccatū aliqđ frequētatū est habituat⁹ ꝛ īclinatus ad ipm. ergo de eo tentatuꝫ difficile est nō cōsentire: ac ei resistere: esto ꝙ etiā ipse tentatus sit gratia p penitentiā nouiter habita informatus. ¶Sic ad q̄stionē. ¶Ad illud Ansel. dictū est sciendū: ꝙ ad cōuersionē peccatoris in qua eius voluntati primo distorte et oblique redditur rectitudo/ipse peccator cōuersus aliquid operatur: nō aūt homo mortuus suscitatus operat aliqđ ad suā resurrectionē. Et ideo dicit Augustin⁹. Qui fecit te sine te non iustificabit te sine te. licet enim deus per se sine alio coagente creet ꝛ resuscitet hominem vel saltem animā: non tamē sic iustificat delinquentē: cum oporteat ipm ad iustificationē aliquid operari. Sed nihil soli deo possibile est difficile. cōstat em̄ ꝙ nō est difficile deo: nec alicui alteri: quia cuilibet alteri supponitur esse impossibile. qđ autem est impossibile alicui nec ipsi est difficile nec facile. ḡ resurrectio mortuorū est facilis cū sit soli deo possibilis. peccatorum aūt conuersio cum sit effectus/nō solius dei miserentis: sed etiā hominis penitētis: ideo ē difficilis non vt ad ipsam operatur deus: sed vt ad ipāꝫ habet agere homo iniustus. difficile em̄ est homini respuere qđ sibi extitit primo gratū. peccatori autē fuit primo acceptum peccatū. ergo difficile est ei respuere ipm non potest autem aliter ad conuersionem suam agere ꝙ peccatū preteritū respuendo ꝛ de ipso dolendo. Et ideo quia huiusmōi peccatorum cōuersio est difficilior ꝙ mortuorum resurrectio ppter causaꝫ pdictā: idcirco forte dicitur ab Anselmo ꝙ est mirabilior.

Secundo quæro: vtrum sine gratia gratum faciēte liberū arbitriū sit sufficiēs ad merendū. ¶Et videtur ꝙ sic. quia peccator potest sine gratia (vt dictū est in q̄stione alia) in actū penitentialē. sed p hmōi actū meretur gratiā/ꝛ p ꝯñs gloriam. ergo ꝛc. ¶Sed cōtra. qꝛ nullus sine gratia gratū faciēte potest agere aliquid deo gratū. Sed omnis ꝛ solus actus meritorius est deo gratus. ergo liberū arbitrium est sine gratia insufficiēs ad merendū. ¶Respōsio. vbi sic pcedā. Primo enim pmittā vnā distinctionē. Secundo dicam ad questionem.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ actus meritorius est duplex. est em̄ vnus meritorius scđm quid: vt ille quo homo meretur a deo sibi dari aliquod tēporale. Ali⁹ actus est meritorius simpliciter ꝛ perfecte: vt ille quo homo meretur pmiū sempiternum. ois em̄ actus quē acceptat deus vt dignū aliquo bono eterno vel temporali alicui propter ipsum conferendo est actus meritorius. ¶Ex quo sequitur: ꝙ liberum arbitrium sufficere posse sine gratia ad merendū/potest habere duplicem intellectum. vnū vꝫ an sufficiat ad merēdū secūdum quid puta aliquod temporale bonuꝫ. Aliū potest habere intellectum an sufficiat per se ad merendum simpliciter ꝛ perfecte: vꝫ premium sempiternum. ¶Hec de primo.

Quantū ad secundū: vbi est respondendum ad quesitū: est sciendū ꝙ nullus actus meritorius quocūꝗ duoꝝ pdictoꝝ modoꝝ per quem homo meretur aliquod bonū sibi diuinitus cōferēdū/ habet ex natura sua ꝙ mereatur/nec ꝙ pro ipso a deo tribuatur tātū vel tātū bonū. sed hoc pcise est ex acceptatiōe diuina. nō enī talis actus tātū bonū meretur quia a deo pro tanto bono reddēdo ꝛ alius p maiori vel minori liberalit ꝛ libere nō necessario acceptatur. Cum hoc tamē stat ꝙ act⁹ deo acceptabilior est in se melior saltem aliquis non ois duobus em̄ in charitate inequali existentibus deū equaliter diligentibus vnius actus amoris non est in se melior seu perfectior ꝙ actus alterius. cum enim actus amborum supponātur eque intensi/vnus non est perfectior alio in esse naturali nec in esse morali: quia sunt consimilibus ꝛ eque perfectis circūstantijs informati. ꝛ tamen actus maiorem charitatis gradū habentis est deo acceptabilior ꝙ actus alterius minorem charitatis graduꝫ habētis. ¶His pmissis/dico ad questionem. Primo ꝙ liberū arbitrium est sufficiens sine gratia ad merendū aliquod temporale bonū. Secūdo ꝙ est insufficiens sine ipsa ad merēdū pmiū sempiternū. Tertio ꝙ pcipua causa istius insufficientie est sola ordinatio seu statutū volūtatis diuine. Primū pbatur. qm̄ omnis actus hoīs meretur illud bonū qđ deus homini reddēdū statuit ppter ipsum. ¶Hoc apparet. quoniā (vt pmissuꝫ est) actus solū illud meretur p quo ppter ipm reddēdo diuinitus acceptatur. sed deus acceptat actum seu accipit vt dignū tāto bono quantū statuit conferendū homini ppter ipꝫ. ergo ꝛc. Sed cōstat scđm doctrinā sanctoꝝ nullum esse irremunerabile bonū. omnē em̄ actū moraliter bonū hominis viatoris licet extra charitatē existentis deus statuit esse remunerandū: ꝛ ipm accipit tanꝙ dignū aliquo bono non eterno. ergo aliquo alio temporali. quare ꝛc. ¶Confirmatur. quia nisi viator sine gratia mererel etiā de facto bonū aliquod temporale non concederet ꝛ tribueret ipse deus temporalē psperitatē multis reproborū eternaliter damnandorū/ꝛ aduersitatem plurimis electorum finaliter saluandorum. hoc enim secundum doctrinam sanctorum non facit nisi ad premiandū aliqua pauca merita reproborum ꝛ ad puniendū demerita electorū. Vñ Gregorius. Ab electis em̄ suis iniquitatū maculas studet tēporali afflictione tergere q̄s imperpetuū in eis nō vult videre. Et Chrysostom⁹ de hoc loquēs sup epistolā ad Heb. homil. 5. sic dicit. Non potest malus in oībus esse malus: sed habet aliqua bona. nec bonus in oībus esse bonus: sed habet aliqua mala. ḡ psperitatē

habet malus malo capitis sui. cū enim pro paucis illis bonis retributionem hic accipit/illic plenius punietur et ideo beatus est ille maxime qui punitur vt omnia expians delicta probatus ꝛ purgatus hinc exeat ꝛ in nullo obnoxius. Hec Chrysostomus. ¶Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniam nullus potest mereri aliquod bonū sibi a deo conferendum nisi deo acceptus. Sed nullus deo sine gratia est acceptus. ergo ꝛc. ¶Ad hoc potest responderi Primo: negādo maiorem. licet em̄ solus deo accept⁹ possit mereri pmiū sempiternū: alius tamē potest etiam mereri aliquod temporale bonū: licet nō pmiū sempiternū. ¶Secundo potest negari minor sub pdicta maiore assumpta. est eniꝫ sine gratia aliquo modo homo deo acceptus. ¶Ad cuius euidentiam est sciēdū ꝙ hominem esse deo acceptum vel gratum non est aliud ꝙ ipsum esse ad bonū aliquod cōsequēdū diuinitus ordinatum. ꝛ ita omnis a deo ordinatus ad bonū aliquod cōsequēdum ppter aliquē suū actum potest dici deo acceptus: vel simpliciter si bonum illud ad qđ ordinatur est eternū. et hoc modo veruꝫ est ꝙ nullus sine gratia ē deo acceptus. vel secūdū quid si bonū ad qđ ordinatur est tēporale. ꝛ hoc modo multi sunt sine gratia deo grati seu accepti. quare ꝛc. ¶Secundū: vꝫ ꝙ liberum arbitrium nostrum sit sine gratia insufficiēs ad merendum premiū sempiternū/apparet. quia secundū Apostolū ad Ro. 9. non est volentis nec currētis/sed miserentis dei. sola em̄ eius gratia mediante conceditur eternū premiū cuilibet electoꝝ. sed solus ille potest mereri pmium cui deus statuit cōferre ipꝫ. ergo ꝛc. ¶Preterea Apls ad Ro. 6. dicit ꝙ stipendia peccati mors. gratia autem dei vita eterna. sed si sine gratia mediāte aliquis mereri posset sibi vitā eternam/hoc qđ dicit Apostolus non esset verum. nō em̄ tali cōferretur vita eterna propter gratiam/sed propter suam meritoriam actionem. ergo ꝛc. ¶Cōfirmatur per eūdem Apostolū. 1. ad Coꝝ. 4. sic dicētē. Nihil mihi cōscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. qui autem iustificat me dominus est. sed sine hoc/homo non potest mereri/sine quo non potest iustificari nec a deo acceptari. cum ergo nullus licet nullius peccati conscius sit iustificatus nec deo acceptus nisi gratia informatus/per cōsequens sequitur propositum: videlicet ꝙ sine gratia faciēte gratum nullus est sufficiens ad merendum premiū sempiternū. vnde dicere oppositum/est ab ecclesia condemnatum: quia est contra scripturam sacram ꝛ sanctorum doctrinam. ꝛ huius erroris fuit Pelagius monachus pessimus. ipse enim posuit ꝙ quilibet ex puris naturalibus poterat sibi mereri vitam eternam.

Sed cōtra predicta forsitan arguetur quoniam penitens meretur per penitentiam veniam/ ꝛ per consequens gratiam ꝛ gloriam sempiternam. Sed actus penitentialis precedit gratiam: ꝛ est in potestate hominis in solis suis naturalibus existentis. ergo ꝛc. ¶Ad hoc cōmuniter respondetur ꝙ actus penitentialis non est actus meritorius de condigno sed tm̄ de congruo gratie nec glorie sempiterne. ¶Sed hoc non videtur sufficere propter duo. Primo: quia nulli⁹ extra charitatem existentis actus videtur esse meritorius de condigno nec de congruo ad eterna. ¶Secūdo. quia cū nullus actus hominis vt scđꝫ se sumptus sit equiualens seu equipollens pmio sempiterno/per consequens ꝙ aliqđs sit eius meritorius de condigno: hoc non habet a se: sed tm̄ a deo sic acceptante ipsum: vꝫ vt condignum tanto premio reddendo homini propter eum. sed si per actum penitētialem/homo meretur gratiam ꝛ gloriā supernaturalem/hoc solum est quia talis actus est acceptus diuinitus tāꝙ dignus tot bonis ꝛ talibus ꝯferēdis ppter ipsum cuilibet veraciter penitēti. ergo ꝛc. ¶Et ideo potest dici aliter: vꝫ ꝙ per actū penitētialem vt gratiā pcedentē tm̄ penitens meretur veniam ꝛ etiam gratiā/nō aūt gloriam nisi p ipsum vt post gratiā habitam permanentē. qui actus penitētialis interior vt precedens gratiā dicitur attritio: vt autē sequens ipsam cōtritio. Nec videtur esse incōueniēs dicere aliquē hominis actum eē meritorium gratie ꝛ nō glorie sempiterne. licet enim oīs qui meretur gratiam mereatur ꝛ gloriam: non tñ oportet ꝙ per eūdem actum quo meretur id qđ est minus puta gratiam/mereatur gloriam que est maius: licet econuerso eodem actu quo quis meretur gloriam mereatur gratiam. ¶Sed tūc sic dicēdo occurrit dubiū de penitēte moriēte post actū attritionis añ actū ꝯtritiōis ꝛ quēcūꝗ actū aliū meritoriū subsequētē. ꝯstat em̄ ꝙ tal vtiꝗ saluaret: qꝛ in gr̄a moreret. sed nō saluaret nisi p actū penitētialē attritiōis pcedētis gratiā meruisset gloriā ergo ꝛc. ¶Ad hoc mihi videt esse dicēdū vel ꝙ talis casus nūꝗ fuit nec erit: quia deus aliter fieri statuit: vel ꝙ si esset/talis cōsequeretur gloriam sine pprio merito tm̄ ex merito alieno. Vel si dicatur ꝙ īmo ex merito pprio non tm̄ ex alieno: oportet concedere necessario cōsequenter ꝙ actus aliquis peccatoris extra gratiā existentis vt act⁹ attritiōis predictus sit meritorius ad eterna saltem consequenter: vꝫ obtenta venia ꝛ gratia quā meretur añcedēter. ¶Tertium ꝛ vltimū: vꝫ ꝙ causa pcisa insufficiētie ad merendū pmiū sempiternū/sit diuinū beneplacitum ꝛ statutū/apparet. qm̄ vnus ꝛ idem actus moraliter bonus nō est melior scđꝫ seipsum ppter gratiam inexistentē exercenti eū/nec peior ppter eius carentiā. ergo ꝙ ppter gratiā inexistentē actus aliquis acceptet ad gloriā: hoc nō est nisi ppter volūtatē ꝛ ordinationem diuinā: qua ipse deus statuit nullius nisi in charitate existētis actū acceptare: vt dignū pmio sempiterno. ¶Cōfirmatur. qꝛ sicut quēcūꝗ electoꝝ deus cōtingēter ꝛ libere pmiat ita cōsimiliter coꝝ actū meritoriū ꝯtigēter acceptat vt pmio tāto dignū: non ppter aliqđ merenti inexistēs ppter quod eius actus meritorius nō scđm se melior/ est deo acceptatior nec dignior maiori pmio cōferēdo homini ppt ipm: sed tm̄ ppter diuinū statutū. Sꝫ actus moraliter bon⁹ nō est scđm se melior qꝛ ipm exercēs est gratia informatus. īmo existēs extra gratiā pōt elicere actū scđm se moraliter meliorē ꝙ existēs in gratia. ergo ꝙ act⁹ imperfectior moraliter existētis in gratia sit deo acceptus vt vita eterna dignus: nō aūt actus alterius extra gratiā existētis: cū sit pfectior melior moraliter ꝛ intensior naturaliter: hoc solum habet contigere quia sic esse fiendum est diuinitus institutum. q̄re ꝛc. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis maxime in vltimo articulo q̄stionis.

Circa distinctionem vigesimānonā/in qua Magister determinat i speciali de insufficiētia liberi arbitrij/ quā primi parētes in statu innocētie habuerūt: Quero primo vtrū primi parētes fuerūt in gratia ante lapsum ꝛ casum suum ꝛ peccatū. ¶Et videtur ꝙ sic. quia cū inter gratiā ꝛ culpā nō sit mediū in psenti/sicut nec inter penā ꝛ gloriā in sequēti/p ꝯñs oīs existēs sine culpa est in gratia. Sed primi parentes ante suum casum nō fuerūt in culpa. ergo fuerūt i gratia. ¶Cōtra. qꝛ primi parentes ante lapsum suum seu casum non habuerunt nisi quod in sui creatione acceperūt. sed ipsi in originali iustitia non in gratia creati fuerunt. ergo nec

ante suum casum gratiam habuerunt. ¶ Responsio. vbi sic est ꝓcedendum. Primo enim est vidēdum quesitum. Secundo est inquirendum an in statu innocentie fuisset maior an minor gratia in hominibus q̄ nūc eis in isto statu miserabili conferatur.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ hic nō q̄rit̄ de gr̄a gratis data. cōstat em̄ ꝙ talē primi parētes anteq̄ peccauerūt habuerūt: qꝛ in sua creatione originalē iustitiā que est talis gratia / diuinitus acceperūt. Nō ergo hic q̄ritur de gratia gratis data: cū constet eos talem habuisse: sed de gratia gratum faciente que sola vt signū ꝓprium electorum inter filios regni diuidit ⁊ gehēne. ¶ Hoc p̄misso / dico ad questionē. Primo: ꝙ primi parētes fuerūt ante casum suum in gratia. Secūdo ꝙ nō fuerūt creati in ipsa. Tertio ꝙ fuerūt creati in originali iustitia. que non fuit talis gratia de quali hic q̄rit̄ vez gratia gratū faciēs: sz tm̄modo gratis data. ¶ Ista possunt declarari. et prima primo. quia fuerunt in gratia ante lapsum. qm̄ in illo primi parētes p̄fuerūt ante suū casum qd̄ ꝑdiderūt ꝑ ipm̄. sed ꝓpter suum culpabilem casum amiserūt supne gratie donum. ergo ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur ꝑ Augustinū sup psalmū. 68. dicētē ꝙ Adam et Eua rape voluerūt diuinitatē ⁊ perdiderunt felicitatē. ¶ Ex hoc em̄ arguit̄ ad ꝓpositū sic. nullus dicit̄ ꝑdere rem nisi quā habuit vel qua habenda aliquādo dignus fuit. Sed Adam ⁊ Eua perdiderunt ꝓpter suum casum premiū sempiternū scd̄m Augustinū. ergo ante casum vl̄ ipm̄ habuerūt vel saltē digni eo habiti fuerunt. Sed nō potest poni primū. nullus em̄ amisit eternū p̄miū postq̄ habuit ipz / excepto Paulo: supposito ꝙ fuerit beatus quādo extitit vsq3 ad tertium celum raptus. ergo relinquitur scd̄m: vez ꝙ primi parentes ꝓpter lapsum felicitatem perdiderūt. qm̄ ante ipsum ea digni fuerunt. hoc aūt est ꝓpositū. qm̄ constat nullum esse nec fuisse dignū gloria nisi existentē in gratia. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. quia in his que nobis non sunt naturaliter nota: sed tm̄ fide sola / illud est tenēdū qd̄ magis est consonū dictis ⁊ opinionibus sanctorū. Sed an primi parentes ante lapsum fuerint in gratia an non: sola fide potest esse ⁊ est supnaturaliter nobis notum. ꝙ aūt ipsi non fuerūt creati in gratia: sed tm̄ ꝙ eam habuerunt ante lapsum: hoc est dictis sanctorum consonū / vt apparet per Augustinū / Damasc. ⁊ Grego. quos magister adducit ī distictione ista. Augustinus em̄ vt Magister recitat in litera dicit ꝙ homo non habuit vnde posset ꝓficere in melius / nec ꝑ ꝯn̄s gratiā. Alij vero vt Damasc. ⁊ Gregori⁹ dicūt ꝙ homo habuit charitatem ⁊ fuit alijs virtutibus preditus ac deo vnitus. non est aūt verisimile ꝙ in ista materia tāti doctores sibi inuicem cōtradicāt: cū sit supponēdū eos fuisse in talibus supnaturaliter illustratos: ⁊ ideo vera loqui nō incompossibilia nec in aliquo inconnexa. Sed tenendo ꝙ primi parentes non fuerūt creati in gratia nec preuenti ante lapsum ipsoruz: oportet negare Greg. et Damasc. cum ipsi dicāt ꝯtrariū. tenētes autē alterū extremū: vez ꝙ fuerunt creati in gratia / habent negare Augustinū dicentem ꝙ primus homo non habuit vnde posset in melius proficere ante lapsum. constat enim ꝙ si in gratia creatus fuisset / in melius vtiq3 proficere potuisset. Tenentes autem opinionē mediam: vez ꝙ primi parentes non fuerunt creati in gratia: fuerunt autem in ipsa ante suum lapsum / possunt concordare ⁊ concedere dicta omnia predictorum doctorum ⁊ omniū aliorum. dictum enim Augustini ⁊ omniū aliorū dicentiū ꝙ homo non habuit vnde posset proficere in melius / est verum. ⁊ sic intelligit Augustin⁹ de homine vt accepto ꝓ primo sue creationis instanti. nō em̄ in gratia creatus fuit / nec per consequēs protūc proficere potuit. Dictum autem Damasc. ⁊ Grego. ⁊ alioꝝ omniū dicētium ꝙ habuit charitatē: est verum de ipso homine vt accepto post suā creationem / ante tamen eius subsequētē transgressionem. ꝙ enim homo sine gratia creatus fuerit: ⁊ tamen ꝙ ipsam ante suū lapsum habuerit / incompossibile non includit. cum igitur ista conclusio que est inter predictas duas opiniones quasi extremas media / sit sanctorum auctoritatibus magis concors / per consequens ipsa vt verior est tenenda. quare ⁊c. ¶ Hec est opinio magistri in litera qui etiam dicit consimiliter de angelis in distictiōe. 5. ꝙ angeli non fuerūt creati in gratia. sed qui steterūt ipsam postea perceperunt: alij autem qui corruerunt nunq̄ gratiam habuerūt. non videtur autē maior ratio de homine ꝙ in gratia fuerit creatus q̄ de angelo. sed de vtroq3 videtur consimiliter esse dicendum ⁊ credēdum. quare ⁊c. ¶ Ex p̄dictis sequitur secundum: videlicet ꝙ primi parentes non fuerunt creati in gratia. hoc em̄ vt dictū est concordat cum dictis sanctorum.

Sed tūc est duplex dubium. Primum an primi parētes gratiā meruerūt quā ante lapsuz suū habuerunt. Scd̄m: an simul cū gratia receperint alias morales virtutes. ¶ Ad primū respōdetur ꝙ sic. dicitur enim ꝙ sicut boni angeli statim vt creati se ad deum conuerterūt: et ideo se ad gratiam quā perceperūt ꝑ bonum volūtatis actū disposuerūt: ita cōsimiliter in primis parētibus est dicēdum. in hoc tm̄ est dissimile: qꝛ angeli boni meruerūt in gratia confirmari: nō aūt primi parētes. ꝓpter qd̄ post gratiā habitā peccare potuerūt / ⁊ de facto etiam peccauerūt. ¶ Ad secūdū respōdet Grego. ⁊ Damasc. dicentes vt magister recitat in litera / ꝙ sic. dicunt em̄ (vt p̄dictū est) ꝙ homo habuit charitatē ⁊ fuit deo vnitus ac alijs virtutibus p̄ditus. cōstat aūt ꝙ nō fuit preditus virtutibus acquisitis. ergo infusis. ¶ Tertiū et vltimū: vez ꝙ homo fuerit creatus cum originali iustitia / est euidens ex sanctorum doctrina. Qꝛ aūt illa originalis iustitia non fuerit gratia gratū faciens: sed tm̄modo gratis data: apparet. tū quia gratia gratū faciēs est signū cōmune omniū electorū: nō aūt ipsa originalis iustitia que nulli hominū exceptis solis primis parētibus est ꝯcessa. primis em̄ parētibus deus ꝓpter ipsorum casum eam abstulit nec postea vnq̄ eis restituit: cū tamē gratiam reddiderit. tū quia propter originalem iustitiā erat in homine plena obedientia ⁊ concordia inter appetituz sensitiuū ⁊ intellectiuū. constat aūt diuinā gratiā nūc nō facere in homine talem cōcordiā. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: est sciendum ꝙ gratia datur ꝓpter gloriam ⁊ ordinatur ad ipsam. vnde oīs nūc cōp̄hensor habēs gradū glorie altiorem / habuit quando viator fuit gradum gratie ampliorem. ¶ Hoc p̄misso ⁊ supposito tanq̄ cuilibet catholico per se noto apparet quid ad istum articulum sit dicendum. qm̄ aut homines in statu innocentie fuissent assumpti ad equales gradus glorie ⁊ eosdem ad quos modo in statu p̄senti assumuntur electi vel ad superiores vel ad inferiores. Si primū: dicēduz est ꝙ equalis gratia fuisset data hominibus in statu innocentie / ⁊ in isto. assumendi enim ad equalem gloriam in sequenti equalem habent gratiā et si non semper saltem finaliter in presenti. Si autē ponatur secundū: cōsequēter est dicēdū ꝙ ī illo statu maior fuisset gratia q̄ in isto. minor autem si tertiū ꝯcedat̄: vez ꝙ in illo statu fuissent homines assumendi ad inferiores gradus glorie q̄ sint modo. qd̄ autē horum trium predictorum tunc fuisset / deus nouit nec alius scire potest / nec vnq̄ potuit nisi cui ipse reuelauit. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicendum: ꝙ loquēdo de culpa actuali: de qua sola hic q̄rit̄ / falsum est qd̄ assumitur quādo dicitur ꝙ oīs existēs sine culpa sit in gratia. nullus em̄ homo etiā in p̄senti nascitur in aliqua gratia nec ī culpa tali / vez actuali / nisi sanctificatus antequā natus. angeli enim nō fuerunt creati in aliqua gratia nec in culpa. quare ⁊c.

Secundo quæro: vtrum charitas vie ⁊ felicitas patrie specifice distinguantur. ¶ Et videt̄ ꝙ sic. qm̄ vnū ⁊ idē specie non pōt esse ordinatū ad finem: et ipse finis ad quem actualiter ordinat̄. sed charitas vie ordinat hominē / ⁊ disponit ad felicitatē patrie. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. qꝛ perfectum ⁊ impfectū nō distinguūtur saltē specie. sed charitas vie ⁊ felicitas patrie se habēt sicut impfectū ⁊ pfectū. per charitatem em̄ acceptat̄ impfecte viator: ꝑ felicitatē vero perfecte cōp̄hēsor. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic ꝓcedā. quia em̄ charitas quedā est habitualis ⁊ alia actualis: ideo primo inquiram an charitas actualis vie ⁊ patrie sint eiusdē rationis. Scd̄o dicā ad q̄situ: vez an charitas habitualis vie ⁊ felicitas patrie distinguantur.

Quantum ad primū: est sciendum ꝙ charitas actualis est ipse actus amoris elicitus / quo ꝓpter se diligitur ipse deus: vel aliqd aliud / puta proxim⁹ ꝓpter ipm̄. hmōi aūt charitas actualis est in patria duplex. est em̄ ibi amor beatificus non existēs in potestate beati nisi tm̄ passiue. nō em̄ vt hic suppono ex dicendis ī 3. et in. 4. aliquis beatorum se habet actiue sed tm̄ passiue ad aliquē actum beatificū eoꝝ. est etiā vel esse pōt in patria alius charitatis actus in potestate beati actiue cōtētus. ⁊ talis actus nō est beatificus. probabile em̄ cē videtur quēlibet hoꝝ sicut ⁊ viatorū eūdē actū intelligēdi ⁊ diligendi causaliter cōtinere. nō em̄ est verisimile dicere nullum beatoꝝ posse in aliquē talem actū: vez intelligendi ⁊ diligendi deū / cū possit in eū quilibet viatoꝝ. ¶ His p̄missis / dico ad istum articulū. Primo: ꝙ actus charitatis vie est alteri⁹ rationis ab actu beatifico charitatis patrie. ¶ Scd̄o: ꝙ act⁹ charitatis vie est eiusdē rōnis cū actu non beatifico charitatis patrie: supposito ꝙ talis actus de facto sit ibi: ⁊ ad idē obiectū ad qd̄ in via extitit terminatus. ¶ Primū ꝓbat̄ dupl̄r. Primo. qꝛ illa q̄ sunt eiusdē rōnis specifice / ī eadē potētia virtualiter cōtinēt̄. nec em̄ cōp̄hēsor pōt ī actū beatificū patrie cū tm̄ viator possit in actū charitatis vie causaliter seu effectiue: vt hic suppono ex alibi prolixius declaratis. ergo ⁊c. ¶ Scd̄o. qꝛ impossibile est actū beatificū ⁊ non beatificū esse eiusdē specifice rōnis. Sed actus charitatis vie nō est beatificus nisi dicat̄ ꝙ oīs viator existēs in gratia sit beatus: qd̄ est falsuz. ꝗ ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ act⁹ eiusdē rōnis sequit̄ passio seu ꝓprietas eiusdē rationis. Sed nō eadē passio seu ꝓprietas sequit̄ actū beatificum patrie ⁊ actū charitatis vie. ad actū em̄ beatificū puta ad fruitionē dei sequit̄ in fruente letitia inenarrabil̄. vel forte ipse actus est ab hmōi tali letitia seu gaudio īdistinctus: vt ostēdet̄ in q̄rto. Nō sic aūt actus charitatis vie elicitus est gaudiosus nec satiatiuus. ergo ⁊c. ¶ Scd̄m: vez ꝙ supposito ꝙ in patria sit vltra actū dei beatificū fruitiuū alius amor elicitus nō beatificus (de supposito fuit dictū alibi quid tenēdū) talis amor dei nō beatificus patrie sit eiusdē rōnis specifice cū amore charitatis vie: dū tm̄ vtriusq3 actus obiectū sit indistictū ⁊ sub eadē rōne acceptū: appet. qm̄ nec actus intelligēdi nec volēdi eiusdē ordinis quales sunt isti / arguūtur specifice esse distincti nisi ex distinctis potentijs vel obiectis vel simul ex vtrisq3. ergo actus eiusdem ordinis ⁊ obiecti / ⁊ in eadem causa virtualiter cōtēti / sunt eiusdē speciei. Sed actus isti vie ⁊ patrie sunt eiusdē ordinis ⁊ in eadē potētia virtualiter cōtinentur. ergo supposito ꝙ sint eiusdē obiecti ⁊ sub eadē rōne formali accepti / sunt specifice idistincti. Dico aūt supposito ꝙ sint eiusdem obiecti. qm̄ si vt cōiter dicit̄ actus intelligēdi quo deū in via intelligimus / nō terminat̄ ad ꝓpriā rōnē deitatis sed ad aliquē cōceptū ei ꝓpriū ex creaturis acceptū: cū deus sub illa rōne diligat̄ sub qua intelligit̄ (idē em̄ est obiectū intellectionis p̄cedētis / ⁊ dilectionis sequētis) ꝑ ꝯn̄s sequit̄ ꝙ cū ī patria deus intelligat̄ a beatis tā actu beatifico q̄ alio ab ipo sub rōne ꝓprie deitatis: supposito ꝙ etiā actu btīfico ⁊ nō btīfico ītelligat̄ ⁊ diligat̄: aliud erit formale obiectū tā intellectionis q̄ fruitiōis p̄rie: ⁊ aliud itellectionis ⁊ dilectionis vie. hmōi autem suppositum esse falsum prolixius est ostensum in prologo super primum. ¶ Hec de p̄mo.

Quantū ad secundū: quod est quæsitū nō oportet distīguere iter felicitatē actualē ⁊ habitualē sicut de charitate supius est distictū. qm̄ felicitas ꝓprie sumpta: de q̄ hic est sermo / nullo mō cōsistit in habitu: sz ī actu. Hic etiā nō q̄rit̄ nec oportet mētionē aliquā facere de charitate actuali vie: an vez tal̄ sit a felicitate p̄rie alterius rōnis. qꝛ ad hoc iā in p̄cedēti articulo est respōsum ꝙ sic. sed tm̄ hic q̄rit̄ de charitate habituali seu gratia / an a gloria specifice sit disticta. ¶ Ex quo appet qd hic ad q̄stionē istā ꝓpositā sit dicēdū. qm̄ act⁹ ⁊ habit⁹ cuius actus ipse nō est ꝓpri⁹ / sed ab eo totaliter disparat⁹ / nō possunt cē eiusdē specifice rōnis. sed charitas vie cōsistit in habitu: felicitas aūt patrie in actu oīno a tali habitu disparato. qm̄ ille actus nō est ꝓprius habit⁹ sed ab eo penitus disparatus / in quē actū potētia nullo mō ꝑ ipm̄ habitū inclinat̄. sed volūtas creata non inclinat̄ ad felicitatis actū ꝓpter charitatis habitū informātē. qm̄ habitus nō inclinat nec facilitat potētiā quā informat nisi ad solū illū actum qui in ipsa potētia virtualiter cōtinet̄. Sed actus felicitatis nō cōtinet̄ virtualiter in aliqua causa creata: sed tm̄ ī icreata. ergo nec ad ipm̄ actū felicitatis īclinat potētiā habitus charitatis. Sic igit̄ apparet ꝙ felicitas ⁊ charitas specifice distinguuntur. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ felicitas patrie cū cōstet in actu nō minus imo magis distinguit̄ ab habitu q̄ ab actu charitatis vie. sed actus charitatis vie ⁊ act⁹ felicitatis patrie sunt specie distincti: vt appet ex articulo p̄cedenti. ꝗ ⁊c. ¶ Preterea ad idē arguit̄. qꝛ electi in via habēt gratiā et nō gloriā nec aliquem eius gradū. sed si gr̄a ⁊ gloria essent eiusdē speciei nec differrēt nisi sicut imperfectius et perfectius: tunc omnes viatores in gratia existentes essent beati ⁊ in gloria: qd̄ est falsum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia sicut oīs quātūcūq3 impfecta ⁊ remissa albedine informatus dicit̄ esse albus: ita ⁊ beatus quātūcūq3 imperfecto ⁊ remisso gradu glorie sit perfectus. sed nisi gratia vie differret specie a gloria patrie / ipsa eēt aliqua gloria impfecta. ergo oīs viator deo gratus esset beatus. hoc autem est falsum. ergo ⁊c.

Sed est hic dubium: an charitas vię & charitas patrie habituales sint eiusdem specifice rationis. ¶ Ad hoc respondent aliqui dicentes ꝙ in patria sunt due charitates habituales alterius ⁊ alteri⁹ rationis. quarū vna est illa eadē que p̄cessit in via. alia aūt est noua / ⁊ ab illa specie distincta. qm̄ tam actus q̄ habitus distinguunt̄ seu distincti arguūtur specifice ex distinctione specifica obiectorum. sed sub alia ratione deus est obiectum tā actus q̄ habitus charitatis in patria ⁊ in via

sicut ⁊ sub alia ratione intelligitur hic ⁊ ibi. hic enim in-
telligit tm̄ vel sub ratione infinitatis vel sub aliquo alio
conceptu a creaturis abstracto. ibi autem sub ratione ꝓ
pria deitatis. ergo ⁊c. ¶ Sed q2 nō ē ponēda pluralitas
vbi nulla est necessitas: non est aūt aliqua necessitas nec
ꝓbabilitas imo omnino iꝓbabilitas ponere in patria
alium charitatis habitum ab illo qui p̄cessit in via: ideo
aliter est dicēdum: vꝫ ꝙ ille idem charitatis habitus ⁊
nullus alius manet in patria quē habuit in via quilibet
electorum. ¶ Ad illud qð arguit in ꝯⁱrīū de distinctione
obiectoꝝ / dicēduꝫ ꝙ illa ratio tm̄ cōcludit de habitibus
inclinātibus ad actus diuersarum rationū ⁊ diuersorum
obiectorum. sed in ꝓposito esto ꝙ actus diligēdi deum
in patria ⁊ in via sint diuersorum obiectorum / ⁊ per ꝯse-
quēs arguantur alterius rationis: nō tamē habitus cha
ritatis infuse / de qua est hic sermo / inclinat potētiā quā
informat ad actum aliquem charitatis: vt in. 3. libro pro-
lixius ostendetur. ergo nec ex distinctione actuum chari
tatis vie ⁊ patrie arguitur nec infertur distinctio speci-
fica habituū charitatis. q̄re ⁊c. ¶ Quia tm̄ charitas ac
quisita inclinat ad actum / licet non infusa / vt etiam ostē
detur in. 3. ideo supposito ꝙ in patria vltra actum diligē
di deum sub ratiōe ꝓpria diuinitatis maneat alius act⁹
qui fuit in via diligendi deum sub alia ratione puta infi-
nitatis: posset dici ꝙ ex tali actu alterius ratiōis ab an
tiquo secūdo acquiritur habitus charitatis alterius ra
tionis ab habitu charitatis acquisito in via mediātib⁹
actibus diligendi prioribus ab istis nouis alteri⁹ ratio-
nis. Nullo modo tamē est ponēd⁹ habit⁹ charitatis in-
fusus quicquid sit de acquisito nisi vnicus tm̄ in aliquo
beatoꝝ. ¶ Uel potest dici aliter ⁊ melius: negando illud
qð ī minore assumitur / quādo dicitur ꝙ deus sub alia ra
tione est obiectum actus ⁊ habitus charitatis vie: ⁊ sub
alia actus ⁊ habitus charitatis patrie. quoniā sub eadē
ratione diuinitatis ipse deus intelligit ⁊ diligitur a via-
toribus ⁊ a comp̄hensoribus: vt hic suppono ex dictis et
probatis in primo libro. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionē.
¶ Ad rationem in principio quādo dicitur ꝙ charitas
vie ⁊ felicitas patrie se habent sicut perfectum ⁊ imper
fectum / dicēdum ꝙ verum est. nō tamē sub eadem specie
sed eo modo quo īdiuiduū quodcūꝗ speciei perfectioris
dicitur esse perfectius quocūꝗ quātūcūꝗ intenso indiui
duo speciei impfectioris. Nō enim felicitas est pfectior
q̄ charitas: sicut albedo intēsior dicitur perfectior q̄ re
missior. alias quilibet iust⁹ viator esset beat⁹ vt dictū est
supius: qð est falsum. Sed dicit ipsa pfectior sicut oīs al
bedo quātūcūꝗ remissa est perfectior nigredine quātū-
cūꝗ intēsa. Ex hoc autē nō sequitur ꝙ sint eiusdē sed po
tius ꝙ sint alterius speciei.

Circa distinctionem tri-
gesimam / in qua Magister deter
minat de originali peccato: cuius
fuit occasio accn̄talis peccatū pri
morum parentū: Quero primo de
originali iustitia: vtrū ipsa origina
lis iustitia fuerit aliquis supnatu
ralis habitus virtuosus. ¶ Et vi-
detur ꝙ sic. quia cum fuerit aliquod donū homini super
naturaliter collatum / aut fuit aliquis habitus aut act⁹
sed non potest dici ꝙ fuerit actus. fuisset enī semp hmōi
originalis iustitia in homine siue dormiente siue vigilan
te nisi eam per culpam amisisset. actus autē non manet
nec potest semper manere in homine vigilante ⁊ dormiē
te. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia omnis habitus virtuosus est
theologic⁹ aut moralis. Sed iustitia originalis nō fuit
theologica: quia eius obiectū non fuit deus. nec etiā fuit
virtus moralis. nō enim fuit prudētia nec fortitudo nec
tēperātia nec iustitia q̄ dicitur virtus moralis: q2 talis
manet in hoīe virtuoso: in quo tamen non manet ipsa ori
ginalis iustitia. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic est procedē
dum. Primo enim est vidēdum quid fuerit ipsa origina-
lis iustitia quidditatiue. Secundo vbi fuerit subiectiue.
Tertio est inquirendum a quo fuerit ⁊ esse potuerit effe-
ctiue. Ex quo patebit an fuerit supernaturale an natu-
rale donum.

Quantum ad primum: aliqui dicunt
ꝙ originalis iustitia non fuit aliquod supernaturale do-
nū homini collatū: sed sola naturalis hominis rectitudo
nec enim ꝓpter hmōi originalem iustitiam fuisset in ho-
mine aliud q̄ perfecta obedientia virium inferiorum ad
superiores ⁊ recta habitudo totius hoīs ad deū. Hmōi
autē rectitudo fuisset in homine in puris naturalibus cō
stituto omni dono supnaturali alio circūscripto. sicut enī
naturaliter elemēta motibus suis ꝓpriis sunt mobilia /
nec ab eis alio mediante: ita ⁊ in homine vires eius infe
riores sunt naturaliter mobiles scd̄m dictamē ⁊ regimē
superiorum: nec ꝑ cōsequens ꝓpter inobedientiā hmōi
virium inferiorum ad superiores oportuit in homine po-
nere aliqð donū dei supnaturale ab ipso quomodocūꝗ
distinctum. ¶ Sed cōtra opinionem istam arguitur. qm̄
scd̄m ipsam originalis iustitia esset in quocūꝗ homine
in puris suis naturalibus cōstituto. hoc aūt est falsum.
ergo ⁊c. ¶ Maior assumpta apparet. qm̄ qð cōuenit ho
mini circūscripto omni forma tam supnaturaliter infusa
q̄ naturaliter acquisita conuenit ipsi in suis solis natu-
ralibus cōstituto. Sed originalis iustitia per quā fuisset
perfecta obedītia viriū īferioꝝ ad supiores / est hmōi vt
ponit ista opinio. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat. q2 originalis iustitia
fuit in hoīe illud per qð eius inferiores vires vt appeti-
tus sensitiuus fuit supiori puta intellectiuo appetitui
prōpte ⁊ faciliter obedibilis. sed hoc non fuit aliud scd̄ꝫ
istā opinionē q̄ rectitudo hominis naturalis: quā recti
tudinē habet homo in suis naturalib⁹ cōstitutus. ergo ⁊.

Et ideo aliter quantum ad istum arti-
culum est dicēdū. ¶ Ad cuius euidentiā / pono tres con-
clusiones. ¶ Prima est: ꝙ rebellio appetitus sensitiui
appetitui intellectiuo est in hoīe in puris naturalibus
existēte. ¶ Hec ꝓbat. q2 inter q̄cūꝗ quoꝝ vnū tēdit ī ali
quid qð alterū refugit seu respuit / ē necessario rebellio.
Sed hoīe ī puris naturalib⁹ existēte eius appetit⁹ ītel
lectiu⁹ sequēs dictamen rōnis debitū hoc respuit qð ap
petitus sensitiuus eligit ⁊ accipit. ¶ Hoc appet. cōstat
enī ꝙ appetitus sensitiu⁹ hoīs ī puris naturalib⁹ existē
tis multa puta oīa sibi delectabilia eligit seu ī ipsa ten-
dit: q̄ tm̄ respuere recta ratio suggerit. appetitus aūt ītel
lectiuus pōt ī suis naturalib⁹ ꝯstitut⁹ oē illud respuere
qð recta rō dictat ⁊ suggerit respuēdū. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat
q2 nō est ī ptāte appetitus sensitiui sicut nec ipsi⁹ sensus
app̄hēsiui suspēdere actū circa obiectū sibi debitū p̄nta
tū saltē vt ei⁹ actus pōt ītelligere aū act⁹ alteri⁹ appe
titus. Sꝫ circa multa appetit⁹ ītellectiu⁹ sequēs dicta
mē debitū rōnis pōt actū suspēdere ⁊ suspēdit: in q̄ appe
titus ipe sensitiu⁹ quātū est ex se necessario tēdit: ⁊ hoc
hoīe ī puris naturalib⁹ existēte. ergo ⁊c. ¶ Scd̄a ꝯclu-
sio est: ꝙ nulla fuisset rebellio īter appetitū sensitiuū ⁊ in
tellectiuū hoīs ī originali iustitia exn̄tis. ¶ Hec appet.
qm̄ vbi est pfecta obedītia īferioris ad suporē / nulla ē
rebellio. Sꝫ originali iustitia ī hoīe existēte fuisset plena
obedītia appetit⁹ sensitiui ad ītellectiuū. Uñ ⁊ scd̄ꝫ do
ctrinā sctōꝝ hmōi obedītia ⁊ pfectū dn̄iū appetit⁹ ītel-
lectiui sup sensitiuū fuissent effect⁹ origīalis iustitie. ex q̄

effectu fuisset in hoīe pronitas ad bonū / vꝫ ad eligēdum
⁊ respuēdum scd̄m rectum rōnis iudiciū: ⁊ difficultas ad
malum puta ad eligendū vel respuēdum contra dictamē
debitum rōnis: cuius ꝯtrariū fuit in hoīe post peccatum
ergo ⁊c. ¶ Ex predictis duabus ꝯclusionibus seq̄tur co
rollarie ꝙ originalis iustitia fuit in hoīe aliq̄d positiuū
ab ipso distīctū nō naturaliter acq̄situm sed supnatura-
liter ipsi infusum. ¶ Primum appet. q2 per originalē iu
stitiaꝫ fuisset in hoīe plena obedientia absꝗ omni rebelli
one inter appetitum sensitiuū ⁊ intellectiuū vt dicit scd̄a
conclusio. Sed secundū primā conclusionē aliam nō po
tuit esse talis obedītia in hoīe in puris naturalib⁹ existē
te. ergo ⁊c. ¶ Scd̄m / vꝫ ꝙ hmōi originalis iustitia non
fuerit acquisita sed infusa: licet nō seq̄tur forsitan ex p̄di-
ctis / tm̄ est euidens ex sanctoruꝫ dictis. Constat enī homi
nem primū in originali iustitia esse creatum. qð aūt hō in
sua creatione accepit non habuit nec hr̄e potuit ꝑ acq̄si-
tionem: sed tantū ꝑ infusionē. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio ē
ꝙ hmōi iustitia originalꝭ fuit virt⁹ moralis. ¶ Hec appet
qm̄ omīs habitus appetitiu⁹ nō theologicus inclinans
ad actum virtuosum est virtus moralis: sed originalis iu
stitia erat habitus inclinās ad actum virtuosum: cū face
ret appetitum sensitiuum prōpte ⁊ facilꝭ obedibilem rō
ni: nec erat habitus theologic⁹: qui tm̄ ponit esse triplex
vꝫ charitas fides spes. ergo ⁊c. ¶ Confirmat. q2 vt supi
us in principio arguebat / aut originalis iustitia fuit act⁹
aut aliq̄s habitus. Sed non pōt poni actus. qm̄ act⁹ eli-
citus virtuosus non legitur cōiter alicui esse infusus: sed
tātū habitus. esto etiam ꝙ alicui fuerit infusus actus in
p̄senti / non semp talis actus mansit in eo siue dormiente
siue vigilante eque intensus. act⁹ etiam videt esse in ho-
minis ptāte q̄tū ad eius susceptionē. esto enī ꝙ deus in-
funderet alicui actum credēdi vel diligendi / ex hoc eū nō
necessitaret ad semp credendū ⁊ diligendū: nec ꝑ ꝯn̄s im
pediret ipsum suspendere talem actū. sed originalis iusti
tia fuit a deo infusa: ⁊ fuisset in quolibet semp ⁊ continue
eque pfecta: nec ipsa se priuare seu eam suspēdere aliq̄s
potuisset. ergo ⁊c. ¶ Sic ergo apparet aliq̄liter ex p̄dictis
quid fuerit q̄dditatiue iustitia originalis. cum enī omīs
habitus siue virtuosus siue vitiosus sit quedaꝫ qualitas
inclinans habituatū in actū: vel non inclinans / sicut for
te virtutes infuse theologice non inclināt: ꝑ ꝯn̄s de origi
nali iustitia / que vt dictū est fuit habit⁹ virtuosus / ꝯceptū
aliū nō habemus nisi ꝙ fuit q̄daꝫ qualitas a deo homini
infusa / qua mediante nulla fuisset in ipso rebellio sed ple
na obedītia inter ei⁹ sensitiuum ⁊ intellectiuū appetitū
¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est viden-
dum: vbi hmōi originalis iustitia fuerit subiectiue / est scīē
dū ꝙ aīe potētie vt intellectus vel sensus appetitus ītel
lectiu⁹ vel sensitiu⁹ nō dicūt (vt hic suppono ex declara-
tis in precedentibus) aliq̄d vltra aīam ⁊ eius actum ab
vtroꝗ distinctum aliqualiter in re extra. ¶ Ex quo īfero
ꝙ non est intelligendū subiectū originalis iustitie nec ali
cuius alterius habitus esse aliq̄d ab aīa habituata disti
ctum. nihil enī est in anima distinctum ab ipsa habituale
nec per ꝯn̄s qð possit esse subiectū habit⁹ alicuius. ¶ Ex
quo seq̄tur vlterius ꝙ subiectū originalis iustitie fuit ip
sa anima hominis. non enī originalis iustitia potuit exi-
stere in corpore subiectiue. ¶ Hoc ꝓbatur. qm̄ cum origi
nalis iustitia fuerit (vt dictū est) collata homini ad subdē
dum prompte ⁊ faciliter appetitū sensitiuuꝫ intellectiuo
scd̄m dictamen debitū rōnis: ꝑ ꝯn̄s illud idē fuit subie-
ctū originalis iustitie qð ē subiectū taliū actuū / vꝫ appe
titus sensitiui ⁊ ītellectiui: propter quoꝝ cōcordiā seruā
dā ⁊ rebellionē vitādam ipsa originalis iustitia fuit data
Sed subiectū immediatū elicitiuū ⁊ receptiuum taliuꝫ
actuum est anima nō corpus. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat. q2 re-
bellio ad quā vitandam data fuit originalis iustitia non
est in carne: sed in anima carni coniuncta. ibi enī est rebel-
lio vbi sunt actus oppositi subiectiue. actus autē sensiti-
ui ⁊ intellectiui appetitus / ratione cuius oppositionis ē
in homine rebellio / non sunt ī corpore hoīs: sed in aīa sub
iectiue. sed idē est subiectū talis rebellionis ⁊ iustitie ori-
ginalis rebellionē hmōi quietātis seu remouentis. ergo ⁊c.

Sed est hic dubium: an originalis iusti-
tia fuerit tantū vna in vno homine an diuerse ⁊ plures.
¶ Ad hoc dubiū est dicendū: ꝙ aut in hoīe aīa sensitiua
est alia ab intellectiua: aut penit⁹ indistīcta. Si primum
videtur ꝙ fuerunt due originales iustitie in homine / vna
videlicet in aīa intellectiua ⁊ alia ī aīa sensitiua. Si aūt
ponat scd̄m: vꝫ ꝙ in homine sit vna tantū: ꝯsimiliter ēt
non oportet in ea fuisse nisi vnicā originalem iustitiā tm̄.
¶ Primum probat. qm̄ q̄ncunꝗ duo aliqua sic se habēt
ꝙ vnū est obedibile alteri: ⁊ pōt ab ipso non tm̄ nisi diffi-
cilꝭ regulari ⁊ ab aliquo refrenari seu retrahi: nūq̄ quā
tumcūꝗ in illo superiori sit aliq̄d ꝑ qð possit inferi⁹ faci
liter regere ⁊ ab aliquo retrahere / ꝓpter hoc ipm̄ inferi⁹
supiori obediet faciliter / nec sine difficultate ab alio supi
ori regeꝭ: nec ab illo qð sibi est naturaliter delectabile re-
traheretur: nisi in ipso sit aliquid q̄ ad hoc prompte ⁊ faci
liter inclineꝭ: sed aīa sensitiua hominis est ītellectiue obe
dibilis ⁊ tm̄ per ipsaꝫ nō pōt refrenari sine difficultate et
retrahi ab omī sibi delectabili: qð est scd̄ꝫ dictamē rōnis
debitū respuendū. Aīa etiam ipsa intellectiua cū sit na
ta condelectari appetitui sensitiuo cui ꝯiungiꝭ: non pōt
ab aliquo ei delectabili ipsam retrahere nisi virtute aliq̄
mediante ipsam adiuuāte ⁊ ad hoc facilitāte. ergo q̄tumcū
ꝗ mediante originali iustitia in intellectiua aīa existente
ipsa intellectiua sensitiuā faciliter ab omī sibi delectabi-
li qð fuisset cōtra rationis dictamē debitū / retraxisset: nō
tm̄ ipsa aīa sensitiua hoc faciliter imo difficiliter eēt passa
nisi fuisset virtute aliqua consimili virtuti existenti ī ipa
intellectiua anima / informata. Sed ꝯstat ꝙ stante origi-
nali iustitia in hoīe nec fuisset difficultas aliqua in intel-
lectiua aīa regente / nec in sensitiua ipsi obtemperante et
obediente. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur ꝑ illud qð ponit ph̄us
tertio politic. vbi dicit ꝙ oportet ponere in seruo virtu-
tē obedientie ad hoc ꝙ prompte dn̄o obediat ⁊ faciliter
qð sibi iniūgitur / exequat. ¶ Ex hoc arguit ad proposi-
tū. qm̄ sensitiuū se habet ad intellectiuū sicut seruus ad
dn̄m: ergo sicut ad faciliter seruū regendum non sufficit po-
nere in dn̄o virtutem eū inclinantē ad regendū: sed opor-
tet etiam ī seruo ponere aliā eū inclinātē ad faciliter obe
diēdū: ita ⁊ in ꝓposito cōsimiliter est dicendū. quare ⁊c.
¶ Scd̄m / vꝫ ꝙ ponendo in hoīe vnā aīam tm̄ non opor
teat ponere in homine fuisse nisi originalē iustitiam tm̄
vnā / appet. qm̄ hoc supposito nulla substantialis sed tm̄
accidētalis distinctio est inter hoīs appetitū sensitiuum
obedibilem retrahibilem ac regibilē / ⁊ appetitum intelle
ctiuum ipm̄ scd̄m rectū rationis dictamē preuiū guber-
His premissis: pro secundo pono quatuor ꝯclusiones. ¶Prima est: ꝙ cōparādo peccata ista de quibus q̄rit̄ / ad eūdē actū ꝓpriū / omissionis peccatū videtur esse deterius ꝗ̄ peccatū cōmissionis. ⁊ hoc siue peccata ista cōparētur ad illa quoꝝ sunt priuationes: siue etiā ad peccantiū cōditiones seu obligatiōes. ¶Hec probat̄. et primo in generali. qm̄ deterius esse videt̄ plura simul omittere ad que oīa ipse omittens tenetur: ꝗ̄ vnum illoꝝ tm̄. sed peccans peccato omissionis omittit plura ad que tenetur: ꝗ̄ peccans peccato commissionis circa eūdē actū omissum. ergo ⁊c. ¶Minor ꝓbatur. qm̄ omittēs actū cuius priuatio est ipm̄ omissionis peccatū omittit omnē eius rectitudinē ⁊ circūstantiā ipsi debitā ad que ambo duo: vꝫ ad actū ⁊ rectitudinē ipsi dari debitā obligatur. cōmittens aūt circa eūdē actum vt exercēs ipm̄ ꝓpter finem indebitū / sicut dicēs officiū ꝓpter vanā gloriā omittit alterū tm̄ illoꝝ duoꝝ: vꝫ act⁹ debitam rectitudinē: nō aūt actum ipm̄. ergo ⁊c. ¶Scđo ꝓbatur in speciali cōclusio ista quātū ad vtrāqꝫ p̄tē ipsius. Et primo quātū ad primā: vꝫ ꝙ omissionis peccatū sit deterius ꝗ̄ peccatū cōmissionis: cōparando ipsa ambo peccata ad illa quoꝝ sunt priuationes. qm̄ tāto oīs priuatio est deterior ⁊ peior quāto est habitus melioris. sed illud cuius peccatū omissionis est priuatio / puta actus substratus / est q̄d melius aliquo modo ꝗ̄ quecūqꝫ circūstantia: cuius priuatio est cōmissionis peccatū formaliter sumptū. ergo ⁊c. ¶Scđa pars: vꝫ ꝙ etiā omissiōis peccatū sit deteri⁹ cōparādo vtrūqꝫ peccatū ad cōmittentem ⁊ omittentē / apparet. q2 illud peccatū in ordine ad peccantē est deterius: ad qđ vitandū ipse peccans obligatur amplius. sed magis quilibet obligari videt̄ ad vitandū omissionis ꝗ̄ cōmissionis peccatū circa eūdē actū sicut clericus magis obligatus esse videtur ad dicendū absolute officiū: ꝗ̄ ad dicēdū ipm̄ ꝓpter finē debitū. ⁊ ꝑ ꝯn̄s magis tenet̄ ipm̄ nō omittere ꝗ̄ ꝓpter finē debituꝫ dicere: cū etiā dicere ipm̄ vel facere quēcunqꝫ aliū bonū actū nō ꝓpter finē debitū q2 nec actu ītētū / nō sit malū. dicere aūt ꝓpter finem indebitū: licet sit malū / nō tamē vt videtur est tātū homini obligato ad dicēdū illicitum quantū nullo modo dicere absolute ipm̄. ergo ⁊c. ¶Secūda cōclusio est: ꝙ peccatū omissionis circa vnū actum omissum est deterius ꝗ̄ peccatū cōmissionis circa actuꝫ cōmissum. ⁊ hoc cōparādo ista duo peccata ad illa quorum sunt priuationes. ¶Hec apparet. quia vt dictū est semꝑ priuatio illa est deterior q̄ est habitus melioris. sed peccatū omissionis est priuatio actus qui est melior illo cuius priuatio est peccatū cōmissionis. ergo ⁊c. ¶Sed cōtra hoc forsitan arguetur. qm̄ peccatū cōmissionis est priuatio rectitudinis actui debite. peccatū aūt omissionis est priuatio ipsius actus. sed actus est a sua rectitudine indistinctus. nihil aūt potest esse peius nec melius semetipso. ¶Respōdeo: ꝙ nō est intelligendū actū esse sua rectitudine meliorē siue circūstantia morali / siue debita: sicut vna res dicitur melior re alia: sed sicut vnum et idem vt absolute sumptū dicitur meli⁹ semetipso vt ad alterum cōparato. sicut si diceremus ꝙ deus est melior vt deus ꝗ̄ vt beatificatiuus. actus em̄ rectitudo moralis nō est aliquid in actu existēs ab ipso differens: sed est sola comparatio siue ordo actus ad oīa actui debita scđm rectū iudiciū rationis. hmōi autē cōparatio non fit nisi ꝑ liberum arbitriū causaꝫ actus. ¶Et si dicat̄: ꝙ cum actus vt debite circūstātionatus puta ad finē vltimū sibi debitum cōparatus / sit aliquid melius seipō vt absolute sumpto: ꝑ ꝯn̄s act⁹ vt circūstātionat⁹ melior ē seipō vt absolute sumpto. Ex quo sequit̄ ꝙ omissiōis peccatum nō sit priuatio melioris ꝗ̄ pctī cōmissionis / nec per ꝯn̄s deterius / sed potius ecōuerso. ¶Respōdeo: ꝙ esto ꝙ assumptū sit verū / nō sequitur qđ īfertur. quoniā in peccato omissionis est priuatio actus tam vt absolute sumpti ꝗ̄ etiā vt debite circūstātionati. nō autē peccatum cōmissionis est priuatio actus vt absolute accepti: sed tm̄ vt debite circūstātionati. quare ⁊c. ¶Tertia cōclusio est: ꝙ cōparādo ista cōmissionis ⁊ omissionis peccata ad diuersos actus ⁊ ad peccantes ꝑ ipa / nec oē peccatum omissionis est deterius quocūqꝫ peccato cōmissionis / nec ecōuerso. sed aliquod peccatū omissionis est deterius aliquo peccato commissionis: ⁊ ecōuerso aliquod peccatū cōmissionis est deterius ꝗ̄ aliquod aliud omissionis: ⁊ aliquod forte commissionis peccatū est equale alicui alteri peccato omissiōis. ¶Hec ꝓbatur. qm̄ illud peccatum est deterius isto modo ad qđ euitādum homo fortius obligatur: ⁊ illa sunt eque mala / ad que vitanda homo equaliter obligatur. sed nec ad quodcūqꝫ omissionis vitādū magis ꝗ̄ ad qđcūqꝫ ꝯmissionis / nec ecōuerso alquis obligatur: sed aliquod peccatum cōmissionis est ad qđ vitādū magis tenemur ꝗ̄ ad aliquod aliud: immo etiā ꝗ̄ ad qđcūqꝫ peccatū omissionis vt odiū diuinū. nullius etiā actus quātūcūqꝫ debiti omissio est tātū illicita quantū istius actus cōmissio. aliquod etiā peccatum cōmissionis illicitū magis est nō ꝗ̄ quodcūqꝫ sed ꝗ̄ aliquod tm̄ omissionis peccatum. sicut adulterium est clerico magis illicitum ꝗ̄ dimittere officiū: nō tm̄ ꝗ̄ quodcūqꝫ aliud omissionis peccatum. magis em̄ videt̄ illicitum omittere verba cōsecrationis pertinētia ad eucharistie sacramētum ꝗ̄ adulterium ipm̄. Ex quo apparet ꝙ etiā aliquod peccatū omissionis est deterius ꝗ̄ aliquod designatū peccatuꝫ / nō tm̄ ꝗ̄ quodcūqꝫ cōmissionis. etiam si repiatur aliqđ cōmissionis peccatū eque illicitum sicut aliquod aliud omissionis delictū / talia duo erūt equalia isto modo. ¶Quarta ⁊ vltima cōclusio est: ꝙ accipiēdo predicta cōmissionis ⁊ omissionis peccata virtualiter ꝓ reatu / ꝯsimiliter est dicēdū de eis vt sic sumptis sicut dictum est in p̄cedentibus de ipīs vt formaliter acceptis. ¶Hec appet ex p̄dictis in alia precedenti conclusione. ¶Sic ad questionē. ¶Ad rationē ī principio apparet solutio ex p̄dictis. nō minus em̄ malum: imo interdū deterius est bonū omittere ꝗ̄ actum indebitū exercere: cum etiā (vt dictū est) magis quandoqꝫ quis obligetur ad actum aliquē exercēdum ꝗ̄ ad aliquem alium vitandū. ⁊ ita magis est illicita omissio actus magis debiti ꝗ̄ cōmissio actus minus necessarij seu debiti. quare ⁊c.

Circa distinctionem trigesimāsextam / in qua Magister ostendit quomodo aliquando vnū et idem est pena ⁊ culpa: Quero primo: vtrum vnū peccatū sit pena alterius. ¶Et videt̄ ꝙ sic per Magistrū in litera hoc dicentem. ¶Contra. quia culpa ⁊ pena non possunt coincidere in idem: cum pena sit afflictiua hominis ꝓpter culpā. ergo nulla pena est culpa / nec econuerso. sed si vnū peccatū esset pena alterius / oīno idem esset culpa ⁊ pena. ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur. quia culpa nō est aliqđ positiuū sed priuatiuū. ecōuerso autē pena est aliquid positiuū non priuatiuū. ergo idem nō potest esse culpa ⁊ pena. quare ⁊c. ¶Responsio. vbi sic procedam. Primo enim inquirā: an vnum peccatum sit pena alterius qđ est quesitū. Scđo an vnū peccatuꝫ possit etiam esse causa alterius.

Quantum ad primū: est sciendum ꝙ pena est duplex. Est em̄ vna pena damni / ⁊ alia pena sensus. pena damni ē carētia boni possibilis punito. Hmōi aūt bonū cuius priuatio seu carentia est ipsa damni pena / est duplex. Est em̄ quoddā vtile ⁊ cōmodū: quia eiꝰ cuius est refectiuū: vt eternū p̄miū. ⁊ aliud nō sic cōmodum sed iustū ⁊ ad bonū p̄dictum cōmodum ordinatum vt oīs actus bonꝰ moraliter ⁊ sup̄naturaliter: qualiter est bonꝰ quādo ipm eliciens est in charitate existēs. Secūdum hoc igitur potest dici ꝙ duplex est pena damni. est em̄ vna que est carentia boni summe cōmodi vꝫ premij. ⁊ talis dicitur esse pena omnium damnatorum. alia autem est pena damni que est carentia boni iusti videlꝫ actus debiti: ⁊ talis pena est viatorū omniū reproborꝫ. Pena aūt sensus potest dici vīr oīs pena siue ad sensitiuā siue ad intellectiuā ptinens positiua / ⁊ puniti cuius est realiter afflictiua. ¶ Secūdo etiā est aduertendū: nō eē intelligendū ꝙ questio ista intēdat querere an vnum peccatū sit pena alterius ꝓprie loquēdo: modo quo pena nō est nisi puniti: ⁊ ꝑ ipsam afflicti. constat em̄ peccatum nō puniri / nec esse punibile isto modo. sed quia pena vt hic de ipso agitur non est nisi creature rōnalis: cui etiam nō debetur pena nisi ex culpa. Ideo questio itēdit querere an vnū peccatū sit pena alterius hoc est hoīs propter alterū peccatū: vt vꝫ scd̄m peccatū puniat hominem ꝓpter primum.

His premissis duobus: pono pro solutione q̄stiōis q̄tuor ꝯclusiōes. ¶ Prima est: ꝙ oē pctm̄ est peccātis pena dāni sūpta ꝓ carētia boni iusti: nō aūt ꝓ carētia boni ꝯmodi puta p̄mij sempiterni. ¶ Hec appet quantū ad primā ptem: vꝫ ꝙ sit pena damni ꝓ carētia iusti. qm̄ nullum peccatū vt formaliter sumptū est aliud q̄ talis carentia. oē em̄ omissionis pctm̄ est formaliter priuatio actus debiti. peccatū aūt cōmissionis est priuatio rectitudinis ipsius actus. sed nulla talis priuatio est aliud q̄ carentia boni iusti. oē em̄ homini scd̄m deum et rectū rationis iudiciū debitū est iustum / ⁊ cuiuscūq; talium priuatio est iniusta. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ sicut carentia seu priuatio cuiuscūq; naturalis pfectionis / vt cecitas / est pena naturalis cuiuscūq; tali pfectione priuati: ita ⁊ priuatio moralis pfectionis est etiā pena moralis cuiuscūq; tali perfectione priuati: ⁊ ad ipsam apti. Sed oē peccatū siue cōmissionis siue omissionis est priuatio moralis pfectionis debite peccanti. g̃ ⁊c. ¶ Scd̄a pars cōclusionis: vꝫ ꝙ peccatū nō sit carentia illius cōmodi supradicti / apparet. qm̄ cū oē peccatū vt formaliter sumptū sit aliquo modo voluntariū ⁊ in peccantis potestate / ꝑ ꝯn̄s peccatū est priuatio seu carētia solius illius qd̄ est naturaliter in potestate peccātis. nullꝰ em̄ peccat quia caret aliquo qd̄ nō potest habere. sed illud cōmodum / vꝫ p̄miū / nō est in potestate hoīs: sed tm̄ dei omnipotentis. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si instetur ꝯtra maiorem rationis p̄dicte de gratia cuiꝰ priuatio est mortale peccatū: cum tm̄ gratia ipa non sit in hoīs potestate quia hoc falsum est. licet em̄ ꝓpter qd̄cūq; mortale peccatum gratia ipa homini subtrahatur: nō tamē aliquod peccatū vt formaliter sumptū est priuatio gratie nec glorie: sed vel actꝰ homini possibilis vt peccatū omissionis vel eius rectitudinis sicut peccatū cōmissionis. q̄re ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est: ꝙ nullum peccatū est pena peccantis sensibiliter nec qualitercūq; aliter realiter afflictiua. ¶ Hec apparet. qꝛ oīs pena puniti realiter afflictiua est aliquod positiuū puta dolor si est pena sensus proprie sumpta / vel tristitia si est pena ptinens ad intellectiuū appetitum. sed nullum peccatū formaliter sumptum dicit aliquid positiuū: sed tm̄modo priuatiuū: vt in p̄cedentibus est ostēsum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ omnis pena puniti iusti realiter afflictiua est a deo: ⁊ supponit in punito culpā. sed nec aliquod peccatū vt sumptū formaliter est a deo: nec quodcūq; vnū necessario supponit alterum i punito. ergo ⁊c. ¶ Sed nūquid peccatum cōmissionis saltē vt sumptū materialiter quātū ad actum substratū / pōt dici pena peccātis isto mō? ¶ Ad hoc dicēdum est ꝙ nō. quia peccatū cōmissionis sumptum materialiter est actus libere electionis. sed talis electio siue sit discors dictamini rationis recto vt in peccante ꝑ malitiā vel īpotētiā: siue concors dictamini obliquo ⁊ falso: vt in peccāte ꝑ ignorātiā vel similātiā seu imprudentiā: nō est peccātis sic eligentis afflictiua: sed magis ipsi placibilis ⁊ accepta. nullius em̄ hoīs grati ⁊ accepti electio siue volitio est eligentis afflictio sed cōsolatio. Sed oīs quātūcūq; mala electio est eligenti grata et accepta. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc forsitan arguet̄: quia in quocunq; eligente male ⁊ indebite contra dictamen rationis rectū est remorsus cōscientie. sed cōstat ꝙ talis cōscientie remorsus est realiter hoīs afflictio. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ licet assumptū sit verum: non est tn̄ cōtra ꝓpositū. qm̄ hmōi cōscientie remorsus non est malus electionis actus. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ vnū peccatū potest dici pena alterius peccati eiusdē speciei. ¶ Hec declaratur. qm̄ oīs pena peccantis cuius pene occasio est peccatū / potest dici sicut ⁊ est pena peccati. ¶ Hoc appet. quia nec aliquo alio modo aliqua pena etiā a deo peccāti inflicta dicit̄ peccati pena. nō em̄ est pcti pena vt puniti sed vt cause seu erroris pena: que ē pctōris vt puniti. sed om̄e pctm̄ est pena damni cuiuslibet peccatoris vt patuit ex p̄dictis. ergo omne pctm̄ potest dici pena illius qd̄ fuit occasio eius. sed vnū pctm̄ est occasio alterius peccati eiusdē ratiōis sicut em̄ vnus actus virtuosus est occasio alterius: quia facilitat ⁊ inclinat potētiā ad alterū eiusdem rationis secum: ita de actibus vitiosis ꝯsimiliter est dicēdum. quare ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie: ꝙ nūq̄ pctm̄ p̄sens dicitur pena sequētis: sed econuerso pctm̄ sequens pena dicit̄ p̄cedentis. ¶ Hoc appet. qm̄ nūq̄ pctm̄ sequēs est occasio p̄cedentis / sed econuerso p̄cedens sequentis. quare ⁊c. ¶ Sed forte ꝯtra hoc arguetur. qꝛ aliquando ꝓpter vnū pctm̄ quis ꝯmittit alterum: vt ꝓpter adulteriū homicidiū. ergo adulteriū licet posterius est causa ⁊ occasio homicidij p̄cedentis / ⁊ ꝑ ꝯsequēs pena eiusdem. ¶ Respondeo: ꝙ in ꝯmittente vnū pctm̄ ꝓpter alterū vt homicidiū ꝓpter adulterium / licet adulteriū vt in facto exteriori sequit̄ homicidiū: vt in voto tm̄ interiori p̄cedit ipm. vt autē est in voto interiori / hꝫ rōnē peccati ꝑ se: non aūt vt in facto exteriori nisi vt ad votū aīe ꝯparato. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est: ꝙ etiam vnū pctm̄ potest dici pena alterius ab ipo specie differētis. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ etiā vnū pctm̄ est occasio alteriꝰ ab ipo specie differentis / licet nō ita directe sicut alteriꝰ peccati eiusdē speciei. licet em̄ nullus actus quātūcūq; frequentatus inclinet potentiā frequētātē ipm ad actū alterius speciei: tm̄ quia ꝓpter quodcūq; pctm̄ mortale amittitur gratie dei donū: quo amisso homo facilius labitur in aliud peccatū: nō tm̄ eiusdē speciei cum priori: sed ēt alterius speciei ab ipo: ideo isto modo p̄cedēs pōt dici occasio subsequētis: licet a p̄cedēti specie differētis. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur ꝑ Isidor. 2. li. de sum. bo. c. 39. dicentē ꝙ deus occultā superbiā vindicat ꝑ manifestam luxuriam. Hoc aūt non est intelligendum sic ꝙ peccatū luxurie superbie vindicatiuū seu punitiuū sit a deo effectiue: sꝫ tm̄modo ꝑmissiue. ꝓpter peccatū em̄ occulte superbie deus subtrahit donū sue gratie: quo subtracto ꝑmittit superbum non iuuando cadere in luxurie manifestum delictū: quo punitur non tm̄ pena damni priuatiua sed pena etiā positiua ꝓpter ruborem tali peccato annexum. nō tn̄ hoc est cōtra secūdā ꝯclusionē: in qua fuit dictū ꝙ nullū peccatū est pena peccantis realiter afflictiua. qm̄ rubor ille vindicatiuus superbie non est ipa luxurie culpa formaliter sumpta / sed eius sequela. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundū: vbi est videndum an vnū peccatum possit dici causa alterius / apparet aliqualiter ex p̄cedentibus quid dicēdum. Licet enim nullū peccatum sit / nec esse possit causa alterius ꝓprie loquēdo: cum solus peccans in cuius libera potestate est peccatū / sit causa eo modo quo peccās dicit̄ eē causa suorum omniū peccatorum: tamen quasi modo cōsimili sicut remouens ꝓhibens aliquid dicitur causa eius vt aperiēs fenestram causa illuminationis domus: ita aliquo modo vnum peccatum potest dici causa alterius. quoniam omne aliquo modo remouens ꝓhibens vel saltem aliqualiter impediens aliquod peccatum / potest dici causa ipsius si eueniat isto modo: puta sicut aperiens fenestram dicitur causa illuminationis domus. sed gratia superna ⁊ si non ꝓhibet peccatum / saltē aliquo modo impedit: quia iuuat hominē ad repellendum ipsum. hmōi autem impeditiuum remouet non effectiue vt aperiens fenestram: sed demeritorie: quia ipsum remoueri ab homine ⁊ subtrahi meretur quodcūq; peccatum mortale. peccatum ergo ipsuꝫ potest isto modo dici causa omniū sequētium aliorum. ¶ Ex quo apparet primo: ꝙ de alio et alio peccato dicitur pena ⁊ causa. primū enim mortale peccatum dicitur causa aliorum: nō autem pena. econuerso autē peccatum sequens dicitur pena p̄cedentis ⁊ non econuerso. ¶ Secūdo: ꝙ licet pena possit dici non tm̄ pctm̄ mortale sed etiam veniale: causa aūt peccati modo p̄dicto / vꝫ vt remouens prohibens seu remoueri promerēs / nō dicitur nisi de peccato tm̄ mortali. nec em̄ aliquod veniale peccatum est diuine gratie remotiuuꝫ. alio tamen modo etiam vnum peccatum veniale potest dici pena alteriꝰ. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex p̄dictis.

SEcundo quæro: vtrum pena culpe debita sit a deo. ¶ Et videt̄ ꝙ sic. quia omne ens positiuum est a deo vt a ꝓpria sua causa. nihil enim est possibile fieri sine deo ad ipsum agente. sed licet culpa formaliter sumpta non dicat nisi priuatiuū: vt patet ex p̄cedentibus: pena tamen culpe debita est aliquid positiuū. ergo ⁊c. ¶ Contra. qꝛ nulla culpa est a deo. sed aliqua pena culpe punitiua est culpa: vt patet ex dictis in q̄stione alia. g̃ ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic est ꝓcedenduꝫ. Primo em̄ est inquirendum q̄ pena cui culpe sit debita. Secūdo est respondendum ad quesitum: an vꝫ pena culpe debita sit a deo: an ab alio q̄ ab ipso.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ culparū alia dicitur mortalis / alia venialis. cuius ratio tangetur in distictione. 42. vbi agetur de numero et diuersitate omniū mortalium peccatorum. Culpe mortali non remisse in p̄senti debetur in sequenti pena: nō tamē omnibus culpis mortalibus equalis intēsiue: imo inequalis / licet sit equalis omniū extēsiue: quia eterna: qua nō potest esse aliqua maior extēsiue. Pena aūt debita culpe veniali siue in p̄senti siue etiam in sequēti est temporalis: que etiam debetur mortali culpe remittēde in presenti. nulla enim culpa in p̄senti remittenda punitur nisi pena aliqua temporali. ¶ Ista nō sunt demonstrabilia sed a quolibet catholico supponenda tāq̄ vera / ⁊ ꝑ scripturam sacram nota. Constat enim primo mortale peccatum ꝑpetua puniendum: ⁊ hoc in sequēti / nisi punitū fuerit i p̄senti pena aliqua temporali. quoniam cuicūq; peccato ꝓpter qd̄ tollitur gratia / debetur pena eterna. sicut enim omnis habens gratiam est ordinatus siue dispositus ad vitam eternam: quia gratia dei vita eterna: ita quodcūq; qd̄ tollit gratiam diuinam / disponit ad penam eternam: cum non sit dandum mediū in sequēti inter penam ⁊ gloriam. sed ꝑ quodcunq; mortale peccatū tollitur. ergo ⁊c. ¶ Secūdum: videlicet ꝙ peccato mortali puniendo in p̄senti / debeatur pena tm̄modo temporalis / apparet. quia secūdū sententiā sacre scripture ꝓpter nullum peccatum quātūcūq; grauissimū puniēdū deus exigit ab aliquo nisi ꝯtritionis gemitū īternū: quē non oportet esse eternū: sed sufficit eē etiam quasi momentaneuꝫ. quia quacūq; hora fuerit conuersus peccator / vita viuet ⁊ non morietur. sed omne quod sufficit ad vitaꝫ gratie recuperandam / sufficit ⁊ ad mortem culpe euadēdam. ergo cum temporalis pena videlicet penitētia sit peccatori in quocunq; peccato existenti sufficiens ad recuperādam gratiam: ꝑ ꝯsequens est etiam ipsi sufficiēs ad culpam quācūq; delendam. quare ⁊c. ¶ Tertiū: vꝫ ꝙ pena temporalis tm̄ debeatur peccato veniali siue in p̄senti remittendo / siue etiam in sequenti: ꝑ qd̄ distīguit̄ a pena debita mortali in p̄senti non remisso / appet. quoniam nulli peccato debetur etiam non remisso in p̄senti / pena eterna nisi illi ꝑ quod tollitur gratia superna sed ꝓpter nullum veniale peccatum tollitur alicui gratie sup̄ne donum. ergo ⁊c. ¶ Non est etiam intelligendum ꝙ sic debeatur pena temporalis peccato veniali sicut debetur mortali. quoniam sic debetur peccato mortali cuilibet pena aliqua tēporalis determinata: vꝫ supradicta: ꝙ nūq̄ sine ipa alicui in p̄senti remittitur talis culpa. peccato autem veniali maxime cuilibet vniuersaliter non sic debetur pena aliqua temporalis ꝙ nō possit remitti / ⁊ etiam sic de facto remittitur aliquādo sine ipa vt in quarto ꝓlixius ostēdetur. Nō etiā aliqua temporalis pena signata est necessaria ad remissionē omnis peccati venialis / sicut ad remissionem omniū mortaliū peccatorum: nec tanta pena temporalis debetur alicui peccato veniali quāta cuilibet mortali. Quāta autē pena sufficiat ad remissionē plenariam peccati mortalis ⁊ venialis / puto ꝙ soli deo sit notum. qꝛ nec hoc est in scriptura exp̄ssum. licet enim omnis contritio cordis ⁊ confessio oris sufficiant ad penam euadendam eternā: nō tm̄ ad plenariā remissionē habēdam: cum non omnis cōtritus ⁊ confessus sit ab omni temporali: sed tm̄ ab eterna culpe p̄cedenti debita pena absolutus. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: præmitto quatuor ad euidentiam dicēdorum. ¶ Primū est: ꝙ cū penarū alia sit simul culpa ⁊ pena: de qua dictum est in questiōe alia: ⁊ alia sit p̄cise pena ⁊ nō culpa: hic nō oportet loqui nec est questio de prima pena: que videlicet est culpa: quia de tali pena iam in p̄cedentibus est quesitū. sed tm̄ de pena alia que vꝫ nō est culpa sed eius punitiua. ¶ Secundum p̄mittendum est: ꝙ penarū de quibus hic est loquēdū / quibus peccata puniūtur / alie sunt voluntarie an̄cedenter vt assumpte ab ipsis punitis. alie tm̄ consequenter nō an̄cedēter vt inflicte eis: ⁊ tamen ab ipis patienter ⁊ voluntarie tolerate. alie sunt simpliciter ⁊ vniuersaliter inuoluntarie: quia nec assumpte sed inflicte eis / nec patienter seu voluntarie sed inuoluntarie taliter tolerate. Prime pene / videlꝫ an̄cedēter volūtarie / quia assumpte / sunt pene quas penitentes ad deū

conuersi assumunt siue interiores vt cordis contritio et oris confessio/ad quem sequitur rubor interius ⁊ confusio: siue exteriores vt alie pene corporales ab eis assumpte quibus corporaliter se affligunt. Pene autē voluntarie consequenter sunt (vt credo) pene existentium in purgatorio. non enim hm̄oi sunt in ipoꝝ potestate nec ꝑ consequens ab eis assumpte: sed inflicte. nō etiā videtur verisimile ꝙ sint ab eis inuoluntarie sed potius voluntarie tolerate. eorum enim voluntas nō est diuine voluntati discors: sed potius concors. et ideo cum sciant deum velle temporaliter eos pati/ꝓbabile est ꝙ ipi sint deo in hoc volito concordantes / ⁊ per consequens penam sibi inflictā cum patientia supportantes ⁊ voluntarie acceptātes. Voluntarie dico nō simpliciter: quia ad tale voluntarium nulla sequitur tristitia: sed potius letitia: cum tamen tristitia sit eorum pena. sed volūtarie secūdum quid/siue voluntario permixto cum nolūtario modo quo proijciēs merces in mare proijcit volūtarie. sicut enim talis vult proijcere vt possit euadere: tamen nollet si aliter euadere posset: sic in purgatorio existentes volunt penā quā sustinēt/ vt ipam deo esse acceptā sciunt. nollent tamen si aliter deus vellet. nollēt etiam ipam vt propter eam affligūtur ⁊ a gloria retardantur Vel etiam posset dici ꝙ tristitia iporum a deo eis inflicta est de peccatis vel de igne in quo existunt. actus aūt nolendi eorum est ipsius pene tristitia eis diuinitus inflicte: ad quem actum si sequatur in eis tristitia nullum est inconueniens. quoniam in eodem potest esse letitia ⁊ tristitia de diuersis: sicut in penitente est dolor seu tristitia de peccato/⁊ letitia de tristitia seu dolore. sciens eñ penitens per tristitiam puniri culpam: ⁊ se consequutum fuisse gratiam: potest de ipo habere letitiā. ⁊ ita cō similiter in proposito de existentibus in purgatorio posset dici. Pena etiam isto modo volūtaria forte est pena omniū damnatorū pro solo originali peccato. nō eñ est verisimile ꝙ tales murmurent cōtra diuinā sententiam non acceptando sed respuendo maxime simpliciter ⁊ totaliter penam damni eis debitam: quia tunc esset in eis perpetua tristitia: que nō est in eis ponenda sicut nec aliqua alia sensus pena: cum nulla fuerit in ipis culpa. Tertia pena que videlicet est simpliciter īuoluntaria/ est pena eterna aliorum omniū damnatoꝝ. ¶ Tertium ꝑmittendum est: ꝙ aliter est intelligendum penam damni priuatiuā in glorie carentia consistentem esse ab aliquo vt a causa: ⁊ aliter penam sensus/ ⁊ quācūꝙ aliā positiuā. quoniam pena sensus est realis effectus/⁊ ꝑ consequens est realiter ab aliquo vt a causa. Pena aūt damni cū nō sit aliud in re extra ꝙ̄ priuatio pura/ per consequēs nō potest esse ab aliquo isto modo. sed sicut priuatio dicitur esse in subiecto: qꝺ nō est aliud ꝙ̄ dicere habitum ipsi oppositum non esse in eo: ita penā damni vel quācūꝙ priuationem esse ab aliquo est dicere habituꝫ ipsi oppositū non esse ab eo. sicut tamen priuatio vt cecitas nō dicitur esse ī quocunꝙ subiecto in quo nō est habitus: sed precise in illo in quo non est / qꝺ tamen est aptum natum habere ipsum: ita nec priuatio dicitur esse effectiue a quocunꝙ a quo non est habitus: sed precise ab illo a quo nō est ⁊ tamen esse potest. ¶ Quartum ⁊ vltimū ꝑmittendum est: ꝙ penam sicut ⁊ aliā rem quācūꝙ esse a deo/ potest intelligi dupliciter: quia vel ꝙ sit ab ipo totaliter sic ꝙ ad eam non operetur aliquid aliud nisi deus. vel ꝙ sit ab ipo partialiter/ sic ꝙ ad ipam concurrat cum deo aliqua causa alia effectiue.

His premissis: pono respondendo ad questionem/tres cōclusiones. ¶ Prima est: ꝙ pena culpe debita qua mediante ipa culpa primo remittitur in presenti/est a deo nō totaliter sed partialiter. ¶ Hec apparet. quoniam pena qua culpa mortalis primo in presenti remittitur/est dolor seu tristitia existēs in potestate penitentis. sed omne qꝺ est in hominis potestate vt sibi seu anime insit vel non / est ab ipo partialiter effectiue. Dico autem partialiter: quia suppono ex dictis in precedentibus deum ad omnem effectum cuiuscunꝙ cause secūde ꝯcurrere cū ipa ꝑtialiter effectiue. Ex quo pōt ad propositum argui sic in forma. omnis effectus secunde cause est a prima partialiter effectiue. sed pena qua culpa mortalis ⁊ quecunꝙ alia venialis primo remittitur homini penitenti/est a penitente cui remittitur voluntarie assumpta/⁊ per consequēs ē eius effectus ꝑtialiter licet dei principaliter. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q: nulla penitentia est fructuosa nec culpe remissiua nisi volūtarie sit assumpta: vel inflicta/voluntarie tolerata. sed penitētia qua remittitur mortalis culpa/ nō est inflicta seu homini impressa. quoniam talis exigit cum sit tristitia de peccato actum respuendi ipsum talem. talem autem actum voluntatis deus communiter non imprimit seu efficit sine penitente ad ipsum causaliter operante. sed operans ad actum huiusmōi antecedentem operatur etiam ad tristitiam ꝯsequētē: supposito ꝙ ab actu hm̄oi sit distincta. quare ⁊c. ¶ Est tamē aduertēdum ꝙ cōclusio supradicta est de pena debita peccato mortali magis ꝙ̄ de pena debita veniali intelligenda. tū quia omni peccato mortali debetur pena: non autem omni peccato veniali vt sic necessario alicui ꝙ nō remittatur aliquando etiam de facto absꝙ aliq̄ pena. tum quia etiam mediāte pena inflicta a punito voluntarie tolerata potest remitti alicui (⁊ sic sepe factum esse credendum est) omnis culpa venialis ipius. nulli autēꝫ deus statuit remittere nec vnꝙ̄ remisit in ꝑsenti culpam aliquā mortalem nisi mediante contritionis gemitu penitentis: qui gemitus est eius effectus. quare ⁊c. ¶ Tūc autem culpa mortalis in presenti remittitur primo quando pena eterna ipsi debita commutatur in aliquam temporalem: vel omnis tā eterna ꝙ̄ tēporalis primo totaliter relaxatur. Tūc aūt secūdo/ quando pena temporalis in quā eterna fuit mutata dū ipa culpa extitit primo remissa/diminuit̄ seu remittitur vel totaliter dimittitur. Hoc autem potest fieri et sic sepe fit de facto vel absꝙ pena ꝓpter aliqua bona opera non penalia: vel mediante pena inflicta ab ipo cui infligitur voluntarie tolerata ⁊ gratanter accepta. Et hoc est ꝓpter qꝺ dicitur in conclusione ꝑdicta ꝙ pena culpe debita qua mediante remittitur in ꝑsenti culpa: nō q̄litercūꝙ sed ꝑmo est a deo non totaliter sed ꝑtialiter. loquēdo eñ ī de remissiōe culpe facta nō ꝑmo sed secūdo/ potest contingere alicui quia talis remissio bene fit quandoꝙ ꝑ penam que est a deo totaliter saltem ꝑmissiue: ⁊ nullo mō a punito. Quomō autē ista sint intelligēda/ in quarto in materia de penitentia ꝓlixius declarabitur. ¶ Secūda conclusio est: ꝙ nulla pena culpe debita positiua: qua mediante punitur in sequenti aliquis pro ipa/ est ab ipo punito. ¶ Hec probatur. quia pena quecunꝙ que est effectiue a punito / est in eius potestate. sed nulla pena qua punitur aliquis alicubi pro culpa aliqua in sequenti est in ei⁹ potestate: vt videlicet si vellet suspendere eam posset. ⁊ hoc est ꝓpter qꝺ scꝺm communiter loquentes minorem penam factam in ꝑsenti deus acceptaret ꝓ remissione plenaria culpe ꝙ̄ in sequēti: videlicet quia in presenti est in hominis potestate/et ideo efficacior: non autē in sequenti. quare ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie: ꝙ omnis pena positiua qua punitur quilibet in sequenti vel in purgatorio vel in inferno/ est totaliter a deo: nisi dicatur ꝙ sit partialiter ab obiecto puta ab igne vel a quocunꝙ alio obiecto considerato ⁊

volito: vel ab ipso actu considerandi siue intelligendi. ¶ Hoc apparet. qm̄ pena cuiuscunꝙ puniti positiua in sequenti est tristitia vel dolor. sed nec dolor nec tristitia potest esse effectiue nisi vel a deo vel a doloris ⁊ tristitie subiecto vel ab eius obiecto / vel secundum aliquos ab actu intelligendi/ vel secundū alios ab actu volūtatis ad quem immediate sequitur tristitia vel letitia/et ab actu appetitus sensitiui ad quem secundum eos immediate sequitur dolor ⁊ delectatio. sed nec dolor nec tristitia punitorum in sequenti est effectiue ab ipsis damnatis. ergo ⁊c. ¶ Sed forte ad rationem factam probantem conclusionem predictā responderent aliqui dicentes ꝙ dolor non est in potestate dolentis/ obiecto sibi existente pn̄ti et disconuenienti: sicut nō est in potestate hominis nec alicuius alterius animalis in igne existentis nō dolere nisi añcedēter: supposito ꝙ possit a se ignē remouere. nec tamen ex hoc sequitur ꝙ dolor hm̄oi non sit effectiue a dolente. sed in potestate damnatorum vel in purgatorio existentium non est obiectum sensibile disconueniēs eis presens a se remouere. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ licet assumptū sit verum: puta ꝙ puniti in sequenti non possint a se repellere obiectum disconueniens eis presens: ex hoc non sequit̄ qꝺ infertur. ¶ Primo: quia si ꝙ damnati essent in celo/non minus dolerent ⁊ tristarentur ꝙ̄ in inferno/ sicut nec beati minus cōsolarentur ⁊ gauderent in inferno positi ꝙ̄ in celo. sed si dolor esset ab eis vel ab obiecto effectiue non necessario esset in ipsis obiecto disconueniēte sensibili separato ab eis. ergo ⁊c. ¶ Secūdo. quia dolor vt a tristitia est distinctus non potest esse naturaliter in anima separata: sicut nec actus aliquis sentiēdi. ꝙ̄ si est/ opertet ꝙ supernaturaliter tm̄ sit a deo. ¶ Tertio. quia ab eodem videtur eē tota pena positiua omniū damnatorū ⁊ quorūcūꝙ aliorum punitorum in sequenti. sed tristitia nō est ab aliquo ipsoruꝫ: cum non sit in potestate eorum consequēter nec etiam antecedenter. ergo ⁊c. ¶ Quarto. quia sicut totū premiū beatorum est tm̄ a deo non ab aliquo alio: ita cōsimiliter videtur esse dicendum de omni pena et miseria punitorum. non enim est probabile ꝙ ibi aliquis maxime damnatus puniat effectiue magis ꝙ̄ bonus premiet semetipsum. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ pena damni priuatiua omniū damnatorum siue pro peccato actuali siue tm̄ pro reatu originali /est a deo totaliter effectiue. ¶ Hec probatur. quoniam illud est a deo isto modo: videlicet totaliter/ qꝺ est a solo ipo ⁊ a nullo alio effectiue. sed pena damni consistens in priuatione glorie dei est huiusmodi. ergo ⁊c. ¶ Minor probatur. quoniam a solo illo ⁊ a nullo alio dicit̄ effectiue omnis priuatio cui est possibilis habitus qui priuatur. sed visio ⁊ fruitio beatifica dei: quorum priuatio est pena damni /nulli est possibilis causaliter nisi deo. ergo ⁊c. ¶ Ex predictis apparet ꝙ omnis pena culpe debita qua punitur aliquis ꝓpter ipsam est a deo vel partialit̄ vt positiua pena qua punitur aliquis in presenti: vel totaliter: vt tota pena tam positiua ꝙ̄ etiam priuatiua qua punitur quilibet in sequenti: ⁊ pena etiam priuatiua: puta gratie carentia qua punitur ois peccans primo mortaliter in presenti. sicut eñ gloria cuius carentia est punitio in sequēti: ita ⁊ gratia cuius carentia punitur pro primo mortali peccato quilibet in presenti/est soli deo possibilis effectiue. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex predictis.

Distinctionis trigesimæseptimę Quæstio Prima.

Circa distinctionem trigesimāseptimā/in qua Magister recitat ⁊ ꝑtractat opinionē quorūdam dicentiū oēs actus inquātū sunt act⁹/bonos esse ⁊ a deo existere effectiue: Quero primo hoc: vtrum omnis actus malus inquātum actus sit a deo. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia omne ens positiuum est a deo. sed oīs actus licet malus inquātum actus est vnū ens ⁊ realis. ꝙ̄ ⁊c. ¶ Contra. quia deus non operatur in aliquo qꝺ nō vult fieri ab ipo. sed multi actus multis interdicuntur a deo quos per consequens ipe nō vult fieri ab aliquo iporum ergo ad nullum talem actum producendum cooperatur alicui eorū/nec per consequens aliquis talium est a deo. ¶ Responsio. Ad cuius euidentiam primo premittam aliquid ad questionis proposite intellectum. Secūdo dicam ad quesitum.

Quantum ad primum: videlicet ad habēdum questionis ⁊ eius solutionis intellectū/est sciēdum ꝙ cum actus malus moraliter seu culpabiliter (de quali malo hic tm̄ queritur) dicat actum ipsum positiuū substratum ⁊ eius culpam malitiam seu mortalem: que non est vt suppono ex precedentibus/aliquid positiuum per consequens cum queritur an actus malus inquantum actus sit a deo: queritur de actu accepto scꝺꝫ se absolute: modo quo nec est bonus moraliter nec malus: circūscripta illa priuatione rectitudinis sibi debite seu carentia que est formaliter ipa culpa. Hoc autē modo accipiendo actum/dupliciter potest intelligi ipsum esse effectiue a deo: quia vel ꝙ esset ab ipso vt a causa totali/ sic ꝙ ad ipsum nulla causa secunda operetur: vel ꝙ esset ab ipso partialiter/sic ꝙ ad ipsum partialiter concurreret secum aliquod agens creatum. ¶ Hec de primo articulo.

Quantum ad secundū: vbi est respōdendū ad quesitum/pono tres conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ actus culpabiliter malus inquantum actus /non potest esse a deo totaliter. ¶ Hec probatur. quia nullus dei effectus totalis potest esse culpabilis. ¶ Hoc apparet ex ꝑcedentibus: in quibus probatum est ꝙ deus peccare non potest nec aliqua culpa ab ipo existere effectiue. sed actus de quo queritur supponitur esse culpabilis licet enim dicendo actum malum inquātum actū/circūscribimus culpam per intellectum: ⁊ accipiamus seu cōcipiamus precise ipsius actus absolutam substātiā: supponimus tamen actum ipsum licet intelligibiliter vel mentaliter sic acceptum culpe siue morali malitie realiter esse coniunctū. ¶ Hoc apparet in euidenti exemplo quādo enim dicitur: homo albus inquātum homo est risibilis: cōstat ꝙ ꝓpositionis subiectum qꝺ est homo albus de quo predicat̄ risibile/ꝑsupponit hominē realiter esse albū. non enim ꝓpter reduplicationē homini tm̄ appositā excluditur ab eo realiter albedo: sed tm̄ significatur ꝙ ratio verificādi ꝑdicatū qꝺ est risibilis de hoīe nō est ipa albedo sed homo. ergo consimiliter in ꝓposito cū dicitur actus malus seu culpabilis est a deo/propter ly inquantum actui additū non excluditur culpa ab ipso imo supponit̄ ꝙ sibi actualiter inexistat: sed tm̄ significatur ꝙ hoc ꝑdicatū qꝺ est esse totaliter a deo/verificet̄ de ipo actu ratione sue substātie nō ratione sibi inexistētis culpe. ergo cum nullus solius dei effectus possit esse culpabilis: ⁊ talis actus supponatur culpabilis: sequit̄ ꝙ non potest esse a deo effectiue. ¶ Confirmatur. q: aut

actus de quo queritur supponitur realiter ab omni cul-
pa eē imunis: aut culpabilis. Si primū: nō oportet hic
querere an talis act⁹ possit esse nec an sit a deo. quia ꝓ-
batum est in precedētibus ꝙ omne possibile possit fieri
a deo totaliter sine quocūq; agente alio ꝑtialiter cōcur-
rente. ꝓbatum est etiam superius ꝙ prima causa cōcur-
rit de facto ad omnē cuiuscūq; cause secūde actū princi-
paliter effectiue/ ⁊ ita ꝑ cōsequēs cōstat talē sic sumptū
actū sine omni culpa esse a prima causa sicut omnē aliā
rem creatam. Si aūt ponatur secūdū: vꝫ ꝙ talis actus
de quo queritur an sit a deo/ sit culpabilis: cū oīs act⁹
culpabilis sit alicuius illoꝝ a quibus est. nec enī culpa
formaliter sumpta est ab alio ꝗ ab illo a quo est actus si
est culpa cōmissionis. ergo culpa que supponitur esse in
isto actu/ oportet ꝙ sit ab aliquo. sed nō potest eē ab alio
ꝗ ab illo a quo dicitur esse actus. ergo si actus ipē est a
deo tm̄modo ⁊ non ab aliquo alio effectiue / sequitur ꝙ
culpa ipā accepta formaliter sit ab eo. hoc autem est fal
sum vt apparet ex p̄cedētibus. ergo ⁊c. ¶ Preterea ar-
guo sic ad idem. nullus actus est culpabilis quidditati-
ue per se/ sed tm̄ denominatiue ⁊ extrinsece/ vꝫ ratione
alicuius circūstantie sibi debite qua priuatur. ¶ Ex hoc
in p̄cedētibus declarato pōt ad ꝓpositū argui sic in for-
ma. act⁹ cui nihil sibi debitū pōt deficere nec aliq̄d īde-
bitū inexistere/ nō potest culpabilis esse. sed oīs actus
a solo deo nō ab aliquo alio agēte ꝓductus est talis. er-
go nullus ab ipō ꝓductus totaliter pōt esse culpabilis
nec deformis moraliter. quare ⁊c. ¶ Minor ꝓbaẗ. qm̄ si-
cut nullius actus omissio vel priuatio est indebita/ nec ꝑ
ꝯn̄s culpa aliqua nisi in ordine ad agens qḋ est ad actū
hmōi obligatū: ita nulli⁹ act⁹ carētia seu priuatio circū-
stātie alicuius est actui indebita nisi vt actus ipē ꝓdu-
citur ab agente qḋ est ad ꝓducendū ipm̄ taliter puta sic
circūstātionatū ⁊ nō aliter obligatū. sed p̄mū agēs nō est
ad ꝓducendū aliquē actum sibi possibilē taliter magis
ꝗ aliter obligatū. ergo nulli actui vt ab eo ꝓducto po-
test aliquid indebitū inesse nec debitum deesse: cū nihil
sit nec esse possit debitū ipsi nec indebitum vt ad agens
hoc cōparatur. quare ⁊c. ¶ Cōfirmaẗ. quia si actus ali-
quis culpabilis inquantū actus totaliter est a deo: aut
culpa ab actu ipō distincta vt priuatio a subiecto est ab
aliquo aut a nullo. Sed non potest poni secundū. omnis
eñ priuatio dicitur esse ab aliquo effectiue eo modo quo
cōceditur existere in aliquo subiectiue. ergo relinquitur
primū: vꝫ ꝙ sit ab aliquo. Quero a quo? aut eñ est ab
aliquo agente creato vel ab increato. sed nō pōt poni pri-
mū. qm̄ nullius actus culpa formaliter sumpta ꝓ priua-
tione ipā est nisi ab illo agente a quo est actus rectitudi-
ne sibi debita spoliatus. talis autē actus nō est vt suppo-
nitur/ ab aliquo agente creato. ergo relinquitur scḋm
vꝫ ꝙ culpa hmōi sit a deo. hoc autem est falsum ⁊ im-
possibile: cum culpa ista sit priuatio alicuius que non po-
test esse nisi ab agente ad illud dandum actui obligato
qualis non est deus. ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio est:
ꝙ omnis actus malus moraliter seu culpabiliter est in-
quantum malus a causa secunda puta a voluntate crea-
ta totaliter/ ⁊ inquantum actus partialiter. ¶ Hec ap-
paret quantum ad primam partem. quia culpa non po-
test esse a prima causa. ergo oportet ꝙ sit totaliter a se-
cunda. ¶ Secunda pars sequitur corollarie ex conclu-
sione predicta. omne enim qḋ nō potest eē totaliter a pri-
ma causa oportet si est ꝙ sit partialiter a secunda cau-
sa: cum nec etiam possit esse aliquid totaliter a secunda.
quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ actus malus seu cul-
pabilis inquantum actus potest esse ⁊ sic est de facto a
deo partialiter. ¶ Hec apparet. quoniā omnis effectus
positiuus ⁊ realis cause secunde est effectus etiā cause
prime. ¶ Hoc apparet. quia (vt ꝓbatum est in preceden-
tibus) nihil potest esse ab aliqua causa secunda sine pri-
ma cum ea causaliter cōcurrente. sed omnis actus ma-
lus moraliter vel bonus inquantum actus est realis effe-
ctus cause secunde: cum (vt probatum est in alia conclu-
sione) actus malus non possit esse totaliter a prima cau-
sa. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q2 qḋ verificatur de aliquo se-
cundū se absolute sumpto/ verificatur etiam de ipō sum-
pto cum quocūq; sibi actualiter copulato: licet illud ipsi
coniunctum non sit ratio verificandi de eo ipō p̄dicatū.
¶ Hoc apparet in exemplo tam in diuinis ꝗ etiam in
creatis. sicut enī generari a patre ab eterno verificatur
de dei filio secundum se absolute: ita etiam verificatur
de eo sumpto cum homine ipsi nouiter coniuncto. nō mi-
nus enim ista est vera ⁊ catholice concedenda/ dei filius
hō factus est a patre genit⁹ ab eterno ꝗ verbū ipm̄. idē
appet in creatis. non minus enim ista est vera hō albus
est risibilis/ ꝗ ista: hō est risibilis. licet enī homo nō sit
ratio verificandi generari ab eterno de dei filio: nec albe-
do risibile de homine: nullum tamen istorum specificās
subiectum propositionis cui additur impedit verificari
de ipso quod est verum de eo absolute sine tali specifica-
tione siue determinatione accepto. Sic igitur appet il-
la maior assumpta. Sed esse partialiter effectiue a deo/
verificaẗ de quocunq; effectu secunde cause vt absolute
sumpto/ ⁊ per consequens de actu positiuo culpabili de-
formitati substrato. ergo ⁊ de ipso sumpto cū quocunq;
positiuo vel priuatiuo sibi actualiter copulato: licet nō
quodcunq; talium sit ratio verificandi ipsum de eo/ nec
etiam sit a deo. ergo cum cuicunq; actui positiuo acci-
dit ꝙ sit culpabilis/ quia omnis actus potest esse bo-
nus/ vel saltē sine omni culpa/ sequitur ꝙ sicut esse a deo
verificatur de omni actu voluntatis create vt absolute
accepto: ita etiā verificabitur de eo vt ꝑ culpabile ma-
lum determinato: licet huiusmodi maluꝫ culpe non sit a
deo/ nec ratio verificandi p̄dicatū predictum: videlicet
esse a deo de actu ipso. quare ⁊c. ¶ Sed contra predicta
forsitan arguetur. videtur enim ꝙ ista conclusio contra-
dicat prime. quoniam omne qḋ potest esse a deo median-
te aliqua causa secunda secum coagente/ potest etiā fie-
ri ab ipso solo totaliter omni causa alia circūscripta. sed
secundum istam conclusionem actus malus inquantum
actus potest esse ⁊ sic est de facto a deo partialiter. ergo
et totaliter: qḋ est contra primam conclusionem. ¶ Ad
hoc dicendum ꝙ maior est vera ⁊ minor. nec tamen sequi-
tur conclusio que inferẗ. quia minor male ⁊ indebite sub
maiori accipitur: et ideo medium variatur. maior enim
que dicit ꝙ omne in qḋ potest deus per alium siue alio
mediante/ potest etiam per seipsum tm̄ vera est de quo-
cunq; possibili positiuo/ pro quo precise distribuit hoc si-
gnum vniuersale oē. sed minor subsumpta que dicit actū
malum inquantum actum esse partialiter a deo/ non ac-
cipit tale ens possibile quale acceptū fuerat ī maiori: cū
malum culpe quod addit actui non sit aliquid positiuū:
sed priuatiuum deo impossibile vt sepius fuit dictum.
quare ⁊c. ¶ Si forte dicatur ꝙ licet minor ista in subie-
cto apponat malum qḋ est priuatiuū: tamen reduplicat
actum positiuum de quo predicat predicatum qḋ est eē
a deo partialiter: ¶ Respondeo ꝙ non valet. quoniam
vt fuit dictum superius/ licet actus positiuus sit redu-
plicatus/ tamē supponitur esse malus culpabili malitia
que non potest esse nisi tm̄ a causa secunda. quare ⁊c.
Uel potest dici breuius ꝙ minor predicta potest habere
duplicem intellectum. quando enim dicit ꝙ actus ma-
lus inquantum actus est partialiter a deo/ aut intelli-
git ꝙ omne partialiter a deo verificetur tam de actu ꝗ
de culpa. et sic est falsa. quia culpa nec totaliter nec par-

tialiter potest esse a deo: aut ꝙ tm̄ verificetur de actu re-
duplicato: ⁊ sic est vera: sicut ista/ verbū humanatū in-
quantū verbum est a patre. Ex ista tamen minori sic in-
tellecta: non sequitur nisi ꝙ esse totaliter a deo possit
verificari de ipso actu. qḋ ⁊ veruꝫ est. potest enim omis
actus quātūcūq; moraliter pessimus ⁊ culpabilis eē to-
taliter a deo. quando tamen erit ab ipso: non erit in aliq̄
culpabilis nec deformis. vnde sicut ista / albuꝫ pōt esse
non album vel nigrum/ vel sedens potest currere/ est ve-
ra in sensu diuisionis: non autem in sensu compositiōis
ita ⁊ de ista/ omnis actus malus seu culpabilis potest
esse a deo totaliter / consimiliter est dicendum. ¶ Et si
queras: cū culpa non sit nec esse possit a deo magis par-
tialiter ꝗ totaliter: quare magis concediẗ ista/ act⁹ ma-
lus inquantum actus est a deo partialiter: ꝗ ꝙ est ab
ipso totaliter: Respondeo ꝙ huius ratio potest eē. quo-
niam licet esse a deo partialiter non verificetur de cul-
pa magis ꝗ esse ab ipso totaliter: tamen verificatur de
ipso actu positiuo substrato reduplicato: qui supponiẗ
esse malus ⁊ culpabilis: licet de culpa ipsa nō verificeẗ
p̄dicatū ipsuꝫ qḋ est esse a deo. sed actus existēs a deo to-
taliter/ nō potest esse malus culpabiliter: sed bene act⁹
qui est ab ipso partialiter: cuꝫ ad esse tale concurrat cau-
sa secūda: a qua sola non a prima potest actus esse cul-
pabilis seu deformis. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem.
¶ Ad rationem in principio dicenduꝫ: ꝙ licet de⁹ actū
quem alicui interdicit non velit ab ipso fieri voluntate
beneplaciti/ vult tm̄ ꝑmissiue. sed ipse nō tm̄ operatur
ad effectum quem acceptat: sed etiam ad omnem effe-
ctum positiuum ⁊ actum quēcunq; aliuꝫ quem permit-
tit. quare ⁊c.

Secundo quero. vtrum act⁹ ma-
lus moraliter inquantū malus possit esse a
deo. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄ a quo potest esse
bonuꝫ moraliter/ ⁊ malū. sicut eñ idē est sub-
iectum receptiuum actus boni ⁊ mali moraliter: ita et
principium productiuum. sed omnis actus moraliẗ bo-
nus potest esse a deo tam inquantum actus ꝗ etiam in-
quantum bonus. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. quia nullum pecca-
tum potest esse a deo. sed in quocūq; actu moraliter ma-
lo consistit peccatum commissionis. ergo ⁊c. ¶ Respō-
sio. vbi est videndum Primo quesitum: an vꝫ act⁹ ma-
lus inquantum malus possit esse dei effectus. Secūdo
oppositum huius/ vꝫ an actus moraliter bonus īquā-
tum bonus moraliter possit esse a deo causaliter.

Quantum ad primum: apparet ex sæ-
pe declaratis in precedentibus quid dicendū. Ab illo
eñ est culpa actus a quo est ipse actus inquantum cul-
pabiliter malus. sed a deo non potest esse aliqua culpa.
ergo nec actus malus culpabiliter inquantū malus po-
test esse a deo totaliẗ nec partialiter sicut nec culpa ei⁹.
¶ Confirmatur. quia cum dicitur actus malus inquā-
tum malus/ ly inquantum non potest accipi seu teneri
specificatiue: quia tunc esset sensus: act⁹ malus qui est
malus: qḋ esset nugatoriuꝫ ⁊ nihil dictum. ergo habꝫ te-
neri reduplicatiue: vt vꝫ denotat causaꝫ verificandi p̄-
dicatum de propositionis subiecto vel altera eius par-
te: que vꝫ est actus. sed hoc modo propositio est falsa.
qm̄ illud cui aliquid repugnat non potest esse causa ve-
rificandi ipsuꝫ de aliquo alio. oē esse eñ qḋ verificaẗ de
aliquo propter aliquid aliud / verificatur primo de illo
ꝓpter qḋ. verificatur de altero: sicut quia conceptuꝫ eē
⁊ natum de virgine/ passuꝫ in cruce/ verificanẗ de verbo
ꝓpter hoiem assumptū: iō oīa ista de ipso assūpto hoīe
primo verificaẗ. sed esse a deo effectiue totaliẗ vel partia-
liter/ omnino repugnat cuicūq; peccato seu culpe vt for-
maliter sumpte. nullo enim modo culpa aliqua potest
esse a deo. ergo ⁊c. ¶ Sed nūquid ista propositio abso-
lute sine reduplicatione sumpta/ actus malus culpabi-
liter est a deo/ est concedenda: ¶ Respōdeo ꝙ ista sane
intellecta est vtiq; concedēda: sicut ⁊ ista/ verbuꝫ homo
est a patre genitum ab eterno. sicut enim in ista non est ī-
telligendum p̄dicatū qḋ est esse a patre genituꝫ ab eter-
no/ verificari nisi de verbo de quo cōstat esse verum: non
enim propter assumptū hoiem verbum dimisit esse a pa-
tre: qḋ auteꝫ est verum de aliquo absolute sumpto/ ē ve-
rum de ipso sumpto cum quocūq; sibi ꝯiuncto qḋ non
destruit illud qḋ antea fuit verum: ita ⁊ in proposito cō-
similiter est dicendū. constat enim actum ipsum absolu-
tum esse realiter a deo: nec propter eius culpā que ē ab
alio ꝗ a deo / actus desinit esse causaliter a deo. ꝗ nec eē
a deo falsificabitur de actu ꝑ culpam specificato seu de-
terminato magis ꝗ esse a patre ab eterno sit falsum de
dei filio humanato. quare ⁊c. ¶ Et si dicatur ꝙ p̄dicatū
propositionis affirmatur de toto subiecto non de altera
parte tm̄: ⁊ per cōsequens omnis illa propositio est fal-
sa de cuius altera parte subiecti p̄dicatuꝫ eius est falsū
esto ꝙ de reliqua sit verū. Sed cū dr̄/ act⁹ malus ē a deo
non tm̄ act⁹ sed etiā malū seu peccatū ponitur ex parte
subiecti. cōstat aūt p̄dicatū qḋ est esse a deo / nō eē veruꝫ
nisi de actu ipso. quare ⁊c. ¶ Respōdeo ꝙ verū est qḋ in
conclusione inferẗ/ hoc supposito qḋ assumiẗ ī p̄missis.
cōstat eñ culpā nō eē a deo. ⁊ iō si ꝑ istā/ actus culpabi-
lis est a deo / tu intelligas istā copulatiuā act⁹ ⁊ culpa
eius sunt a deo/ vtiq; falsa est ꝓpositio: sicut ista verbū
homo est a deo ab eterno / in sensu cōsimili intellecta. sꝫ
constat ꝙ ista est catholice concedenda. ergo ⁊ prima ī-
tellecta in sensu ꝯsimili potest cōcedi. ¶ Tūc igiẗ quā-
do arguiẗ ꝙ dicēdo actū culpabilē esse a deo tā act⁹ ꝗ
culpa ponitur in subiecto: potest dici vno modo: ꝙ licꝫ
hoc sit verum: tamen culpa ipsa in ꝯcreto sumpta non
supponit formaliter pro seipsa: sed tm̄ pro actu sibi sub-
strato / sicut album tm̄ supponit ꝓ suo subiecto in pro-
positione qua dicitur/ homo albus currit vel loquiẗ. nō
eñ loquitur albedo: sed homo. non minus autem cōcre-
tum priuatiuū quale est culpabile seu malū culpe / pōt
supponere materialiter pro subiecto: ꝗ ꝯcretū aliquod
positiuū: nō minus eñ concediẗ tanꝗ vera ista/ hō cec⁹
est rationalis vel sensibilis : ꝗ ista/ hō alb⁹ est rōnalis
vel sensibilis. quare ⁊c. ¶ Sed nūquid ista act⁹ malus
culpabiliter est a deo totaliter/ est etiā ꝯcedēda: Respō-
deo ꝙ nō. Cuius rō est: q2 licet dicēdo/ act⁹ malus est a
deo/ ly malū supponat ꝓ actu quē ꝯstat esse ⁊ posse eē a
deo partialiẗ vel etiā totaliẗ: tm̄ supponit ipsum actum
culpabiliter eē malū / sicut ⁊ albū vel cecū supponēs ꝓ
hoīe de q̄ solo verificatur in aliqua ꝓpōne aliqḋ p̄dica-
tū supponit hoiem ipm̄ esse albū ⁊ cecū: licet nec de al-
bedine nec de cecitate verificetur ꝓpōnis p̄dicatū. sed
nullus act⁹ q̄ est dei solt⁹ effect⁹/ pōt culpabiliter eē ma-
lus. ꝗ sicut ista ꝓpositio/ sortes alb⁹ est factus ab aliquo
est falsa ipso sorte non existente albo: sed nigro: ita et in
ꝓposito consiliẗ est dicēdū. quare ⁊c. ¶ Hec de p̄mo.

Quantum ad secundum: vbi est viden-
dū: an aliq̄s act⁹ bon⁹ moraliẗ inquātū bon⁹ possit cāliẗ
eē a deo: videẗ ꝯsiliẗ eē dicēdū sicut ad p̄cedētē articulū
fuit dictū. ¶ Ad cui⁹ euidētiā est sciēdū: ꝙ lꝫ moraliẗ bo-
nitas nō dicat aliq̄d ꝑuatiuū: sicut malitia: nec tm̄ dicit
aliq̄d positiuum ab actu cuius eē dr̄ distinctuꝫ. nec eñ
aliq̄s act⁹ dr̄ moraliẗ bon⁹/ nisi q2 debite circūstātiona-
tus. sꝫ hmōi debite circūstātie nō sunt in actu ipō forme
aliq̄ ab eo distincte. solum eñ act⁹ ex hoc dr̄ esse debite

circunstantionatus:⁊ ꝑ consequēs moraliter bonus si ē
a debito principio tēpore ⁊ loco opportuno elicitus ad
obiectū ꝯueniens terminatus ⁊ ad finē congruū ordina
tus.sed ad ista nō sunt necessaria aliq̄ in actu existētia:
⁊ ab ipso distincta:quoꝝ vno mediāte actus ipse sit a cā
efficiente elicitus/alio ad obiectū debitū terminatꝰ/⁊
alio tertio ad finē ꝯgruū ordinatus ⁊ sic de alijs.nec eñ
actus est a suo principio nec terminat̄ ad obiectū nec re
fert̄ ad finē debitū vł indebitū aliquo mediāte alio a se
ipso.quare ⁊c.¶Confirmat̄.q: actus quo quis diligit
deū sup omnia q: bonꝰ/est amor amicitie moralit̄ bonꝰ:
necest aliq̄d hoī naturalit̄ possibile q̄d melꝰ ipso mora
liter possit esse:ergo eiꝰ moralis bonitas nō est aliquid
actui inexistens ⁊ ab ipso differēs.¶Consequentia est
euidēs.qm̄ si moralis bonitas hmōi actus est aliq̄d exi
stens in actu subiectiue ⁊ ab eo distinctū q̄dditatiue/il
lud erit ab eodē a quo actus ipse eē dicit̄ effectiue.Tūc
q̄ro de illo:q: aut est cuꝫ actu eiusdē vel alteriꝰ speciei.
Sed nō pōt poni primū:q: tūc vnus actus eēt bonꝰ mo
raliter ꝓpter alterū eiusdē rationis cū eo:q̄d est manife
ste falsuꝫ:tū q: eoꝝ q̄ sunt eiusdē rōnis nō magis vnum
est bonū ꝓpter alterū:ꝙ ecōuerso:tū q: tūc sequeret̄ ꝙ
nunꝙ aliq̄s vnus actus posset esse moraliter bonꝰ sine
alio eiusdē rōnis secū actualit̄ exn̄te.hoc aūt est falsuꝫ.
ergo ⁊c.Nec potest dici secūdo:ꝙ hmōi moralitas seu
moralis bonitas sit ab actu alteriꝰ speciei.q: si sic:aut
supioris aut inferioris.sed nō superioris:q: actus supre
mus homini possibilis est amor amicitie supradictus.
nec inferioris.q: supius seu melius nō est bonū formali
ter ꝓpter aliquid minus bonū.ergo ⁊c.¶Sed forte di
ceretur ꝙ licet actus sit melior ꝙ eiꝰ moralis bonitas
loquēdo de bonitate naturali cū ente ꝯuertibili:nō tñ
loquēdo de bonitate morali de quali tm̄mō ē hic sermo.
quare ⁊c.¶Contra.q: melior moraliter est actus quo
diligitur deꝰ super omnia propter seipsum scđm rectuꝫ
dictamen rationis ꝑuium:ꝙ q̄dcunq; aliud quo nullo
modo pōt transire aliquis super deum intelligendo vel
diligēdo euꝫ.sed si moralis bonitas actus predicti/vcꝫ
diligendi est in actu aliquid ab eo distinctū:⁊ alteriꝰ ra
tionis:nunꝙ per ipsum potest transire aliquis sup deū
intelligendo vel diligendo ipsum.solo enim actu intel=
lectionis intelligitur:⁊ diligitur actu amoris:non autē
diligitur nec intelligitur aliquo alio ab istis alteriꝰ ra=
tionis.ergo ⁊c.¶Confirmatur.quia illud q̄d est tale se
ipso omni alio circunscripto/non est tale formaliter ali
quo a se alio mediāte.sed actus quo diligitur deꝰ sicut
est scđm rectum dictamen rationis ꝑuium diligendꝰ/⁊
quicūq; alius concors recto dictamini ratiōis est bonꝰ
moraliter seipō materialiter ⁊ potētialiter.actualit̄ au
tē ⁊ formaliter q: recto dictamini concors.eo eñ ipso q̄
aliqua electio est dictamini recto concors est moraliter
virtuosa quocūq; alio ab ipsa ⁊ a dictamine ꝑuio circū
scripto:q: nec aliq̄ electio est ꝯcors recto dictamini nec
discors aliquo mediante alio ab ipsa electione ⁊ eligen
te ac a dictamine differente.imo quecunq; ab istis alio
circunscripto potest esse concors electio siue discors:et
per consequēs moraliter virtuosa vel vitiosa.quare ⁊c.

Hoc supposito:videlicet ꝙ moralis bo
nitas non sit aliquid actui formaliter inexistens ⁊ ab ip
so differens:arguo ad propositum preassumptū/vcꝫ ad
probandum ꝙ actus bonꝰ moraliter vt sic non est a deo
causaliter.⁊ hoc sic.nullus actus est actualiter ⁊ forma
liter culpabilis nisi ille qui est aliquo sibi debito carēs.
¶Hoc apparet.quia vt declaratum fuit in precedenti
bus/culpa formaliter sumpta actus non est ipse actus:
sed carētia seu priuatio ipsi debiti alicuius.sed nullus
actus qui est solius dei effectus potest eē aliquo sibi de
bito expoliatus siue priuatus.igitur nec culpabilit̄ ma
lus.¶Minor probatur.qm̄ actus cui nihil est nec pōt
esse debitum/nō potest aliquo sibi debito priuatus esse
omis eñ talis priuatio/vcꝫ alicuius debiti/ꝑsupponit
aliquid subiecto esse debitū.sed oīs actus qui est solius
dei effectus est talis/ꝙ vcꝫ nihil ipsi est nec eē potest de
bitū.¶Hoc probatur.q: actui nō pōt esse aliquid debi
tum cuius priuatio sit pctm̄/nisi in ordine ad agēs de=
ferens ipsum q̄d est ad sic efficiēdū eū ⁊ non aliter obli=
gatum.sed tale agēs non ē increatum:sed tm̄ creatum.
ergo ⁊c.¶Ex hoc sequitur ⁊ habetur propositum/vcꝫ
ꝙ actus non possit esse bonus moraliter vt a deo.qm̄
ex hoc tm̄ actus aliquis dr̄ bonus moraliter/q: habet
omia sibi debita vt est a tali principio causaliter.sed vt
est a deo nihil est ipsi debitum nec indebitum.quare ⁊c.
¶Confirmatur tripliciter.Primo.q: omnis actus cui
aliquid est debitū vt est alicuius effectus/potest illo ca
rere:⁊ ꝑ consequens culpabilis eē.sed nullus actus vt
dei effectus potest culpabilis esse:nec ꝑ ꝯn̄s aliquo sibi
debito carere:ḡ hoc est q: nihil sibi debitū pōt esse.non
eñ magis primum agens increatum ꝙ creatū necessi=
tatur ad dādū actui aliquid sibi debitū.⁊ iō sicut actus
potest ab agente creato produci cū carētia alicuius si=
bi debiti:consimiliter ⁊ ab increato agente posset ꝓdu
ci si vt ab ipso producitur aliquid ei debituꝫ posset esse.
er go ⁊c.¶Scđo.q: actui nō pōt esse aliquid debitū vt
ad illud agens comparatum a quo nihil ab ipso distin
ctum est volitum quia bonum:sed quia ab ipso volitum
ideo bonuꝫ.sed tale est agēs primū increatum.ergo ⁊c.
¶Tertio.quia actui secundum se sumpto ꝑcise quātū
ad suā essentiam nihil est debituꝫ.ꝙ enim actus vt scđꝫ
se absolute sumptus sit a tali agente effectus/ad tale ob
iectum terminatus ⁊ ad talem finem vel alium ordina=
tus/oīno accidit actui vt scđm se absolute sumpto.Q̄d
apparet.q: vt scđm se absolute accipit̄:nullū posset eē
in ipso peccatum:sed tm̄ vt ad agens a quo est cālit̄ cō=
paratur. sed non in ordine ad illud agens potest actui
aliquid esse debitum:a quo in ipso actu producto nihil
potest esse indebitum nec peccatum.sed tale agens est ꝑ
mum increatum.ergo ⁊c.¶Preterea ad idē arguo sic
secundo.actus diligendi deū creatus nō magis est mora
liter bonus nec ipsi contrarius malus nec in ordine ad
agens trāsiens in eiꝰ obiectū ꝑ ipsum:ꝙ aliud ens crea
tum/puta lapis vel q̄dcunq; aliud q̄d non pōt esse bonū
moraliter nec culpabiliter malum. sed ꝑ actum diligē=
di deū creatū nō magis ipē deꝰ transit in eius obiectuꝫ
diligendo seipsum ꝙ per q̄dcunq; aliud ens creatū.non
enim deꝰ diligit se nec alia aliquo actu creato:sed icrea
to totaliter a se indistincto.ḡ nullus actus diligēdi deū
vel q̄dcunq; aliud ens creatum a deo distinctus ⁊ crea=
tus pōt vt ad ipsum deū tanꝙ ad eius effectiuū princi=
pium comparatꝰ moraliter esse bonus.¶Minor assum
pta ꝓbat̄.qm̄ actꝰ diligendi sup oīa deū ꝓpter seipsum
nō est moraliter bonus nisi q: ꝑ eum habens ipsum dili
git deum:sicut nec actus odij ipsi contrarius est malus
nisi q: ꝑ eum oditur deus.sed nō magis deus diligit se
per actum creatum diligendi ꝙ ꝑ actum odiendi.non
enim aliquem talem actum respicit vt creatura intelle=
ctū per modum medij siue actus quo tendit in eius ob=
iectum:sed per modū effectꝰ producti tm̄.ergo ⁊c.¶Ex
hoc potest ad propositum argui in vniuersali sic.si ali=
quis actꝰ alicuius vt ab ipso ꝓductus potest eē actua=
liter bonus moraliter/mlto magis ille q̄ potētialit̄ est
optimus ⁊ supremus actus moraliter.sed actꝰ diligē=
di super omnia deum ꝓpter seipsum est supremus actꝰ
bonus moraliter potentialiter:qui tamen vt est a deo

non est bonus moraliter actualiter seu formaliter:vt ꝓ
batum est.ergo nec aliquis alius vt ad cuꝫ comparatꝰ
est sic moraliter bonus.¶Ex hoc infero corollarie:ꝙ
actus moraliter bonus vt moraliter actualiter seu for=
maliter bonus est agentis creati vel vt efficientis vł vt
per eum in eius obiectum tendentis.Q̄d dico ꝓ tanto
quia si deus actum aliquem potentialiter moraliter bo
num vt actū diligendi ipsum creature intellectuali in=
funderet/talis actus vtiq; videretur esse bonus morali
ter si per eum eius subiectuꝫ transiret libere in obiectū
puta in deum diligendo ipsum/quantūcūq; talis actus
non esset effectiue ab agente/puta ab ipso diligēte crea
to:sed tm̄ ab agēte increato.¶Ex hoc vlterius infero:
ꝙ licet actus bonus moraliter vt est actualiter bonus
nō sit dei:sed alterius tanꝙ per ipsum trāseūtis in eius
obiectum:modo quo est moraliter bonus:potest tñ fa=
cta suppositione predicta totaliter esse effectiue a deo
quātūcūq; nō sit bonꝰ moralit̄ actualr̄ vt ab ipō.¶Sic
ad q̄stionem.¶Ad rationeꝫ in principio apparet solu=
tio ex predictis.quia vt dictum est/nec bonuꝫ moralit̄
actualiter nec maluꝫ est aliquid vt a deo causaliter.

CIrca distinctionem trige=
simāoctauam:ī qua magister post
ꝙ determinauit in ꝑcedētibus de
peccato actuali/determinat de ali
quibus ad ipsum concurrentibus:
cuiusmōi sunt volūtas intētio ⁊ fi
nis:Quero primo.vtrum bonitas
moralis seu rectitudo q̄ est in actu
voluntatis sumatur ex intentione exercētis ipsuꝫ ad de
bitum sibi finem.¶Et videt̄ ꝙ sic.quia ab illo actꝰ bo
nus dicit̄ quo circunscripto est impossibile ꝙ sit bonꝰ.
sed nullus actus potest moraliter esse bonus circūscri=
pto eius ordine ad debitū sibi finē.Et ideo dicit Hiero=
nymus ꝙ intētio tua operi tuo nomē imponit.ergo ⁊c.
¶Contra.q: posito illo quo actus aliq̄s dicit̄ formali=
ter moraliter bonus/nunꝙ actus ipse pōt moraliter eē
malus nec non bonꝰ.sed multi actꝰ sunt possibiles q̄ nō
possunt moraliter esse boni quacūq; intētione facti:nec
ad finem aliquem comparati.ergo intentio exercentis
actū ad finē aliquē nō sufficit ad hoc ꝙ aliquis actꝰ sit
moraliter bonus.quare ⁊c.¶Responsio.vbi sic est pro
cedendū.Primo eñ respondendū est ad quesitū/vcꝫ an
bonitas actus voluntatis sumat̄ ex intētione finis.Se
cūdo est inquirēdū quis sit iste finis ex cuiꝰ intētiōe actꝰ
ipse ad eū mētalit̄ ordinatꝰ dr̄ moraliter bonus esse.

Quantum ad primum:premitto tria
ad euidētiā dicēdoꝝ.¶Primū est ꝙ actū esse bonū mo
raliter ex intentione finis/potest tripliciter intelligi.q:
vel ꝙ sit moraliter bonus ex ista finis intentione tanꝙ
ex aliquo actui inexistente ⁊ ab ipso differente:vel tāꝙ
ex aliquo ab actu differente:non tñ ipsi inexistēte:vł tā
ꝙ ex aliquo ab actu ipso ⁊ a fine ac referente actū ad fi
neꝫ hmōi/indistincto.¶Secūdū ꝑmittēduꝫ ē:ꝙ actuū
moraliter bonoꝝ alij sūt iteriores/vt recte electiōes:alij
exteriores vt alie extrinsece actiones.Primi actꝰ mo=
rales subdiuidūtur.qm̄ alij sunt immediate terminati
ad finem vltimū vt amor dei:alij sunt terminati ad alia
vt amor cuiuscūq; alterius obiecti.¶Tertiū ꝑmittēdū
est:ꝙ actuū siue interiorū siue exterioꝝ alij sunt ad bo=
num finem ordinabiles vt a principio debito ꝓcedētes
⁊ in obiectum congruuꝫ transeuntes vt amor proximi:
⁊ subuenire indigēti:dū tñ hic actus sit principij debiti/
puta eius qui est dominus de quo pauperi subuenitur:
nō aūt si alterius qui nō est eius dn̄s.nec eñ est eiusmōi
actus bonꝰ moralit̄ de alieno alicui subuenire.Alij aūt
sūt actꝰ nō ad bonū finē ordinabiles:vł q: nō a pricipio
debito ꝓcedentes/vel circa obiectū indebitū trāseūtes
vt subuenire pauperi de alieno/vel de proprio subueni=
re nō pauperi:sed alteri malo nec indigēti.¶Et si dica
tur ꝙ immo talis actus ⁊ quilibet alius potest fieri ꝓ=
pter deū:⁊ ab eius principio referri seu ordinari ad eū:
Respondeo ꝙ non est verū scđm rectū sed tm̄ scđm erro
neū iudiciū rationis.qm̄ q̄d est deo ingratum ⁊ ab ipso
inhibitū/non potest nisi ignoranter fieri propter eiꝰ be
neplacitum.sed actū referre seu ordinare ad deuꝫ est ip=
sum facere propter eius bn̄placitum:ergo nullus actꝰ
deo ingratus ⁊ ab ipso interdictus qualis est omnis cu
ius principium vel obiectum est indebitum vel vtrūq;
vel etiā quia caret alijs circūstantijs/puta quia non fit
quando vel vbi oportet/pōt nisi ignoranter ad finē de=
bitū ordinari.¶Ex quo īfero corollarie:ꝙ q̄stio ista q̄ q̄
ritur vtrū bonitas actus moralis sumat̄ ex intentione
exercentis ipsum ad fineꝫ ei debituꝫ:non querit nisi de
actu quē supponit eē oībus alijs circūstantijs ab inten
tione finis circūstantionatuꝫ/puta q: habet efficiēs de
bitū/⁊ obiectū ⁊ fit qñ ⁊ vbi oportꝫ:⁊ sic de oībꝰ circūstā
tijs alijs ab intētione finis.Q̄d appet:qm̄ fatuū eēt q̄
rere:an actus ad bonū finē non ordinabilis eēt bonus
moraliter ex intentione finis.intētio eñ finis vltimi ad
quē actus ordinat̄ ab exercēte ipsum/supponit ordina
bilē esse actū.sed nullus actus ē ad finē debitū vltimuꝫ
ordinabilis nisi circunstantionatus oībus circūstātijs
sibi debitis alijs ab intentione finis.ergo ⁊c.

His ꝑmissis pono quatuor cōclusiōes.

Prima est ꝙ nullus actus interior nec exterior volūta
tis est bonus moraliter ex intentione finis tanꝙ ex ali=
quo sibi inexistente ab eo differente.¶Hec apparet.q:
bonitas moralis actus non est(vt patuit ex ꝑcedētibꝰ)
aliquid actui formaliter inexistens ab eo diuersum.nec
eñ circūstantie quibꝰ manentibus actus dr̄ moraliter
bonus/sunt in actu distincta aliqua positiua:vt dictum
fuit supra.quare ⁊c.¶Cōfirmat̄.q: intētio finis ē actꝰ
volūtatis vt dicet̄ in q̄stione sequenti.sed vnus actꝰ vo
lūtatis nō est in alio subiectiue.ḡ ⁊c.¶Scđa ꝯclusio est
ꝙ actus interior volūtatis immediate terminatꝰ ad fi
nem vltimū/puta deuꝫ/sicut amor dei/non est bonꝰ mo
raliter ex intētione finis tanꝙ ab aliq̄ actu alio ab ipō.
¶Hec ꝓbat̄.qm̄ intentio finis nō est necessaria nisi or=
dinatis vel ordinabilibus ad ipm̄.ḡ actꝰ qui est imedia
te ipsius finis/non idiget ad hoc ꝙ sit bonus moraliter
intentione finis alia ab actu ipsius finis.sed amor dei
maxime amor amicitie absolutꝰ quo deus diligitur q:
in se bonus/est actus finis ex se actualiter ad fineꝫ debi
tum ordinatus/quia ad obiectum q̄d est ipse finis vlti=
mus/terminatus.ergo ⁊c.¶Cōfirmatur.quia intētio
finis non est necessaria nisi actui ad obiectum ab ipō fi
ne aliud terminato.sed huiusmodi actus idem est obie=
ctum ⁊ finis tam sui ꝙ omnium bonorū moraliū actuū
aliorum.ergo ⁊c.¶Preterea actꝰ qui est moraliter bo
nus quocūq; alio circunscripto non est moraliter bonꝰ
ex intentione finis tanꝙ ex aliquo actu ab ipso distincto
sed amor amicitie siue charitatiuus dei concors recto
rationis dictamini precedenti est bonus moraliter quo
cunq; alio circunscripto:nec intellectꝰ rectꝰ dictat deū
esse diligendum intentione finis tanꝙ aliquo ab isto
actu distincto.ergo ⁊c.¶Confirmatur.quia intentio
debita finis vltimi est ipse amor dei:non enim est aliud
intēdere actu in finē vltimū vel ordinare eum/videlicꝫ
actū ad ipsum/ꝙ actum facere propter amorem dei.

¶Ex hoc potest argui sic ad propositū. actus quo oẽs alij sunt complete ⁊ vltimate moraliter boni/ non est bonus moraliter aliquo actu alio a seipso: alias ⁊ ille esset bonus mediante alio/ ⁊ sic in infinitum. sed intentio finis vltimi que non est aliud q̃ amor dei motiuus hoīs ad agendū/ facit actum oẽm aliū ad finē ipm vltimū ordinabilem moraliter esse bonum. ergo actus hmōi non est bonus moraliter aliquo actu vlteriori alio mediante. ¶Tertia conclusio est: ꝙ oīs alius actus interior volūtatis: qui vꝫ est alicuius obiecti creati/ est ꝯplete bonus moraliter ⁊ vltimo ex intentione finis tanq̃ ex aliquo illi actui non inexistēte: sed cū eo in eodeꝫ subiecto coexistente/ vel forte ab ipso totaliter indistīcto. ¶Hec conclusio primo declarat. dicit enī in ipsa ꝙ oīs act⁹ voluntatis obiecti creati est ex intētione finis bon⁹ moraliter complete ⁊ vltimate. qd pro tāto dicitur/ ꝙ intētio finis actus est vltima circunstantia moralis eius. Qd ꝓbatur. q: intētio finis debiti actui p̄supponit esse ordinabilem ad finē debitū intentū actū ipsum. sed nullus actus est ad finem intētum debitum ordinabilis nisi circūstantionatus oībus circūstantijs moralib⁹ alijs ab intentione finis. ergo finis intentio omnem aliam circūstantiam actui debitā p̄supponit: ⁊ ꝑ consequens ipā finis intentio est circunstantia vltima inter oēs. sꝫ quādocunq̧ ad aliquid sunt plura necessaria/ inter que est ordo necessarie p̄suppositionis/ ab vltimo alio omnia supponente illud dicit esse tale complete ⁊ vltimate. ergo cum inter omnes circūstantias ad bonitatem moralem actuū requisitas finis intentio sit vltima oēs alias presupponēs: per consequēs conuenienter ab ipsa act⁹ moralis complete ⁊ vltimate dicit moraliter esse bonus. ¶Hec conclusio sic intellecta ⁊ exposita ꝓbatur sic. ab illo actus moralis ad finem debitū est complete ⁊ vltimate bonus moraliter/ qd est vltimum omnia ad suam moralem bonitateꝫ necessaria alia p̄supponēs: quo posito actus ipē est perfectus moraliter siue bonus: ⁊ quo circunscripto nunq̃ potest moraliter esse bonus. sed intentio finis vltimi est hmōi. impossibile enī est sine ipsa posita aliquē actum moraliter esse bonū complete ⁊ vltimate. ⁊ econtrario ipsa posita actus ordinabilis est ꝑfectus: cū nihil ipsi deficiat necessarium ad eius moralem bonitatem: ita ꝙ non magis est possibile talē actū non esse formaliter bonum q̃ albedinis subiectum non esse album. ¶Confirmatur. quia cum cōtrariorum cause contrarie sint ponende/ ab illo actus moralis ad finē ordinabilis habet ꝙ sit moraliter bonus: a cuius ꝯtrario habet ꝙ sit moraliter malus. sed omnis actus moralis ad debitum finem ordinabilis efficitur moraliter malus ex intentione indebiti sibi finis. ergo ⁊ bonus ex opposito/ vꝫ ex fine intento debito. ¶Minor apparet tam de actu voluntatis interiori elicito q̃ de actu exteriori imperato. constat enī ꝙ tam diligere ꝓximuꝫ q̃ dare eleemosynam indigenti/ sunt actus ad bonuꝫ finem ordinabiles: ⁊ tñ sunt moraliter vitiosi quādo sunt ad finem indebitū eis ordinati. ergo ⁊c. ¶Dicitur auteꝫ in conclusione p̄dicta ꝙ hmōi finis intentio aut est ab actu volūtatis īteriori īdistīcta aut distīcta. Qd ꝓ tanto dicitur: q: talis intētio qua actus aliquis ordinatur ad finem vt amor proximi ad deū q: diligo proximū propter deum/ non est aliud q̃ amor non quo deus ipse diligitur absolute nec quo tñ ꝓximus: sed amor quasi relatiuus vnius dilecti ad alterū/ puta proximi ad deū. sed secundum aliquos diligens propter finem vltimuꝫ ordinata ad ipsuꝫ/ eodem actu diligit vtrunq̧ obiectū. alij autem dicunt ꝙ alio actu diligit vnum: ⁊ alio alterū. Primi habent dicere ꝙ intentio finis qua actus interior voluntatis vt amor proximi est bonus moraliter est ab ipso dilectionis proximi actu indistincta. nec est inconueniens eundem actum diligendi proximum non esse moraliter bonum vt est ipsius proximi tñ: ⁊ esse moraliter bonum quando ē proximi ⁊ alteri⁹ obiecti/ puta finis debiti: ⁊ econuerso esse moraliter malum: quando est finis indebiti. Secundū alios autem oportet dicere intentionem finis vltimi esse actum distinctum ab omī actu voluntatis alterius obiecti bono moraliter ꝓpter ipsam. Ex quo sequitur: ꝙ etiam sic dicentes habent cōcedere consequenter ꝙ nunq̃ aliquis vnus actus volūtatis alius ab intentione vltimi finis/ potest esse perfecte bonus moraliter per se sumptus: sed tñ vt cum alio est coniunctus. nec tñ cum actu dictandi p̄cedēte actū rectū quemlibet eligendi: sed etiam cum actu alio eligendi seu diligendi. nullus tamen actuū istorum est subiectiue in alio: sed omnes in eodem cōmuni subiecto/ vt dicit cōclusio: qd ⁊ per se apparet. ¶Quarta cōclusio est: ꝙ omnis actus exterior imperatus moralis ad bonum finem ordinabilis est bonus moraliter ex intentione debiti sibi finis tanq̃ ab aliquo ab ipso realiter differente. ¶Hec quantuꝫ ad primam partē/ probata est ex dictis in conclusione alia precedenti. quoniam nec dare pauperi eleemosynam/ nec facere exterius quācunq̧ aliam actionem est nec esse potest moraliter bonum sine intētione finis debiti tali actui. ipsa autem posita nō potest non esse bonus moraliter talis actus etiam complete ⁊ vltimate. ergo completa moralis bonitas talis actus est ab intentione debiti sibi finis. ¶Confirmatur. quia sicut se habet intentio indebiti finis ad actum moraliter malum: ita ⁊ intentio finis debiti ad bonum sed praua intentio sic se habet ad malitiam moralem ꝙ ipsa existente omnis talis actus exterior est malus moraliter: vt subuenire indigenti propter vanam gloriam: ergo per contrarium bonitas moralis cuiuslibet talis actus est ab intentione debiti sibi finis. ¶Secunda pars conclusionis/ vꝫ ꝙ talis intentio finis ab actu exteriori huiusmodi distinguatur: est euidens. quia huiusmodi intentio finis vltimi est amor dei existens in anima subiectiue. non autem talis aliquis actus exterior est amor: sed amore factus. quare ⁊c. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est videndum quis sit iste finis cuius intentione omnis actus est moraliter bonus vt in precedenti articulo est ostensum: Est sciendum ꝙ duplex potest assignari finis operationis moralis. Unus immediatus ⁊ proximus ad vlteriorem ordinabilis: ⁊ alius vltimus ad nullum alium ordinabilis: sed ad quē omīa alia ordinātur. Primus finis non est vnicus omnium moralium actionum: sed alius vnius alius alterius: sicut finis immediatus ⁊ ꝓximus propter quem aliquis subuenit indigenti: potest esse cōpassio. potest enim ipsi subuenire ratione compassionis. finis eundi ad peregrinatiōem immediatus potest esse deuotio seu affectio ad sanctum mouens hominem ad eundum ac ad ipsi reuerentiaꝫ exhibendum: ⁊ sic de alijs actibus bonis moraliter diuersis quorum diuersi sunt fines immediati. Finis autem omnium vltim⁹ ad nullum alium ordinabilis: sed ad quem omnia ordinātur/ est vnicus/ videlicet ipse de⁹. vnde glos. x. ad Roma. Finis fidelium Christus est: ad quem cum peruenerit currentis intentio/ non habet quo ampli⁹ venire: sꝫ habet in quo debeat permanere. ⁊ in hoc iste finis vltimus qui est deus/ ab alijs omnibus immediatis et proximis finibus est distinctus. quoniam nullus aliorum est in quo intentio currentis/ hoc est moraliter operantis et actum aliquem exercentis debeat permanere. nullus enim actus est moraliter complete

bonus nisi ad finem vltimum ordinatus: ⁊ omnis ad ipsum ordinatus est complete moraliter bonus. ¶His p̄missis pono tres ꝯclusiones. ¶Prīa est: ꝙ nullus ali⁹ finis ab vltimo est cuius solius intentione aliquis act⁹ sit complete moraliter bonus. ¶Hec apparet. quia qd nō est ordinabile ad vnū nisi ꝓpter alterū/ nunq̃ ꝑfecte est ordinatum quousq̧ perueniat ad vltimum. Sꝫ act⁹ moralis si est ordinabilis ad finem aliquem citra vltimuꝫ/ non nisi propter ipsum vltimum: ⁊ in ordine ad eū si enim pauperi subuenio quia ipsi compatior ipsumq̧ diligo/ si hic sisto actum ꝑfectum non habeo: quia nec finem vltimum seu perfectum attingo: cum amor proximi sit ordinabilis ad amorem dei. ergo ⁊c. ¶Confirmat. quia nihil ad plures fines ordinabile est bonū ex intentione solius finis imperfecti sine intentione alteri⁹ perfectioris ad queꝫ est ordinabilis finis alius imperfectus. sed omnis finis citra vltimuꝫ est imperfectus ⁊ ordinabil' ad ipsum vltimū. ergo ⁊c. ¶Secunda conclusio est: ꝙ ex sola intentione finis vltimi est bonus moraliter oīs moralis actus/ licet sit ordinabilis non tñ ad ipsum finem vltimum: sed etiā ad aliū citra ipm. ¶Hec apparet. q: qd ordinatū ad finē aliquē non est bonū nisi finis ille ⁊ ordinatum ad ipsum ad finem alium ordinētur: cuius intentione illud dicitur moraliter esse bonuꝫ potest moraliter esse bonum sine intentione finis primi ex sola intentione vltimi. sed nullus actus moralis quātūcūq̧ ad finem alium citra primum ordinat⁹ est bon⁹ complete moraliter ex sola intentione eius siue ordine actus ad ipsum intentione finis alterius circunscripta cuius solius intentiōe posita omnis actus ad ipsum ordinatus est moraliter complete bonus. ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur. quia ab illo solo actus ordinabilis est moraliter bonus quo posito est complete bonus: ⁊ sine quo/ posito quocūq̧ alio/ nō est bon⁹. sed intētio finis vltimi est qua sola posita omnis actus ad ipsum ordinabilis/ est moraliter bonus: ⁊ sine q̃ nulli⁹ alterius finis intentiōe posita potest esse moraliter bon⁹. ergo ⁊c. ¶Tertia cōclusio est: ꝙ omnis actus moralis ordinabilis ad fineꝫ vltimum: ⁊ ad alium citra ipsum/ est melior moralit' ex intentione proximi ⁊ vltimi finis simul/ q̃ ex intentiōe finis vltimi tñ fact⁹. ¶Hec apparet. quia intētio finis proximi non est frustra in operante. sed nisi propter ipsam actus aliquo mō esset melior eēt frustra. ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur. quia melius esse videtur diligere deum simul ⁊ proximum/ qd facit qui diligit proximuꝫ propter deū q̃ diligere deuꝫ tñ. sed qui facit aliquid/ puta subuenit proximo amore seu intentione finis immediati seu proximi ⁊ vltimi/ simul vtrunq̧ diligit: non autem nisi tñ finem vltimum qui p̄cise ex intentione ei⁹ aliqd operatur. ergo ⁊c. ¶Ex hoc sequitur corollarie: ꝙ licet intentio finis proximi ⁊ immediati sine intētione finis vltimi non faciat actū moraleꝫ complete bonum: tamē dat ipsi aliquam bonitatem licet imperfectam. ¶Sic ad q̄stionē. ¶Ad rōnē in principio ptꝫ ex p̄dictis solutio.

Secundo quero. vtrum intentio finis sit actus voluntatis. ¶Et videtur ꝙ sic. q: voluntatis est in finē ⁊ in alia propter ipsuꝫ tendere. sed finē intendere nō est aliud q̃ in finē tendere. ergo finis intētio est volūtatis actio. ¶Contra. q: in finē tēdere seu ipsum intēdere est ad finem alia ordinare. vnde finis intentio a qua dicit bona moraliter aliqua operatio/ nō est aliud q̃ ordinatio seu relatio ipsius operationis in debitū sibi finē. sed tal' ordinatio seu relatio eoꝝ q̄ sunt ad finē ipsum/ videt esse actus prudentie: ⁊ ꝑ ꝯñs intellect⁹. quare ⁊c. ¶Respōsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enī inquirā qd sit intētio finis. Secūdo ex hoc solutionē inferam questionis.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ intentio finis nō est aliud q̃ tentio in fineꝫ seu act⁹ tēdēdi in ipsum. Est aūt duplex act⁹ tēdēdi in finē videlicet vn⁹ realiter alius mētaliter. Dupliciter enī aliqd pōt tēdere in debitū sibi finē. Uno mō mētalr siue spūalit in voto: ⁊ alio mō realit exteri⁹ ⁊ de facto. Primo mō tendit in finem amās ipm vel quōcūq̧ appetēs vel aliqd ꝓpter eū. Scdo aūt mō tendit in finē omne illud qd realit mouet ad ꝯsequēdū ipm. ¶Ex quo sequit ꝙ duplex pōt itētio finis poni ī vl'i/ vꝫ realis seu extrīseca/ ⁊ mētalis seu intrinseca. Prima est motus localis ꝑ quem res mota tēdit ī finē nō pri⁹ cognitū: sꝫ sibi p̄fixū: vt graue deorsuꝫ ⁊ leue sursum ⁊ sagitta ad signū. ⁊ intētio sic accepta non est moralis sed naturalis. Secūda intētio est act⁹ appetit⁹ siue sensitiui siue ꝓpri⁹ itellectiui. sicut enī ꝑ actū respuēdi respuēs auertit se mētaliter ab obiecto qd respuit: ita ⁊ ꝑ actū appetēdi tēdit cōsilr in obiectū qd appetit. Et ītētio sic accepta/ vꝫ ꝑ actu appetit⁹ est duplex/ scꝫ ꝙ duplex est etiā appetit⁹/ vꝫ sensitiuus ⁊ itellectiuus. Prima/ vꝫ sumpta ꝓ actu appetitus sensitiui p̄supponit actū sensibilit cognoscendi obiectū intētiōis. Scda aūt actū itelligēdi. Et ista de q̄ est q̄stio/ pōt subdiuidi. est enī quedā absoluta vt act⁹ q̄ aliq̄s diligit deū absolute vt in se bonū nō diligēdo aliqd aliud ab ipso distinctū. Alia est relatiua. q̄ pōt subdiuidi: q: q̄dā est relatiua ipsi⁹ finis vltimi dilecti ad diligētē vt amor ꝯcupiscētie q̄ de⁹ diligit q: vtilis diligēti. ⁊ alia est relatiua eoꝝ q̄ sūt ad deū vt ad finē vltimū ordinabilia ad ipm: vt amor quo aliqd ipsoꝝ diligit ꝓpter deū. ⁊ intētio sic accepta est moralis: de qua dictū est in q̄stione p̄cedēti ꝙ ab ipsa est bon⁹ moraliter oīs actus alius ab actu diligēdi deū absolute amore amicitie tanq̃ bonū. Ultimo mō ⁊ valde large posset accipi intētio ꝓ intellectione ⁊ etiā vl'r ꝓ oī sensitiua apphēsione: vt ītentio sic accepta esset act⁹ quicūq̧ exñs in tendente interi⁹/ quo mediāte ipse tēdit in ei⁹ obiectū exteri⁹. Et hoc videt significare ipm intētionis vocabulū: vt intentio vocat quasi int⁹ tētio: q: vꝫ significat aliquid exñs in tēdente interius subiectīe: quo mediāte ipē tēdit exteri⁹ obiectīe. hoc aūt nō tñ ꝯuenit actui volūtatis seu cuiuscūq̧ tā sensitiui q̃ intellectiui appetitus: sed etiaꝫ itellect⁹. intelligēs enī qdcūq̧ obiectū aliquo mō tēdit in ipm ꝑ actū intelligēdi: sicut etiā sentiēs ꝑ actū sentiēdi exñtē ī ipo iteri⁹ subiectiue. Quia tñ magl appetēs ꝑ actū appetēdi q̃ cognoscēs ꝑ actū cognoscēdi se obiecto ꝯiūgit mētaliter siue vnit: ⁊ tētio videt iportare aliquā vnionē ei⁹ qd tēdit cū ipo ad qd tēdit: iō ꝓpri⁹ intētio dr de oi actu appetit⁹ etiā sensitiui q̃ de actu aliquo intellect⁹ nec apphēsiui sensus. ¶Cōfirmat. qm ille q̄ obiectū respuit/ in ipsum ꝓprie nō tēdit. sed obiectuꝫ cognoscēs pōt ipꝫ respuere. ergo talis magis dr se ab obiecto licet cognito auertē q̃ in ipꝫ tēdere. q̄re ⁊c. Hec de prīo.

Quātū ad secūdū appet ex p̄cedētib⁹ qd dicēdū. qm intētio sumpta realit est cuiuscūq̧ mobilis naturalit ad p̄fixū ⁊ debitū sibi locū. Alia aūt intentio q̄ est mētalis/ est tā sensitiui q̃ intellectiui appetit⁹ ⁊ ꝓpri⁹. cui⁹ etiā soli⁹ ⁊ nulli⁹ alteri⁹ est moral' intētio ad actū bonū moralit req̄sita. esto enī ꝙ itellect⁹ dictās ordinata ad finē debere diligi ꝓpter ipm/ tēdat tā circa ordinata ad finē q̃ circa etiā ipsum finē: nō tñ intētione a qua actus moralis electionis dicatur complete ⁊ vltimo moraliter esse bonus. quoniam talis intentio a qua aliqua electio dr moraliter virtuosa/ p̄supponit eā eē ad finem vltimum ordinabilem. sed non est ad ipsum ordi-

nabilis:nisi sit concors recto dictamini rationis:ergo intētio finis ex qua electio vt actꝰ bonus moraliter vltimate/psupponit rectum dictamen intellectus ꝓtū nec per consequens est ipsum. Alio autem modo vt dictum est in precedenti articulo/intentio sumpta large dicitur actus tam sensus q̄ etiam intellectus. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. quando enim dicitur q̄ in finem tendere est ad ipsum alia ordinare:Dico q̄ verū est aliquādo ꝛ aliquando non.vt enim in primo articulo fuit dictum:potest quis in finem vltimum tendere absolute per amorem amicitie.hoc modo autem in eum tendere non est ad ipsum aliquid ordinare. Aliquādo autē bene verum est:q̄ tendere in finem vltimum est alia ordinare ad ipsuz. hoc aūt non est precise vt ratio accipit in minore/actus prudentie:sed etiam amicitie. nō tm̄ est actus prudentie dictans aliquid esse propter deum eligendum/ est actus ordinatiuus in ipsuz:sed etiam actꝰ charitatiue amicitie:quo amans finem vltimū alia eligit ꝛ diligit propter ipsum.magis enim ad finem vltimum ordinat ille ea que eligit propter ipsum q̄ ordinet ille ea que tm̄ eligenda esse pcipit ꝓpter ipz.nec est talis propie ordinat nec disponit:sed tm̄ qualiter ordinare debeat agnoscit.

Circa distinctionem tregesimamnonam:in qua magister inquirit ꝛ ostendit quo modo vel q̄re bonitas ꝛ malitia moralis sit magis in voluntate q̄ in alijs virtibus anime:Quero de conscientia et de synderesi:de q̄ magister facit in litera mentionem. Et primo de cōscientia.vtrum conscientia sit actus aliquis vel habitus intellectus. ¶Et videt q̄ sic.qz eiusdē videntur esse scientia ꝛ conscientia.omnis enim conscientia est scientia.licet non econuerso.sed scientia est intellectus non affectus.ergo ꝛc. ¶Contra.quia multi habentes bonam scientiam habent malam conscientiaz, sed si conscientia esset actus vel habitus intellectiuus cum non esset alius a scientia / in quocūq; esset bona scientia ꝛ bona conscientia.ergo ꝛc. ¶Responsio.vbi sic est ꝓcedendum. ꝓPrimo enim est respondendum ad questum.Secundo est inquirendum: an cōscientia erronea obliget ad peccatum.

Quantum ad primum: est sciendum

q̄ conscientia sicut ꝛ scientia dupliciter potest sumi/vez pro habitu ꝛ pro actu.Actus conscientie est actus prudentie.non enim est aliud q̄ rectum rationis dictamen de eligendo vel respuendo.talis autem actus/vez recti dictaminis/est actus prudentie qui dicitur actus cōscientie.quia etiā secūdū significatum nominis conscientia idem est qđ cū alio scientia.hmōi autez actus prudētie semper respicit aliud/puta opus ad qđ finaliter ordinatur.est enim actus practicus.tam habitꝰ autem q̄ actꝰ vt dicit philosophus.iij.de aīa/ exintentione fit practicus/vez qz ordinatur ad opus. ¶Ex his sequitur q̄ cōscientia pro habitu sumpta non est aliud q̄ habitualis prudentie dictamina inclinans potētiam ad recta dictamina supradicta. ¶Est aūt aduertendum:q̄ cum tam actus q̄ habitus prudentie sit duplex/vez principioꝝ ꝛ conclusionuz(nō minus em̄ habitus practicus q̄ speculatiuus diuidit ihabitū principioꝝ ꝛ conclusionum) ꝓpius conscientia dicitur de actu ꝛ de habitu prudētie ꝙclusionū q̄ de actu ꝛ de hītu principioꝝ. ¶Predicta duo ꝓbant.ꝛ primo primum/ vez q̄ conscientia sit habitus vel actus prudentie dictatiuus.qm̄ constat q̄ cōscientia si est aliquid in anima/nō potest poni aliud q̄ actus vel habitus vel vtrunq; .sed omnis anime intellectiue actus vel habitus est intellectiuus vel appetitiuus.ergo oportet conscientiam esse alterū istoꝝ, sed non potest dici q̄ sit actus vl habitus appetitiuus.nō enim recta electio nec rectus habitus electiuus est cōscientia formaliter/licet ipsaz pūsupponat antecedēter. hoc enim omnino videtur esse contra significatuz nois dicere q̄ eligere sit scire vel q̄ electio sit scientia.ꝗrelinquitur q̄ conscientia est actus vel habitus intellectiuus.sed oīs actus ꝛ habitus intellectiuus est practicꝰ vel speculatiuus.conscientia aūt non est actꝰ nec habitus speculatiuus cum semper respiciat opus. non enim est actus conscientie speculari aliquid tm̄ vt eius veritas cognoscatur:sed vt post speculationem electio subsequatur. quare ꝛc. ¶Secūdum/vez q̄ cōscientia proprius dicat de habitu vel de actu prudentie ꝙclusionuz q̄ principioꝝ:ex hoc arguit.quoniā cōscientia nō est oībus:sed quibusdam.sed prudētia que est actus vl habitus principioꝝ/omnibus est cōmunis:nō aūt illa q̄ est cōclusionū. sic em̄ in practicis ꝛ eligibilibꝰ sicut i speculabilibꝰ videtur esse dicēdū/vez q̄ sicut principia speculatiua omnibꝰ sunt nota/non aūt conclusiones:sic et in practicis.omnibus enim est notum omne bonū necessariū ad finē vltimum consequēdū/esse eligēdū: ꝛ malū ipsi ꝛrariū respuēdū.non aūt cuilibet est notuz hoc bonum signatum ad finem sibi debitū consequendū eē eligendū:nec q̄ hoc malum sit respuēdū.qz nec cuilibz est notū q̄ hoc sit bonū ad finē consequēdū necessariū:nec q̄ aliud ipsi oppositū sit malum.quare ꝛc. ¶Ex predictis sequit̄ q̄ omnis habēs actū vel habitū prudentie dictatiue de aliquo cōcluso eligēdo vel respuēdo/ habz bonam cōscientiā/esto q̄ non cōformiter sed difformiter operetur recto dictamini rationis.ꝛ p contrarium nullus carens tali actu ꝛ habitu prudentie dictatiue siue malū eligat siue bonū/licet bona electio non possit esse sine recto dictamine p̄cedente/ habet bonaz conscientiā sed malam seu falsam:si habet actū vel habitū erroneū puta stultitie/oppositum prudētie dictatiue. ¶Hoc apparet.quoniā nec actus prudētie nec habitꝰ dependet in aliquo ab actu nec habitu electiuo.ergo tam actꝰ q̄ habitus prudētie manet idē ꝛ inuariatus/ siue ad ipm̄ concors ei siue discors electio ꝛ electiuꝰ habitus subsequatur.sed vt dictum est/cōscientia non est aliud q̄ prudentia.ergo ꝛc. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum: est sciendum

q̄ ꝙscientia erronea ꝑ actu sumpta est falsum intellectꝰ dictamē.hmōi aūt falsū intellectꝰ dictamē pōt ē duplex Vnū quo dictat eē eligēdū vt bonū ꝛ ad salutē necessariū qđ tm̄ est respuēdū qz malū ꝛ ꝺ diuinū p̄ceptū: vt dictamē quo ꝺs existimaret eē necessario fornicādū.vel econuerso etiā dictamē quo dictat esse respuendū qđ est necessario eligēdū:vt dictamē quo ꝺs existimat n̄ eē honestē parētibꝰ exhibendū vel diē sabbati sanctificandū. Aliud dictamē erroneū posset esse illō quo aliqs dictaret aliqđ esse eligēdū vt ad salutē necessariū vel respuēdū qđ tm̄ est indifferēs/qz scīz veritatē nec necessario eligendū nec necessario respuēdū:vt dictamē quo aliquis videret q̄ festucā de terra eleuare:vel aliquid sīle facē esset pctm̄ mortale:vel ꝛrarium / puta q̄ talia nō facere esset malū. ¶Hoc ꝓmisso:pono tres ꝙclusiones. ꝓPrima ē q̄ nulla cōscientia erronea quōcūq; sūpta obligat aliquā siue necessitat simpliciter ad peccādū. ¶Hec apparet.qz ad illud qđ est liberū ꝛ libere cōmissū vel omissuz nō pōt necessitari aliquis nec compelli.sed oīe peccatum iō peccatū quia liberum.nullus enim peccat in hoc omittendo qđ nō potest facere:nec in faciendo qđ non potest vitare. ergo ꝛc. ¶Confirmatur.quia quantūcunq; ad aliquod antecedens necessario sequatur aliquod cōns nullus licet habeat antecedēs necessitatur simpliciter ad ꝙsequēs/ dū tm̄ sit in sua potestate sic a se abiscere antecedens.sed omnis habens conscientiam erroneam ꝛ falsam seu fatuam/potest sibi dimissus ꝛ ab alio eruditus abiscere eā.quia etiam in speculatiuis opiniōes et existimationes mutātur sepe in multis quibus aliquādo videbantur aliqua esse falsa que modo iudicant vera:ꝛ econuerso ea iudicant modo falsa:que vera antea iudicabant.ergo esto q̄ ad aliquam conscientiam erroneam necessario sequatur aliqua culpa in habēte ipaz conscientia huiusmodi in eo manente: ex hoc tamē nō sequitur:q̄ talis conscientia obliget siue necessitet euz simpliciter ad peccandum.necessitas enim conscientie non est necessitas absoluta in ordine ad illum in cuius potestate est talis consequentie antecedens. ergo ꝛc. ¶Secunda conclusio est:q̄ conscientia erronea p̄mo modo sumpta obligat siue necessitat secūdū quid hominem ad peccandum. ¶Hec probatur.quia omne antecedens ad qđ non necessario sed contingenter aliquī in existēs sequitur necessario aliquod cōsequens/obligat secundum quid seu necessitat ad tale consequens. ſz cōscientia erronea primo modo sumpta est contingenter non necessario inexistens. ad ipsam tamen existentē necessario sequitur peccatum. ¶Hoc probatur.qm̄ omne factum vel omissum contra diuinum p̄ceptū/ siue hoc sit in rei veritate siue tm̄ scōm existimationem ꝛ iudiciū facientis vel omittentis/est peccatum.sed omnis hīs cōscientiā erroneā;necessario vel secūdū rei veritatē vel scōm suam existimationem/facit vl̄ omittit aliquid cōtra diuinum preceptum. ¶Hoc apparet.qm̄ conscientia erronea sic accepta est dictamen falsum:quo dictatur esse eligendū qđ ē inhibitū/ vt esse fornicandum:vel econuerso dictamen de vitando qđ est faciendum:vt q̄ parētes non sint honorādi. Aut ergo talem habens conscientiam eligit ꝛ agit secundum ipsam vel cōtra eam.si primum:facit veraciter contra diuinum preceptum cōmittendo vt fornicando:vel omittendo vt parentes non honorando.aut facit contra conscientiam:ꝛ tunc cōmittit similiter ꝛ omittit cōtra diuinum preceptum secunduz suam existimationem qua credit sibi esse preceptum fornicari ꝛ inhibitum parentes honorare. ergo ꝛc. ¶Et si contra hoc arguatur.quia tūc talis esset perplexus nec ipsi esset via possibilis ad salutem: ¶Respondetur q̄ falsum est.quia potest vt dictum ē dimittere ꝙscientiaz erroneam. ¶Sed q̄d si talis conscientia erronea nō esset in potestate ei?:sed a deo ipsi infusa? ¶Ad hoc videtur dicendū q̄ si talem conscientiam deus alicui ifunderet quā ipse per se deponere non posset deo ꝛpediēte q̄ talis eligendo seu agendo vel omittendo secūdum talem conscientiam/nullam contraheret culpam: sed potius econuerso cōmittendo vel omittendo aliquid contra ipsam. ¶Tertia conclusio est:q̄ conscientia erronea secundo modo accepta per se sola posita non obligat aliquo modo nec necessitat ad peccandum. ¶Hec apparet.quia nullum dictamē cogit seu necessitat ad ſi bi conformiter eligendū vel respuēdum.immo qđ dictatur vt eligēdū/pōt respui:ꝛ econuerso qđ dictat eē respuendum potest eligi. Sed conscientia secundo modo sumpta est dictamen erroneum:cui tamen conformiter eligere nullum est peccatum:qz est de eligēdo qđ potest eligi seu fieri ꝛ non fieri.difformiter autem ipsi eligere est peccatum mortale.qnia non facies qđ intelligit ꝛ credit sibi esse preceptuz/vel faciens qđ sibi existimat iterdictum/facit ꝛ omittit secundum suam existimationez contra preceptum diuinum.ergo ꝛc. ¶Ex hoc sequitur corollarie:q̄ licet ad conscientiam sic acceptam per se positam:nulla necessario sequatur culpa in habente ipsam ꝛ secundum ipsam conformiter eligente vel omittente:sequitur tamē necessario propter rationem dictā in eligente vel omittente contra eam:qua tamen amota nulla est culpa qđ ātea erat culpa. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio dicendum q̄ habēs prudentie actum ꝛ habitum / quid eligenduz ꝛ respuendum veraciter ostensiuum/bonam habet conscientiam licet eligendo contra ipsam malam habeat animā:pro qua accipienda est cuiuscunq; talium prudentium conscientia que dicitur esse mala.

Secūdo quæro de synderesi.vtrū synderesis siue scintilla rationis qđ idem est sit actus vel habitus a conscientia indistinctus. ¶Et videtur q̄ sic.qm̄ synderesis ē aliquid i anima:sed non potest poni aliquid aliud q̄ actus vel habitus speculatiuus vel practicus.non videtur autez eē speculatiuus nec practicus alius a conscientia.ergo ꝛc. ¶Contra.quia cōscientia est actus vel habitus dictatiuus quid eligendum ꝛ respuendum.sed respectu eoꝝdem eligibilium non oportet ponere nisi vnicum habitum/ꝛ correspondentem actū dictatiuū. ergo ꝛc. ¶Responsio.vbi est videndum ꝓPrimo/quid est synderesis. Secundo ex hoc videbitur:an sit idem cum conscientia an distinguaē ab ipsa. Tertio:an synderesis sit tota extinguibilis.

Quantum ad primum:est sciēdum q̄

sicut in speculatiuis notitia cōclusionum que habetur ex deductione aliorum notiorum/est alterius rationis a notitia principioꝝ q̄ tm̄ ex terminis est dependens ita ꝛ in practicis consimiliter est dicendum / vez q̄ alia est notitia principioꝝ practicorum ex solis terminis dependens:ꝛ alia conclusionum dependēs ex deductione ꝛ notitia previa ipsoꝝ principioꝝ.quoꝝ principia tam speculatiuoꝝ q̄ practicorum aliqua dicūt eē immediate nota ex terminis:alia mediāte syllogismo ſpceptibili formato ex terminis: sane hoc intelligēdo vt expositum est in prīo:sicut ponitur exemplum in speculatiuis de hoc principio.omne totum est maius sua parte.cui statī intellectꝰ assentit mediāte syllogismo ex terminis formato/puta quia totum continet partem ꝛ plus.sed tale necessario habet esse maius.ꝗ ꝛc.Exemplum in practicis ponitur. sicut q̄ temperate est viuendū. ¶Hoc etiā modo precepta decalogi dicuntur esse q̄ se nota. ¶Hoc premisso dicitur ad ꝓpositū q̄ synderesis q̄ idem est in latino qđ scintilla(est enim synderesis nomen grecum idem significās qđ scintilla) est actus practice intellectionis non quoꝝcunq;:sed tm̄ principioꝝ per se notoꝝ tm̄ secundo modo / vt dicunt aliqui/videlicet imperceptibili syllogismo mediāte,ex terminis formato ꝛ accepto. Sed melꝰ est vt dicatur q̄ sit notitia vniuersaliter omnium principioꝝ practicoꝝ siue secundo modo siue etiaz primo per se notoꝝ. Ratio autem quare talis cuiuslibet principij practici notitia vocetur synderesis qđ interpretatur scintilla rationis/ponitur a quibusdam: q̄ sicut scintilla ignis est modica/ex ipsa tamē generatur aliquando ignis magnus: ita licet notitia principioꝝ sit modica siue principium ipsum/vt loquar verius: quia etiam principia sunt quantitate parua:ꝛ tamen eliciuntur seu inferuntur ex eis frequēter conclusiones multiplices

⁊ diuerse. Propter qꝺ ꝺr ꝙ licet principia sint ꝑua quātitate/sunt tamen maxima in virtute. Nec tñ est intelligendum ꝙ predicta principij practici notitia seu principium ipsum in mente formatum/quod est notitia ipa practica cōplexa/sit formaliter synderesis seu ratiōis scintilla:sed eius actus. quoniaꝫ synderesis vel scintilla rationis dicitur esse formaliter habitus inclinās ad notitiam principiorum:per que pricipia practica de cōclusionibus practicis iudicamus:vt habitus huiusmodi principij/honeste est viuendum:ex quo quidem iudicamus non esse furandum nec fornicādū. Est ergo secūdum hoc synderesis siue scintilla rationis non actualis sed habitualis notitia:qua mediante homo inclinatur ad notitiam principiorum practicorum: hoc est ad ipsa principia practica. Ipsa enim principia in mēte formata sunt actus habitus principiorū/ sicut ⁊ conclusiones habitus conclusionum/hoc est rerum signatarum per principia ⁊ conclusiones. ¶ Sed est hic dubiuꝫ:an huiusmodi inclinatiuus habitus seu dictatiuus principiorum practicorum sit ipsamet anima seu eius intellectiua potentia:que absqꝫ aliquo alio sibi addito ex se videtur sufficienter inclinata ad formandum talia principia per se nota:⁊ per consequens ad intelligendum obiecta eorum significata vel aliquid additum ab ipa realiter distinctum. ¶ Ad hoc dicendum est:ꝙ non est minus dubium hic de habitu principiorum practicoruꝫ q̄ de habitu aliorum speculatiuorum:de quo aliquid i tertio fuit dictum. ⁊ ideo sicut ibi dictum est de habitu principiorum speculatiuorū:ita ⁊ hic dicendum est de habitu principiorum practicorum:qui scintilla rationis in latino ⁊ in greco synderesis nominatur. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum:apparet ex p̄dictis ꝙ synderesis siue virtualiter siue formaliter accipiatur a conscientia distinguitur. quoniam conscientia est actus vel habitus practicus conclusionum. synderesis autē formaliter sumpta/est habitus principiorum. virtualiter aūt sumpta/videlicet pro actu/est actꝰ ipsorum/seu(vt loquar verius ⁊ ꝓprius)ipsamet principia in mente formata. tam actus autem q̄ habitus principiorum est distinctus realiter ab actu ⁊ ab habitu cōclusionū:⁊ hoc siue habitꝰ pncipioꝝ sit idē cū potētia:siue ab ipsa realiter distiguatur. quare ⁊c. ¶ Hec de scđo.

Quantum ad tertium & vltimum:apparet ex predictis similiter in primo articulo quid dicēdum. qm̄ tam synderesis sumpta formaliter pro habitu q̄ eius actus potest extingui totaliter ⁊ deleri: supposito ꝙ huiusmodi habitus sit ab anima distinctꝰ:⁊ i ipsa ex actibus acquisitus. non aūt potest extingui habitus huiusmodi nec deleri:licet actus eius valeat impediri: supposito ꝙ ipse actus sit a potentia idistinctꝰ ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. Est eī synderesis habitꝰ practicus a conscientia distinctus:sicut habitus principiorum ab habitu conclusionum.

CIrca distinctionem quadragesimam:in qua magister determinat de compatione actꝰ exterioris ad intētionem finis: Quero primo. vtrū oīs actus sit moraliter bonus ex sola intētione debiti sibi finis. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ ex illo solo dicit actus bonꝰ esse ex cuius opposito est malus. sed sola intentio finis indebiti facit actum moraliter esse malum:ergo ⁊ per contrarium sola intentio finis debiti ipsi contrarij eum facit moraliter esse bonum. ¶ Contra. qꝛ actus moraliter bonus non tm̄ requirit finem intentum debitum:sꝫ etiā obiectum terminatiuum ⁊ principium effectiuum ⁊ tēpus idoneum:⁊ alia sibi debita secundum rectū iudiciū rationis. sed nullum illoruꝫ que oīa simul sumpta ad actum moraliter bonuꝫ sunt necessaria/sufficit per se solum. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi est dicēdum Primo ad quesitum. Secundo est videnduꝫ:an possit esse aliquis actus hominis sic indifferens ꝙ non sit bonus moraliter nec malus.

Quantum ad primū: ad qđ tamē iam in precedentibus est responsum:est sciēdum. ꝙ sicut pulchritudo corporis alicuius exigit nō vnum tm̄:sed multa:quia omnia sibi conuenientia:vt quantitatem debitam/colorem/figuram/⁊ alia:consimiliter suo modo de bonitate actus morali seu pulchritudine est dicendum/ videlicet ꝙ ad hoc ꝙ actus ipse sit moraliter bonꝰ /nō sufficiat eum habere vnum tm̄:sed multa/puta illa oīa que ipsi debentur non absolute ex natura actus : sed secundum rectum iudicium rationis. multa aūt secūdum rectum rationis dictamen debet actus moralis habere/puta debitum obiectum/effectiuum principium/⁊ finem intētum:⁊ alia multa:vt videlicet fiat vbi oportet quando ⁊ quomodo ⁊ sic de alijs omnibus circunstantijs sibi debitis secūdum rectum iudicium rationis. Inter omnia autem actui debita:vltimum est intentio debiti sibi finis. Hoc em̄ est qꝺ presupponit actuꝫ ipsuꝫ eē ordinabilem ad debitum sibi finem. non autem est sic ordinabilis/nisi sit circūstātionatꝰ oībꝰ alijs sibi debitis circunstantijs. Ergo questio ista duplicem potest habere intellectum. quando enim queritur:an actus sit moraliter bonus ex sola intentione finis:aut queritur de actu vt absolute sumpto sine omni circunstantia sibi necessaria ad hoc ꝙ possit in finem sibi debitum ordinari: aut q̄ritur de actu nō vt sic absolute sumpto:sed vt circūstantionato:⁊ per consequens ordinabili ad debitum sibi finem. ¶ His premissis pono duas conclusiones. Prima est:ꝙ nullus actus vt p̄io modo/videlicet absolute sumptus/ est bonus moraliter ex sola intentiōe debiti sibi finis. ¶ Hec apparet. quia vt in principio arguebatur/nullum illorum plurium que omnia ad bonitatem moralem requiruntur/ad eam sufficit per seipm̄. sed ad bonitatem moralem actus preter intentionē finis sibi debiti multa alia requiruntur secundum rectū rationis iudicium:vt predictum est. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia illud qꝺ presupponit ad bonitatem moralem alia multa necessaria:ad ipsum non sufficit sine eis sed intentio finis actui debiti presupponit actum esse ordinabilem ad finem ipsum:⁊ per consequens circūstātionatū omnibus circunstantijs sibi debitis alijs ab intentione finis. ergo ⁊c. ¶ Ex eodem medio sequitur: ꝙ nec etiam intentio finis sumpta cum aliquibꝰ alijs non tamen cum omnibus circunstantijs sufficit ad bonitatem actus moralem. quando enim ad aliquid plura oportet concurrere:nec aliquod illorum per se sumptum:nec etiam cum aliquibus aliorum/aliquo/ puta tm̄ vno ipsorum deficiente/est sufficiens ad illud. sed vltra intentionem finis debiti multe alie circunstantie sunt necessarie ad bonitatem actus moralem. ergo ipse non potest vnica sola deficiente moraliter esse bonus. ¶ Cōfirmaꝭ. qꝛ nec actꝰ aliq̄s est ad debitū finē ordinabiꝭ nisi sit vt dictū ē circūstātionatꝰ oībꝰ circūstātijs ab intentione finis que sunt multe ipsi necessarie. sed intentio debiti finis non potest esse nisi actus ordinabilis ergo ⁊c. ¶ Secūda ꝯclusio est. ꝙ actus secūdo modo sumptus/puta vt ordinabilis:qꝛ sufficienter circūstātionatus oībus circūstantijs sibi debitis alijs ab intentiōe finis /est ꝯplete ⁊ vltimate moraliter bonus ex ipa sola intentiōe debiti sibi finis. ¶ Hoc apparet:⁊ iā fuit in quadā alia questione declaratū superius. qm̄ habēs omnia precedētia ad bonitatē moralē necessaria:⁊ carens tm̄ vltimo p̄dicta omnia p̄cedētia supponēte/est vltimo ⁊ cōplete bonū moraliter ab illo sibi vltimo aduenīēte. sꝫ oīs actꝰ moralis ad finē sibi debitū ordinabilis ē circūstantionatus oībus sibi debitis circūstātijs priorib ꝰ/circunstantia finis siue intentionis eiꝰ excepta/ad bonitatem actus moralis necessarijs. ergo ex sola finis circunstantia vltimo aduenīēte ⁊ alias supponēte ipe actus ē moraliter bonus vltimo ⁊ complete. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secūdum:est sciendum ꝙ actus hoīs dicit esse duplex. Est em̄ vnꝰ nō humanus/ ⁊ alius humanus. Actus nō humanus dicit oīs actꝰ ab hoīe sine deliberatione ⁊ aliquo fine intēto factꝰ/vt barbam fricare:⁊ alia similia ex sola imaginatione facere absqꝫ aliqua deliberatione ⁊ preuia ratione. Actus aūt humanus dicit oīs actus hoīs cū deliberatiōe ⁊ fine intēto ipsiqꝫ prefixo factus. De primo actu/vcꝫ nō humano/nō est dubium quin talis possit esse indifferēs/ nō bonus vcꝫ nec malus moraliter:sed tm̄modo de secundo/ puta de humano cū deliberatione facto ⁊ fine intēto ipsi prefixo. ¶ Hoc premisso/dico ꝙ etiā talis actus humanus cū deliberatione ⁊ fine intēto factus:pōt esse indifferēs/nec bonus moraliter vcꝫ nec malus. ¶ Hoc ꝓbatur. qm̄ omnis actus factus ꝓpter finē aliquē precōceptū est cū deliberatione factus. ¶ Hoc apparet. solꝰ enim actus circūstantia finis non circūstantionatꝰ pōt esse sine deliberatione factus:non aūt aliquis alius circunstantionatus maxime circunstātia potissima:qualis est intentio finis. sed aliquis actus propter fineꝫ aliquem factus:⁊ per ꝯn̄s finis circunstātia circūstantionatus pōt esse indifferens:qꝛ vcꝫ nec bonus moraliter nec malus. ergo ⁊c. ¶ Minor probaꝭ. qm̄ actus factus ꝓpter finē indifferentem:qui vcꝫ nec est bonus moraliꝭ nec malus:nec actui debitus nec indebitus:nō est ratione finis bonus moraliter nec malus:sed eque indifferēs sicut finis. sed aliquis est actus possibilis ex se idifferēs cuꝰ etiā finis potest esse cōsimiliter indifferēs. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quoniam nullus actus dicitur ex fine malus nisi ex fine sibi indebito ⁊ illicito:nec bonus/ nisi ex fine sibi debito ⁊ honesto:sicut dare eleemosynaꝫ ꝓpter vanā gloriam est actus malus moraliter ex fine: quia eius finis est indebitus:⁊ dare eleemosynam propter deum/ex fine bonus propter contrariam rationeꝫ. ergo ex fine indifferenti non potest actus aliq̄s bonus existere nec malus. ¶ Minor/vcꝫ ꝙ aliq̄s actus sit possibilis ex se indifferens/cuius etiā finis sit moraliter indifferēs:apparet in exemplo de quocunqꝫ actu nō ꝓhibito nec precepto facto ad experiendā libertatem propriam faciētis. sicut em̄ eleuare festucā vel aliud quod cunqꝫ facere/quod nec homini interdicit nec precipit/ē actus indifferēs nec bonus moraliter nec malus:ita et facere talem actum precise qꝛ placet ipsiqꝫ est gratum/ est finis cōsimiliter indifferēs nec bonus moraliter nec malus. est em̄ homo sue libertati dimissus/vt faciat vel nō faciat prout sibi placet illa oīa que nec sibi sunt prohibita nec precepta. quare ⁊c.

Sed contra cōclusionē istam arguitur ab alijs tenētibus conclusionē oppositā/multipliciter. ¶ Primo sic. bonitas est in actu ex conformitate eius ad rationē practicā:⁊ malitia ipsi cōtraria ex deformitate eius ad ipsam. Tunc ex hoc potest sic argui. oīs actus voluntatis elicitus vel imperatus cōcordiꝭ vero iudicio ratiōis practice est moraliter bonus:malus aūt si discors ē vel etiā si cōcors falso dictamini seu iudicio practice ratiōis. sꝫ oīs actus volūtatis ex deliberatiōe factus est concors ipsi deliberationi que est iudiciū practice rationis:omne aūt tale iudiciū est rectum vel oblīquū. ergo nullus actus volūtatis sequēs ipsuꝫ est indifferens:sed est moraliter bonus si iudicium est rectū seu verū:⁊ malus si iudicium est obliquū ⁊ falsum. ¶ Preterea secundo arguiꝭ. quia non magis aliquod factum potest esse indifferēs quin necessario sit bonum vel malum q̄ verbum. sed omne verbum est bonum vel malū. Quod patet:qꝛ omne verbū cū deliberatione ꝓlatū:cū habeat a proferente aliquē finem intentum:vel talis finis est bonus/vel malus. si primū:ergo ⁊ verbū est bonū si autē ponaꝭ secundū:sequiꝭ ꝙ sit malum ⁊ otiosum:de quo(vt diciꝭ Matth.xij.)ratio ī die iudicij est reddēda. ergo ⁊c. ¶ Preterea tertio. quia ꝑuatiue opposita circa ideꝫ subiectū sunt immediata. sed bonitas ⁊ malitia sunt circa actum volūtatis deliberatiue factū/sicut priuatiue opposita. ergo ⁊c. ¶ Preterea quarto:qꝛ oīs actus deliberatiue factus est ab exequēte ipm̄ ad fineꝫ aliquē ordinatus. sꝫ nō potest ordinari nisi ad finē bonū ⁊ sic erit bonus:vel ad malū/⁊ tūc sequiꝭ ꝙ sit malus. ergo ⁊c. ¶ Preterea quinto ⁊ vltimo arguiꝭ. qꝛ secundū Aug. de doctrina Christiana/Peruersitas est vti fruendis ⁊ frui vtendis. Ex hoc arguiꝭ. qm̄ in omni actu volūtatis aut est fruitio respectu eius quo vtendū/aut econuerso:⁊ sic est actus ꝑuersus. aut est vti vtendis vel frui fruendis:⁊ sic est actus bonus. sed omnis actus cū deliberatione a volūtate elicitus/vel est frui vtēdis/vel vti fruēdis/vel ecōuerso frui fruēdis/⁊ vti vtēdis. ergo ⁊c.

Ad ista per ordinē respōdetur. Ad primum: quādo diciꝭ ꝙ oīs actus elicitus ꝯcorditer ⁊c. respondeꝭ:ꝙ ratio seu dictamen practicū tūc est determinate rectum vel nō rectū/quando respicit obiectū eligendū vel respuendum:⁊ omnis actus voluntatis tali dictamini recto cōcors est bonꝰ:⁊ obliquo malus. Qn̄ aūt dictamen eius est qꝺ nō est determinate respuendū nec eligendū:sed vtrunqꝫ est licitū:qꝛ ad bonum indifferens ⁊ ad malū:vt dictamē quo intellectus precipit eleuandam esse festucā de terra/nō tanq̄ aliquid determinate bonum nec malū/sed vt indifferens ad vtrūqꝫ:tūc talis actus hmōi dictamen sequēs nō erit determinate bonus nec malus/sed indifferens : sicut ⁊ dictamen ipsum antecedēs nec est rectū nec nō rectum rectitudine obiecti dictati/nec finis intēti. ¶ Ad secundū de verbo otioso:negaꝭ illa minor ibi assumpta. potest em̄ esse verbum aliquod indifferēs sicut factū. ¶ Nec valet qꝺ arguiꝭ de fine. quia sicut factū(vt dictum est)potest habere finē indifferentē nec bonū moraliter nec maluꝫ:ita ⁊ verbū. possum em̄ verba aliqua mihi nō inhibita dicere precise qꝛ placet mihi/vel qꝛ volo solatiari:qui finis nō est malus moraliter nec bonus. nec talia verba licet tali fine indifferenti prolata sunt semper otiosa:de quibus ratio est reddenda. quoniam tūc verba solatiosa diciꝭ otiosa/quando dicunꝭ illo tēpore quo homo debet dicere alia vtilia:q̄ impediunꝭ per illa. nō aūt forte sunt otiosa quando dicuntur alio tempore quo nō obligatur loquens ipsa ad proferendū alia vtilia. quare ⁊c. ¶ Ad tertium de priuatiue oppositis:negandum est qꝺ assumitur in minori. non enim bonitas et malitia sunt priuatiue opposita circa voluntatis actū absolute sumptū nec etiā circa ipm̄ vt ad finē indifferentē relatū:sed tm̄

circa ipsum vt ad bonū vel tm̄ ad malū finē cōparatum sed in proposito finis actus presupponit esse indifferēs ergo ꝛc. ¶Ad quartum apparet ex dictis ꝙ falsum accipit in minori. potest enim esse finis intentus indifferens sicut actus. ¶Ad quintū ꝛ vltimū dicendū: ꝙ nō omnis actus vrēdi eo quo ille cuius est actus hm̄oi potest vti/est bonus: immo potest esse indifferens. Tuncē precise actus vtendi vtendis est bonus: quādo est obiecti quo necessario est vtendū: nō aūt quādo est obiecti indifferentis. solus etiā ille vtēdi actus est malus: quo ḡs sic aliqua re vtitur ꝙ rē ipsam qua vtit nō tm̄ nō refert in finem sibi debitū: sed etiā refert ipsam in finē ꝓrariū sicut peccator qui sic delectatione vtit̄: ꝙ si diuinū preceptū quo ipsi interdicit ei occurreret/cōtēneret. ꝛ hinc est ꝙ magis delectatione sua fruat̄ ꝙ vtat̄: ꝛ ecōtrario magis fine vltimo/vez deo quē spernit/vtatur ꝙ fruat̄. non sic autem est in proposito de illo qui licet libertate sua vtat̄ vel fruatur aliqualiter priuatiue: qz non refert ipsaz quā sibi ꝓ fine cōstituit in deum: nō tamē ipa fruitur positiue: qz nec libertatem hm̄oi refert in finē cōtrarium: nec sic ipsam sibi pro fine cōstituit/quin ipsam dimitteret si diuinū preceptū superueniret: qz nec sibi caz in actibus hm̄oi indifferentibus pro fine constituit/nisi quis hoc non esse illicitū sibi nouit. quare ꝛc. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

SEcundo quæro: Vtrum vnus ꝛ idem actus numero volūtatis elicitus vt imperatus possit esse bonus moraliter ꝛ malus. ¶Et videt ꝙ sic. quia vnus ꝛ idem actus siue interior elicitus siue exterior imperatus potest referri seu ordinari nūc ad debitum nūc ad indebitū sibi finē. sed actus ad bonum finē ordinatus est moraliter bonus. malus autē quando ad malū finē sibiꝫ indebitum ordinat. ergo ꝛc. ¶Contra. quia vnū ꝛ idem numero nō potest esse diuersarū specierū. sed actus bonus moraliter est alterius speciei ab actu malo morali. bonitas em̄ moralis ꝛ malitia sunt essentiales differentie actuū humanoꝝ. ergo ꝛc. ¶Respōsio. vbi sic procedet̄. Prio enim videbitur/an bonitas ꝛ malitia moralis sint differentie omnium actuum humanoꝝ. Secundo ex hoc respondebitur ad quesitum.

Quātum ad primum: præmitto & supono duo.

Primū est. ꝙ bonitas moralis ꝛ malitia ipsi opposita sunt precise illoꝝ actuū actuū qui possunt esse cōformes ꝛ difformes recto vt̄ falso dictamini rōnis. ¶Hoc apparet. quonia solus ille actus dicit̄ moraliter bonus qui est concors recto dictamini intellectus. ille aūt malus qui est talī dictamini vez recto discors: ꝛ ēt ille q̄ est cōcors dictamini falso siue erroneo intellect⁹. nullus autem alius ab istis actus est bonus moraliter nec malus ¶Ex quo infero corollarie: ꝙ actus primo bonus moraliter vel malus est actus voluntatis interior elicitus non aūt aliquis exterior imperatus. qm̄ ille dicit̄ prio bonus moraliter vel malus: q̄ est immediatus dictamini cui debet concordare ad hoc ꝙ sit bonus/ꝛ a quo debet discordare si malus. sed actus solus interior volūtatis elicitus est hm̄oi. Actus enim exterior imperatus non immediate respicit actum dictaminis rationis: sed actū electionis volūtatis actū ipm̄ exterius imperātē. ergo licet tam interior elicit⁹ ꝙ exterior imperatus debeat dici bonus moraliter siue malus: non tamē primo/ nisi actus solus interior voluntatis. ¶Secundum premittendū est. ꝙ actuum hominis/aliꝫ sunt interiores vt predicti moraliter primo boni. ꝛ aliꝫ exteriores, quoruz aliꝫ sunt imperati vt procedētes mediāte actu liberi arbitrij. aliꝫ sunt elicti non imperati/vt oēs ab actu volūtatis totaliter independentes/nec ipso mediante ꝓcedentes: sicut sunt actus nutritiue potentie ꝛ vegetatiue ꝛ tales actus nō dicunt̄ proprie. esse humani licet humanis/sed aliꝫ. nō em̄ sunt hominis aliter ꝙ aliorū omniuz quibus cōuenīūt. ¶His premissis pono tres ꝛclusiones ¶Prima est. ꝙ bonitas moralis ꝛ malitia nō sunt differentie essentiales sed tm̄ accidentales alicuius predictorū actuū hoīs acceptorum absolute quantū ad substantiam actus. ¶Hec apparet. quoniam omnino sunt disparata naturale ꝛ morale: nec vnum potest esse alteri essentiale. sed substantia cuiuslibet actuū humanoruz est ens aliquod naturale non magis nec secundū se sumpta in genere moris ꝙ substātia hominis vel cuiuscūq; alterius entis. ergo ꝛc. ¶Confirmat̄. qz actū sic vel aliter circunstantionari/puta ad istum finez/vel ad alium ordinari vno tempore magis ꝙ alio: vel ab vno ꝓncipio cōgruentius ꝙ ab alio fieri/vt̄ ad hoc obiectū magis ꝙ ad aliō terminari/o no accidit actui absolute accepto. sed ista ꝛ eis similia actum circunstantionantia sunt sine quibus nullus actus est bonus moraliter nec malus ergo ꝛc. ¶Ex eisdem sequitur: ꝙ sint differentie accidē tales ipsoꝝ actuū vt sic absolute sumptorū. quoniam sicut idez subiectū potest nūc sub albedine nūc sub nigredine esse: ex quo sequit̄ ꝙ accidentia sibi sint accidētalia non essentialia: ꝛ ꝙ ꝓ quodlibet ipsorum a quolibet alio informato accidēte accidentaliter nō essentialiter fit distinctum: ita ꝛ de bonitate morali ꝛ malitia ipsiop posita cōparatis ad actū vt absolute sumptū secunduz suam substantiā propter consimilē rationē cōsimiliter est dicendū. quare ꝛc. ¶Secūda cōclusio est. ꝙ bonitas moralis ꝛ malitia non sunt etiā differentie accidētales actuū hominis elicitorū exteriorū. ¶Hec apparet. qm̄ que non cōuenīūt nec cōuenire possunt alicui: nullo modo eius differentie essentiales nec accidētales etiā possunt dici. sed bonitas ꝛ malitia nō sunt nec esse possunt talium actuū. ergo ꝛc. ¶Minor probat̄. quia bonitas moralis ꝛ malitia precise sunt illorum actuū q̄ possunt habere aliquā conformitatē vel difformitatē ad dictamen rationis prevtū. sed tales actus sunt precise actus existentes quātū ad fieri ꝛ nō fieri in hominis potestate: cuiusmōi sunt actꝰ volūtatis interiores elicit̄: ꝛ etiā actꝰ exteriores talibus mediantibus imperati: nō autē aliꝫ exteriores sine talibus mediātib⁹ ꝓcedētes: nec ab eis modo aliquo dependentes. ergo ꝛc. ¶Confirmatur. qz tales actus hominis/puta nutritiue vel vegetatiue potentie/ nō sunt morales nec moraliter circūstantionabiles magis ꝙ actus animaliū brutoꝝ. solū enim actus ille dicit̄ potentialiter esse moralis: qui est a seipso exequente ad debitū vel indebitū finez ordinabilis / ꝛ aliis moralibus circunstātijs circūstationabilis: qualis non est aliquis predictoꝝ. sed bonitas ꝛ malitia moralis nō possunt esse nisi precise actuū potentialiter moraliū. ergo ꝛc. ¶Tertia ꝛ vltima cōclusio est. ꝙ bonitas ꝛ malitia moralis sunt vel dici possunt differētie essentiales tā actus voluntatis interioris elicitꝰ, ꝙ etiā cuiuscunq; exterioris illo mediante imperati: ꝛ hoc vt actus isti accipiuntur nō vt videlicet sunt in genere entis/sed tm̄ vt in genere moris. ¶Hec probat̄. quoniam illoꝝ omniuz actuum vt in genere moris acceptorum bonitas ꝛ malitia moralis sunt differentie essentiales: quoū vt in genere entis existentium sunt differentie accidentales. sed bonitas ꝛ malitia moralis sunt differentie accidentales actuum predictorum omniū vt in gñe entis existentium. ergo ꝛc. ¶Maior apparet per exemplū de albedine ꝛ nigredine: que licet sint differentie accidentales

subiectorum vt in genere substantie existentium: non tamē vt in genere coloris. coloratum enim per album ꝛ nigrū diuiditur non vt per accidentalia sed magis vt per essentialia. ergo consimiliter in proposito: licet bonitas ꝛ malitia accidant actui vt absolute sumpto/prout videlicet est in genere entis: non tamen accidunt ipsi. vt in genere moris existenti/nisi sicut inferiora accidunt superiori. nō enim aliter actus moralis vt moralis diuiditur per bonitatem moralem et malitiam/siue per bonum et malum morale/ꝙ animal per rationale ꝛ irrationale/vel coloratum per album ꝛ nigrum. ergo ꝛ cet. ¶Confirmatur. quia sicut omne coloratum habet esse albedine vel nigredine vel colore alio coloratum: ita et omnis actus circunstantionatus habet esse tali circunstantis vel alia circunstantionatus. sed omnis moralis actus est circunstantionatus vel circunstantionabilis: que quidem circunstantie ipsi inexistētes vel possibiles sic se habent ad ipsum vt in genere moris acceptū: sicut albū ꝛ nigrū ad coloratum. ergo ꝛc. ¶Hec de Primo.

Quantum ad secūdum: vbi est respondendum ad questum/apparet ex precedentibus quid dicendum.

quoniā aut actus huiusmodi de quo queritur an vnus numero possit esse bonus ꝛ malus/accipit vt in genere entis/aut vt in genere moris. Si primo modo: sic dum tamen talis actus sit potentialiter moralis vnus ꝛ idem in numero potest esse vno tempore bonus ꝛ alio malus. non autem vt secundo modo accipitur ipse actus. ¶Primum probatur/tam de actu interiori ꝙ de exteriori potentialiter morali/quis conformabili recto dictamini. quoniam constat ꝙ nūc diligens proximum ipsiꝫ subueniens fine indebito/potest postea diligere ipsum ac ei subuenire propter finem debitum cuilibet talium actuum/videlicet propter deum. sed ꝓpter finem mutatum non oportet mutari substātialit̄ ipsum actū: imo eundē actū numero ꝑmanentē siue interiorez siue exteriorē pōt̄ hō primo ordinare ad malū ꝛ postea ad bonū ac debitū sibi finē. sed vt ordinatus ad finē bonū ꝛ sibi debitū est moraliter bonus: vt aūt ad alīū/malus. ḡ ꝛc. ¶Secūdū/vez ꝙ vt act⁹ accipit in gñe moris impossibile fit ꝑm eundē numero esse bonū ꝛ malū moraliter/apparet. qz vt sic/bonū moraliter ꝛ malū specifice distinguunt̄. sed que sunt specie distincta non possunt nūero esse indistincta. ḡ ꝛc. ¶Cōfirmat̄. qz ita se habēt bonū ꝛ malū moralit̄ ad actū vt in genere moris existē tē: sicut coloratū ad albū ꝛ nigrū. sed sic se habet coloratū ad albū ꝛ nigrū: ꝙ licet idē subiectū vt absolute sumptū in genere substātie possit eē successiue albuz ꝛ nigrū nō tm̄ vt coloratū. nō enim est idem coloratū/sed etiā distinctum specie album ꝛ nigrum. ergo ꝛ in proposito cō similiter est dicendum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Irca distictionē quadragesimāprimā/in q̄ magister postea ꝙ determinauit de comparatiōe actus ad finem debitum vel indebitum/determinat de comparatione eius ad subiectum: Quero de duobus de quib⁹ magister ꝓncipaliter inquirit in litera. Primū est.

vtrum aliquis actus alicuius infidelis sit perfecte moraliter virtuosus. ¶Et videt ꝙ sic. quoniam actus fortitudinis tēperantie ꝛ iustitie possunt esse perfecti moraliter ꝛ virtuosi. sed huiusmodi actus etiā ad finē debitum ordinati fuerunt in pluribus infidelibus/vt patet de multis qui vitam aliam non sperantes se pro republica morti exposuerūt. talis autem actus est actus fortitudinis: ꝛ ad finem debitum/puta ad bonum reipublice ordinatus. ergo ꝛc. ¶Contra. quia nullus actus est perfecte moraliter virtuosus nisi ad finem vltimū sibi debitum ordinatus. sed nullus infidelium vitam aliam nō spectantiū ordinat suum aliquem actum ad talem finem vltimum. ergo ꝛc. ¶Responsio. vbi sic est procedēdum. Primo enim est videndum/an in quolibet actu infidelium sit peccatum. Secundo est dicendum ad questum/videlicet an actus aliquis alicuius infidelium possit esse moraliter virtuosus.

Quantum ad primum: fuit opinio aliquorum dicentium ꝙ in omni actu infideliū nō baptizatorum est morale peccatū.

Quō probant ꝓ hoc. quia nūꝙ eis fuit remissum originalis iustitie debitum: qō tm̄ remittitur baptizatis. ꝛ ideo quia manent semper ad rectitudinē originalis iustitie obligati: ꝛ nullū opus ipsorum habet rectitudinē debitā actui qui ex originali iustitia processisset: per cōsequens est peccatum in quolibet actu eorum. ¶Aliorum fuit opinio dicētium ꝙ nō in quolibet actu taliū est morale peccatū: sed tm̄ in omni actu ꝛ motu quōcūq; inordinato. Quō probāt: supposito eodem cū precedentibus/vez ꝙ omnes nō baptizati sint ad habendum originalem iustitiaz obligati. Ex hoc sic arguunt. quilibet peccat moraliter faciendo illud qō non potest se compati cum re illa ad quā habēdā est necessario obligatus. sed nullus inordinatus motus potuisset stare cum originali iustitia. ergo ꝛc. ¶Aliorū tertio fuit opinio dicentium ꝙ omnes actus vniuersaliter quoscunq; infidelium, ꝛ aliorum omniū reprobor sunt defectuosi ꝛ mali. Quō probāt. qz omnis actus debito fine carens est malus ꝛ moraliter vitiosus. sed omnes actus quoscunq; infidelium carent debito sibi fine. ergo ꝛc. ¶Preterea. quia obligatus ad observantiam alicuoꝝ modo certo nō tm̄ peccat in transgressione illorum sed etiam in obseruantia indebita. sed quilibet tenet̄ seruare precepta cum charitate ꝛ ex charitate: qō nō possunt facere infideles. ergo ꝛc. ¶Sed iste oēs opiniones sunt irrationabiles ꝛ crudeles. ¶Prime due multipliciter deficiunt. Primo. quia falsum supponunt: ꝙ non baptizati sint ad habendum originalem iustitiā obligati. nō enim magis ꝙ baptizati sunt ad ipsam obligati: qz nec originalis reatus est originalis iustitie carentia cuz debito habendi ipsaz: qō supponit vtraq; opinio predictarum/vt in precedentibus est ostensum. ¶Secundo. qz falsum prima opinio accipit/quando dicit ꝙ nullū opꝰ alicuius infidelis potest habere rectitudinē quā cū originali iustitia habuisset. non minus enim actus diligendi deum potest esse rectus sine originali iustitia ꝙ cum ipa: ꝛ sicut est de isto/ita ꝛ de quolibet aliorum actuum bonorum moraliter. nullam enim aliquis actuū bonitatem nec rectitudinem ex originali iustitia habuisset. sola enim gratia facit actum bonum supernaturaliter: qz vita eterna dignū. ¶Ex eodē apparet falsum esse qō secunda opinio accipit: quando dicit ꝙ nullus inordinatus actus potuisset stare cum originali iustitia. non em̄ magis omne peccatuz repugnasset originali iustitie ꝙ repugnet gratie. Esto etiam ꝙ sit verum: non est ad propositum: cum ad ipsam habendam non sit aliquis obligatus. ¶Preterea actus qui non magis interdicitur vni ꝙ alteri non magis in vno. ꝙ in alio est peccatum. sed multi sunt actus non magis infidelibus ꝙ fidelib⁹ interdicti. ergo ꝛc. ¶Tertia etiam opinio est improbabilis ꝛ absurda. quoniam nullus peccat in faciendo illud vel omittendo ad qō faciendū vel omittendum necessario obligatur. sed quilibet quantūcunq; in mortali

peccato existens est obligatus ad aliqua faciēda vt ad
cōtenta in preceptis affirmatiuis: ⁊ ad alia omittenda
⁊ declināda vt ad ɔtenta in p̄ceptis negatiuis. ergo in
talibus nullus peccat. quare ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. quia nul-
lus peccat in faciēdo hoc qd̄ si omitteret peccaret: nec
in declinādo illud qd̄ si faceret peccaret. sed multa sunt
que facere ⁊ alia que dimittere est peccatum: ergo ⁊ ce.
¶ Et ideo aliter est dicēdū/ vz ꝙ licet nullus actus ali-
cuius infidelium nec aliorum in peccato mortali existē-
tium sit eis meritorius ad eterna: nō tamen in quolibet
actu eorum est aliqua culpa: nec om̄is etiā defectus eo-
rum culpabilis est mortalis sed aliqs venialis. ¶ Pri-
mum/ vz ꝙ nullus eorū actus sit meritorius ad eterna
ab oībus supponit̄ ⁊ cōcedit̄ tanꝙ notū: qr nullus est di-
gnus vita eterna nisi existens in gratia. ¶ Secūdū/ vz
ꝙ non omnis actus ipsorū sit culpabilis/ apparet. qm̄
nullus actus moraliter virtuosus ⁊ bonus est culpabi-
lis formaliter nec virtualiter. ¶ Hoc apparet. qm̄ cum
culpa formaliter sumpta sit alicuiꝰ debiti carentia: nul-
la ꝑ cōsequens est in aliquo actu culpa formaliter sum-
pta in quo non est talis carentia. sed in actu moraliter
virtuoso debite circunstātionato non est talis carentia.
ergo nec culpa formaliter: nec per cōsequēs virtualiter
sumpta pro reatu. quoniā nullus propter actū ab omni
culpa immunē est reus nec aliqua pena dignꝰ. sed mul-
ti actus extra charitatē existentiū possunt esse ⁊ sunt vt
in alio articulo ostendetur/ moraliter virtuosi. ergo ⁊c.
¶ Tertiū/ vz ꝙ nec oīs actus ipsorū culpabilis sit mor-
talis/ apparet. qm̄ nullus propter actū sibi non interdi-
ctum per preceptū sed tm̄ per consiliū est ad penam seu
mortē perpetuā obligatus. sed multa sunt que licet cō-
sulant̄ ne fiant/ nō tamē magis infidelibus nec peccato-
ribus ꝙ aliis inhibentur. ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄. qr mor-
talis culpa dicit̄ tm̄ illa qua aliquis est dignus morte
eterna. sed non ꝓ omni actu culpabili est aliquis illorū
dignus morte tali. g̊ ⁊c. ¶ Ex hoc appet oīmoda impro-
babilitas opinionis dicentiū ꝙ aliquis actus infideliū
est eis mortale peccatū: cum nec etiā omnis actus cul-
pabilis sit mortalis: sed aliquis sit tm̄modo venialis: ⁊
multi ipsorū actus sint immunes etiā ab om̄i culpa ve-
niali. ¶ Ad illud qd̄ arguitur ī cōtrariū/ cū dicit̄ ꝙ oīs
ipsorum actus caret fine debito/ dicendū ꝙ falsum est.
potest enim in peccato existens etiā infidelis subuenire
pauperi propter deum. quare ⁊c. ¶ Ad secundū: quan-
do dicit̄ ꝙ tenet̄ precepta seruare cum charitate: dicen-
dum ꝙ hoc est verum si vult ipsa seruare vtiliter ⁊ me-
ritorie: nō autē absolute: sic/ ꝙ sine charitate obseruās
peccet mortaliter nec venialiter. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secūdum: vbi est respon-
dendū ad quesitū: premitto duo ad euidentiam dicendo-
rum. ¶ Primū est. ꝙ infideliū alii sunt verum deum cō-
fitentes: sed in aliquibus aliis deficientes. Alii sunt ve-
rum deum negantes/ ⁊ falsum colentes vt idololatre.
¶ Secundū premittendū est. ꝙ actus moraliter bonus
saltem om̄is alius ab amore amicitie / dici potest habe-
re duplicē bonū finē/ vz mediatū ⁊ vltimum: q̄ est deus
nullus tamē est perfecte bonꝰ nec moraliter virtuosus
nisi ad finem vltimū ordinatus. ¶ His premissis pono
tres conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ nullus actus infide-
lium deum verum negantium potest esse perfecte mora-
liter virtuosus. ¶ Hec apparet. qm̄ nullus actus est ꝑ-
fecte moraliter virtuosus nisi precise ille qui est ad finē
vltimum ab exercēte ipm̄ actualiter ordinatus. ¶ Hoc
apparet. qr nullus actus est perfecte moraliter bonus
nec virtuosus nisi perfecte ⁊ debite circunstantionatus
sed inter omnes circunstātias actui morali debitas est
intentio debiti sibi finis: qualis finis perfectus est vlti-
mus. sed nullus actus talium infidelium potest esse ad
talē finē ab ipsis relatus seu ordinatus. ipsi em̄ (vt sup-
ponit̄) deū negant. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. quia nullus fa-
cit aliquid ꝓpter deum/ nisi quia diligit eum. sed q̄ deū
non cognoscunt cuiusmodi sunt omnes eum negantes
heretici/ infideles/ eum nō diligunt. quare ⁊c. ¶ Secun-
da conclusio est. ꝙ actus infideliū predictorū potest esse
tm̄ imperfecte moraliter virtuosus ⁊ bonus. ¶ Hec pro-
batur. qm̄ omnis actus moralis ad duos fines/ puta vl-
timū ⁊ ad aliū ordinabilis/ citra primū est bonꝰ: sed nō
perfecte ⁊ moraliter virtuosus quādo est ad finē debitū
ab vltimo alium ordinatus. sed actus infideliū predicto-
rū potest esse talis. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quoniā
vt dictū fuit in precedentibus/ licet nullus actus sit vl-
timate perfectus nec virtuosus nisi ad finem vltimū or-
dinatus/ est tm̄ bonus ⁊ moraliter virtuosus si ad finem
alium citra illum sibi debitum ordinatur: sicut subueni-
re proximo propter compassionem eius ⁊ dilectionem/
licet non amore dei/ non est actus moralit̄ malus sed bo-
nus licet non perfectus. quia etiam actus moralis me-
lior est quando est ad omnem finem sibi debitum tam vl-
timum ꝙ alium/ ꝙ quando est precise ad vltimum ordi-
natus. hoc autem non esset nisi intentio finis alterius
ab vltimo daret actui aliquā bonitatē. quare ⁊c. ¶ Mi-
nor/ vz ꝙ actus talium infidelium possint ad finē aliū
a primo seu vltimo eis debitum ordinari/ apparet. pōt
enim infidelis proximo subuenire: qr ipsi seu miserie eiꝰ
compatitur: vel propter quēcunq finem ad quem talis
actus est ordinabilis citra vltimū. multi etiā infideliū
se quando ⁊ vbi oportuit morti exposuerunt: ⁊ propter
finem debitum alium citra vltimum/ puta propter rei
publice bonum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qr omnis actꝰ
est bonus ⁊ moraliter virtuosus qui est cōcors recto di-
ctamini intellectus. sed actus fortitudinis heretici su-
pra dictus est talis. secūdū enim rectū rationis iudiciū
exponere se morti propter finem debitum qualis finis
est liberatio ciuitatis vel declinatio alicuius peccati
mortalis/ est bonū. ⁊ ideo mori anteꝙ aliquid turpe cō-
mittere vel propter liberationem ciuitatis vel propter
quācūq aliam notabilē vtilitatem communitatis/ est
actus concors seu conformis recto dictamini rationis.
ergo ⁊c. ¶ Sed circa dicta occurrit dubium. quoniam
omnis actus moralis imperfectus videtur esse vitio-
sus. sed omnis actus moralis non ordinatus ad finem
vltimum ad quem est ordinabilis/ est imperfectus. ergo
⁊c. Sed nullus actus predictorū infideliū potest ad fi-
nem hmōi ordinari. ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄. quia omnis
actus carens circūstantia debita est culpabilis ⁊ mora-
liter vitiosus. sed omnis actus talium infidelium caret
circunstantia sibi debita/ puta intentione finis vltimi.
ergo omnis ipsorum actus est culpabilis ⁊ moraliter vi-
tiosus. sed omnis actus talium infidelium caret circū-
stantia sibi debita: puta intellectione finis vltimi. ergo
omnis ipsorum actus est culpabilis ⁊ moraliter vitio-
sus: cuius contrarium in precedenti articulo fuit dictū.
¶ Ad primum/ cōcessa minori dico ꝙ maior est falsa. nō
enim magis actus virtuosus licet imperfectus est vi-
tiosus ꝙ albedo quantumcunq imperfectissima sit ni-
gredo. quare ⁊c. ¶ Ad confirmationem concedo quod
assumitur in maiori/ vz ꝙ omnis actus carens aliqua
circūstantia sibi debita est culpabilis ⁊ moraliter vitio-
sus: ⁊ hoc/ supposito ꝙ huiusmodi circunstantia sic sit
ipsi debita ꝙ ad ipsam producens actum sit necessa-
rio obligatus: non autem aliter: quia non est peccatum
aliquod nec defectus omittere aliquid ad quod hō nō
obligatur. sed ad habendum intentionem vltimi finis
semper in actu agens non necessario obligatur. licet eī
obligetur ad non intendere finē indebitum: non tamen
semper ad finem maxime quēcunq debitū obligatur.
alias omnis dans eleemosynas vel faciens aliud quod-
cunq bonum non considerans actu deum faceret actū
vitiosum ⁊ culpabilem: qd̄ est falsum. ⁊ ita in proposito:
licet omnis actus talium infidelium factus propter eo-
rum finē vltimū/ puta propter illum quē colunt deū: cū
talis finis sit indebitus ⁊ peruersus: sit culpabilis ⁊ vi-
tiosus: non tamen actus ad finem aliquem debitum vel
ad nullum debitū nec indebitum ordinatus. quare ⁊c.
¶ Ex predictis sequitur ꝙ aliter intentio finis debiti ⁊
aliter alie circunstātie/ puta obiecti principii temporis
⁊ loci debentur actui. Intentio enim finis vltimi non sic
debetur actui ꝙ sine ipsa actualiter existente actꝰ ipse
sit culpabilis: nec ipsum exequenti ad penam aliquam
imputandus: dum tamen non sit intentio finis contra-
rii indebiti. Alia autem puta obiectum debitū/ efficiēs
principium locus ⁊ tempus idoneum semper oportet ī-
esse actui: cum sine eis vel ipsorum aliquo actus sit cul-
pabilis ⁊ aliqua pena dignus. ¶ Aliter posset respon-
deri ad confirmationem predictam: vel negando mino-
rem. non enim intentio finis vltimi est circunstantia de-
bita omni actui virtuoso: sed tm̄ perfecto: qualis non est
iste de quo est in presenti sermo. vel concessa maiori ⁊ mi-
nori potest dici ꝙ licet nullus actus talium infidelium
sit virtuosus: quia intentione finis debiti spoliatus non
tamen ex hoc sequitur ꝙ sit culpabilis nec vitiosus
cum nec etiam omnes actus fidelium sint virtuosi vel
vitiosi seu culpabiles: sed sint aliqui indifferentes. vnde
omnis actus ad finem bonum ordinabilis ⁊ ad malum
ad neutrum ordinatus potest dici indifferens: quia nec
virtuosus nec vitiosus saltem positiue: quia ad finem
indebitum non ordinatus. nec etiam est culpabilis ali-
quo modo: cum vt dictum est non semper operans ob-
ligetur ad finem vltimum suo operi debitū actualiter
intendendū. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ actus
aliorum infidelium/ deum videlicet cōfitentium/ potest
esse perfecte moraliter virtuosus. ¶ Hec apparet. quia
omnis actus moralis ad omnem finem sibi debitum ad
quem est ordinabilis/ actualiter ordinatus est perfecte
moraliter virtuosus. sed actus talium infideliū potest
esse huiusmodi. possunt enim tales infideles deum cre-
dentes agere propter ipsum. ergo ⁊ ce. ¶ Confirmatur.
quia omnis potens diligere deum potest om̄e quod ip-
si cognoscit acceptum eligere propter ipsum: ⁊ per cō-
sequens referre seu ordinare ad eum. sed infideles deū
verum agnoscentes ⁊ ponētes possunt sicut ⁊ fideles de-
um super omnia diligere: cū sic cognoscāt eū quia sum-
mum bonum/ existere diligendum. ergo ⁊ omnem actū
bonū possunt ordinare ad ipm̄. q̄re ⁊c. ¶ Sic ad q̄stionē.
¶ Ad rationē in p̄ncipio apparet solutio ex predictis.

Secundo quæro: Vtrum om̄e
peccatum sit voluntarium. ¶ Et videtur ꝙ
sic. quoniam secundum Augustinum primo
lib. retract. cap. xii. Vsq adeo peccatū volū-
tariū est vt nullo mō sit pctm̄ si nō sit voluntariū. ¶ Cō-
tra. quia omne voluntarium est in hominis potestate:
sed non omne peccatum est in potestate hominis/ vt pa-
tet de peccato originali quod quilibet contrahit velit
nolit. ergo ⁊c. ¶ Responsio. Primo ad quesitum. Se-
cundo inquiram quid sit peccati subiectum.

Quantum ad primum: dicunt aliqui ꝙ
omne peccatum est voluntariū/ tamen differenter. Tri-
pliciter enim (vt dicunt) potest intelligi peccatum esse
voluntarium. Vno modo. quia est a voluntate vt a cau-
sa prima ⁊ remota alterius ꝑsone ab illa in qua est pec-
catum. ⁊ sic peccatū originale est voluntariū. Qd̄ appa-
ret per Augustinū lib. retract. cap. xii. sic dicentē. Illud
quod in paruulis dicitur peccatum originale cum ad-
huc non vtantur arbitrio voluntatis non absurde vo-
catur voluntarium quia ex prima hominis mala vo-
luntate factum est quodammodo hereditarium. Alio
modo peccatum potest dici voluntarium/ quia est a vo-
luntate illa cuius est/ vt a causa proxima ⁊ immediata
in cuius potestate est vitare ipsum: non tm̄ quodlibet ꝑ
se acceptum: sed etiam omnia simul sumpta. et sic mor-
tale peccatum est voluntarium. Tertio modo potest di-
ci voluntarium: quia est a voluntate similiter vt a cau-
sa proxima ⁊ immediata/ in cuiꝰ potestate est vitare ip-
sum ⁊ quodlibet aliud in particulari: non tamen omnia
in vniuersali. ⁊ sic veniale peccatum est voluntarium. Li-
cet enim homo possit vitare quodlibet veniale pecca-
tum demonstratū vt sine alio sumptū: non tamen de le-
ge cōmuni potest trāsire sine omni pctō veniali. ¶ Sed
hic modus dicendi est inconnexa accipiens ⁊ in multis
deficiens. Deficit enim primo. quando dicit ꝙ volūtas
vnius persone potest esse causa culpe alteriꝰ. Hoc siqui-
dem non est verum. nullius enim peccatum potest esse
alterius formaliter: licet virtualiter. sicut etiā ī exem-
plo quod accipit de peccato primorum parentum: pro-
pter quod ipsorum filii concipiuntur non in peccato ꝓ-
prie sumpto vt a reatu distincto: sed in reatu/ vt in prece-
dentibus est ostensum/ quādo de peccato originali fuit
actum. ¶ Secundo. quia ad istam/ quilibet homo cur-
rit/ sequitur ista/ omnis homo currit. ergo consimiliter
in proposito/ in cuius potestate est quodlibet peccatū
singulariter sumptum vitare: ⁊ om̄ia simul sumpta/ sal-
tem vnum post aliud. et ita inconnexa videtur accipe-
re quando dicit ꝙ homo potest vitare quodlibet venia-
le peccatum in singulari/ non tamen omnia in vniuersa-
li. ¶ Confirmatur. quia quando dicit ꝙ nō potest vita-
re oīa peccata/ aut intelligit ꝙ nō potest omnia vitare
simul/ aut ꝙ non successiue vnū potest alterum. Si pri-
mum/ nō est ad propositū. quia esto ꝙ nō vitet omnia si-
mul ipsa respuendo ⁊ quodlibet actualiter detestando:
quia nec oīa cōsiderat/ sicut nec etiā peccata mortalia:
tamē ex quo quodlibet qd̄ sibi occurrit potest repellere
et declinare / sic potest omnia vitare peccata venialia
sicut ⁊ mortalia: qd̄ sufficit ad propositum. Si autē po-
natur secundū: ergo non est in potestate eiꝰ vitare quod-
libet: quod est falsum. nullus em̄ peccat in faciendo qd̄
non potest vitare/ nec in omittendo aliquid qd̄ non pōt
facere. ergo ⁊c ¶ Et ideo aliter est dicendum. Ad cuiꝰ
euidentiam est sciendū: ꝙ dupliciter potest dici aliquid
voluntariū/ videlicet positiue/ ⁊ priuatiue. Positiue di-
citur voluntarium omne illud quod fit a voluntate eli-
ciēte vel īperante libere: sic ꝙ est ī eiꝰ potestate qd̄ elicit
nō elicere: ⁊ qd̄ exterius fiendū imperat/ non imperare.
Priuatiue autem dicitur voluntarium/ priuatio illius
qd̄ nō fit a voluntate eliciēte nec imperāte: qd̄ tamē ab
ipsa fieri deberet ⁊ posset.

Hoc præmisso pono tres cōclusiones.

¶ Prima est. ꝙ pctm̄ cōmissionis sumptum materialit̄
est voluntariū primo mō. ¶ Hec apparet. qm̄ materia-
le in om̄i pctō est actus a voluntate elicitꝰ tm̄/ vel actꝰ
elicitus cū imperato simul sumptꝰ. sed ɔstat ꝙ oīs volū-
tatis actus elicitus vel imperatus pctō substratus est
sic a voluntate libere positiue effectiue/ ꝙ posset nō esse
qr alias nullū esset in eo pctm̄: cū in nullo ineuitabili vt
impossibili possit esse pctm̄. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. qr in

nullo actu est peccatū cōmissionis nisi in illo ad quē vi-
tandū homo est obligatus. sed nullus obligat̄ ad vitan
dum illud qđ nō est in sua potestate. ergo oīs actus in q̄
est peccatū cōmissionis est in potestate hoīs. sed omne ī
potestate hoīs existens est actus volūtatis elicitus vel
imperatus. ergo vtrūq̄ istorū in quorū altero vel vtroq̄
est ꝯmissionis pctm̄/est voluntariū positiue: qꝛ vȝ est a
voluntate eliciente vel imperāte libere effectiue. ¶ Se
cunda cōclusio est. ꝙ tā peccatū omissionis q̄ etiā com
missionis vt formaliter sumptum est voluntariū secun-
do modo/vȝ priuatiue. ¶ Hec apparet. Primo de omī
peccato omissionis. quoniā omissionis peccatū formali
ter sumptū est carētia seu ꝓuatio actus debiti ab omit-
tente. sed omīs actus ab aliq̄ debitus est ipsi possibilis:
cū nullus sit ad sibi impossibile obligatus. ergo omissio
nis pctm̄ dicit̄ voluntariuȝ qꝛ est carentia seu priuatio
illius qđ nō est a voluntate eliciente vl̄ imperāte: qđ tñ
posset ab ea existere ꝛ deberet. quare ꝛc. ¶ Secūdo hoc
idem apparet de ꝯmissionis peccato vt formaliter sum
pto/saltē de aliquo: vt de omni illo qđ cōsistit in carētia
alicuius circūstantie debite actui ꝛ possibili ipsuȝ exer
centi/sicut celebrare missaȝ in loco indebito vel tempo
re interdicto. cōstat em̄ ꝙ pctm̄ ī tali actu ꝛ in alio quo
cunq̄ sibi simili est carentia circūstātie ipsi debite ꝛ da
ri ei possibilis ab agente/puta loci cōuenientis ꝛ tēpo-
ris. sed priuatio eius qđ posset esse a voluntate ꝛ debe-
ret: qđ tñ nō est/ dicit̄ pctm̄ volūtariū isto modo/vȝ pri
uatiue. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. quia qđ est voluntariū taȝ
antecedēter q̄ etiā consequēter/est voluntariū simplici
ter. sed predictum commissionis peccatuȝ ꝛ aliud quod
cunq̄ illi simile est voluntarium priuatiue vtroq̄ istorū
modoꝝ: cum posset idem actus ꝛ ab eodē agente proce
dere absq̄ peccato aliquo ipsum consequente siue con-
comitante. ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ aliquod
cōmissionis peccatum vt formaliter sumptum est volun
tarium precise antecedenter non autem consequenter.
¶ Hec apparet. quoniā omne illud cōsequens qđ sequi-
tur necessario antecedēs /est voluntarium isto modo re
spectu illius in cuius potestate est ponere vl̄ nō ponere
antecedens. sȝ aliquod cōmissionis peccatū est qđ actū
substratū vt ē talis agētis seq̄t necessario: sicut actū in
cōtinētie religiosi seq̄t nc̄c̄rio ī ipo effectu deformitas
que est ipsum cōmissionis peccatum formaliter sumptū
qui tamē actus substratus est in potestate peccantis. er
go licet hmōi cōmissionis peccatū sit voluntariū ante-
cedenter: quia vȝ actus quē sequit̄ est in potestate pec-
cantis: non tamen cōsequēter/actu hmōi antecedente
existente: cum ipsum positū non sit in ei⁹ potestate nō se
qui tale peccatū. ¶ Confirmatur. quia si peccatuȝ esset
in potestate hominis consequenter/nullus cōmuniter
committendo peccaret: cum nec in actu quem cōmittit
peccatum/sed tm̄ delectationē intendat. delectatio au-
tem ipsa vt sumpta formaliter nō est peccatum: cum sit
ens aliquod positiuum. quare ꝛc. ¶ Nec valet si contra
hoc arguatur de alio peccato de quo dictum est in con-
clusiōe scđa ꝙ est volūtariū tā anc̄edēter q̄ ēt cōsequēt̄.
qꝛ licet hoc sit verū ꝯparādo peccatū ad actū sic positi
ue circūstātionatū/puta vt in tali loco vl̄ in tali tp̄e vl̄
a tali ꝓncipio factū: nō tñ vt absolute factū. ¶ Quar-
ta ꝛ vltima cōclusio est. ꝙ nullū peccatuȝ vt virtualiter
sumptū/vȝ pro reatu/est voluntariū nisi tm̄ anteceden
ter. ¶ Hec ap̄pet. quoniā licet sit in hoīs potestate pec
care vel nō peccare: nō tamē ꝙ pro peccato sit reus vel
nō: nec ꝙ ꝓ tali pctō sit ad tantā penā obligat⁹: ꝛ ꝓ alio
ad maiorē. post pctm̄ em̄ cōmissum necessario sequitur
in hoīe reatus ipso hoīe volente vel nolente. quare ꝛc.
¶ Ex predictis apparet: ꝙ omne pctm̄ est voluntariuȝ
licet aliqualiter differēter. quia tñ vitare quodlibet pec
catum veniale/est valde difficile: ideo quādoq̄ dicit̄ nō
eē in nostra potestate nec nobis possibile. non ꝙ simplr̄
ꝛ absolute sit impossibile: quia nec tunc aliquis pecca-
ret in non vitando aliqđ tale pctm̄ veniale qđ vitare est
sibi īpossibile. sed dicit̄ impossibile hoc ē valde difficile.
¶ Hec de Primo.

Quantum ad secūdum: apparet ex su-
perioribus quid dicēdū. Cū em̄ peccatū sumptū forma
liter sit priuatio: cuius subiectū dicit̄ illud quod est sub
iectum habitus priuationi oppositi receptiuum: per
consequens subiectū peccati cōmissionis immediatum
est actus priuatus aliquo sibi debito. q̄ priuatio est ipm̄
peccatum formaliter sumptum. subiectum aūt remotū
est subiectū ipsius actus qđ est ad vitandū actuȝ huius
modi obligatuȝ: vel ad ipsum debite exequendū: si act⁹
talis est ipsi licitus absolute siue vt aliquo modo fa-
ctus. subiectū autem peccati omissionis consistentis in
omissiōe act⁹ debiti ab omittēte est ipē omittēs ad actū
hmōi obligatus. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in
ꝓncipio apparet solutio ex predictis: qꝛ vt sepe alias di
ctū est/originalis defectus debet dici ꝛ est reatus: nō au
tem peccatum proprie sumptum diuisum contra reatū.

Circa distinctionem qua-
dragesimāsecūdam/in qua ma-
gister determinat primo de pec-
cato: cōparando actum interio-
rem ad exteriorē in ratione pec
cati: Secundo de diuisione pec
cati in veniale ꝛ mortale: Ter-
tio de differētijs siue modis pec
catorū diuersis: Et quarto de di
stinctione seu diuisione peccati mortalis in septē pctā
capitalia: Quero per ordinē de istis oībus quatuor. Et
primo de p̄io. Utrū actus exterior imperat⁹ addat ad
interiorem/bonitatē aliquā vl̄ malitiam moralē. ¶ Et
videt̄ ꝙ sic. quia meliora sunt plura bona simul sumpta
q̄ aliquod illorū tm̄ per se sumptum: sicut ꝛ plura mala
sunt peiora q̄ pauciora. sed tam actus interior elicitus
q̄ exterior imperatus est moraliter bonus/si est confor
mis: ꝛ malus quādo difformis recto dictamini ratiōis
ergo actus exterior bonus addit ad interiorem bonum
moralem/bonitatē: ꝛ malus ad malū malitiam. ¶ Con
tra. quia omnis actus moraliter bonus est meritorius
exercenti ipsum in gratia existenti. sȝ actus exterior per
se sumptus nō est meritorius nec demeritorius: cū tam
meritū q̄ demeritū sint tm̄modo voluntatis: cuiusmodi
nō est talis act⁹. g̃ ꝛc. ¶ Rn̄sio. vbi sic ꝓcedā. Primo di
cā ad q̄sitū. Scđo inq̄rā q̄ddā aliud ipsi annexū/vȝ an
actus exterioris actionis addat meritū ꝛ demeritū ad
actum interioris electionis vel respuitionis.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ
act⁹ exterior dupliciter potest sumi. Uno modo vt ꝑ se
tm̄ sine interiori positus. Alio modo cū interiori electio
ne acceptus: ꝛ ipsa mediāte ꝛ imperāte productus. Et
primo mō sumptus/nec est bonus moraliter nec malus
quia nec habet rationeȝ voluntarij vt sic: sed tm̄ vt alio
modo sumptus. Et hoc mō ꝯsiderant̄ in q̄stiōe ista act⁹
hmōi interior ꝛ exterior/vȝ vt simul/nō vt seorsum acce
pti: qꝛ etiā actus interior sine exteriori possibili sumpt⁹
non est efficax sed remissus. hic aūt accipit̄ interior qui
nō est efficacior in illo in quo est cū exteriori imperato q̄
in illo in quo est separatus ab ipso: vt si aliquis eque in
tense vult facere homicidium vel sustinere pro Christo

martyriū: qđ tamen non facit quia nō potest: sicut alius
q̄ qđ appetit aīo ꝯplet de facto. ꝛ de talibus querit que
stio/an vȝ habens ꝓpositū ꝛ factum plus deficiat vel
proficiat q̄ habens tm̄ animū siue propositū ꝛ nō factū
¶ Hoc premisso/est opinio quorūdam dicētium: ꝙ act⁹
exterior nullam bonitatem moralem nec malitiam ad-
dit ad actum interiorem. Quod probant. quia tota diffor
mitas vel conformitas actus ex sola affectione volun-
tatis pensatur. secundū enim Philosophū tertio Ethi.
Ex hoc solo actus est moralis quia elicitur a voluntate
secundum affectionem ꝛ electionē. sed tanta est affectio
ꝛ electio/vt supponit̄/in solo actu efficaci interiori/quā
ta in ipo simul cū exteriori accepto. ergo ꝛc. ¶ Sed hic
modus dicendi nō videtur rationabilis. quoniā omē ta
le coniunctū tali facit magis tale vel intēsiue: si ex vtro
q̄ fiat aliquid per se vnum: vel si non/saltem extensiue.
sed tam actus voluntatis interior elicitus q̄ exterior ī-
peratus vt illi cōiunctus est moraliter bonus vel mal⁹.
ergo vel maior bonitas aut malitia moralis intensiue
vel saltē plures extēsiue ꝛ numero distincte sunt vbi cō
currit cū interiori actu exterior/q̄ vbi est sine exteriori
interior. ¶ Minor probat̄. qꝛ omīs actus natus fieri cō
formiter vel difformiter recto rationis dictamini est mo
ralis: ꝛ per cōsequens bonus moraliter vel malus. sȝ ta
lis est nō tm̄ actus volūtatis interior elicitus sed etiam
illo mediante actus exterior imperatus. ergo ꝛc.

Et ideo dico aliter. Ad cuius euidētiam
pono duas cōclusiones. ¶ Prima est. ꝙ actus exterior
non facit interiorem intensiue meliorem vl̄ deteriorem.
¶ Hec probatur. quoniam ex diuersis talibus in diuer-
sis subiectis existentibus non fit intensiue aliquid ma-
gis tale. sed actus exterior ꝛ interior sunt diuersorū sub-
iectorum. ergo licet vterq̄ sit bonus vel malus morali-
ter: nō tamē ex vno alius intēdit̄ aliqualr̄. q̄re ꝛc. ¶ Cō
firmat̄. qꝛ eorum que sunt alterius rationis neutrum in
tendit alterum. sed actus interior ꝛ exterior sunt alte-
rius rationis. ergo ꝛc. ¶ Preterea arguo sic ad idē. nul
lus actus moraliter bon⁹ efficit̄ melior intēsiue nisi vl̄
ratione maioris intensionis vel ratione appositionis
alicuius circunstantie sibi deficientis: vt intentionis vl
timi finis. sed propter actum exteriorē interior nō inten
ditur/vt supponit̄/nec aliqua circunstantia ipsi necessa
ria addit̄. ergo ꝛc. ¶ Secūda cōclusio est. ꝙ actus inte-
rior ꝛ exterior simul sunt plura bona vel mala moralia/
q̄ interior ꝑ se tm̄. ¶ Hec ap̄pet. qꝛ vt ꝓbatū est/tā act⁹
exterior q̄ interior est actus moraliter bon⁹ vel malus:
quia cōcors vel discors recto dictamini rationis ꝛ in po
testate hominis. ergo ꝛc. ¶ Confirmat̄. quia omīs act⁹
habens propriā rationē ꝛ modū deducendi in finē debi-
tū habet propriam bonitatē moralē. ¶ Hoc apparet. qꝛ
nec actus aliquis dicitur perfecte moraliter bonus ni-
si in ordine ad finem sibi debitum/vt in precedentibus
fuit dictū. ergo illi actus habēt diuersas bonitates mo-
rales: quorum sunt diuersi ꝛ boni debiti eis fines. sed li-
cet finis vltimus sit omniū actuū tam exterioꝝ q̄ inte-
riorum: tamē citra istum aliquis est finis actus exterio
ris qui nullo modo attingit̄ per interiorem: sicut appa
ret in exemplo euidēti de actu exteriori fortitudinis ad
quem sequitur liberatio cōmunitatis: nō auteȝ ad actū
interiorem. non enim qui appetit mori sed q̄ morit̄ ꝓ re
publica liberat ipsam. finis etiā martyrij sanctoruȝ fuit
etiā approbatio ꝛ testificatio ac defensio veritatis fidei
Christiane: qui finis sic fuit secutus per exteriorē actuȝ
cū interiori positū ꝙ nunq̄ prouenisset nec sequi potuis
set ex actu interiori tm̄. Cōsimilr̄ accidit in malis. ꝯstat
em̄ ꝙ longe plus damnificat vel ledit qui alium facto
interficit q̄ qui tm̄ in hoc consentit nec tñ exterius per-
ficit. ergo ꝛc. ¶ Preterea omnes actus morales habē
tes diuersas circūstantias a recta ratione dictatas ha
bent diuersas bonitates morales vel malitias quando
talibus circunstantijs debitis sibi carēt. sed actus inte-
rioris ꝛ exterioris circunstantie eis debite sunt diuersi/
vt apparet de intentione finis/que est circunstantia ꝓn
cipalis: cum alium finem (vt dictum est) habeat act⁹ ex
terior q̄ interior. ergo ꝛc. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secūdum: dicunt aliqui ꝙ
actus bonus exterior nullū meretur premiuȝ essentiale
sed tm̄ accidētale. quod quidē premiū est gaudiū quod
habent beati in gloria nō de obiecto increato: sed de bo
no per ipsos facto. ¶ Primū/vȝ ꝙ bonus actus exte-
rior nō mereatur aliquod essentiale premiuȝ maius seu
intensius q̄ interior eque efficax per se soluȝ/ꝓbāt. qm̄
huiusmodi essentiale premium nulli debetur ratiōe ali
cuius actus sui nisi ratione voluntarij. ergo eis debet̄
equale essentiale premiū quorum actus voluntari⁹ me
ritorius est equalis. sed nō plus est de volūtario intensi-
ue in habente actum interiorē ꝛ exteriorem simul q̄ in
habēte interiorē tm̄ eque tū intensum tū efficacē. nō em̄
plus habet de volūtario qui vult mori ꝓ Christo ꝛ mo
ritur de facto/q̄ ille qui intense vult ꝛ appetit mori in
animo non tamen moritur de facto. ergo ꝛc. ¶ Cōfirma
tur. quia equale premiū debetur per se primo charitati
ergo propter solū illud augetur hmōi premium qđ me-
retur charitatis augmentū. sed actus exterior nō mere
tur maiorem charitatem: ergo nec maiorem felicitateȝ.
¶ Secundū/vȝ ꝙ hmōi actus exterior mereatur ali-
quod accidentale premiū/probant. qꝛ omē bonū meret̄
aliquod premiuȝ. sed actus exterior est bonus moralit̄
propria bonitate: ꝛ alia a bonitate actus interioris. er-
go meret̄ aliquod premium: sed non essentiale/ergo ac-
cidentale. ¶ Confirmatur. quia triplex aureola ponit̄
a doctoribus/vȝ martyrum/virginū/ꝛ doctoruȝ. sed ta
lem aureolam non meretur solus actus interior/vt sal-
tē euidēter apparet de aureola doctoꝝ/ quā precise me
retur actus exterior doctrine. ergo ꝛc. ¶ Sed cōtra istū
modum dicendi licet cōmunem arguo. Primo sic. oīs
actus perfecte moraliter virtuosus ꝛ bon⁹ meretur exi
stenti in charitate ꝛ cum charitate exequenti ipsum es-
sentiale premium. sed actus exterior bonus ab interio-
ri precedenti elicitus seu imperatus est perfecte in suo
genere moraliter virtuosus. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. qꝛ
in Christo moriente nō fuit actus volendi mori interior
intensior q̄ prius. eque enim intense mori voluit statim
vt conceptus fuit in vtero sicut quādo passus extitit in
ligno. sed Christus plus ꝛ maius essentiale premiuȝ me
ruit in ligno passus/q̄ quādo in vtero est conceptus. er-
go actus exterior ad hoc aliquid extitit operatus. qua
re ꝛc. ¶ Minor apparet. nec em̄ videt̄ verisimile ꝙ sic
Christus statim vt conceptus per actū interiorem quo
pati voluit totū premiū hoīȝ electoꝝ qđ meruit merue
rit: ꝙ ad hoc nihil valuerit nec ꝓfecerit actus exterior
passionis postmoduȝ subsequutus. quare ꝛc. ¶ Minor
apparet ad idē. sicut se habet malus actus exterior ad
penā infernalē: ita ꝛ bonus exterior ad gloriam eterna
lem essentialē. sed malus actus exterior sic se habet ad
penam ꝙ maiorem penam intensiue meret̄ quilibet ꝓ-
pter ipm̄ simr̄ cū actu interiori acceptū/q̄ propter actū
malum interiorem tm̄: licet eque intensum. sicut maiorē
penam meretur quis propter homicidium vel adulte-
rium post consensum interiorem secutū/q̄ aliquis ali⁹
propter solum consensum interiorem: licet eque inten-
sum ad aliquod predictorum. quia ꝛ actus exterior est

cõmunitati damnosus ⁊ nefarius:non autẽ interior consensus solus/nisi ei cuius est tm̃.ergo ⁊ in proposito de actu bono exteriori cõsimiliter est dicendum/videlicet ꝙ licet vt per se sine interiori acceptus nec sit meritorius nec demeritorius:quia nec voluntarius nec humanus:tamen vt cũ interiori coniunctus aliquid plus meretur ꝙ̃ interior per se solus/nõ tm̃ premium accidentale sed etiam essentiale.¶Confirmatur.quia om̃is bonus actus in charitate factus aliquid meretur exequẽti ipsum cum charitate:qđ nõ meretur alteri/vꝫ extra charitatem existẽti.sed actus exterior est bonus vel malus ⁊ bonus extra charitatẽ factus potest mereri alia a p̃mio essentiali/puta aliquod temporale/⁊ etiã lamentum penitentie quo peccator cõuertitur ad deum:⁊ conuersus ad ipsum meretur postea premium sempiternũ in quo premio existentes gaudẽt(vt videtur probabile) de oĩ illo qđ sciũt fuisse occasionẽ ꝯuersionis sue ad deũ ⁊ cõsequẽter ꝯsequẽdi p̃miũ sempiternũ.ꝫ act⁹ exterior bonus etiã extra charitatẽ factus est hmõi ꝗ ad mltos: ergo vltra istud accidentale gaudium qđ meretur quibuslibet existẽtib⁹ extra charitatẽ actus bon⁹ exterior meretur essentiale premiũ omnibus in charitate existẽtibus ipsumꝙ cum charitate exequentibus.

Et ideo aliter est dicendũ. Ad cuius euidentiam pono quatuor conclusiones. ¶Prima est. ꝙ actus primo meritorius vel demeritorius est actus voluntatis interior elicitus solus. ¶Hec ꝓbatur.qm̃ illud est primo tale/qđ est tale omni alio circũscripto:⁊ nihil aliud ab ipso est tale nisi in ordine ad ipsum.ergo in proposito solus ille actus est primo meritorius vel demeritorius:qui est meritorius omni alio circũscripto:⁊ nullus alius actus est meritorius nec demeritorius sine ipso.sed actus voluntatis interior est hmõi.ipse enim sine omni exteriori positus est moraliter bonus vel malus:⁊ per consequens meritorius vel demeritorius:non autẽ aliquis actus exterior positus sine ipso:quia nec talis actus est voluntarius seu humanus.ergo ⁊c. ¶Secunda conclusio est.ꝙ actus exterior cum interiori positus ac ipso mediante productus/est meritorius vel demeritorius secundo. ¶Hec apparet.quia sicut ille actus dicitur primo meritorius vel demeritorius ꝗ est talis nõ propter aliquem actum alium a seipso:ita econuerso ille dicitur meritorius vel demeritorius secundo:qui non est talis per se positus:sed tm̃ vt ad aliũ primo meritorium vel demeritorium comparatus.sed actus voluntatis exterior impat⁹ est hmõi.non enĩ vt per se positus est moraliter bonus nec malus:nec per cõsequens meritorius nec demeritorius:sed tm̃ vt ad actum interiorem p̄suppositum ⁊ secum positum comparatus.ꝗ ⁊c. ¶Tertia conclusio est.ꝙ bonus actus exterior cum actu bono interiori positus meretur existenti in charitate ⁊ ex charitate cũ exequenti premiũ speciale essentiale vltra illud qđ meretur actus bonus interior quem presupponit. ¶Hec apparet ex predictis superius/arguendo cõtra opinionem oppositam.omnis enĩ actus bonus moraliter viatoris in charitate existentis est meritorius p̄mij nõ tm̃ accidentalis sed etiam essentialis:sicut et omnis actus malus miserie eternalis.sed actus exterior cum interiori positus potest esse moraliter bonus:alias non mereretur premium accidentale.ergo ⁊ce. ¶Confirmatur.quia ꝙ aliquis per aliquem bonum actum mereatur tm̃ accidentale ⁊ non essentiale:aut hoc est qr ille cuius est talis actus non est in gratia sed in culpa: aut quia habet totum essentiale premium:sicut quilibꝫ beatorum:qui licet suis orationibus quibus mediantibus adiuuant viatores/ipsosꝙ ad viam salutis adducunt/mereantur accidentale premium/puta gaudium de conuersione ipsorum secundum sententiam saluatoris.Matthei.xv.non tamen aliquod essentiale:quia iã habent totum ipsum.ergo per quemcunꝙ actum existens in gratia ⁊ in via meretur premium accidentale ⁊ essentiale.omnem enim actum bonum cuiuscunꝙ taliũ deus statuit non tm̃ accidentali sed etiam essentiali premio coronandũ.sed actus exterior cõceditur esse moraliter bon⁹ ⁊ meritorius premij accidẽtalis:ergo ⁊ essentialis. ¶Quarta ⁊ vltima cõclusio est.ꝙ plus meretur vel demeretur homo per actum exteriorem simul cum interiori positum/ꝙ̃ per interiorem eque intensum tm̃. Plus tamẽ meretur vel demeretur per actum interiorem solum intensiorem ꝙ̃ per ipsum cum exteriori positum remissiorem. ¶Hec conclusio quantum ad vtrãꝙ suã partẽ sequitur corollarie ex predictis. Nõ apparet Primo de prima parte.quoniam plures actus.boni et omnes meritorij plus merentur vel demerentur/si sunt mali ⁊ demeritorij/omnes simul/ꝙ̃ eorꝫ aliqs per se sumptus:dum tamen per se sumptus non sit intensior ꝙ̃ vt cum alio positus.sed vt dictuꝫ est/actus exterior est meritorius vel demeritorius:⁊ constat ꝙ est ab actu interiori distinctus.ergo si actus interior ꝑ se sumptus non est perfectior nec imperfectior ꝙ̃ cum interiori positus plus seu maius essentiale premium homo meretur per vtrunꝙ istorum actuum vel etiam demeretur/ꝙ̃ per interiorem tm̃modo per se sumptũ. ¶Secunda pars/vꝫ ꝙ per interiorem intensiorem tm̃ plus homo meretur/ꝙ̃ per ipsum remissiorem cum exteriori simul acceptuꝫ apparet.quoniam actus interior (vt dictum est) per se primo est meritorius vel demeritorius:nõ aũt actus exterior:cũ nõ sit meritori⁹ nec demeritori⁹ ꝑ se sumptus: sed vt ad actum interiorem tm̃modo comparatus.sed intensio seu perfectio illius actus in quo consistit per se primo meritum/maiorẽ affert fructũ ⁊ meretur premiũ ꝙ̃ appositio alterius actus qui nõ est per se meritorius sed tm̃ vt ad illum alium comparatus.Et ꝯsimiliter dicendũ est de actu malo interiori intensiori vt per se sumpto ꝙ̃ vt cum actu exteriori:ꝙ videlicet talis propter consimilem rationem maiorem meretur penam. ¶Sic ad questioneꝫ. ¶Ad illa que arguta sunt superius pro opinione alia improbata. ¶Ad primum:qñ dicitur ꝙ equale voluntarium meretur equale premium:Dico ꝙ verum est si sit equale intensiue et extensiue simul:non autem si tm̃modo intẽsiue:sicut est in proposito de duobus quorum vnus habet actum interiorem ⁊ exteriorem:⁊ alius interiorem tm̃ eque intensum.prim⁹ enim plus habet de voluntario extensiue licet non intensiue. quoniam non tm̃ actus voluntatis interior elicitus dicitur voluntarius sed etiam exterior imperatus:licet non per se primo vt elicitus:sed vt ad ipsum / quo mediãte exterius ponitur/comparatus.nisi enim iste act⁹ exterior imperatus esset aliquo modo volũtarius/nullo modo esset meritorius:qđ tu negas.quare ⁊c. ¶Ad confirmationem quando dicitur:ꝙ propter solum illud datur maius essentiale premiuꝫ quod meretur charitatis augmentum: concedo. sed tunc dico ꝙ falsum est quod accipitur in minori:quia immo actus exterior cũ sit bonus et meritorius vt cum interiori actu positus meretur cum ipso maiorem charitatem sicut et maiorem felicitatem/ꝙ̃ meretur actus ipse interior eque intensus tm̃modo per se sumptus.quare ⁊ cetera. ¶Ad alia quibus arguitur ꝙ mereantur premium accidentale:non oportet respondere:quia verum concludũt:nõ tamen in aliquo contra dicta. immo(vt dictum est)ex hoc sequitur ꝙ mereantur actus huiusmodi maius premium essentiale/quia videlicet merentur accidentale.

¶Ad rationẽ in principio apparet ex dictis ꝙ falsuꝫ in minori accipit: quando dicit ꝙ actus exterior nõ est meritorius nec demeritorius nec alicuius voluntatis:quia immo est actus voluntatis imperatus/licet non elicit⁹. quare ⁊c.

Secundo quero de secundo: puta de distinctione seu diuisiõe peccati in veniale ⁊ mortale:Utrũ peccatũ mortale ⁊ veniale specifice distiguant. ¶Et videt ꝙ sic quoniam que plus distinguũtur ꝙ̃ distincta specie/specifice distinguuntur.sed peccatum quodcunꝙ mortale pl⁹ distinguitur a veniali ꝙ̃ aliq̃ venialia nec mortalia inter se adinuicẽ sint distincta.Cõstat aũt tã pctã mortalia ꝙ̃ venialia īter se specifice eẽ distincta. nõ enĩ pctm̃ supbie est eiusdẽ rõnis specifice cũ pctõ auaritie nec luxurie. ꝗ ⁊c. ¶Cõtra.quia cum peccata sumpta formaliter non dicant aliquid positiuum/sed priuatiuũ: per consequẽs non distinguuntur nisi vel in ordine ad subiectum vel ad obiectum vel ad habitum negatiuum.sed penes nulluꝫ istorũ veniale peccatum potest distingui specifice a mortali.quoniam circa eundem actum in specie ⁊ ad ideꝫ obiectum ⁊ priuatum habitum comparatuꝫ contingit peccare aliquando venialiter/aliquando etiã mortaliter vt circa actũ gule/ire/vane glorie:⁊ sic de alijs. ergo ⁊c. ¶Responsio.vbi sic procedam.Primo enim excludam vnam opinionem.Secundo dicam aliter ad questionẽ.

Quantum ad primum: est opinio cuiusdam moderni doctoris dicentis ꝙ peccatum potest tripliciter considerari/videlicet vno modo secundum genus nature ⁊ physice.Alio modo secundum genus moris ⁊ ethice. ⁊ tertio secundum ꝙ habet rationem demeritorij ⁊ theologice. Tunc dicit ꝙ si accipiantur peccatum mortale ⁊ veniale primo vel scđo mõ non distinguũtur specifice:sed tertio modo tm̃. ¶Primum videlicet ꝙ non distinguantur specie vt primis duobus modis accipiũtur/probat.quia peccata sic sumpta/videlicet physice vel ethice non distinguũtur specie nisi causaliter ex obiectis ⁊ formaliter ex seipsis. sed peccatum veniale non potest distingui a mortali specifice ex obiecto: cũ circa eundem actum ⁊ circa idem obiectum cõtingat vtrũꝙ peccatum.ergo ⁊c. ¶Secundũ: videlicet ꝙ vt theologice ista peccata ꝯsiderant specifice sint distincta/probat primo sic.omnia ꝗ sunt eiusdẽ speciei vni ⁊ eidem in specie vniformiter opponuntur.sed peccatum mortale ⁊ veniale vt theologice accipiuntur non opponuntur eidem:quia mortale peccatum est charitati oppositũ:non autem veniale peccatũ.ergo aliquid intrinsece est in peccato mortali qđ cõsequitur totam eius speciem: ratione cuius ei repugnat gratia que non repugnat alicui veniali peccato. ¶Preterea arguit sic ad idem. peccatum mortale ⁊ veniale non dicuntur talia in ordine ad penã sed ad diuinam amicitiam. Dicitur enim peccatum mortale:quia dissoluit diuinam amicitiam ⁊ beneuolentiam ratione cuius peccator efficitur non recõciliabilis quantum est ex se:cum amicitia ⁊ beneuolentia sit radix venie et reconciliationis. Ueniale autem dicitur eo ꝙ derelinquat amicitiam.⁊ ideo ex se non tollit veniam et vitam amicabilem. ¶Ex hoc tunc arguit sic. omnes illi actus quorum vnus infringit totaliter amicitiam diuinam et alius non/sed aliqualiter leuiter ledit eam/ theologice specifice distinguũtur. sed peccatum mortale et veniale sunt tales actus. ergo ⁊c. ¶Preterea tertio.distinctio specifica actuũ sumitur non tm̃ penes obiecta: sed etiaꝫ ex concursu aliarum circũstãtiarum quas ipsi actus exigunt inquãtum tales.sed pctm̃ mortale ⁊ veniale habẽt diuersas circũstãtias ⁊ oppositas licet circa idem obiectum.ergo ⁊c. ¶Maior patet. quia alias omnes actus morales circa idem obiectum in genere essent idem in specie. quod est falsum. ¶Minor declaratur per exemplum de aliquo actu facto propter vanam gloriã:in quo vt vno modo facto est peccatum mortale: et vt alio modo tm̃modo veniale.Si enĩ in tali actu aliquis sic quærat gloriam propriam effrenate ꝙ ad ipsam habendam non vereretur facere contra diuinũ preceptũ:in tali actu est mortale peccatum.Si autem sic appetat gloriam ꝙ si diuinuꝫ preceptum sibi in contrarium occurreret talem actum omitteret nec gloriam consequi vellet: tunc in tali actu est tm̃ veniale peccatum. quare ⁊c. ¶Preterea quarto ⁊ vltimo arguitur.quia distinctio specifica peccati vt opponitur virtuti / theologice loquẽdo / accipitur secundũ alium ⁊ alium modum deuiandi a volũtate diuina.sed aliter a volũtate diuina deuiat peccatum veniale ⁊ aliter mortale.quia peccatũ mortale deuiat a p̄cipiẽte prohibente ⁊ obligante. veniale autem non deuiat nisi a consulente volũtate:nullum enim veniale peccatum est contra diuinũ preceptum:sed tm̃ contra consilium. ergo ⁊c. ¶Sed iste modus dicendi licet subtilis non videtur rationabilis.quoniaꝫ qđ est tale formaliter vt secũdum se absolute sumptuꝫ/ est tale vt ad quodcũꝙ aliud sibi extrinsecum comparatum. ¶Hoc apparet.qr qđ est tale vt secũdum se absolute sumptum nõ dimittit esse tale propter aliquod extrinsecum ad ipsum comparatum. sed secundum istum dicendi modum mortale et veniale peccatum sunt talia puta specifice indistĩcta: vt secundũ se formaliter absolute accepta.ergo ⁊ talia sunt ad quodcũꝙ eis extrinsecũ comparata. sed vt theologice accipiuntur/ ad aliquid eis accĩtale ⁊ extrinsecũ cõparantur.ergo ⁊c. ¶Minor quãtum ad eius primã partem:vꝫ ꝙ peccatum mortale ⁊ veniale sint indistincta specie secũdum se formaliter sumpta/ secũdum istum modum dicendi/apparet.qm̃ que secũdũ totũ id qđ sunt formaliter sunt indistincta: vt absolute formaliter sumpta sunt specie indistincta.sed secũdum istum modũ dicendi peccatum veniale ⁊ mortale peccatum tam vt in genere entis seu physice ꝙ̃ etiam vt in genere moris seu ethice sunt specifice indistincta/⁊ per ꝯñs scđm totum esse siue materiale positiuũ siue formale priuatiuũ ipsorum:cum nihil aliud dicant ꝙ̃ naturale aliq̃d vel morale. ergo ⁊c. ¶Secũda pars/ vꝫ ꝙ vt theologice accipiũtur ad aliquid eis extrinsecum comparantur/apparet. quoniam ista non dicuntur theologice accipi nisi vt ad obiectum theologicum puta ad deum ipsa puniri statuentẽ sic vel aliter comparantur. hoc autem videlicet peccata puniri ⁊ a deo inhiberi fieri vel permitti omnino est extrinsecum ⁊ accidentale cuicũꝙ peccato tam mortali ꝙ̃ etiã veniali.ergo ⁊c. ¶Cõfirmatur.qr aut peccata mortalia et venialia vt theologice considerata accipiũtur formaliter scđm se: aut virtualiter pro reatu.Si primo mõ/ergo ꝯsimiliter accipiũtur theologice sicut physice ⁊ ethice:puta formaliter scđm se absolute/⁊ ꝑ ꝯñs sicut vt accepta physice ⁊ ethice:ita etiã ⁊ vt theologice sunt specie indistincta.si aũt secũdo modo accipiãtur vꝫ virtualiter ꝓ reatu:cũ reatus nõ sit culpa sed eius sequela/per consequẽs licet reatus peccati mortalis differat specie a reatu peccati venialis:ex hoc non sequitur ꝙ peccata ipsa sumpta formaliter sint distincta: quia nec ẽt huiusmodi reatus talium peccatorum videlicet venial' ⁊ mortalis distinguuntur nisi secũdũ magis ⁊ minus.quia reatus peccati venialis est obligatio ad penam minorem: quia ad temporalem.reatus autem peccati mortalis est obligatio ad penam eternam/⁊ per consequens ad maiorem.quare ⁊c.

Nec valent rationes quæ superius adducuntur vt manifeste patet per singulas discurrendo. ¶Ad primam enim quando dicitur: q̄ omnia eidem sunt opposita que sunt specie indistincta: concedo. sed tunc nego minorē. nullum enim peccatum mortale magis q̄ venniale opponit charitati. Unde q̄ charitas non tollatur propter peccatum veniale/sed propter mortale hoc non est propter aliquam oppositionē maiorem inter charitatem ipsam ⁊ peccatum mortale/q̄ inter charitatem ⁊ peccatum veniale:sed solum quia deus statuit q̄ sibi placuit subtrahere charitatem homini isto peccato et non alio delinquenti. ⁊ ideo falsum assumitur quando dicitur q̄ aliquid intrinsece est in mortali peccato tm̄:ratione cui⁹ gratia repugnat ipsi ⁊ nō alicui veniali. ¶Ad secundam: quando dicitur q̄ peccatum mortale ⁊ veniale non dicuntur in ordine ad penam eis debitam sed ad diuinam amicitiam quā mortale dissoluit totaliter/⁊ veniale non sed ledit ipsam aliqualiter/tamen leuiter: Dico q̄ hoc est simpliciter falsum: quoniam deum vnum diligere ⁊ alium odire non est aliud q̄ ipsum vnū ad gloriam ⁊ alium ad penam ordinare/ vel actu vnum premiare ⁊ alterum condemnare. vnde diuina amicitia ad vnum ⁊ ira seu odium eius ad alterum non dicunt aliquā deo intrinseca distincta: cum eodem actu omnino intrinsece indistincto deus vni puta ei quem dicitur diligere velit gloriā: ⁊ alteri quē odire dicitur/ velit penā: sed tm̄ ista videlicet amor ⁊ odium de deo dicta connotant diuersa extrinseca suprādicta: puta penam vni puta eroso inferendam vel actualiter iam illatam:⁊ gloriam dilecto similiter conferendam vel actualiter iam collatam. ergo mortale peccatum dissoluere totaliter diuinā amicitiam/non autem veniale non est aliud q̄ ipm̄ mortale peccatum ⁊ non veniale mereri amissionem glorie per diuinam amicitiam connotate/⁊ consecutionem pene eterne per diuinum odium consimiliter connotate. quare ⁊c. ¶Et ideo ad rationem in forma quando dicitur in maiori q̄ omnes actus quorum vnus infringit diuinam amicitiam ⁊c. Dico q̄ hec est falsa. quoniam infringere diuinam amicitiam non est aliud q̄ perdere gratiam ⁊ gloriam/⁊ mereri penam eternam. hoc autem fit quia sic deus fieri statuit per quodcunq̄ peccatum mortale ⁊ non per aliquod veniale.sed in eodem actu secūdū speciem tam entis q̄ etiam moris potest esse mortale et veniale peccatum vt patebit ex dicendis tam in ista q̄ in alia questione.ergo ⁊c. ¶Ad tertiam quando dicitur q̄ peccata distinguūtur ⁊c. concedo. Sed quando dicitur in minori q̄ peccatum mortale ⁊ veniale habent diuersas circūstantias: Dico q̄ verum est, sed non specie saltem omnia:vt etiam apparet in exemplo ei⁹ qō ad p̄ bationem istius minoris adducit.quoniam effrenate seu intense ⁊ non intense sed remisse propriam gloriam appeterc/non distinguuntur nisi sicut album remissum ⁊ intensum.sed talia nō sunt specie distincta.ergo ⁊c. ¶Ad quartam quando dicitur q̄ distinctio specifica peccatorum accipitur secundū aliud ⁊ aliū deuiandi modū ⁊c. Dico q̄ hoc non est verū. Qō apparet. ¶Primo.q̄ cū omnia peccata mortalia deuient a diuina voluntate p̄hibente/ per consequens vniformiter isto modo omnia essent eiusdem speciei:si ideo veniale distinguitur specie a mortali: quia veniale deuiat a voluntate consulente et mortale a voluntate prohibente. hoc autem est falsū. ergo ⁊c. ¶Secundo.quia peccatum a deo deuiare seu auertere non est aliud q̄ ipsum mereri perdere gloriam vel pro semper vt mortale/vel pro aliquo tempore vt venniale⁊ consequi penam aliquam eternalem vel temporalem. Nec peccatum mortale dicitur magis q̄ veniale nec aliter a deo hominem auertere nisi quia maiorem meretur penam.sed q̄ tali peccato talis debeatur pena et alteri alia: hoc omnino accidit peccato. nec quia vnū peccatum maiorem meretur penam q̄ alterum/ ideo ab ipo arguitur specie esse distinctum:cum in quacūq̄ eadē specie peccati sit dare vnū peccatum alio grauius/⁊ p̄ consequens per quod homo est maiori pena dignus. non enim omnia peccata superbie nec auaritie sunt equalia in malitia nec etiam in debita eis pena.quare ⁊c. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi aliter est dicendum:premitto tria ad euidentiā dicendorū. ¶Primum est:q̄ hic non quaeritur,an aliquod peccatū venia le differat specie ab aliquo mortali peccato. hoc enī nullī est dubium/nec per consequens ab aliquo est querendum. Sed quaeritur: vtrum quodlibet veniale differat specie a quocūq̄ mortali:ita q̄ nullum sit veniale peccatum ab aliquo mortali peccato specifice idistinctum. ¶Secundum premittēdum est:q̄ peccatum siue mortale siue veniale siue omissionis siue commissionis potest accipi tripliciter:videlicet materialiter/formaliter/⁊ virtualiter.Materiale in peccato omissionis est omissio siue negatio actus omissi vt absolute accepta. Formale autem est debitū exequendi actum ipsum omissum. non enim omittere actum esset peccatum nisi actus omissus esset debitus omittenti.Materiale autem in peccato cōmissionis est actus absolutus. Formale autem carentia seu priuatio circūstātie ipsi debite alicuius. Virtuale autem cuiuscunq̄ peccati est reatus sequens ipsum:puta obligatio ad aliquam debitam sibi penam. ¶Tertium premittēdum est: q̄ peccatum mortale ⁊ veniale vt formaliter sumptum possunt comparari vel vt ad eundem actum substratum commissum vel omissū: vel ad alium ⁊ alium scōm speciē distinctū.licet enī aliquis sit actus in quo non possit esse nisi mortale peccatum/ multi tm̄ sunt alij in quorum quolibet omisso vel saltem commisso quandoq̄ est mortale/quandoq̄ autem veniale peccatū sicut in ira gula ⁊ vana gloria aliquando est mortale peccatum/⁊ aliquando veniale solū. Siue autem ista peccata ad eundem actum siue ad diuersum secundum species comparentur/non est intelligendum ipsa vt formaliter accepta esse indistincta specie vel distincta tanq̄ aliqua in re extra: cū non sint aliquid positiuum sed tm̄ priuatiuū:vt supra in precedentibus fuit dictum. Sed dicuntur vt sic sumpta esse indistincta specie vel distincta:sicut priuatiua aliqua dicuntur distingui:vel quia diuersorū habituum vt cecitas ⁊ furditas: vel quia diuersorum subiectorum vt cecitas hominis ⁊ cecitas alterius animalis. Magis tamē priuationes videntur distingui specifice in ordine ad habit⁹:puta quia sunt habituū diuersorū q̄ in ordie ad subiecta. ¶Ex quo sequitur:q̄ peccata vt formaliter sumpta proprius distinguuntur per comparationem ad illa quorum sunt priuationes/ q̄ ad ipsorum subiecta. Qō apparet.quia licet diuersorum peccatorū commissionis formaliter acceptorum subiecta immediata puta actus commissi specifice distinguantur: tamen vnum ⁊ idem specie est vel esse potest totale subiectum omnium peccatorum omissionis: ⁊ mediatum seu remotum omniū peccatorum commissionis: nec tamen propter hoc ipsa peccata sunt specie indistincta. quare ⁊c.

His premissis: pono quatuor conclusiones. ¶Prima est:q̄ peccatum mortale ⁊ veniale vt sumpta materialiter quantum ad actum cōmissum vel omissū/nō necessario sunt alteri⁹ speciei. ¶Hec apparet.

quia in vno actu scōm speciē indistincto est aliquādo peccatum mortale/⁊ aliquādo tm̄modo veniale:sicut patet in exēplo posito in p̄cedenti articulo de appetitu glorie inrēo seu immoderato ⁊ remisso. Idem apparet de actu gule ⁊ ire ⁊ de alijs pluribus:in quor quolibet quādoq̄ cōmittitur veniale tm̄/quādoq̄ etiā mortale peccatum actu positiuo vtriq̄ petō istorū substrato remanēte specifice indistincto.ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur.quia non tm̄ in eodē actu specie sed etiā numero potest nūc esse peccatū venniale ⁊ postea mortale:sicut apparet de exequente aliquē actum bonū primo ꝓpter vanc gloriē appetitum remissum:⁊ postea cōtinuāte eundē actū ꝓpter appetitū glorie effrenatus seu imoderatū. Hec tm̄ ex hoc sequitur q̄ peccatū veniale efficiat mortale nisi eo modo quo albū dicitur effici nigrū.sicut cm̄ albū efficit nigrū albo ⁊ nigro supponētibus p̄ subiecto: ita ⁊ in ꝓposito peccatū veniale potest dici fieri mortale ratione actus substrati nunc sub venniali nunc sub mortali peccato actualiter existētis.quare ⁊c. ¶Secūda cōclusio est: q̄ peccatum mortale ⁊ veniale vt formaliter sumpta sunt etiā specie indistincta/siue ad eūdem actū in specie siue ad aliū etiā cōparētur. ¶Hec ꝓbatur.Et primo cōparādo ipsa ad eūdem actū scōm speciē.quoniā oēs ille priuationes sunt specie indistincte: que sunt tam subiectorū q̄ etiā habituū specifice eorūdē.sed peccatū mortale ⁊ veniale respectu eiusdem actus substrati accepta sunt priuationes: quarū subiectū immediatū puta actus ipe vt supponit est idem specie.possunt etiā esse ⁊ quādoq̄ sunt eorundē habituū scōz speciē/ puta earūdē circūstātiarū: sicut apparet de actu facto ꝓpter appetitū glorie effrenatum ⁊ moderatū siue remissum.nec em̄ in talibus actibus sunt circūstātie indebite specie distincte/ nec carētia circūstātiarū debitarū specie distinctarū.ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur. q̄ sola intensio ⁊ remissio actus nō variat ipm̄ scōm speciem.sed in eodē actu in quo vt remisso p̄fuit peccatum venniale/ ē postea vt intenso peccatū mortale: sicut apparet tam in exemplo p̄dicto q̄ etiam in actu ire intenso et remisso.ergo ⁊c. ¶Secūda pars:vez q̄ etiā cōparādo hmōi peccata venniale vez ⁊ mortale ad diuersos actus specie/sint quādoq̄ specifice indistincta/ꝓbatur.q̄ priuationes habituū eiusdē rationis sunt eiusdē rōnis specifice licet sint subiectorū specie distinctor. ¶Hoc apparet in exēplo de cecitate diuersorū aialiū specie: q̄ tm̄ propter identitatē habitus priuati cōcedit esse eiusdem specifice rōnis,sed ista peccata vez venniale ⁊ mortale ad diuersos actus specie cōparata possunt esse ⁊ quandoq̄ sunt priuationes habituū puta circūstātiarū specie earūdē.ergo talia peccata licz actuū specie diuersor/ in eadē tm̄ ad circūstātias sunt specie indistincta. ¶Minor apparet in exēplo de pecāte mortaliter in actu cantandi et venniaiter in actu comedēdi vel saltādi ꝓpter eūdem finē indebitū ad quē possunt actus isti licet distincti specie/ ordinari. potest em̄ vterq̄ istorū actuū exerceri ꝓpē vanā gloriā differenter.quia vnus ꝓpter appetitum vane glorie effrenatum ⁊ immoderatū. ratione cuius est in ipo mortale peccatū. ⁊ alius ꝓpter appetitum nō sic effrenatum: in quo erit peccatum veniale tm̄. ergo ⁊c. ¶Tertia conclusio est: q̄ peccata venialia ⁊ mortalia formaliter sumpta vt ad eūdem actum specie cōparata possunt esse ⁊ quādoq̄ sunt specie distincta. ¶Hec ꝓbatur.quoniā priuationes diuersorum habituū vt surditas et cecitas/licet eiusdē subiecti/specie dicūtur distingui. sed peccata mortalia ⁊ venialia circa eundem actū accepta ⁊ cōmissa possunt esse ⁊ quandoq̄ sunt priuationes circūstātiarū actui debitarum specie diuersarū: sicut apparet de actu aliquo qui potest fieri ꝓpter finem indebitum vel in loco inepto vel in tempore interdicto:in quo quidem vt vno modo idebite circūstātionato erit peccatū veniale: ⁊ vt alio modo etiā circūstantionato indebite erit mortale.ergo ⁊c. ¶Quarta ꝯclusio est: q̄ peccata venialia ⁊ mortalia vt sumpta virtualiter ꝓ reatu/nō distinguūtur specie saltem quantū ad penam aliquā ad quā ꝓpter vtriq̄ peccatū taz veniale vez q̄ mortale est quilibet obligatus. ¶Hoc apparet.qm̄ cū reatus sit obligatio ad penaz/ reatus qui eādem penā specie respiciūt eiusdem rationis existūt.sed pena saltem aliqua debita peccato mortali ⁊ venniali est eiusdem speciei. ergo ⁊c. ¶Minor apparet.quoniā pena damni debita peccato mortali est carentia perpetua glorie dei.pena aūt damni debita venniali est carentia eiusdem glorie non ꝓ perpetuo sed ad tempus. sed carere aliquo maiori vel minori tēpotē non differunt specie.ergo pena damni debita mortali ⁊ venniali est eiusdem speciei. Pena etiā sensus eiusdem speciei esse videtur saltem loquendo de pena sensus qua anima separata a corpore affligitur in inferno eternaliter ꝓ mortali peccato/⁊ in purgatorio ꝓ venniali.huiusmodi enim pena siue sit dolor siue tristitia:nō videtur distingui in istis ⁊ in alijs nisi vel sicut intēsius ⁊ diuturnius a remissiori ⁊ min⁹ durabili/ vel tm̄ sicut diuturni⁹ et minus diuturnum seu durans.constat enim penā sensus damnatorum esse eternalem:aliorum autem tm̄modo temporalem. An autem pena damnatorum sit intensior q̄ pena existentium in purgatorio quātuz durat / nō sic est expressuz/licet ꝓbabile videatur. sed siue sic ponatur siue aliter/sequitur ꝓpositum:vez q̄ pene hmōi non sint distincte specie/ nec p̄ sequēs reatus eas respicientes. ¶Ex p̄dictis omnibus apparet q̄ nullo modo vniuersaliter loquendo peccata venialia ⁊ mortalia specie distinguūtur nec vt materialiter nec vt formaliter nec vt virtualiter accipiunt. ¶Et sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio dicendū: q̄ falsuz accipitur in minore. magis enī distinguūtur omnia peccata mortalia specie distincta etiā venialia inter se dispata ⁊ specie similiter distincta: q̄ venialia ⁊ mortalia distinguantur vt formaliter accipiūtur/⁊ ad eūdem actum vel etiā ad diuersos/sed tamē ad easdē circūstātias specie cōparentur. Aut aūt peccata accipiūtur virtualiter ꝓ reatu: sic ꝯcedi potest q̄ magis mortale q̄cunq̄ a venniali q̄ vno modo ab alio distinguatur.quoniam cuicūq̄ peccato mortali debetur pena cōsimilis: videlicet eterna.venniali aūt tm̄ modo temporalis.

Tertio quero: vtrum peccatum congrue dividatur in peccatū cordis/oris/⁊ operis. ¶Et videtur q̄ sic per Magistrum ipsum sic in litera dicentē. oē etiam peccatū consistit in aliquo istorum trium predictorum. sed vnum quodq̄ congrue in illa dividitur:in quorum quolibet salvatur:⁊ per omnia simul sumpta sufficienter simul euacuatur.ergo ⁊c. ¶Contra.quia peccatū omissionis nec est cordis nec oris nec operis. Quod apparet.quia peccatū cordis ꝓsistit in actu interiori: peccatum vero oris in verbo/⁊ peccatum operis in facto cōmisso.sed in nullo istorum consistit peccatum omissionis:cum nec dicat interiorem actum / nec verbum / nec aliquod factum. ergo ⁊c. ¶Responsio. vbi est videndum. Primo an veniale possit fieri mortale peccatum. Secundo respondēdum est ad questum.

Quantum ad primū: est sciendum q̄ peccatū potest sumi vel scōm se formaliter vt priuatio talis actus vel rectitudinis ipsi debite:vel materialiter pro substrato actu: vel virtualiter ꝓ reatu. ¶Hoc premisso/pono tres cōclusiones. ¶Prima est:q̄ accipiēdo

ista peccata materialiter pro actu/ veniale peccatū potest fieri mortale: ⁊ ecōuerso mortale potest fieri veniale sic intelligendo ꝙ idem actus in specie ⁊ etiā forte numero potest esse nunc sub vno ⁊ postea sub alio peccato istoꝝ. ¶ Hec apparet. quia vt dictuꝫ fuit in alia q̄stione in eodem actu in quo vt vno modo facto est peccatū veniale/est mortale vt alio modo facto. ergo ⁊c. ¶ Secūda conclusio est: ꝙ accipiēdo ista peccata virtualiter ꝓ reatu/ mortale peccatū sepe efficit̄ veniale: nūq̄ aūt accidit econuerso. ¶ Hec appet. q̄m reatus peccati mortalis est obligatio ad penam eternā. reatus aūt peccati venialis ad penam aliquā temporalē. sed pena eterna debita peccatori ꝓ peccato mortali/ mutatur sepe in temporalem sicut in penitentia: ꝑpter quā obligatio ad penam eternam mutatur in obligationē ad penā aliquā temporalē nūq̄ aūt fit ecōuerso: vcꝫ ꝙ obligatio ad penā temporalem peccato veniali debitā mutetur in obligationem ad penam eternā peccato mortali debitam. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ vt ista peccata accipiūtur formaliter neutrū sit alterum: loquendo de illis que sunt alterius speciei/ licet de alijs que sunt eiusdē speciei forte aliqualiter contrariū posset dici. ¶ Hec apparet. q̄m neutrum oppositorū sit alterum. sed ista peccata vt specie distincta sunt aliquo mō opposita. non sic aūt illa q̄ sunt eiusdem speciei. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi est respōdendum ad quesitū: dr et rationabiliter a quodā doctore ꝙ peccatū nō diuiditur essentialiter in ṗdicta tria genera peccatoꝝ. sed talis diuisio sicut ⁊ alie multe quibus peccata cōmuniter diuidūtur/ accipit̄ scd̄m aliquas conditiones peccato extrinsecas. ¶ Ad cuiꝰ euidētiā scd̄m eundē sciendum est: ꝙ septē considerantur in peccato. secundū que licet sibi extrinseca saltem aliqua ip̄m peccatum diuidit̄ septē modis. ¶ Primo em̄ potest cōsiderari in peccato principalitas. ⁊ scd̄m hoc diuiditur in septē capitalia ⁊ principalia peccata: sub quoꝝ quolibet plurima cōtinentur. ¶ Secūdo potest in peccato considerari eius origo: q̄ est triplex: vcꝫ timor/ amor/ ⁊ cupiditas. vnde Augustinus sup illud Psal. Incēsa igni ⁊ suffossa dicit ꝙ omne peccatum cōmittitur vel amore vel timore vel cupiditate. cuius sunt tres radices: quas enumerat Joā. in prima sua canonica: quādo dicit ꝙ oē qd̄ est in mundo aut est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut superbia vite. Est enim cupiditatum alia respectu excellentie: ⁊ hec dicitur superbia. Alia respectu diuitiarum: ⁊ hec dicitur concupiscentia oculorum. Et tertia respectu delitiarū: que carnis cōcupiscētia nuncupatur. Timor autem ⁊ amor sunt radices peccatorum: quia omnis peccans peccat aut impellendo se in malum: ⁊ huiusmodi radix est amor: aut retrahēdo se a bono: cuius radix est timor. ¶ Tertio in peccato potest considerari modus agendi. ⁊ sic oritur diuisio peccatorum trimembris: qua cōmuniter dicitur ꝙ peccatum quādoq3 oritur ex infirmitate: quādoq3 ex malitia: quādoq3 ex ignorantia. omnis enim peccans aut peccat sciēter non propulsatus a passione. ⁊ talis dicitur peccare ex malitia. aut sciens: sed tamen impulsus a passione. et sic dicitur peccatuꝫ ex infirmitate. aut nesciens/ ⁊ sic est peccatum ex ignorantia. ¶ Quarto in peccato consideratur immediatū subiectum qd̄ est actus humanus. ⁊ secundum diuersitatem taliū actuū accipitur quarta diuisio peccatorū: de qua queritur in questione ista/ ⁊ quam Magister ponit in litera. Actuū enim humanoꝝ alius est omnino extrinsecus. ⁊ in tali dicitur esse peccatū operis. Alius omnino intrinsecꝰ: in quo dicitur esse peccatū cordis. Et tertius medius quasi partim extrinsecus et partim intrinsecus: in quo dicitur peccatum oris esse. ¶ Quinto potest considerari in peccato obiectū: puta illud in quo peccator dicitur peccare. qd̄ dicitur eē illud cuius bonū adimit quātum est ex se. ⁊ hoc modo diuidit̄ quinto peccatum/ q̄n dicitur ꝙ peccatorum aliud est in deum ⁊ aliud in proximū ⁊ aliud in seipsum. Dicitur enī peccatum in deum illud quo peccator quantū est ex se diminuit bonū dei. Peccatum aūt in proximū/ illud quo peccator diminuit bonū proximi: vt peccatū inuidie murmurationis ⁊ detractionis. In seipsuꝫ dicitur autē illud per qd̄ diminuitur bonū peccantis ꝓprium de directo. ¶ Sexto consideratur in peccato debita ipsi pena. ⁊ secundum hoc in ordine ad penam accipitur sexta diuisio peccati vulgata/ qua dicitur ꝙ peccatorū aliud est mortale ⁊ aliud veniale. Dicitur aūt mortale illud cui pena debita est mors eterna ⁊ irremissibilis: quia interminabilis. Veniale autē dicitur cui debetur pena remissibilis siue terminabilis: quia temporalis. ¶ Septimo ⁊ vltimo consideratur in peccato lex contra quā venit ⁊ a qua deuiat. que quidem lex est diuinū preceptum. qd̄ quidē diuinū ṗceptum diuiditur in affirmatiuū ⁊ negatiuū. Et i ordine ad ista diuina precepta accipitur alia diuisio peccatorum qua peccatum ip̄m diuiditur in peccatū ꝯmissionis ⁊ omissionis. Dicitur enim peccatuꝫ omissionis illud qd̄ deuiat ⁊ est contra preceptum affirmatiuū. Commissionis vero peccatum dicitur oē illud qd̄ est contra preceptum negatiuū. ¶ Ex ṗdictis apparet quomodo intelligenda sit ista diuisio peccati de qua queritur. non enim peccatum vt formaliter sumptū diuiditur in tria ṗdicta vt materialiter ꝓ actibus sumpta/ nisi sicut priuatio in diuersa subiecta. nec etiā in ip̄a vt formaliter sumpta diuiditur/ sicut in diuersa scd̄ꝫ speciem eiusdē rōnis. Potest em̄ esse peccatum vt formaliter sumptū in cōsensu īteriori: qd̄ dicitur peccatū cordis: in verbo vocali qd̄ dicitur peccatū oris: ⁊ in facto exteriori qd̄ dicitur peccatum opis. Eiusdē rationis dico non in ordine ad subiecta sed ad circūstātias: quarum priuationes dicūt ista peccata vt formaliter sumpta. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex ṗdictis. q̄m scd̄m ṗdicta cum peccatum in tali diuisione non diuidatur nisi in ordine ad actum substratum/ nō se extendit diuisio huiusmodi ad peccatuꝫ omissionis: sed tm̄ ad peccata commissionis. Vel etiaꝫ posset dici ꝙ īmo peccatoruꝫ omissionis aliud posset dici cordis: vt illud qd̄ est omissio alicuꝰ actꝰ interioris debiti ab omittente. aliud oris: vt omissio diuini officij: ⁊ aliud opis vt omissio actꝰ exterioris debiti ab omittente.

QVarto & vltimo quæro: vtrum peccatum in vniuersali acceptum congrue ⁊ sufficienter in septem vitia vulgata ⁊ capitalia diuidatur. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia omne cōmune sufficiēter per illa inferiora diuiditur extra que in nullo alio reperitur. sed extra ista septem capitalia et principalia peccata nullum peccatum reperitur. omne enim peccatum sub illorum aliquo continetur. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia sufficienter in aliqua diuisum non reperitur in aliquo extra illa. sed multa sunt peccata que nō videntur sub illo septenario contineri: vt peccatum infidelitatis ⁊ desperatiōis ⁊ alia multa. g̃ ⁊c. ¶ Rn̄sio. vbi sic procedam. Primo enim ostendam quomodo peccatum mortale ⁊ veniale in ordine ad sibi extrinseca distinguantur. Quomodo enī vt secundum se accipiuntur distinguant̄/ iam in precedentibus est ostensum. Secūdo inquiram quomodo potest diuidi mortale peccatum siue veniale formaliter acceptum. Tertio dicam ad quesitum.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ aliqua est conuenientia/ ⁊ aliqua differentia inter ista duo peccata in ordine ad eis extrinseca. In hoc siquidē conueniūt: quoniā vtrūq3 tam veniale vcꝫ q̄ mortale infert mortem/ ⁊ aufert aliquo modo vitam. tam peccatū veniale em̄ q̄ mortale est culpa vel mors anime: qua mediante ip̄a incurrit mortem pene/ ⁊ amittit licet differēter vitam glorie in sequenti. ¶ Differunt aūt ista primo quia peccatuꝫ mortale non tm̄ aufert vitam glorie in sequenti: sed etiam vitam gratie in ṗsenti. nullum autem veniale peccatum nec omnia simul sumpta gratiam auferūt nec remittūt. ¶ Secūdo: quia peccatū mortale ꝑ penitentiam non remissum aufert in sequenti vitam glorie: ⁊ infert mortem pene nō aliquo finito tempore: sed ad semper. veniale autem non infert totalem remotionē sed temporalem dilationem glorie eternalis/ nec ꝑ consequens afflictionem mortis pene infernalis sed temporalis tm̄. ¶ Ex quo aliqui inferunt ⁊ rationabiliter vt in quarto prolixius ostendetur: ꝙ damnati in inferno pro nullo veniali peccato eternaliter sed tm̄ temporaliter punientur. ¶ Tertio distinguūtur: quia mortale peccatum cum sit gratie ablatiuū/ est etiā consequēter omnis operationis meritorie mortificatiuum. non sic autem veniale peccatum: quia nec aufert gratie donum/ nec per consequens mortificat aliquod opus bonum. nec enim aliquod opus meritorium dicitur mortificari nisi quia efficitur indignū vita glorie debita. ¶ Probo sic: nunq̄ aliquod opus meritorium efficitur tali vita sibi debita idignum nisi quando vita glorie remouetur. est enim gratia antecedens ad gloriam ex diuino solo statuto necessario requisitum. sed solum mortale peccatum non autē aliquod veniale est istius vite gratie demeritorie ablatiuū. ergo solum ipsum est mortificatiuū omniū meritorum. Et ꝑpter tria ṗdicta tale peccatum mortale quasi antonomatice nuncupat̄. Primo videlicet quia expulsiuū vite glorie. Secundo: quia mortificatiuū omnis operationis meritorie. Tertio: quia inflictiuū mortis pene eterne. Peccatū autem veniale habet contraria supradictis. nec enim propter ipsum expellit̄ vita gratie: nec mortificatur bonum alicuius actionis meritorie in presenti/ nec infligitur mors pene eternalis sed temporalis. Et ideo dicitur veniale: nō quin aliqualiter sit mortale pro quāto infert mortem pene temporalis: et etiam aufert vitam glorie eternalis saltem ad tempus. sed dicitur veniale quia in comparatione ad aliud mortale simpliciter dictum est minimū ⁊ facillimū ad veniam ꝓmerēdū: licet in se sit magni ponderis ⁊ meroris. non enī est in anima sine magno onere ⁊ horrore illud ꝑpter qd̄ ip̄a retardatur etiam in instanti ab ingressu seu consecutione beatitudinis sibi debite sempiterne. sed propter peccatum veniale non tm̄ anima a corpore separata a gloria retardatur: in qua retardatione a diuina visione et fruitione cruciatur: sed etiam pena sensus alia agitatur. quare ⁊c. ¶ Ex predictis sequitur corollarie: ꝙ licet tā in veniali peccato q̄ in mortali sit conuersio ad bonum aliquod commutabile/ saltem loquendo de peccato commissionis: in solo tamen mortali peccato est etiam auersio ab incommutabili bono puta a deo. ¶ Primū/ vcꝫ ꝙ in omni commissionis peccato sit conuersio ad bonū aliquod commutabile/ apparet. quia omnis sic peccans peccat in eliciendo aliquem actum indebitum quē elegit/ ⁊ ad quem libere se ꝯuertit. ¶ Et si arguatur cōtra hoc: quia ita etiam omnis qui meretur se conuertit ad aliquod cōmutabile bonum/ puta ad ipsum meritorium actum: Dico ꝙ non est de merente et de peccante simile propter duo. Primo: quia huiusmodi actus meritorius licet vt in se formaliter sumptus sit aliquid commutabile: est tamen virtualiter incōmutabilis: quia bonū incōmutabile videlicet eternū premium ꝓmeretur. Secūdo quia qui meretur/ actum meritorium ad quē se cōuertit elicit ⁊ eligit propter deum: alias non esset perfecte meritorius talis actus. omnis autem se conuertens ad aliquid propter aliud/ principalius se conuertit ad illud ꝓpter qd̄ ad aliquid aliud se conuertit. ⁊ ita conuertēs se ad actū meritoriū qui est aliquo mō ꝯmutabilis/ prius ⁊ principalius se conuertit ad bonū formaliter incōmutabile qd̄ est deus. sed his contraria sunt in quolibet siue mortaliter siue tm̄ venialiter delinquēte. q̄re ⁊c. ¶ Secundū: vcꝫ ꝙ in peccato mortali sit aliquo modo auersio a deo/ apparet. quia omnis se conuertens ad aliquid vel etiam omittens aliquid ꝑpter qd̄ amittit gratiam alicuius/ ab illo cōsequēter ⁊ virtualiter se auertit. sed omnis peccans mortaliter cōmittendo se conuertit ad aliquid et omittendo omittit aliquid ꝑpter qd̄ gratiam dei perdit. ergo in omni peccato mortali est auersio a deo nō formaliter ⁊ positiue: qualis auersio est in actu odiendi/ nec etiam negatiue tm̄ qualis auersio est in non velle: sed virtualiter/ modo quo infirmus auertēdo se a potione amara ad salutem necessaria/ vel conuertendo se ad aliquid nociuū infirmitatis inductiuū/ ab ip̄a sanitate ꝑ consequēs se auertit. ¶ Tertiū/ vcꝫ ꝙ huiusmodi auersio etiā virtualis sola nō sit in aliquo veniali peccato/ apparet propter cōtrariā rationē. quia nullus ꝑpter aliquid cū quo stat gratia alicuꝰ/ dicitur auertere se ab illo. sed cū omni veniali culpa stat dei gratia. g̃ ⁊c. ¶ Hec de primo

Quantum ad secundū: est sciendum ꝙ cū priuationes distinguātur ꝑ habitus: ideo cū peccatū vt formaliter sumptū dicat aliquid priuatiuū non positiuum: ꝑ ꝯn̄s eius numerus ⁊ distinctio habet sumi aut per habitꝰ bonos/ cuiusmōi sunt septē virtutes: q̄rū tres dicūtur theologice/ ⁊ alie quatuor cardinales: aut ꝑ actꝰ bonos ⁊ meritorios: cuiusmōi sunt actꝰ obseruātie ṗceptorū. Primo mō dicēdo ponerētur septē peccata: quorū aliud eēt directe oppositū charitati/ aliud fidei/ aliud spei/ aliud prudētie/ aliud tēperātie/ aliud iustitie/ ⁊ aliū fortitudini seu cōstātie. Sed q2 pctm̄ saltem materialiter cōsistit non in habitu sed in actu cōmisso vel omisso: nec ꝑ ꝯn̄s est priuatio habitualis sed tm̄ actualis: ideo melius in ordine ad meritorios actus q̄ ad habitus sumitur distinctio peccatoꝝ. Et ideo isto mō scd̄o sunt distinguēda pctā: vcꝫ ꝑ actus bonos/ cuiusmōi sunt obseruātie ṗceptoꝝ dei ⁊ cōsilioꝝ Christi. q̄m culpa nō est nisi quedā iniustitia actualis nō habitualis. ergo cū actuales iniustitie ꝑ actuales iustitias/ sicut habituales ꝑ habituales/ vt priuationes ꝑ habitus distinguant̄: sequit̄ cum actus hmōi ṗceptoꝝ sint q̄dā actuales iustitie ꝙ ꝑ ip̄os peccata hmōi mortalia distinguant̄. ¶ Cōfirmat̄. q2 actus meritorij tm̄ sunt actus seu obseruātie ṗceptorum ⁊ consilioꝝ. ergo ⁊ demeritorij sunt actus oppositi. sed demeritū respicit meritū vt priuatio habitū. priuationes aūt ꝑ habitus distinguūtur ⁊ numerātur. ergo et pctā mortalia ꝑ ṗcepta tm̄/ vel simul ꝑ cōsilia ⁊ ṗcepta. ¶ Si ṗmo mō: vcꝫ tm̄ ꝑ ṗcepta distinguūt̄: erūt decē peccata mortalia decē actibus ꝯtraria vl' priuatiue opposita. Quorū aliud est cōtra ṗmū prime tabule ṗceptū: nō habebis deos alienos. Cōtra qd̄ ṗceptū pōt quis tripliciter peccare mortaliter. Vno mō ꝯtrarie ꝑ pctm̄ idololatrie: deū vcꝫ aliū adorādo. Scd̄o mō etiam ꝯtrarie ꝑ odiū verū deū respuēdo. Tertio mō ṗuatiue/ ip̄ꝫ deū verū mēte actualiter nō colēdo. ¶ Et si q̄ras cum sit ṗceptū vnicuꝫ quomō potest esse triplex mortale peccatum ipsi oppositū: Rn̄deo ꝙ licet hmōi ṗmū ṗceptū sit vnicum

est tamen ad tria obligatiuū: vcʒ ad nō adorandū deum
alium: ad non respuendum deum verum/et tertio ad co=
lendum interius mente ipm. grauius enim est ⁊ plus di
cit deum mente respuere ꝙ ipm non colere. quoniam nō
colere tm̄ dicit actum debituʒ suspendere/ sicut nō velle
sed respuere est actum contrarium elicere sicut nolle.
¶ Secundum peccatum est contra secūdum eiusdem ta
bule preceptum: Non assumes nomen dei in vanū. con=
tra qd errāt omnes falsum iurantes/deum ipsum in sue
falsitatis testimonium adducentes: omnes etiam per=
iuri sua promissa licita non complentes: ⁊ vniuersaliter
omnes incaute ⁊ ideliberate se facturos aliquid eis illi
citum per deum pmittentes. qui omnes predicti peccāt
contra predictum preceptum contrarie. Contradicto=
rie autem peccant contra ipsum omnes deum verbo non
honorantes nec laudātes quando tenentur: vt clerici di
uinū officium omittentes. huiusmodi enim pceptū obli=
gat semp ⁊ p semp ad aliquid negatiuū puta ad nomen
domini nūꝙ vane ore tenus assumendum: ⁊ non p semp
sed pro aliquando ad aliquid positiuū: videlicet ad ipm
vocaliter reuerenter ⁊ vtiliter assumendū. ¶ Ex quo ap
paret ꝙ dupliciter errare potest aliquis contra ipsum:
videlicet contrarie: ipsum dn̄i nomen inaniter assumen=
do. et contradictorie: ipsum quādo oportet non vtiliter
assumendo. quomodo etiam videretur peccare cōtra ipʒ
ille qui nollet iurare aliquod licitum ⁊ debitum ad iurā
dum. iurans enim licite ⁊ debite per deum vocaliter / ex
tollit eum ipsum adducendo vt infallibilem ⁊ indecepti
bilem veritatem. ¶ Tertiū mortale peccatum est cōtra
tertium pdicte tabule pceptū: vcʒ Memento vt diē sab=
bati sanctifices. Cōtra qd preceptū etiā dupliciter pec=
care contingit: videlicet contrarie opus seruile prohibi=
tum faciendo: ⁊ contradictorie seu negatiue puta spiri=
tualem cultum deo debitum omittendo. ⁊ sic habemus
tria peccata mortalia tribus preceptorum prime tabule
actibus contraria seu priuatiue opposita: quorū quod
libet in tot diuiditur quot preceptum ipsum complecti=
tur cui opponitur. ¶ Aliis septem actibus seu obseruā=
tiis preceptorum secunde tabule alia septē peccata mor
talia opponūtur. Quorum primū opponitur primo: qd est
honorare parentes. contra qd preceptum quia obligati
uū p semp ad non inhonorandum/ ⁊ p aliquando ad ho
norāduʒ/ potest quis peccare cōtrarie vel positiue ipos
inhonorando siue exterius siue etiam in mente interius
vel ɔtradictorie siue priuatiue ipos nō honorādo nec fa
cto eis subueniendo. ¶ Secundū mortale peccatum est
contra secundum eiusdem tabule preceptum. qd est: non
occides. Contra qd preceptum est nō tm̄ homicidiū po
sitiuum sed etiam permissiuum ⁊ quodcunqʒ proximo in
flictiuum corporale notabile nocumētum. qui enim aliū
vulnerat vel mutilat vel mori permittit cum ipsi subue=
nire possit/ cōtra hoc preceptum directe agit. ¶ Tertiū
peccatum est contra tertium preceptum. qd est: non me
chaberis. contra quod licet solius operis exterioris ex=
plicite interdictiuū peccat p exteriorem actū et etiam
per interiorem cōsensum: iuxta illud Matth.5. Omnis
qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam me=
chatus est in corde suo. cuicunqʒ enim interdicitur act⁹
exterior explicite/et cōsensus interior īplicite. ¶ Quar
tum peccatum est contra quartum preceptum. non fur=
tum facies. contra qd etiam licet non sit primo consen=
sus interior: sed tm̄ actus exterior: tamen vtrūqʒ horum
est aliqualiter contra ipsum. ¶ Quintū est contra quin
tum: qd est: non loqueris contra proximū tuum falsum
testimonium. contra qd peccant non tm̄ falsum imponē
tes crimen: sed etiam maluʒ occultum publicando aliū
diffamantes: vel bonum diminuendo eum denigrantes/
vel substrahendo totaliter detrahentes. que omnia sunt
consimiliter contra istud preceptum siue facta interius
per consensum/siue facta exterius per effectum. ⁊ ratio
huius est: quia eodem precepto quo īterdicitur aliquis
actus exterior / intelligit ɔsimiliter interdici videlicet
implicite consensus interior: nisi de ipo interiori cōsen=
su apponatur aliud speciale mandatum: qd non est in p=
posito. ¶ Sextum peccatum est directe contra sextum
mandatum. qd est: non concupisces rem proximi tui/nō
ancillam nec omnia que illius sunt. Contra quod prece=
ptum agitur per solum consensum: quoniam actus exte=
rior prohibetur alio speciali mandato. ¶ Septimū ⁊ vl
timum est contra septimum preceptum. qd est: non desi=
derabis vxorem eius. contra qd etiam propter pdictā
rationē agitur per consensum solū. ¶ Transgressiones
trium Christi consiliorum que sunt mortalia peccata vo
uentibus ipa/ ⁊ per cōsequens obligatis ad ea/ possunt
reduci ad secundum peccatum mortale oppositum secū
do precepto prime tabule. quoniam omnis faciens con=
tra votum/ nomen dei assumit in vanum. sed omnis ad
consiliorum obseruantiam obligatus transgrediens ali
quod iporum facit contra votum quo se ad eorum obser=
uantiam obligauit. ergo ⁊c̄. ¶ Ex predictis appet verū
esse qd superius fuit premissum: videlicet ꝙ omnia pec
cata sunt quedam iniustitie actuales opposite iustitiis
actualibus: videlicet actuum preceptorum. Hoc siqui=
dem apparet per predicta peccata omnia discurrendo.
¶ Et pmo hoc paret de primis trib⁹ peccatis/prime ta
bule tribus preceptis contrariis. quoniam iniustum est
qd debetur alicui nolle ipi sed alteri reddere. sed deo de=
betur actus mentis quo colatur: laus oris quo extol=
latur/et cultus operis quo realiter exterius ostēdatur:
ergo iniustitie est ista vel iporum aliquod vel deo nolle
reddere vel velle alteri cui non est debituʒ exhibere. sed
in hoc consistunt vt apparet ex predictis prima tria pec
cata primis tribus preceptis vel eorum obseruantiis op
posita. ergo ⁊c̄. ¶ Secundo apparet idem de aliis omni
bus. quoniam quilibet tenetur suis parentibus hono=
rem impendere/et proximum non ledere aliquo istorum
sex modorū: de quib⁹ sunt sex data mādata. ergo cum in
septem peccatis vltimis factis contra ista septem man
data fiant opposita: per ɔn̄s sequit propositum: vide=
licet ꝙ quodlibet iporum sit quedaʒ iniustitia actualis.
¶ Tertio hoc idem apparet de omnibus transgressioni
bus consiliorum Christi. quoniam (vt dictum est) omnis
faciens contra votum licitum facit contra scdm̄ prime
tabule preceptum: quia videlicet nomen domini assumit
in vanum. in hoc autem est iniustitia vt predictum est. er
go ⁊c̄. ¶ Sed posset aliquis querere: qd peccatuʒ est vt
contra qd preceptum contēptus consiliorum Christi?
¶ Ad hoc dicendum est: ꝙ si cōtēptus huiusmodi sit in
mente: est contra primum prime tabule preceptum. Si
autem in ore/ contra secūdum. ¶ Primum pbatur. quo
niam (vt sepe dictum est) ex illo primo precepto: non ha
bebis deos alienos: non tm̄ interdicitur actus idolola=
trie impendēdus alicui creature: sed etiam pcipitur in=
terior actus quo deus est mente colendus. sed qui Chri=
stum vel aliquod eius consiliū spernit/deum contemnit
cum Christus sit vere deus. ergo talis peccat mortaliter
contra primum pceptum prime tabule faciendo: non tm̄
negatiue deum nō colendo: sed etiam qd est grauius po
sitiue siue contrarie ipsum mente interius cōtemnendo
¶ Scdm̄/videlicet ꝙ contemnentes consilia ore cōtra
ipa et eorum obseruatores latrando et murmurādo pec
cant contra secundum prime tabule preceptum/ appa=
ret. quoniam ex illo secundo mandato: non assumes no=
men dei in vanum: tenemur ad deum interduʒ vocaliter

laudandum ⁊ ad nūꝙ ipsum ore vocaliter contemnen=
dū. sed hoc facit qui aliqd Christi consiliū mēte ɔdēnat
⁊ spernit ore. ergo ⁊c̄. ¶ Cōfirmatur. quia si assumere no
men dei in vanū est mortale peccatum cōtra secūdū pre=
ceptum: multo magis mēte tenere vel verbo asserere ali
quod Christi consiliū esse vanū: est peccatū contra idem
preceptū. Unde ⁊ grauius peccat qui aliquod Christi cō
silium mente condemnat vel verbo impugnat: ꝙ qui ali=
quod falsum iurat/ vel quōcūqʒ aliter nomē dei assumit
inutiliter. Primū enim videtur esse error nō tm̄ in mori
bus sed ⁊ in fide. nullus enī potest deū spernere mēte sine
infidelitate. ¶ Ex quo sequitur corollarie: ꝙ multo gra
uius ⁊ periculosius peccant oēs ad consiliorū obseruan
tiam nō astricti ea cōtemnēdo ⁊ cōtra ea obloquendo: ꝙ
astricti ex voto ad eorum obseruantiā ipa trāsgrediēdo.
¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: est
sciendum ꝙ peccatū cōueniēter ⁊ sufficienter in.7.capi
talia peccata diuidi/potest dupliciter intelligi. Uno mo
do sic ꝙ omne peccatū sic sub illis.7.continetur ꝙ ipm
sit aliquod illorū formaliter. Alio modo ꝙ sic omnia pec
cata possibilia sint sub istis.7.cōteuta ꝙ omnia possibi=
lia vel sunt illa formaliter vel oriūtur ab eis occasionali=
ter ⁊ quodāmodo originaliter. Et isto modo ista.7.vitia
puta auaritia/gula/luxuria/vana gloria/ira/inuidia/ et
acidia/ dicūtur ⁊ dici possunt vitia capitalia. qr ex quo=
libet iporum oriuntur multa vitia alia: sicut ex acidia ꝙ
est tristitia de operatione dictata a recta ratione/oritur
euagatio pusillanimitas ⁊ desperatio. ex superbia oīa
alia secūdū Gregoriū: qui ponit.41.moraliū cap.3.ꝙ.7.
peccata mortalia sunt quasi duces sub vno principe qui
est superbia. Qd non sic est intelligēdum quasi qdlibet
aliorum sit superbia formaliter: sed quia ex ipa sequun=
tur omnia occasionaliter ⁊ originaliter. ⁊ sic de quoli=
bet aliorum.7.a quibus omnibus multa oriuntur cau=
saliter seu occasionaliter: que tamen nō sunt ipa forma=
liter. ¶ Hoc pmisso/pono duas conclusiones. ¶ Prima
est: ꝙ peccatū non diuiditur sufficienter in septē vitia ca
pitalia supradicta/primo modo intelligendo. ¶ Hec ap
paret. quia sic diuisum sufficiēter in aliqua non repitur
in aliquo sub nullo illorum diuidentiū cōtento. sed pec=
catum diuisum reperitur in multis que non sunt forma=
liter aliquod illorum septem capitalium pdictorū/ sicut
de infidelitate ⁊ desperatione arguebatur in principio ⁊
de aliis innumerabilib⁹ posset dici. ergo ⁊c̄. ¶ Secūda
conclusio est: ꝙ peccatum sufficienter ⁊ cōuenienter di=
uiditur per ista septem capitalia vitia secūdo modo in=
telligendo. ¶ Hec apparet p rationem contrariā. quo=
niam nullum potest reperiri peccatū qd nō contineatur
sub aliquo septem pdictorum aliquo illorum duorū mo=
dorum: vcʒ vel formaliter vt inferius sub suo superiori/vel
originaliter seu occasionaliter/ vt effectus aliquo mo=
do sub causa. Ad hoc autē ostēdēdum oporteret omnia
peccata enumerare: ⁊ ostendere de quolibet: a quo septē
istorū capitaliū oriretur: qd esset nimiū prolixum. ¶ Et
ideo hoc omisso/ ad vidēduʒ distinctionem istorum septē
capitalium inter se a quibus oriūtur alia/est sciēdum se=
cūdum vnū doctorem: ꝙ voluntas committēdo peccat:
quia inordinate fertur in aliquod bonum appetibile. est
autē huiusmodi bonū triplex: vcʒ vtile delectabile ⁊ ho=
nestuʒ. respectu cuiuslibet istorum potest esse in homine
appetitus inordinatus ad quē inclinat aliquis habitus
vitiosus. Bonū vtile dicitur eē illud qd nō est p se appe=
tibile/sed ppter aliud: sicut diuitie que nō sunt p se appe
tibiles vt dicit phs.4. ethicorum. et respectu talis appe=
tibilis: vcʒ vtilis/est auaritia. Est enī auaritia inordina
tus appetitus alicuius nō ppter se sed ppter aliud ap=
petibile: qualiter appetibile dicitur vtile. Bonū autem
delectabile est duplex scdm̄ duplicē appetitum in hoīe
existentē. est enī vnus hominis appetitus ⁊ delectatio p
tinens ad cōseruationē indiuidui: quia vcʒ respicit actū
quo ipm indiuiduum conseruatur: vt actus gustus circa
eius appetitum inordinatū est vnū vitium capitale vcʒ
gule. Alius est appetitus ⁊ delectatio ptinens ad cōser=
uationem speciei: quia vcʒ respicit actuʒ quo species cō
seruatur: vt actus generationis circa eius delectationē
appetitus inordinatus est aliud vitium capitale qd dici
tur peccatum luxurie. Tertium bonū appetibile dicitur
bonū honestū. circa huiusmodi aūt bonū seu eius appe=
titum non potest esse inordinatio de directo. nec enī ap=
petere sciētiam vel virtutes que sunt de numero talium
bonorum/ est malum. sed bene est malū appetere talia
tm̄ in existimatione hominū: vt appetere videri sapientē
⁊ virtuosum magis ꝙ esse/est malum puta inanis glorie
vitiū. Unde quartum capitale peccatum qd est inanis
gloria/ est appetitus boni honesti non secūdū se sed in or
dine ad existimationem hominū: quia ⁊ talis appetitus
est inordinatus non alius quo bonum honestum scdm̄ se
in rei veritate queritur nō in existimatione aliorum. Et
sic habem⁹ quatuor capitalia vitia: quorum primū qd
est auaritia/ ē tm̄ circa bonū vtile. secūdum vcʒ gula: est
circa bonū delectabile ptinens ad gustum. tertium autē
quod est luxuria est circa bonum similiter delectabile p
tinens ad tactum. et quartū quod est vana gloria circa
bonum honestum nō scdm̄ se sumptum sed vt compatū
ad existimationē hominū. ¶ Ad videndū aūt distinctio=
nem ⁊ sufficientiā aliorum trium capitalium peccatorū
additur ꝙ appetitus dupliciter fertur in triplex bonum
predictum. Uno enim modo fertur in ipsum delectando
et in eo conquiescendo. Alio modo in quodcūqʒ ipm p=
hibens insurgendo: ad remouendum vcʒ omne tal' boni
impeditiuū. ⁊ sic accipitur sufficientia ⁊ distinctio alio=
rum trium capitalium vitiorum: puta ire/acidie/ ⁊ inui=
die. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum: ꝙ cōtra phi=
bens seu impediens huiusmodi bonū appetibile supra
dictum/ dupl'r appetitus insurgit. Uno enī modo insur=
git appetitus cōtra omne impediens seu phibens quod
cūqʒ trium bonorum appetibilium pdictorum: siue illud
sit bonum vtile siue delectabile siue honestum. ⁊ talis in
surrectio vniuersalis est ira. non enim ira est aliud ꝙ ha=
bitualis vel actualis insurrectio cōtra impedimentum
appetibile cuiuscunqʒ. Secūdo modo est insurrectio con
tra impediens bonū appetibile aliquod speciale: ⁊ maxi
me cōtra impediēs bonum spirituale ⁊ honestum. huius=
modi autem talis insurrectio potest esse vel contra im=
pediens tale bonum secūdum esse ⁊ in rei veritate: vel cō
tra impediens ipm secūdum videri ⁊ opinionē seu famā
aliorum. Primo modo posset appetitus insurgere dupli
citer: videlicet positiue ⁊ priuatiue. Primo mō insurgē=
do nulla potest in ipo esse inordinatio imo ordinatio. est
enī virtuosum ⁊ commendabile insurgere positiue cōtra
quodcūqʒ impediens bonū honestū. At autē secūdo mo=
do appetitus insurgit contra impediens tale bonū puta
priuatiue/potest esse in ipo inordinatio ppter defectum
qr vcʒ nō īsurgit sic efficaciter vt deberet contra impe=
diens tale bonū ad bonū huiusmodi psequēdū. ⁊ sic ori=
tur inordinatio in appetitu/ que dicitur acidia. sicut enī
in alimēto corporali bonus sapor multum facit ad hoc
vt appetitus trahatur in bonū delectabile: sic in bono
honesto qd ē cibus qdā spūalis/gustus ei⁹ sapor trahit
mētē ad tale appetibile. ⁊ hinc est ꝙ cui sapit bonum ra
tiōis despiciūt oīa alia corpalia bona scdm̄ phm. 7. ethi=
corum. ⁊ p ɔriū qn̄ appetitui despit opatio bōa scdʒ rectā

rationē/tunc in ip̄o oritur inordinatio que acidia nūcupatur. nec eñ acidia est aliud q̄ tristitia de opatione bona a recta ratione dictata: q̄ tristitia nō est nisi quoddā desipere respectu talis boni. quod quidem desipere ꝓhibet appetitum insurgere efficaciter ad ip̄z bonū ꝓsequēdū/τ ad ip̄m impediēs remouendū. ¶Si aūt sit bonum honestū tm̄ scd̄m videre τ existimationē aliorum: q: vez est aliquid qd̄ facit bonū illud minus apparere in cōspectu hominū: τ hoc quia huiusmodi bonū vnius reperit̄ maius vel equale in altero/ ꝓpter qd̄ alius nō reputat excellens: tūc omnis appetitus insurgēs ad repellendū tale bonum in altero: quod quidem est repressiuum boni sui scd̄m famā/est inordinatus inordinatione que dicitur peccatū inuidie. nō eñ inuidia est aliud q̄ tristitia de bono alterius nō absolute: sed inquantū bonū ꝓpriū inuidi facit minus in conspectu aliorum. τ hoc est quia bonū in plures diuisum nō appet in vno ipsorū tātū quātū si esset in vno solo. ¶Sic apparet numerus τ sufficientia .7. capitalium vitiorū que ad oīa vitia se extēdūt aliquo duorū p̄dictorū modorū: excepto vitio superbie qd̄ est scd̄m Gregoriū vbi supra/caput τ principium seu origo omniū p̄dictorū. ¶Sed nūquid vitia ista .7. capitalia sic p̄dicta sunt cōmunia ad oīa tam mortalia q̄ venialia peccata: an tm̄ ad mortalia se extēdūt? Dicēdum q̄ īmo ad oīa. nō eñ oē peccatum circa actū auaritie nec gule nec luxurie nec vane glorie nec ire nec acidie nec inuidie est peccatum mortale: sed circa quodlibet p̄dictorū quādoq; cōmittimus mortale peccatū/τ aliquando veniale tm̄. Ex quolibet etiā istorū .7. capitaliū vitiorū oritur nō tm̄ mortale sed etiam veniale peccatū. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem quadragesimātertiā/in qua Magister postq̄ determinauit de peccato in generali determinat de peccato in spiritū sanctū in speciali: Quero primo vtrū sit aliquod speciale peccatū tm̄ ī spiritū sanctū. ¶Et videtur q̄ sic. qm̄ scd̄m q̄ dicit Magister in litera/est quoddā genus peccati ceteris grauius τ abominabilius/qd̄ dicit̄ peccatū in spiritū sanctū. ¶Cōtra. quia oēs tres p̄sone sunt vnus deus a quo sunt oīa p̄cepta: contra que sunt omnia peccata vt dictū est in questione alia. sed faciens contra p̄ceptum pluriū nō magis peccat ī vnū q̄ in aliū. ergo nec aliquis magis peccat in vnam personam diuinā q̄ in aliam. ¶Respōsio. vbi est dicendum Primo ad quesitum. Secundo est inquirendum an peccatum in spiritum sanctū possit esse in aliquo per se solum: an necessario presupponat aliqd̄ aliud peccatum.

Quantum ad primum: est sciendum q̄ tripliciter posset intelligi aliquod peccatū esse in spiritū sanctū magis q̄ in aliquā aliarū p̄sonarū. Uno modo q̄ diceretur peccatū ī spiritū sanctū tm̄ q: esset eius offensa τ non alicuius alterius personarum. Alio modo q̄ dicatur peccatū in spiritū sanctū quia est error vel iniuria respiciēs spiritū sanctum magis q̄ patrem vel filium. Tertio modo peccatū in spiritū sanctū dicitur esse illud qd̄ est directe ex aliquo opposito alicui appropriato spiritui sancto/vel excludit aliquid qd̄ est ipsi appropriatū magis q̄ alicui aliarū personarū. ¶Hoc p̄misso/pono tres cōclusiōes. ¶Prima est: q̄ nullū est nec esse potest peccatū ī spiritū sanctū vt primo modo acceptū. ¶Hec ꝓbatur/licet sit euidens p̄ se, qm̄ peccatū nō pōt dici nec ītelligit̄ ī scriptura esse offensa diuina tāq̄ illud propter qd̄ deus cōturbetur nec in aliquo īmutet̄. non magis eñ deus de aliquo peccato offenditur q̄ de bono nec magis gaudet de bono opere creato q̄ de peccato aliquo isto modo. sed dicitur peccatū offensa dei: quia est illud ꝓpter qd̄ deus ipse peccatorē affligere statuit τ punire. τ quia in humanis puniens aliū τ affligēs offensus dicitur contra ipsum: premians autē dicitur eius amicus: ideo deus contra peccatores dicitur offensus/aliorum aūt amicus. ¶Sed ꝯstat q̄ pena peccatoribus ꝓ quocūq; peccato debita non magis est spiritus sancti q̄ patris τ filij etiā appropriate/sicut nec gloria nec gratia electorū/licet gratia seu charitas ipsi approprietur. sunt eñ indiuisa ad extra opa trinitatis. ergo cū nulla culpa dicatur dei offensa nisi ratione pene sibi debite a deo peccatoribus inferende/sequitur q̄ nullū peccatum potest dici peccatū in spiritū sanctū isto modo: vez tāq̄ offensa sancti spiritus magis q̄ patris. ¶Cōfirmat̄. q: cum offensa non dicatur de deo nisi ratione pene inflicte vel infligende ab ip̄o/p̄ ꝯsequēs peccatū quodlibet illorum in diuinis vniformiter offensa esse dicitur/a quibus pena culpe debita ꝯsimiliter infligitur vel infligetur. sed pena cuicūq; peccato debita ab omnibus p̄sonis est vniformiter seu cōsimiliter infligenda. ergo τc. ¶Secunda cōclusio est: q̄ peccatū in spiritū sanctū sumptū scd̄o modo est possibile τ de facto. ¶Hec ꝓbat̄. qm̄ cōstat q̄ de diuersis personis diuersi sunt articuli fidei. Alius eñ est articulus respiciens patrem/alius filiū/alius spiritum sanctū: vt q̄ a patre filioq; ꝓcedit. sed contra diuersos fidei articulos diuersi possunt esse τ fuerūt ac etiā sunt de facto errores. ergo τc. ¶Cōfirmatur. quia greci nō errant circa personā patris: cū ip̄m esse generantē filium cōfiteātur/nec circa personā filij: quem sil'r a patre genitum confitētur: sed errant circa spiritum sanctū negātes ip̄m a patre τ filio ꝓcedētem. ergo τc. ¶Ex hoc vlterius sequitur q̄ etiam possit esse peccatū in spiritum sanctum non tm̄ erroris seu infidelitatis predictum: sed etiam irreuerentie vel blasphemie seu iniurie specialis. quoniā omne qd̄ potest intellectus distincte intelligere/et respuere siue nolle τ velle. sed persona spiritus sancti potest distincte intelligi. ergo τ circa ipsam sine errore intellectam: quia vez vt a patre τ a filio ꝓcedētem/potest quis ferri indebite ip̄am blasphemando vel aliquā irreuerentiaz specialem ipsi ac iniuriam faciendo. ¶Cōfirmat̄. quia τ de facto etiā fideles quādoq; orant patrem tm̄/quādoq; filium/quādoq; spiritum sanctū: vt dicētes Ueni creator spiritus reple tuorū τc. sed distīcte aliquid intelligens distincte potest peccare in ip̄m p̄ irreuerentiam vel blasphemiā aliquā specialē. ergo τc. ¶Sed q: nullo p̄dictorum modorum accipitur in litera nec cōmuniter in scriptura peccatum in spiritum sanctū: ideo sequitur Tertia cōclusio: que est q̄ peccatū in spiritū sanctum est possibile τ multiplex vt tertio mō sumptū: vez vt ip̄m nō est directe in p̄sonā spiritus sancti/sed in aliquod ipsi appropriatū: puta in gratiā vel aliquē ei9 effectum. ¶Hec declarat̄. qm̄ licet oē peccatū mortale sit gratie expulsiuū: tñ aliq̄ sunt q̄ ipi vez charitati seu gratie directe specialiter opponunt̄: q̄ .7. esse dicunt̄. Quorū alia opponunt̄ diuine misericordie a qua ē ip̄a gratia: vt desperatio/τ p̄sumptio q̄ aliquis de diuina misericordia male sentit putās ip̄am eē q̄si dissolutā/nō aliqua iustitia religatā/ꝓpter qd̄ in peccatuz audacius se ꝓijcit et immergit. Alia .5. peccata in spiritum sanctum sunt cōtra gratiā ip̄am scd̄z se sumptā. ¶Ad cui9 euidētiā ē sciēdū: q̄ gr̄a sp̄us sancti pōt cōparari vel ad illū in quo est peccatū ī spiritū sanctū: vl' ad ꝓximū ī ordine ad quē aliq̄s peccat isto peccato. Ut p̄mo mō peccare ī gratiā

vel directe est remouere dispositiones ad ipsam habēdaz peccatori necessarias. cuiusmōi dispositiōes sunt ꝯuersio petōris ad dn̄m per cordis gemitū τ lamentū: cōtra quā dispositionē ē finalis impenitētia τ cordis obduratio seu obstinatio. ¶Scd̄o aūt modo vez vt aliqua dei gr̄a data gratis vel gratum faciens respicit alium: sic ꝯtra ipsam oritur triplex peccatum in sp̄m sanctū. qm̄ vno modo pōt quis venire cōtra gratiam in alio existentem tm̄ affectu interiori: τ alio modo effectu seu actu exteriori. Primo modo quis venit τ peccat cōtra gr̄am alterius qm̄ displicet ipsi interius: τ hoc pōt ꝯtingere dupliciter. vno eñ mō alicui displicet bonum sui proximi: q: ipsum apprehendit vt diminutiuum sui proprij: τ tale petm̄ in sp̄m sanctum dicit̄ inuidia fraterne felicitatis. Alio modo quis ꝯtristat̄ de gratia facta proximo absolute: τ hoc est deterius et multo iniquius q̄ primū. Secundo q̄s venit vel peccat ꝯtra gr̄am τ bonū ꝓximi/non tm̄ cōsensu interiori/sed etiam conatu exteriori ip̄m impugnando: τ tale peccatuz dicit̄ impugnatio cognite veritatis. Et sic apparet septē esse species seu modos peccatorū in sp̄m sanctū: per q̄ omnia peccator venit contra diuinaz gr̄am differenter/vt est ex p̄cedentibus manifestum. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum: apparet ex p̄dictis q̄d dicendum. qm̄ ꝯstat q̄ petōr in sp̄m sanctū ī p̄cedēti articulo dictorū aliq̄ sūt q̄ aliq̄ alia p̄supponūt peccata: vt desperatio/finalis īpenitētia/cordis obduratio vel obstinatio τ īpugnatio agnite veritatis. Alia autem q̄ alia non p̄supponunt: sed ad ip̄a alliciūt τ inducunt: vt presumptio nimia seu confidentia fatua de diuina misericordia. Alia aūt sunt q̄ nec aliqd̄ aliud supponūt: nec ad oīa: τ si ad aliqua tm̄ trahunt: vt inuidentia fraterne felicitatis. ¶Primū istorum apparet. qm̄ innocens non indiget penitentia: nec per ꝯn̄s finalis impenitentia/cordis obstinatio/τ desperatio habēt locum in ipso. qd̄libet eñ istorū respicit nō tm̄ vt in se existit aliqd̄ peccatuz: q: nullus est impenitens nisi de culpa contracta: nec desperatus nisi de venia: qua non indiget nisi ex ipsa contracta culpa. non potest etiā esse induratus nisi in peccato. g̃ τc. ¶Secūdū vez q̄ p̄sumptio nimia τ inepta de diuina misericordia nō supponat aliud ante se petm̄/apparet. qm̄ qd̄ est in aliquo vel esse pōt cuiuscūq; peccati principiū productiuum/nullum p̄supponit in eo peccatum. sed ista p̄sumptio τ falsa existimatio pōt esse in aliquo principiū eum trahens ad omne aliud petm̄. nullum eñ est inconueniēs hmōi p̄sumptionis vel indebite existimationis peccatum p̄cedere in aliquo aliud qd̄cunq; delictuz. sed sicut timor de iustitia a culpa retrahit: ita spes ac confidentia nimia de venia obtinenda τ de misericordia ad ipsam oēz culpā allicit τ inducit. quare. τc. ¶Tertium/videlicet q̄ inuidētia fraterne felicitatis non p̄supponat necessario peccatum aliud/appet. nullum enim peccatū: sed magis ꝓximi bonum est istius peccati inuidie obiectum. sed p̄dicta peccata in sp̄m sanctū ideo supponunt alia/lz ab eis distincta/quia ipsa respiciunt quodammodo vel sicut obiecta/vt apparet de finali impenitentia induratione τ desperatione: quorū qd̄libet est de alio peccato quasi vt de obiecto: vel vt principiū motiuū: sicut impugnatio agnite veritatis supponit vl' inuidētia fraterne vtilitatis/vel excessum ꝑuersitatis τ iniquitatis. ergo τc. ¶Q: autem hmōi vitiū non trahat sicut presumptio de diuina misericordia indifferēter ad omnia vitia: apparet. trahit tamē τ inducit ad aliquod puta ad impugnationem agnite veritatis τ ad omnem detractionem τ murmurationem cōtra proximum ipsum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Secūdo quero: vtrum peccatum in sp̄m sanctum sit grauissimū. ¶Et videt̄ q̄ sic. qm̄ peccatum irremissibile grauius est q̄cunq; alio remissibili. sed peccatum in spiritū sanctum est irremissibile quocunq; alio remissibili existe secundū illud Matth.12. Quicunq; dixerit verbū cōtra filium hoīs remittetur ei: qui aūt dixerit ꝯtra sp̄m sanctum verbū/non remittet̄ ei nec in hoc seculo nec in futuro. ergo τc. ¶Contra. q: odiū dei est maximum peccatorum. sed diuinū odium non est aliqd̄ illorum peccatorum in sp̄m sanctum in q̄stione alia expressorum. g̃ τc. ¶Responsio. Et primo ad quesitū. Secūdo ad qd̄dā aliud huic annexuz/puta an sit remissibile an irremissibile istud peccatum in spiritum sanctum.

Quantum ad primum: dicitur communiter q̄ istud peccatum est grauissimū. Qd̄ probatur tā ex eius principio ex q̄ ꝓcedit/q̄ etiam ex sibi opposito a quo auertit. ¶Ex p̄io sic arguit̄ scd̄m Grego.25.mora. multo grauius peccat̄ studio/hoc est ex certa industria seu malitia/q̄ infirmitate/τ etiā q̄ ex ignorantia. sed petm̄ ī sp̄m sanctū nō est ex infirmitate seu īpotētia nec ex ignorantia sed ex certa industria τ libertate siue electione pura. ergo τc. ¶Maior apparet. qm̄ cum petm̄ ideo scd̄m August. sit peccatum q: volūtarium: per ꝯn̄s ibi est plus de peccato vbi est plus de voluntario: τ ēconuerso ibi minus vbi est voluntariū remissius. sed in peccato ex industria plus est de voluntario q̄ in peccato facto ex ignorātia/vl' in alio facto ex impotentia seu infirmitate/hoc est ex passione aliqua inclinante. in vtroq; eñ istorum videt̄ esse voluntarium cū nolūtario aliquo modo mixtum: non autem in peccato facto sine ignorantia seu deceptione: τ etiam sine impotentia siue passione aliqua hoīem īpellēte τ quodammodo cōpellēte: quale peccatū est omne qd̄ est factum ex sola industria seu malitia. quare τc. ¶Ex secundo vez ex opposito a quo petm̄ ipsum auertit/arguit̄ sic. grauius est petm̄ quo hō ab aliq̄ effectu spiritus sancti appropriato/vl' ab ei9 p̄cipio auertit̄ de directo. sz tale est qd̄libet peccatum in spiritū sanctum/vt apparet per singula discurrēdo. desperare eñ est refugere seu abijcere diuinam misericordiam: τ per ꝯn̄s gr̄am ab ipsa ꝓuenientem. p̄sumere est diuinam iustitiam negare τ misericordiā spernere. omnis eñ ille misericordiam spernit q̄ sine iustitia ipsam p̄sumit. impugnare agnitā τ catholicam veritatem est refugere ipsam agnitam veritatez. inuidere fraterne gratie est ipsam gr̄am repellere: τ sic de alijs. ergo τc. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum: est sciendum q̄ peccatum in sp̄m sanctum pōt dupl'r accipi scd̄m p̄dicta in alia questione. Est enim vnum qd̄ est speciale peccatum τ distictū ab alijs generibus peccatorum/vt inuidētia fraterne felicitatis/τ īpugnatio agnite veritatis: τ ad qd̄ respicit vl'ter quodcūq; peccatum nō magis vnū q̄ alterum: vt obduratio τ finalis impenitentia. esto eñ q̄ obduratio seu obstinatio sit speciale peccatū respicit tñ seu exigit vt obiectum non aliqd̄ speciale tm̄: sed qd̄cunq; peccatū. Quocūq; aūt istorū modorū accipiat̄ peccatum in sp̄m sanctū/dupl'r potest intelligi ip̄m esse irremissibile. Uno modo simpl'r de potentia ordinata. Alio modo non q̄ simpl'r sit irremissibile: sed quia difficiliter. Non potest aūt aliqd̄ peccatū dici irremissibile tertio mō puta simpl'r absolute: cū peccatum remitti non sit aliud q̄ ip̄m ad penam non imputari: τ deus nullam culpam necessario imputet ad aliquā penam/sz tantummodo cōtingenter. ¶Hoc premisso appet quid dicendum. Cōstat

enim primo q̄ pctm̄ in spm̄ sanctu3 p finali impenitētia
acceptū est irremissibile primo modo:vez de potētia dei
ordinata. ¶Scdo q̄ aliud peccatū quodcūq3 speciale ī
spm̄ sanctū nō ē irremissibile isto mō:s3 difficulē remissibi
le. ¶Primū appet. ꝯstat eñ q̄ nulla mortal culpa cū q̄
qs morit/ē ei vnq̄ remittēda de dei potētia ordinata:cū
ois talis punit pena eterna. sed pctm̄ in spm̄ sanctum
isto modo acceptu3 respicit vl'iter oē pctm̄ mortale:cū q̄
sine penitentia quis discedit. non eñ finalis impeniten-
tia de peccato veniali sed tm̄ de mortali dicit pctm̄ ī spm̄
sanctum. ergo 7c. Non tñ finalis impenitentia sic acce-
pta est pctm̄ in spm̄ sanctum aliqd illo7 q̄ fuerunt in q̄stī
one alia numerata/vt dicetur. ¶Scdm̄/vez q̄ peccatu3
in spm̄ sanctū alio mō sumptū nō sit irremissibile isto mō
apparet. quia constat q̄ omne peccatum quantumcunq3
grauissimū deus statuit homini viatori esse mediante pe-
nitentia remittendum. sed pctm̄ in spiritū sanctū hoc mo
do sumptu3 est peccatum viatoris in via actualiter perma
nentis. ḡ 7c. ¶Tertium/vez q̄ difficulē sit remissibile/de
claratur. qm̄ difficilius ē penitere de peccato ex certa in
dustria perpetrato q̄ de ipso ex impotentia vel ignoran-
tia facto. sed pctm̄ in spm̄ sanctū est vt dictū est peccatu3
ex certa industria factum seu perpetratum. ḡ difficilius
est per penitentiam repellere ipm̄. sed deus statuit nullū
peccatum mortale alicui remittere sine penitētia mediā
te. ergo 7c. ¶Cōfirmat. qr alia peccata mortalia ab isto
l3 mereantur penam eternā:nō tñ merentur peccatorem
excludi a diuina misericordia q̄tū est ex cōditione ipso7
immo ꝓpter ignorantiā decipientem 7 passionem vehe-
mentem ad pctm̄ inducētē merent diuinam misericordiā
penam culpe debitā remittentem. sed oīa peccata alia a
peccato in spm̄ sanctum fiunt aliquo istorum modorum
vez aut ex ignorantia siue deceptione aut impotentia si-
ue passione. econtrario aūt:qr pctm̄ in spiritum sanctum
fit ex certa industria/meret penam eternā:a qua non me
retur liberari per diuinā misericordiā. qm̄ qd opponit di
recte diuine misericordie 7 grē/non meretur ipa3. sed pec
cato7 in spm̄ sanctū aliud opponit immediate diuine mi
sericordie/vt prīa duo:vez desparatio q̄ misericordiam ne-
gat: 7 ꝑsumptio q̄ ipsam vitiat/cū sine iustitia ipsam po-
nat. Alia aūt opponunt grē p quam diuina misericordia
liberat a culpa/vt duo vltima: puta inuidia fraterne feli
citatis 7 ipugnatio agnite veritatis. Alia aūt remouēt
dispositionem ad grām: vt duo intermedia puta finalis
impenitentia 7 obduratio seu obstinatio in peccato. sed
qd opponit directe diuine misericordie 7 grē vel dispoſi
tioni ad ipsā seu remouet aliqd isto7 non meretur diuinā
misericordiā culpā p grām remittentē. ḡ 7c. ¶S3 circa p̄
dicta sūt duo dubia. ¶Primū ē/an oē pctm̄ ex certa idu
stria tm̄ factū sit pctm̄ ī spm̄ sanctū. ¶Scd3 quō qdcūq3
pctm̄ ī spm̄ sanctū ē directe cōtra aliquē effectū spiritui
sancto appropatū. ¶Ad primū dicēdū est:q̄ nō. pōt eñ
etiā venialiter quisq3 peccare ex certa industria tm̄. s3 cō
stat q̄ nullum veniale peccatum dicit peccatum in spm̄
sanctū. ergo 7c. ¶Loquendo etiā de peccato mortali tm̄
non videt q̄ omne mortale peccatum ex certa industria
factum sit in spm̄ sanctū/saltem vt peccatum istud ī spm̄
sanctum est speciale peccatum ab alijs distīctū. qm̄ quod
cūq3 7 cuiuscūq3 generis peccatū pōt fieri ex certa indu
stria absq3 passione aliqua inclinante. 7 ita si peccatū sic
factum esset in spm̄ sanctum/non distingueretur formalr
istud peccatum ab aliquo aliorum. quare 7c. ¶Ex hoc se
qtur:q̄ cum aliqñ peccatum inuidie sit ex passione aliq̄
impellente:vt qñ est dolor seu tristitia de bono alteri' nō
absolute:sed apprehenso tanq̄ diminuēte bonū propriū
inuidentis:p ꝯñs non omnis inuidia est peccatum in spi
ritum sanctu3/supposito q̄ de ratiōe istius peccati sit q̄
fiat ex sola industria omni passione circunscripta. ¶Ad
secūdū respondet q̄ effectus spiritui sancto appropriati
sunt spes/timor/cognitio veritatis fidei 7 morū/grē fra
terne donū/detestatio cuiuscūq3 ꝯtra dei reuerentiam exi
stentis/7 respuitio transitorie delectationis delectationi
eterne incōpossibilis. ¶Cōtra primū isto7/vez ꝯtra spē
est desperatio. ¶Cōtra secundum/vez ꝯ timorem ꝑsum-
ptio. ¶Cōtra tertiū/vez contra cognitionem veritatis
ei' impugnatio. ¶Cōtra q̄rtū puta ꝯtra grām/inuiden
tia fraterne gratie. talis enim puta inuidus repellit q̄tū
est in se grām a proximo:7 ideo meret eā perdere in seipo
¶Cōtra q̄ntum/vez contra detestationem peccatorum
est propositū nunq̄ penitendi de peccato. qd ꝓpositu3 est
speciale peccatum ab omnibus alijs distinctum. per qd
quidem debet ītelligi finalis impenitētia:q̄ ponitur vnū
illorum sex peccatorum in spm̄ sanctum. l3 eñ istud ꝓpo
sitū nunq̄ penitendi possit esse respectu cuiuscunq3 pctī
tam mortalis q̄ etiā venialis:tñ ipm secundū se sumptū
est speciale peccatum a quolibet illorum de quibus est di
stinctū. Finalis autē impenitētia negatiue sumpta/vez
p penitentie carentia in qua morit q̄libet damnatorum
non est speciale peccatū/immo nō dicit aliqd peccatū ab
alijs in quibus quilibet taliū morit/distinctum. licet eñ
homicidium sit peccatum 7 adulterium:7 sic de quolibet
aliorum: non penitere tamē vt negatiue solum acceptū
non est peccatum ab illis de q̄bus est penitendum distin-
ctum. quare 7c. ¶Non tñ est intelligendū q̄ omne ꝓpo-
situm nunq̄ penitendi sit peccatum in spm̄ sanctum: s3 so
lum illud qd est peccatū mortale:quale est ꝓpositum nun
q̄ penitendi de aliq̄ mortali qualicunq3 peccato:non au-
tem illud qd est tm̄ veniale pctm̄/quale forte est ꝓpositū
non penitēdi de aliquo tali vel tali veniali peccato sed p
seuerandi in ipo. ¶Cōtra sextum 7 vltimū/vez contra re
spuitionem transitorie delectationis/est obstinatio seu in
duratio in peccato. per ipsam eñ non videtur esse aliud in
telligendum q̄ firmum ꝓpositum semper adherendi de-
lectationibus peccatorum īcōpossibilibus delectationi-
bus beatorum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in
principio respondet: q̄ sicut preceptū de dilectiōe dei nō
cōnumerat cum alijs decē p̄ceptis:qr est radix omnium
ita nec odium diuinum qd est grauissimum peccatum:qr
radix aliorum/cum per quodlibet peccator moueatur in
ordinate aliqualiter contra deum/numerat contra aliqd
aliorum. Nec p ꝯñs est intelligendum peccatū in spiritū
sanctum esse grauissimum vt ad istud:sed tm̄ vt ad alia
omnia comparatū. Uel posset dici q̄ est peccatum ī spm̄
sanctum. est enim odium directe charitati oppositū. cha-
ritas autem appropriatur spiritui sancto.

Circa distinctionem qua
dragesimāquartā 7 vltimam: ī q̄
magister determinat de potentia
peccandi 7 de principatu seu p̄sidē-
tia seculi: Quero de istis duobus
¶Et primo de primo:vtrum libe-
rum arbitrium sit potentia peccā
di. ¶Et videt q̄ sic. qr vnum 7 idē
est principiū male 7 bene seu meritorie operādi: sed posse
mereri est tm̄ liberi arbitrij. ergo et posse demereri. sed
hoc est potentia peccandi qd potest demereri. ḡ 7c. ¶Cō
tra. qr potentia peccandi dicit ordinem ad malum. sed li
berum arbitriū est bonū qd nullū habet ordinem ad ma-
lū: sicut nec vnum aliqd quorumcūq3 oppositorum alio7
ad alterum. ḡ 7c. ¶Respōsio. vbi sic ꝓcedam. Primo eī
dicā ad questum. Secundo inq̄ram an potentia peccan
di sit a deo an ab aliquo alio.

Quantum ad primum: est sciendum q̄
potentia peccandi dupl'r potest sumi. Uno mō vt dicit ab
solute potētiam debite vl' indebite eligendi/q̄lis est illa q̄
potest ꝯformiter vel difformiter eligere recto dictamini ī
tellectus:7 hoc siue talis potentia possit exire in actum
siue non ex aliquo accidēte. Alio modo potest accipi po
tentia peccandi magis stricte p eadem potētia supradi-
cta/q̄ vez pōt debite vel indebite eligere 7 ī vtrūq3 isto7
actuum exire. ¶Hic duplex modus accipiendi potētiā
peccādi potest declarari in exemplo de duabus potētijs
calefaciendi: puta de duob' caloribus duorum ignū:quo
rū vnus non posset exire in actū calefaciendi:7 ali' poss3
deo vni ad talem actum 7 non alteri coagente. sicut eñ
calor q̄ posset in actū exire diceretur potētia calefacien-
di vno modo: 7 alius qui non posset deo sibi non coagēte
diceretur potentia calefaciēdi alio modo/vez qr q̄tum ē
ex se ita potest in actum sicut alius calor si deus sibi coa-
geret sicut illi/ita ꝯsimiliter est dicendū in ꝓposito de po
tentia peccandi. Quocunq3 autem p̄dicto7 duorū modo
rum accipiēdo potentiā peccandi / liberum arbitriū esse
potentiam peccandi dupliciter potest intelligi. Uno modo
q̄ liberum arbitriū sit aliqd in creatura rationali ab ipa
distinctum/cuius sit posse bene vel male eligere:7 per cō
sequens posse peccare. Alio modo q̄ hmōi liberum arbi
triū qd dicit esse potentia peccandi/sit ab ipsa rationali
creatura totaliter indistinctū. Posset etiā hic distingui
de potentia peccandi peccato commissionis 7 de potētia
peccandi peccato omissionis.

His premissis: pono tres conclusiones
¶Prima ē:q̄ liberū arbitriū sumptu3 p aliquo a ratio
nali creatura distincto non est potentia peccandi. ¶Hec
ꝓbatur. qm̄ aut liberū arbitrium qd dicit esse a creatura
rationali distinctū/accipit p actu arbitrandi 7 arbitratū
libere eligendi:aut pro principio isto7 duorum actuu3 ꝓ
ductiuo/puta arbitrationis seu dictaminis 7 electionis.
sed nullo isto7 modorum liberum arbitrium sumptū pōt
poni potentia peccandi. ḡ 7c. ¶Minor apparet. qm̄ con
stat q̄ nec actus arbitrandi nec eligēdi est potētia peccā
di. nulla enim electio est potētia peccandi/l3 in ipa possit
esse pctm̄. principium etiā bono7 actuum productiuum
non est aliqd a rōnali creatura distinctum/vt patuit ī p̄-
cedentib':vbi de distinctione vel indistinctiōe potētiarū
aīe ab ipsa fuit actum. ḡ 7c. ¶Secūda ꝯclusio est:q̄ li-
berum arbitriū sumptum p ipsa rationali creatura cui'
est īmediate arbitrari 7 arbitratū libere eligere vl' respue
re/est potētia peccādi peccato ꝯmissionis. 7 hoc prīo mō
accipiendo potentiam peccandi quando est in gratia cō
firmata:7 secundo modo qñ non est ꝯfirmata. ¶Hec ꝓ-
batur. qm̄ creatura rōnalis dicit in grā cōfirmata qñ nō
pōt peccare:nō ꝯfirmata autem qñ pōt peccare. sed rōna
lis creatura semp potest peccare peccato cōmissionis si
cut calidū pōt circa passum in actum calefactionis deo
sibi coagēte. ergo q̄ rationalis creatura beata nō possit
in actū peccati commissionis in quem pōt creatura non
beata:hoc nō potest esse nisi quia de' necessarius ad oēm
effectū scōe cause ꝓducendū vult vni coagere 7 nō alteri
non magis tñ vna q̄tū est ex se pōt in actū pctī ꝯmissio-
nis q̄ alia: sicut nec vnū calidū in actu3 calefactionis cir
ca passum magis q̄ alterū eque intensum. sed nō potens
exire in actū peccandi ꝓpter deū sibi nō coagētē: in quē
tñ posset ipso sibi coagente/dicit potentia peccandi prīo
modo: potens autē3 exire deo coagente sibi de facto siue
coagere statuēte dr potentia peccandi secundo modo ac
cepta. ergo 7c. ¶Ex p̄dictis seq̄tur corollarie:q̄ in qua-
libet rationali creatura btā est potentia peccandi/immo
ipsa creatura est potētia peccandi primo mō accepta. nō
eñ aliter nō beatus pōt peccare difformiter recto rōnis
dictamini eligendo:q̄ posset esto q̄ nunq̄ de facto pecca
ret btūs si de' vniformiter vtrīq3 coassisteret ipsis ad qd
cūq3 eis possibile vniformiter 7 ꝯsiliter coagere statuēdo
sicut pt3 in exēplo p̄dicto superius de plurib' calidis eq̄
perfectis:quo7 vnū nō potest esse q̄tū est ex se magis ca-
lefactiuū q̄ alterū. quare 7c. ¶Sed ꝯtra p̄dicta forsitan
arguet. qm̄ liberū arbitriū conformatū voluntati impec
cabili 7 inobliquabili/qualis est diuina/nullo modo pōt
peccare. sed liberu3 arbitriū btōrū est diuine volūtati q̄ ē
regula inobliquabilis 7 impeccabilis/conforme. ergo nō
potest peccare. ¶Respondet q̄ per hoc liberū arbitriu3
beato7 dicitur diuine voluntati conforme:qr non potest
eligere aliqd contra dictamen rationis recte. q̄ aūt hoc
non possit/est quia deus ad hoc ipsi non coagere statuit
alioqui deo sibi volente coagere ad omnia sibi possibilia
vniformiter sicut prius/ꝯsimiliter posset bene 7 male eli
gere:7 per ꝯñs peccare vt prius. Concedo igit totā rōnē
7 cōclusionem/vez q̄ btūs non potest peccare: qr diuine
voluntati concors ꝓpter rationem dictam. ¶Conclu-
sio tertia est:q̄ liberum arbitrium p̄dicto modo puta pro
rationali creatura acceptū est potentia peccandi pecca
to omissionis etiā deo ipsi non coagente nec coagere sta-
tuente. ¶Hec apparet. qm̄ tale peccatum non consistit
in alicuius ꝓductione sed tm̄ in omissione alicuius act'
debiti ab omittēte. sed licet ad agendū sit cuicūq3 secūde
cause necessaria actio prime cause: non tñ est ipsi neces-
saria ad nō agendū:nec per ꝯñs ad aliqd omittēdū. ḡ 7c.
¶Cōfirmat. qr non magis creature rationali est necessa
ria actio prime cause ad nō agēdū puta ad actum aliquē
sibi debitū omittēdū q̄ calido ad non calefaciēdū 7 cuicū
q3 alteri cause secunde ad non ꝓducendum effectum sibi
debitum. sed nulla causa secunda indiget prima coagen-
te ad non agendum sed tm̄ ad agendum. Hmōi aūt omis-
sionis peccatum nō dicit nec exigit alicuius actus ꝓdu-
ctionē sed eius suspensione3. ḡ 7c. ¶Si forte contra hoc
arguat:qr tunc videret q̄ quilibet beat' posset peccare
saltem isto modo peccato omissionis/l3 non commissiōis
¶Ad hoc potest dici q̄ non seq̄tur. qm̄ hmōi omissionis
pctm̄ est suspensio seu p̄termissio non cuiuscunq3 actus
sed illius solius q̄ est debit' 7 necessarius omittenti. sed
beatus quilibet non est ad alium actum q̄ ad btificum
obligatus: nec ad istū etiā vt in se sumptū est obligatus
cum non sit in sua potestate:sed ad transeūdum p eū sup
eius obiectum/vez deū diligēdo ipm. hoc aūt non potest
omittere actu beatifico in ipso continue existente: ḡ nul-
lius alterius actus omissio pōt esse peccatum in eo. q̄re
7c. ¶Ex p̄dictis appet q̄ bene dicūt illi qui dicūt q̄ po
tentia peccandi est liberum arbitrium nō absolute sūptū
sed tm̄ illud qd est de nihilo ꝓductum. omē eñ illd liberū
arbitrium citra p̄mū qd est impeccabile 7 inobligabile/ē
de nihilo ꝓductum qr creatum: 7 talis est potentia pec-
candi aliquo p̄dictoru3 modo7. ¶Nec valet qd obijciūt
ꝯtra hoc aliqui de beatis quorum liberū arbitriū ē crea
tum:nec tamen pōt peccare:vt ex p̄cedentibus est osten-
sum. ¶Hec de primo.

Quantum ad secundum: dicunt aliqui
q̄ potentia peccandi dupl'r vel tripl'r pōt accipi. Uno mō
vt dicit immediatū ordinē ad actū peccandi substratum.
Alio modo vt dicit hmōi ordinis fundamētum. Si p̄mo
modo/sic dupl'r:qr aut ordo ille est ad actum substratum
aut ad eius difformitatem q̄ est formaliter ipm pctm̄. Si
p̄mo modo:talis ordo vtiq3 est a deo:sicut vtrūq3 eius ex
tremum puta actus pctī positiuus 7 liberū arbitriū qd
est eius principiū ꝓductiuū. Scdo aūt modo ordo sūpt'

nõ est aliquid sicut nec eius terminus qui ẽ peccatũ formaliter sumptũ. ⁊ ideo talis ordo non põt esse a deo sicut nec pctm̃. Accipiẽdo aũt potentiã peccandi vltimo mõ vz ꝑ fundamento ordinis ad actum peccato substratuz constat ꝙ potentia hmõi est a deo: cum talis potẽtia sit intellectualis natura. ¶ Sed hic modꝰ dicendi lz non in conclusione principali quã ponit/tñ in aliis antecedentibus q̃ assumit/deficit: quando dicit ꝙ potentia peccandi põt accipi ꝑ ordine ad actum substratum. quem ordinem dicit esse aliqd positiuum ab vtroqꝫ extremorum eius distinctũ: puta ab actu ipso producto ⁊ ab eius principio ꝓductiuo. Hoc siqdem non est verum. inter nullam em̃ cãm secundam ⁊ eius effectum est talis ordo medius ponendus tanq̃ forma aliqua positiua ab ipsa secunda causa ⁊ a suo effectu distincta/vt in principio huius libri ꝓlixiꝰ est ostensum. ĝ lz actus hmõi substratus sit effectus positiuꝰ sui fundamenti puta liberi arbitrij: ex hoc non debz inferri aliqs talis ordo tanq̃ res aliqua positiua ab istis duobꝰ extremis distincta. ¶ Cõfirmatur. qꝛ creatura rationalis male vel bene eligens non producit aliquid nisi actum hmõi absolutũ/vz debite vel indebite electiõis nec est verisimile ꝙ ordo hmõi quẽ tu ponis/causet a deo nec põt causari ab aliquo alio. ĝ ⁊c. ¶ Preterea. qꝛ aut hmõi ordo p̃cedit actũ/aut seqtur ipm̃/vel est simul cum eo. Sed nõ potest dici ꝙ p̃cedat: qꝛ creatura rationalis q̃ eligit vel respuit primo ⁊ imediate post dictamen intellectus preuiũ/ ponit actum. Nec ꝙ simul fiat hmõi ordo cum actu: qꝛ nulla forma ꝓducit in eligente vel respuẽte alia ab actu eligendi vel respuẽdi supponente actũ preuium dictandi. Nec sequitur/propter eandem rationem: vel esto ꝙ sequatur/propter ipsum talem ordinem non ordinatur eius subiectum seu fundamentum qđ dicitur esse liberum arbitrium/ad actum eius terminũ: cum priora non sint ordinata per posteriora p̃supponentia ipsa existere ordinata. quare ⁊c. ¶ Cõfirmatur. qꝛ oĩs relatio scđm ponentes eam est ab extremis effectiue: ⁊ ẽ posterior eis ordine nature. sed priora vt dictũ ẽ non possũt posteriori aliquo ordinari amplius q̃ seipsis. non video etiam ꝙ absoluta extrema magis aliqua mediante forã relatiua possint ordinari formalr̃ q̃ seipsis. q̃re ⁊c. ¶ Preterea secũdo ostendo ꝙ esto ꝙ talis relatiuus ordo poneret inter peccatum seu eius actum substratũ siue fundamentum vel principium ꝓductiuum/nõ deberet dici nec posset potentia peccãdi ordo hmõi. qm̃ sicut potentia calefaciendi dicit illud a quo põt esse calor: non aũt illđ a q̃ potest esse aliqd aliud a calore: nec etiam illud qđ potest esse a calore qđ qdem nõ est calor: sic consimilr̃ potẽtia peccandi dicitur denominatiue illud a q̃ potest esse actꝰ peccandi: non aũt illđ a q̃ põt esse aliqd aliud a tali actu commisso vel omisso. Nec aliqd qđ nõ est pctm̃ vt eiꝰ substratũ/dicitur potentia peccandi/esto ꝙ sit ab ipsa potentia peccandi. Sed ꝯstat ꝙ ordo hmõi/si ponat/nõ est peccatum formalr̃ nec materialiter sumptum/nec est illud a quo est ipsum peccatum: sed est ab ipsa potentia peccandi non inquantum potentia peccandi: cum ab ipsa vt tali non sit nisi peccatum: sicut nec a potentia calefaciẽdi nisi calor. ergo hmõi ordo non põt dici potentia peccãdi esto etiam ꝙ ponatur. ¶ Confirmat. quia qđ est a peccato seu actu ipsi substrato/non põt esse potentia peccandi nec em̃ potentia peccandi est a peccato sed potius econuerso. sed hmõi relatiuus ordo non tm̃ est a potentia peccandi si ponat/sed etiaz ab actu peccandi ꝓducto: cũ oĩs relatio vt dicunt sit ab extremis vel saltem a fundamẽto ⁊ hic ponatur relatiuus ordo non tm̃ potentie peccandi ad actum: sed ecõuerso ipsius actus ad potentiam. ĝ ⁊c. ¶ Et ideo aliter est dicendum. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum: ꝙ nec actiua potentia nec passiua signant aliquid per se vnum: sed multa: puta potentia actiua importat formã aliquã absolutã ⁊ ꝯnotat effectũ ipsi possibilẽ effectiue: sicut ⁊ potẽtia passiua simr̃ significat materiam vel subiectum/⁊ ꝯnotat actum aliquem siue formã sibi possibilem subiectiue. ¶ Ex hoc sequitur ꝙ potẽtia peccãdi/de qua queritur in proposito/dicit tria/duo vz positiua puta creaturam intellectualem peccabilem ⁊ actum commissum vel omissum ipsi possibilem: ⁊ tertio importat aliquid priuatiuum puta illius actus deformitatem q̃ est formaliter ipm̃ peccatum. ¶ Hoc premisso ex p̃supposito ex alibi declaratis/appet quid dicendum ad questionem qua querit a quo sit potentia peccandi. qm̃ tria importat: quorum primũ puta liberum arbitrium ꝑ rationali creatura sumptũ est a deo tm̃. Scđm vz actus commissus/a deo ⁊ ab agente creato puta ab ipso libero arbitrio. Tertium aũt qđ est priuatiuum puta ipm̃ peccatũ vt formaliter sumptum/est tm̃ a libero arbitrio creato: non autem a deo. ¶ Hoc põt declarari in exemplo de potentia intellectiua. de q̃ si querat a quo sit/ non potest dici ꝙ tm̃ sit a deo nec tm̃ ab agente creato. qm̃ duo iportat/puta intellectualem ⁊ substantialem formam ⁊ accidentalem: puta intellectionem sibi possibilẽ. Primũ aũt istorum est tm̃ a deo. Secundum aũt põt esse ab ipso ⁊ ab agẽte creato. Si tm̃ potentia intellectiua dicatur tm̃ de principio intellectionis ꝓductiuo ⁊ receptiuo actu circũstantionato a solo deo/ẽ intellectiua potẽtia sic accepta. Consimiliter per oĩa de potentia peccandi in ꝓposito ẽ dicendum. ¶ Sic ad questionẽ. ¶ Ad rõnem in pricipio qm̃ dicit ꝙ liberum arbitrium est bonum qđ nullũ habet ordinem ad malum: si intelligas ꝑ hmõi ordinem formaz aliquam per se vnam positiuam ab ipo libero arbitrio ⁊ a malo distinctam/concedo: qꝛ nec potentia peccandi dicit aliquem talem ordinem: sed importat seu connotat ipsum malum puta peccatuz. qđ quidẽ est a libero arbitrio lz bono. ipm̃ enim lz bonum formaliter est malum virtualiter/ꝑ quanto ad malum morale seu peccatum est indifferens ⁊ ad bonum. non em̃ malum seu peccatum potest esse magis q̃ bonuz a malo sed a bono tm̃mõ effectiue/eo modo quo peccatum dicitur habere causam aliquam effectiuam/vt fuit in precedentibus declaratum.

VLtimo quero de secundo: videlicet de potestate seu principatu seculi: vtrum hmõi secularis potentia presidendi sit a deo. ¶ Et videtur ꝙ sic per Apostolum sic dicẽtẽ 13. c. ad Ro. Omnis aĩa potestatibus sublimioribus subdita sit. Cuius rationem innuit cum subiungit. Non em̃ ẽ potestas nisi a deo. ¶ Cõtra. quia qđ nihil est nec a deo nec ab aliquo esse potest. sed hmõi potestas nihil est. non em̃ põt dici ꝙ sit forma aliqua absoluta: nec etiam respectiua. ĝ ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo em̃ inqrã quid per hmõi potestatem sit intelligendum. Secũdo dicam ad quesitum/vz an potestas hmõi sit a deo. Tertio/an fuisset etiam talis potestas in statu innocentie. Quarto/an subditi teneantur dominis temporalibꝰ obedire.

Quantum ad primum: est opinio quorundam dicentium ꝙ hmõi potentia presidendi seu dominandi importat respectum aliquem realem domini ad seruum: sicut ⁊ seruitus est respectus conuersus subditi ad dominum p̃sidentem. q̃ qdem respectus mutuꝰ causatur ꝑ actum voluntatis siue consensum mutuum extremorum. sicut exemplificãt de matrimonio in quo causat in vtroqꝫ ꝯiugũ relatio mutua dominij que est potestas corporum ipsorum ꝑ actum seu cõsensum mutuum aforuz

¶ Alij dicũt ꝙ potestas hmõi dominandi dicit respectũ aliquem non realem/sz tm̃mõ rationis. ¶ Sed neuter istorum modoruz dicendi est rationabilis nec possibilis. Et ideo arguo contra vtrũqꝫ. ⁊ primo contra primum sic. potestas est illud quo quis potest in aliquid: sicut potestas calefaciendi illud a quo calor est possibilis. sed esto ꝙ talis relatio poneret/ꝑpter ipsam nullus posset in aliquid ergo nec ipsa potest dici potestas/esto ꝙ ponatur. ¶ Cõfirmat. quia non magis potestas dominandi dicit aliquẽ respectum realem nec etiam ratiõis dñi ad seruum: q̃ potentia calefaciendi dicat aliquem talem respectum caloris productiui ad calorem sibi possibilem. sed potestas calefaciendi non dicit aliquẽ talem respectum. qm̃ soluz dicit illud a quo põt fieri calor. talis autez non est forma aliqua respectiua. ĝ cum nec potestas dominandi dicat nisi illud quo dñs potest seruum regere ac ab indebitis coercere ⁊ qñ oportet punire/quorum nullũ ipi cõuenit ꝑ respectũ: seqtur ꝓpositũ/vz ꝙ potestas nullum importat ordinẽ respectiuum. ¶ Preterea/aut hmõi relatio dominij causatur in dño a seipso vel a seruo. sed nullum horum potest poni: vel esto ꝙ ponatur/habetur intẽtum/vz ꝙ potestas non importat talem respectum. quoniã nec dñs est potens super seruum nec seruus est domino obligatꝰ ꝑpter aliqd in aliquo ipsorum ab altero vel a seipso causatum: cum solis extremis absolutis positis quocunqꝫ alio circunscripto vnum alteri sit subiectum. ĝ ⁊c. ¶ Secundo ostendo ꝙ etiam talis relatio non sit ponenda vt ab eis ponit. qm̃ aut intelligunt ꝙ causetur realiter per actum volũtatis: aut ꝙ sit sequela ipsius. Sed nõ potest poni primum. qm̃ anima per actum voluntatis nõ causat formam aliquam realem in obiecto volito/sicut nec per actum intellectus ĩ obiecto intellecto: nec per actum aliquem alium cognitiuum in obiecto cognito. Nec põt poni scđm/puta ꝙ hmõi relatiões dominij ⁊ seruitutis sint ꝯsequẽtes actũ volũtatis sicut paternitas ⁊ filiatio actũ generationis. qꝛ si post actũ consensus ꝯsequerentur huiusmõi relatiões/⁊ post superueniẽtẽ actũ oppositum/vz dissensus tollerent. hoc aũt ẽ falsuz. nihil enim ꝑpter dissensum tollit ab aliquo dissentiẽtium qđ ad seruitutẽ ptineat: nec ad dominium. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. qꝛ esto ꝙ relationes consequerentur ⁊ ponerent post actum voluntatis/nõ possent esse effectiue ab alio q̃ ab extremis. hoc autem poni non potest: tũ quia vt dictum est intellectualis natura per nullũ actum intelligendi vel volẽdi ꝓducit in obiecto intellecto vel volito aliquid effectiue: tum quia nulla talis relatio ponitur de nouo nisi posito nouiter aliquo eius extremo/puta fundamento vel termino hic aũt nullũ extremorum ponit nouũ: sed tm̃ actus siue cõsensus mutuus ipsorum. ergo ⁊c. ¶ Preterea si dominiũ importaret respectũ aliquem causatum per p̃cedentem cõsensum: tunc seqretur ꝙ posset destrui ipm̃ hmõi dominium per subsequentem dissensum. hoc autem est falsum. ergo ⁊c. ¶ Cõtra secundum modum dicẽdi illorum q̃ ponunt ꝙ potestas hmõi dominandi dicat respectũ aliquẽ rationis/arguo. qm̃ aut ꝑ hmõi respectũ intelligunt aliquid positiuum ab extremis distinctum: aut nõ. Si nõ/nihil ad ꝓpositum: qꝛ tunc potestas secundum hoc non dicit aliquid aliud q̃ extrema Si autem dicant ꝙ relatio huiusmodi rationis est aliquid positiuum ab extremis distinctum: aut est realiter in aliquo extremorum: aut tãtuz intentionaliter. Sed nõ potest poni primũ: qꝛ tũc nõ esset relatio rationis: sed realis. Nec secũdũ/ꝑpter duo p̃dicta que ꝯtra opinionẽ aliã sunt arguta. vz Primo: qꝛ esto ꝙ ista relatio isto modo intentionaliter in aliquo poneretur nõ posset dici potestas: cum ab ipsa nec ꝑpter ipsam non posset aliqd fieri/sicut de relatione reali supius est argutum. Scđo. qꝛ nec etiam talis ratiõis relatio magis q̃ relatio realis aliqua potest poni: vt potest ꝓbari consimiliter sicut de relatiõe reali superiꝰ est ꝓbatũ. ĝ ⁊c. ¶ Et ideo aliter est dicendum. Ad cuius euidentiam/est sciendum ꝙ sicut potentia calefaciendi non dicit formaz aliquam per se vnam: sed significat caloris ꝓductiuum principium/ꝯnotando ipsi possibilem effectũ/sicut alias fuit prolixius declaratum: ita de potestate quacunqꝫ dominandi ⁊ qualitercunqꝫ presidẽdi: consimiliter ꝑ omnia est dicendũ/vz ꝙ nec dominium nec seruitus dicunt formam aliquam per se vnam: sz vtrũqꝫ horum est nomen cõnotatiuum significans diuersa ⁊ eadem lz ordine conuerso. Dominium em̃ primo importat superiorem: ⁊ secundo connotat inferiorem. ⁊ econuerso seruitus primo inferiorem/⁊ scđo superiorem. ¶ Et ideo tũc ad propositum accedendo/dico: ꝙ sicut potestas confitendi vel peccatorez absoluendi non est vt declarabitur in quarto aliđ q̃ sacerdos potens verba ꝓferre cui deꝰ assistit ⁊ assistere statuit ad panem conuertendum in corpus suum: ⁊ ad penitentem confessum veraciter absoluenduz: ita consimilr̃ nec potestas dominandi debita est aliud a duobus extremis quorum vnum est ad obediẽdum alteri obligatum. qđ nõ est ꝑpter relationem realem nec rationis nec aliquã aliã formã in aliquo ipsorum causatam: vt imaginant opiniones due predicte: sed ex aliorde quo in sequenti articulo erit sermo. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundum: est sciendum ꝙ potestatem huiusmodi seu pricipatũ esse a deo/potest dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ sit ab ipso tanq̃ res aliq̃ per se vna/modo quo omnis creatura ẽ alia ab ipso. Alio modo ꝙ sit ab eo nõ tanq̃ forma aliqua per se vna ab extremis distincta: sed quia ꝙ vnum extremorum sit obligatum alteri ad obediendum ipsi qđ p̃cise dicit potestas huiusmodi/sit ab ipso. Qđ etiã põt intelligi duplr̃: qꝛ vl ꝙ sit ab ipso immediate statuente: vel ꝙ sit ab ipso non statuẽte: sed statutuz alterius approbante: vel etiam tertio ꝙ sit ab ipso non statuente: nec etiam approbãte sed tm̃modo permittente. ¶ Hoc p̃misso dicendum est ad q̃situ. ¶ Primo ꝙ potestas p̃sidendi seu dominandi vt primo modo sumpta/vz pro forma ab extremis distincta: nec est a deo nec ab alio aliquo. ¶ Scđo ꝙ potestas hmõi secundo modo sumpta est a deo aliquo predictorum trium modorum/vz aut vt ab instituente immediate: aut vt ab approbante: aut tertio vt a permittente. ¶ Primum apparet. quoniam vt probatũ ẽ in alio articulo/nihil ẽ nec per consequẽs ĩ aliquo eẽ potest hmõi potestas dominãdi seu potentia sic accepta. quare ⁊c. ¶ Secundum etiaz declaratur. qm̃ aliquam potestatem deus per se imediate instituit: vt ecclasticã/q̃ respicit aliqd soli deo possibile: puta conuersionẽ panis in corpꝰ suũ ⁊ vini in sanguinem: ⁊ absolutionem penitentis a peccatis contractis. ⁊ etiam potestas aliqua secularis vt monarchie ⁊ notabiles principatus fuerũt a principio isto modo a deo. Qđ probat per illud. i. Esdre. c. i. Hec dicit Cyrꝰ rex Persarum: omnia regna terre dedit mihi dñs deus celi ⁊ terre. Et hoc idem apparet Ezechielis primo: vbi glossa exponit visionem quatuor animaliũ de quatuor monarchijs diuinitꝰ institutis. Aliquas autem alias seculares potestates ab hominibus institutas deus ipse approbauit: vt omnes que per electionem ⁊ volitionem hoĩm fuerunt postea debite introducte. sic em̃ secundum August. deus res quas condidit administrat/vt ipsas suas operationes ⁊ motus agere sinat. Dispositio autẽ humana sufficit ad institutionem ⁊ ꝑmissionem talium secularium potestatum ⁊ inferiorum principatuum. Alias aũt potestates vt tyrannorum sibi terras ⁊ terraruz ⁊ locorum dominia vsurpantium deus non approbat nec instituit: sed per

mittit. Hec de secundo.

Quantum ad tertium: est sciendum ꝙ duo sunt actus principatus ꝛ secularis potestatum: vz dirigere alteꝝ ꝛ punire ac cohibere ipm. Propter vtrū-qꝫ horum actuum est necessarius princeps ꝛ vtilis bono communitatis. Est siquidez primo necessarius ꝓpter primum. quoniam non omnes homines sunt equaliter ꝑditi discretiõe naturali nec lumine intellectꝰ: nec per ꝓsis omnes sciunt sufficienter ꝛ prudenter regere semetipsos: propter qõ indigent aliquo dignitate superiore a quo regãt ꝛ debite dirigantur. quem/vz sit ꝛ aliox directorẽ oportet esse preditum lumine rationis. Et ideo dicit philosophus primo Politi. ꝙ prediti mente sunt apti ad regendum. potentes autem corpore ad assequẽdum. Q. ettam secundus actus vz coercere ꝛ punire / sit necessarius et expediens communitati hoim: probatur. quia nõ omnes sunt amatores virtutis: nec agũt virtuose: ꝛ ideo necessarius est superior vt compellat ad obseruantiaz legum et ad virtuose agendum: ꝛ puniat trãsgressores. Ista duo sũt ex quibus ꝓbatur principatus esse necessarius ꝛ expediens communitati hominum ad bene viuendum. quoniaz constat predictos duos actus esse necessarios ad bene vivere totius cõmunitatis. sed hmõi duo actus constituũt rationem principatus. ergo ꝛc. Hiis premissis apparet quid ad. istum articulum sit dicendum. Cõstat eñ ꝙ non fuisset necessarius in statu innocentie principatus quantum ad secundum actum duorum predictorum/vz quantum ad compellẽdũ ꝛ puniendum: fuisset tamẽ expediẽs ꝛ vtilis quantum ad aliũ primum actum/vz ad regendũ Primum probatur. quoniam actus compellẽdi ꝛ puniendi est necessarius ꝛ expediens in statu nature lapse propter indebite ꝛ male agẽtes. sed in statu innocẽtie nullus male egisset: ergo nec propter istum actum principatus ibi necessarius fuisset. Secundum autem: vz ꝙ ꝓpter alium actum puta ad dirigendum/ibi principatus fuisset ꝛ expediuisset/probatur. quoniam licet nullus male egisset: tamen non quilibet equaliter preditus fuisset naturali discretiõe ꝛ lumine rationis: immo vnus fuisset in hoc inferior ꝺ alius. sed superior in discretione ꝛ naturali ingenio rationis est aptus regere alium inferiorez secundum debitam rationem: ergo in statu innocentie cõgrue fuisset potestas ꝛ dominatio in vno ad aliorum directionem licet non ad ipsorum punitionem. Hec de tertio.

Quantum ad quartum & vltimum cõstat dominis temporalibus esse obediendum/iuxta illud prime Petri. 2. Subditi estote omni humane creature ꝓpter deum: siue regi quasi precellenti: siue ducibus tãꝫ ab eo missis. ꝛ infra. Serui subditi estote in oi timore dominis nõ tm̃ bonis ꝛ modestis: sed etiã discholis. Hoc autem est intelligendum quantum ad illa ab eis imperata: que non sunt cõtra diuina beneplacita/consilia/ ꝛ mãdata. Unde Augustinus in libro de verbis domini sermo. 6. certo de hoc loquens sic dicit. Si potestas iubeat aliqd qõ non debeas facere/hoc sane contemne. Potestatũ ipsarum humanarum rerum gradus aduerte. si aliquid iusserit creator nonne faciendum est: si contra proconsul iubeat. non vtiq; contemnis potestatem si elegeris magis seruire. nec hinc debet minor irasci si maior prelat⁹ est rursum si aliquid proconsul iubeat: ꝛ aliud imperator: ꝛ aliud deus iubeat/deo seruiendum est. Deo enim seruire regnare est. Propter eius ei seruitiũ ꝛ promptũ famulatum regnum consequimur sempiternum. ad quod nos ꝙducat ipse trinus ꝛ vnus deus/qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat. Amen. Laudetur Christus benedictus rex ꝛ princeps eterne glorie in seculorum secula. Amen.

Finis auspicatus disputatorum in Primum & Secundum Sententiarum libros per Venerabilem Patrem Guilhelmum de Rubione Ministrũ Prouinciæ Aragoniæ ordinis. F. Minorum: impressorum apud Parrhisios accuratione Iodoci Badii Ascẽsii: Impensis autem eiusdem: & Michaelis Conradi: nec non Simonis Vincentii bybliopolarum laudabilium. Ad Calendas Martias sub annũ Sesquimillesimum decimumoctauum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ZARAGOZA